Accusator proprie est illa pars quæ petit in criminalibus; nam in civilibus nomine quodam generali vocatur actor, XIV, 1147-905. Accusator ille est qui defert crimen judici ad vindictam ob bonum publicum, cum obligatione crimen probandi; XVI, 1259. — Quis accusare tenetur, 1259, XIV, 1147, et seq.-905. Accusator ab accusatione desistere tenetur quando deprehendit accusatum esse innocentem, vel crimen esse dubium; vel cum videt se probare non posse, XVI, 1260. — Peccat accusator qui sine justa causa desistit ab accusatione, XIV, 1152-908. — Qui malitiose et calumniose alium accusavit obnoxius est pœnæ talionis et infamiæ, *Ibid.*

Accusatus ut juridice interrogetur, oportet ut delictum sit plene probatum per duos testes, vel saltem *semi plene* per unum testem omni exceptione majorem, XIV, 1155-909. — Reus non tenetur respondere judici, eique veritatem aperire, quando ipsi non constat, aut rationabiliter dubitat eum juridice procedere et interrogare, *ibid.* — Quando judex legitime procedit ac juridice reum interrogat, idque reus certe cognoscit, tunc sub peccato mortali tenetur confiteri veritatem, etiam si ob eam confessionem pœna mortis plectendus sit, 1156 912 — Plures auctores docent sub peccato quandoque solum veniali teneri, 1158-913. — Quomodo se gerere debeat confessarius in confessione reorum qui juridice interrogati negarunt veritatem aut eam fateri nolunt, 1158 et seq.-913. — Reus contra ordinem juris accusatus negando crimen occultum non probabile in juridicio, non peccat, etiamsi ex hoc indirecte infametur accusator, et tanquam calumniator habeatur, 1160-915. — Peccat contra charitatem, si non simpliciter neget crimen, sed accusatorem mendacem calumniatorem appellet, *Ibid.* — Reo licitum est testium crimina occulta detegere, si prosint ad infirmanda eorum testimonia; idque sive verum testentur, sive falsum, 1161-915. Reo licitum est, ut a gravibus tormentis se liberet torturæ, seipsum infamare confitendo crimen verum sed occultum, *Ibid.* — Accusato, qui injuste gravatur a judice, licitum est appellare. Appellare vero ne justa sententia proferatur, est calumniose se defendere, et illicitum, 1162-916.

Acedia græcum nomen est quod significat quamdam injuriam seu negligentiam, et tædium operandi, XIII, 1178-931. — Acedia fastidium est interni boni, seu tristitia de bono spirituali, in quantum est bonum divinum et imperatum. Differt ab odio et invidia: odio enim Dei aversamur bonum divinum quatenus in Deo est, invidia de eodem dolemus, quatenus est in proximo; acedia, quatenus in nobis est vel esse potest, XI, 1148 —Acedia in genere est tristitia de qualicumque bono spirituali, XIII, 1178.-931. — Acedia proprie sumpta, ut speciale peccatum, est tristitia voluntatis de spirituali bono divino, 1180-932. — Acedia est septimum vitium capitale, 1182 934, XI, 1151. —Ex genere suo est lethale peccatum, 1149; XIII, 1181, 1182-934. — Præcepto dilectionis divinæ adversatur, 1178 et seq.-931 XI, 1149. — Acediæ sex filiæ sunt, malitia, rancor pusillanimitas, desperatio, torpor, evagatio mentis, 1151; XIII, 1183 934; XXII, 1336.

Regulæ morum circa acediam et ejus filias. — Lethalis acediæ reus est qui spiritualia dona plena deliberatione fastidit et aversatur. — Tristitia de spirituali bono, quod in actibus virtutum singularum occurrit, non est acedia proprie dicta, sed pertinet ad vitia illis virtutibus opposita — Fastidium spiritualis boni, quatenus laboriosum est aut molestum corpori, non est acedia proprie dicta, sed carnalium vitiorum comes est, et christianæ temperantiæ et mortificationi adversatur, XI, 1152. — Negligentia propriæ salutis mediorumque ad eam a Deo, etc., lethale acediæ peccatum est. — Acediæ rei sunt qui jugiter non vigilant ne vitiorum sentes et mala gramina in corde suo pullulent, et qui orta evellere studiis ferventibus non conantur, 1153. — Acediæ rei sunt, qui in christiana sui status perfectione proficere pro virili non conantur, 1154.— Lethalis acediæ rei sunt, qui conversionem suam et pœnitentiam differunt, 1155. — Acediæ rei sunt qui ex torpore et socordia ad sacro-sanctum Eucharistiæ sacramentum raro admodum accedunt, maxime vero qui semel tantum in anno, solo pœnarum ecclesiasticarum et infamiæ timore compulsi, 1157. — Acediæ rei sunt, qui ad orationem, officium divinum, et spiritualia exercitia, ad quæ tenentur ex officio, segnes sunt et tepidi, 1157. — Acediæ rei sunt qui tempus ad salutis suæ negotium peragendum a Deo sibi concessum, in otio, ludis, inanibus colloquiis, ambulationibus et visitationibus minime necessariis, ac sæculi voluptatibus conterunt, 1158. — Otium iners et desidiosum proxima est peccati lethalis occasio, 1167. — Remedia adversus acediam, 1168; XIII, 1185-935; XXII, 1336.

Acolythatus est unus ex septem ordinibus, et primus ex minoribus, XXIV, 644. — Ejus materia duplex est : candelabrum cum cereo, et urceolus vacuus, 765. — Acolythatus est ordo quo traditur potestas ministrandi subdiacono et diacono in missæ sacrificio, XXV, 37. — Acolythorum officium, XX, 790.

Actio juridica est effectus mediatus contractus; ex obligatione, tamquam effectu contractus immediato, oritur, XVI, 487. — Definitur : Jus persequendi seu exigendi præstationem vel omissionem illius rei vel facti ad quam alter in commodum nostrum est obligatus, *ibid.* — Brevior definitio : Jus prosequendi in judicio quod sibi debetur, XIV, 1147-905. — Qualis actio consurgat ex pacto vel contractu, XVI, 488. Vid. Contractus.

Actio est actus humanus qui fit secundum quod homo se movet, XI, 606. — Actiones quæ ab homine procedunt sunt duplicis generis. Quæ ab homine quidem procedunt, sed non ex deliberata voluntate, sunt actiones hominis, et non habent rationem meriti vel demeriti, 602. — Actus hominis dicitur quidquid fit sine rationis consilio, ut dormire, 69-602. — Actus hominis qui eliciuntur a vigilantibus mente sana præditis, sed sine prævia deliberatione dicuntur motus primo primi, 69-602. — Omnes actus humani sunt actus hominis, sed non e contra, 602. Vid. Actus humanus. — Actio etiam non violenta solum denominat agens illud a quo est, non illud in quo est præcise, 621. — Actio solum denominat agens illud respectu cujus est actio ut actio, 621. — Actio adæquata dicitur illa ex vi cujus, nulla alia intellecta quam terminet idem effectus, ponitur sufficienter effectus a parte rei, XXIII, 236. — Actio physica est exercitium potentiæ ad efficiendum seu producendum, seu est potentia alicujus efficiendi exercita et ad effectum producendum applicata, IX, 769-608. — Dari potest actio physica quæ nullam potentiæ mutationem physicam arguat, 769, 770-608, 609 (*In nota*). — Actiones sunt suppositorum, IX, 907-717.

Actio formaliter honesta ea est quæ est conformis judicio practico de honestate actionis, XI, 1479.

Actus humanus ille est qui fit ab homine ut homo est, cum voluntatis consilio, XI, 69; 602. — Dividitur in elicitum et imperatum; et idem actus potest esse elicitus et imperatus, 77. — Actus *elicitus* sive interior ille est qui ab ipsa, vel potius in ipsa voluntate peragitur, ut amor, odium. Actus *imperatus* ille est quem imperat quidem vo-

luntas, sed qui corporis ministerio exercetur; ut deambulatio, membrorum flexio. — Actus humanus qui elicitur ab homine utente libero arbitrio fundat moralitatem et debet, 1° esse voluntarius; 2° quibusdam mensurari regulis, 70. — Principia actuum humanorum sunt voluntas et conscientia. Vid. Hæc verba. — Unus actus a voluntate elicitum alium imperare potest. Imo idem actus elicitus esse potest et imperatus; elicitus, quatenus immediate procedit a voluntate, imperatus in quantum procedit vi imperii voluntatis. Ita amor proximi, 77.—Actus humanus fit secundum quod homo se movet, et est actio; et secundum quod movetur, et est passio, 606.

Liberi sunt actus voluntatis intrinsece et elicitive; actus vero intellectus imperative, et per denominationem ab actu voluntatis, XVII, 214. — Actus indeliberati alii sunt naturales qui objectum habent quod naturæ viribus attingi potest; alii sunt supernaturales qui voluntatem inclinant ad actus liberos supernaturales, v. g., ad actum spei, etc. Actus liberi qui naturæ vires non excedunt, possunt esse boni vel mali, VII, 214.

De actibus voluntatis elicitis, XI, 497-520 — Sex sunt actus a voluntate eliciti: tres circa finem, scilicet simplex volitio, intentio, et fruitio; et tres circa media, scilicet consensus, electio, et usus activus, 497. — Actibus voluntatis correspondent a parte intellectus quinque actus dirigentes: duo circa finem, nempe simplex apprehensio, et judicium; tres circa media, nempe consilium seu consultatio, judicium practicum seu discretivum mediorum, et imperium, 497-514. — Ex parte potentiarum executivarum, usus passivus, 497-519 — Primus actus voluntatis est simplex volitio, quæ est nuda complacentia, et quæ dicitur etiam voluntas. Si fortis sit movet intellectum, 497. — Intentio, secundus actus voluntatis, est desiderium efficax finis per media assequendi, 513.— Fruitio, tertius actus voluntatis, est jucunda quies amantis in re possessa, 513. — Consensus, actus quartus voluntatis, est approbatio mediorum propositorum, 514. — Electio actus quintus voluntatis, est acceptatio discretiva unius medii præ alio ad finem consequendum, 514. — Electio non est de fine ut finis est, sed tantum de mediis, 514.—Usus activus, sextus actus voluntatis, est applicatio alicujus rei ad aliquam operationem, 519. — Usus activus est actus distinctus ab electione, 520, 521. — Usus passivus est ipsa executio mediorum virtute cujus finis acquiritur, 497.

ORDO ET ÆCONOMIA ACTUUM ELICITORUM.

| Actus intellectus, | | Actus voluntatis. |
|---|---|---|
| Apprehensio | producit | volitionem |
| Judicium | producitur | volitione |
| Judicium | producit | intentionem |
| Consilium | producitur | intentione |
| Consilium | producit | consensum |
| Judicium practicum | producitur | consensu |
| Judicium practicum | producit | electionem |
| Imperium | producitur | electione |
| Imperium | producit | usum activum, |

seu applicationem potentiarum executivarum. Huic applicationi activæ respondet ex parte potentiarum voluntati subditarum usus passivus, cui tandem succedit ex parte voluntatis fruitio, quæ est jucunda quies in fine possesso, 497.

De actibus imperatis. Imperium est actus ordinans aliquem ad aliquid agendum cum quadam intimativa motione, XI, 521. — Datur in homine imperium respectu sui et suarum potentiarum, 521. — Imperium est substantialiter actus rationis, præsupposito actu voluntatis, in cujus virtute ratio movet per imperium ad exercitium actus, 523. — Solv. objectiones, 524.—Actus voluntatis, excepta volitione, imperari possunt, 526. — Actus qui sunt in potestate nostra et arbitrio nostro, imperari possunt, non vero alii, 526. — Actus rationis quantum ad exercitium imperari possunt eo sensu quod possunt ex imperio rationis admitti vel respui. Quantum ad objectum actus rationis non semper subjacent imperio rationis, 526. — Quidam actus appetitus sensitivi cadunt sub imperio rationis, quidam non cadunt, quia quidam sunt in potestate nostra, quidam non sunt, 527. — Actus animæ vegetativæ non subduntur imperio rationis, 528. — Quidam actus membrorum exteriorum non subjiciuntur imperio rationis; quidam subjiciuntur, quia membra corporis sunt organa quædam potentiarum animæ. 528.

De actibus humanis in esse moris. In actu humano esse naturæ, seu physicum distinguitur ab esse moris, XI, 527. — Actus moralis definitur: *actus procedens a deliberata voluntate cum subjectione ad regulas morum*, quæ sunt lex æterna et recta ratio, 527. — Actus moralis reddit hominem laude vel vituperio dignum, 527. — Solus actus liber proprie denominatur moralis, quia solus liber actus est laude vel vituperio dignus, XIII, 12-11. — Moralitas in communi non consistit in denominatione extrinseca petita a regulis morum, XI, 528. — Libertas requiritur ad moralitatem, non tamen formaliter in ea consistit, 529 — Moralitas in communi consistit formaliter in tendentia seu relatione reali transcendentali ad objectum subditum regulis morum, 530 et seq. — Species moralitatis sunt bonitas et malitia Bonitas moralis est ordo realis transcendentalis actus ad objectum consonum regulis morum, 532. — Bonitas quadruplex considerari potest in actione humana, 547. — Malitia moralis est ordo realis actus ad objectum dissonum regulis morum, 533. — Probabilius videtur indifferentiam esse speciem moralitatis, 535 et seq.

Tria sunt principia moralitatis: objectum, circumstantiæ et finis, 537. — Prima et essentialis bonitas vel malitia actus humani desumitur ab objecto moraliter considerato, 537 et seq. — Diversitas specifica actuum desumitur a diversitate specifica motivorum se tenentium ex parte objecti, 150. — Circumstantia est accidens actus humani, ipsum in esse morali jam constitutum moraliter afficiens, 541. — Actus humanus desumit aliquam bonitatem vel malitiam a circumstantiis, 543. — Actus humanus aliquando desumit a circumstantiis speciem boni vel mali, aliquando tantum aggravationem vel diminutionem bonitatis aut malitiæ intra camdem speciem, 544 et seq. — Finis operis differt a fine operantis, 546. — Actus humanus desumit bonitatem vel malitiam a fine, 546 — Homo in omnibus suis actibus humanis agit propter finem, 603. — Omnia agentia agunt aliquo sensu propter finem, 605. — Proprium est naturæ rationali agere propter finem formaliter et movendo se; brutorum autem, agere materialiter et ut ab alio mota, 605. — Actus humani specificantur a fine, 606 — Actus ex objecto bonus ad bonum finem imperatus, desumit bonitatem suam specificam et essentialem ab objecto, accidentalem a fine. 547

Ut actus sit moraliter malus sufficit quod malitia sit indirecte, virtualiter et implicite volita; ut autem sit bonus, requiritur quod bonitas sit formaliter et directe volita, saltem in actu exercito, 549. — Bona intentio, ut movens ad malam electionem, ex ea vitiatur; et electio mala ex bona intentione non cohonestatur, ejus tamen malitia minuitur secundum quid, 551. — Electio bona, ut electio, sordescit ex mala intentione, et intentio mala rectificatur ex bona electione, 352. — Idem actus potest simul habere duplicem bonitatem, vel duplicem malitiam: unam ex objecto, alteram ex fine, 653. — Actus bonus potest dupliciter eligi propter finem malum: 1° sic ut malus finis sit ratio totalis et adæquata cur eligatur bonum opus; 2° sic ut non sit ratio totalis et adæquata, 551. — Actio moralis ex officio bona, ex fine mala, verum est peccatum, X, 1100 - 866. — Actus alias secundum se bonus, cujus malus finis est totalis et adæquata ratio cur eligatur, ex multa parte est bonus, sed totus malus, XI, 555.—Solv. obj. 558. — Actus alias secundum se bonus, cujus finis malus non est totalis et adæquata ratio cur eligatur, potest esse bonus ex objecto, et malus ex fine 555—Solv. obj. 559

Actus humanus potest dupliciter considerari: 1° secundum speciem et ex parte objecti tantum; 2° in individuo, et ut est a parte rei vestitus suis circumstantiis, 565. — Dantur actus humani indifferentes ex sua specie: ita communiter, 563. — Nullus est nec esse potest actus indifferens in individuo. Est communior, 565 et seq.—Solv. obj. 571. — Actus exterior, ut est præcise executio actus interioris, illi bonitatem aut malitiam non addit simpliciter, sed secundum quid tantum, 586 et seq. solv. obj. 589. — Eventus sequens prævisus et aliquo modo intentus, addit ad bonitatem vel malitiam actus exterioris, sive per se sequatur, sive per accidens, 596. — Eventus per se sequens ad actum, etiam si non sit prævisus nec in se volitus, addit ad bonitatem vel malitiam, 597. — Eventus sequens per accidens ex actu, si non sit aliquo modo intentus, non addit ad bonitatem vel malitiam, 598; XXV, 389. Actus voluntatis non potest esse coactus simpliciter quoad actus velle et nolle, 390. — Actus binus inducit consuetudinem. 390

Actus quo Deus creavit mundum duplici modo concipi potest, IX, 770 - 609. — Actus conjugalis in gratia exercitus, debitisque circumstantiis vestitus, est meritorius, et confert gratiam ex opere operantis tantum, XXV, 390.

Adamus. (*Vide* Homo.) Adamus originali justitia fuit exornatus, saltem ante peccatum, X, 1037-816. — A Deo ipso fuit edoctus, II, 984. — De cœlestis Adam, sive Christi, gratia, X, 1019 et seq — 801. (*Vide* Gratia.)

Adiaphoristæ externam verbi divini prædicationem, sacramentorum dispensationem et usum, etc., inter *adiaphora*, hoc est, indifferentia reponunt, docentes hæc omnia suppleri Spiritus sancti operatione. IV, 57

Adjunctio est unio duarum rerum ad diversos dominos

pertinentia; una est principalis, altera accessoria. Quando unum corpus efficiunt, pertinent ad dominum rei principalis cum onere solvendi pretium rei adjectæ, XV, 861.

ADJURARE et aliquam personam vel rem imperando inducere ad aliquid faciendum, vel omittendum ex invocatione alicujus rei sacræ, XIV, 129-104. — Non est licitum adjurare dæmones deprecative, 131-105. — Licitum est eos adjurare auctoritative et compulsive, per exorcismos, 132-106. — Regula generalis, semper cum dæmone nobis agendum est tanquam cum hoste, 133-106. — Absolute et secundum se vanum est creaturas irrationales adjurare, 134-107.

ADJURATIO convenit cum juramento, et tres easdem exigit conditiones, nempe veritatem, justitiam et judicium, XIV, 130-104 — Differt a juramento et a simplici oratione, *ibid.* — Duplex est adjuratio, una imperativa, alia deprecativa, 130,131-105. — Adjuratione aliter ad homines, aliter ad Deum utimur, 131-105.

ADJUTORIUM *quo*, sive efficax, Jansenii judicio, illud est quod non pendet a voluntatis arbitrio, quod ita dat posse operari, ut simul det necessario ipsum operari; cui idcirco voluntas saltem relative non potest resistere. In homine lapso solum reperitur, X, 1065-838,839. — Adjutorium *sine quo*, seu sufficiens, fuit quodlibet auxilium efficax vel non efficax per consensum vel dissensum voluntatis. In solo innocentiæ statu viguit, *ibid.*, 1257-991. — Adjutorium *quo* et *sine quo*, in mente S. Augustini, 1200-946.

ADMINISTRATOR et PROCURATOR GENERALIS, si limites suæ potestatis non excedat, omni contractu dominum et principalem suum absolute obligare potest, etiam ex mutuo, sine speciali mandato accepto, licet id in utilitatem domini versum non probetur, XVI, 189 et seq. — Excipi debet Ecclesia, civitas, pupilli et curandi omnes: hi enim ex mutuo, sine speciali mandato ab administratore accepto, non obligantur, nisi pecunia in eorum utilitatem versa probetur, 192 et seq.

ADOPTANS debet esse sui juris, major 25 annis; arrogans vero major 40 annis, XXV, 390. — Adoptans adoptatum ætate 18 annorum excedere debet, 390. — Sacerdos potest adoptare, et mulier ex privilegio principis, 390. — Quædem requiruntur conditiones ut aliquis possit alium adoptare, XIV, 732-578.

ADOPTIO est extraneæ personæ in filium, vel nepotem, vel deinceps, legitima assumptio, XXV, 390; XIV, 731-577. — Est duplex: perfecta, quæ dicitur arrogatio, et per quam adoptatus transit in potestatem adoptantis et illi succedit; imperfecta seu simplex, per quam non transit adoptatus in potestatem adoptantis, XXV, 390; 617. — Qui non est sui juris adoptari potest, non vero arrogari, 390. — Adoptio solvitur sex modis: 1°, naturali morte adoptantis; 2° morte ejus civili; 3° ob nuptias incestuosas; 4° ob dignitatem episcopalem; 5° per sententiam; 6° per emancipationem, 390. — Ex adoptione oritur cognatio legalis quod est impedimentum matrimonii 617, 672. — Inter adoptionem quæ fit a Deo, et eam quæ fit ab homine, triplex est discrimen, IX, 1004-794.

ADORATIO est practica recognitio ac voluntaria submissio et subjectio Deo tanquam rerum omnium creatori et supremo Domino, XIV, 644-52. — Deo duplex debetur adoratio, spiritualis et corporalis, *ibid.* —Plura sunt exteriora adorationis signa: 1° genuflexio; 2° prostratio; 3° elevatio manuum in cœlum; 4° elevatio oculorum in cœlum; 5° detectio capitis; 6° osculum sanctum; 7° tunsio pectoris, 64, 65-52, 53. — Adoratio in communi dividitur in adorationem absolutam et relativam. Absoluta est quando res propter seipsam. Respectiva seu relativa est quando res adoratur propter aliud, 65-53. — Adoratio proprie sumpta, quæ est cultus latriæ soli Deo debetur. Talem cultum alteri exhibere, vocatur idololatria *ibid.*— Adoratio late sumpta est reverentia alteri exhibita propter ejus excellentiam aut superioritatem: convenit creaturis rationalibus, *ibid.* — Hinc Deo debetur adoratio proprie sumpta, seu latria. Sanctis debetur adoratio late sumpta, seu cultus duliæ, beatissimæ vero Mariæ cultus qui vocatur hyperdulia, 66-54. — Hinc adoratio semper significat cultum latriæ, 66 et seq.-54. — De adoratione imaginum et reliquiarum, 67 et seq.-54. — (Vid. IMAGINES et RELIQUIÆ.)

DE ADORATIONE quæ debetur Eucharistiæ, I, 1387 et seq.-

ADRUMETINI monasterii nonnulli monachi occasione epistolæ S. Aug. ad Sixtum conturbati sunt, conquerentes doctrina S. Aug. extingui liberum arbitrium, X, 192-153. — Monachi Adrumentini auctores vel præformatores prædestinianæ hæreseos non fuere, sed Pelagiana potius labe infecti, 193-154.

ADULATIO, peccatum linguæ, qua quis falso attribuit cuipiam aliquid laude dignum quod non habet, vel laudem tribuit ei qui ea indignus est. Triplicitur fit gravis culpa, XXII, 1319. — Remedia, 1320.

ADULATOR. XIV, 933-736: XV, 915, 752. — Adulatores hujus sæculi, VI, 866. — (Vid PALPO.)

ADULTER ille est, juxta vim nominis, qui accedit ad alteram non suam, XIV, 692-547 -Quando ex adulterio nec proles, nec ullum damnum marito aut filiis legitimis provenit certum est nec adulterum, nec adulteram ad restitutionem teneri, 697-551. — Quando spurius educatur in domo mariti et ejus expensis, ad illud damnum reparandum juxta vires suas adulter et adultera tenentur, *ibid.*

DE OBLIGATIONE ADULTERÆ. Si bona adventitia habuerit, aut pinguem dotem attulerit, tenetur damna compensare, nisi ipse adulter integre satisfacere velit, *ibid.* — Non tenetur suum crimen spurio declarare, et ipse spurius matri seipsam infamanti fidem adhibere non tenetur, 698-551 — Per se et regulariter loquendo, uxor suum crimen vel spurium filium marito declarare non tenetur, quando moraliter certa est quod maritus eam, vel filium, vel adulterum occidet, aut quod sequentur inde sui infamatio, inimicitiæ, 698 et seq.-552. — Illam quæ propter metum suum crimen revelare non vult confessarius absolvere tenetur, 698-552.

DE OBLIGATIONE ADULTERI. Tenetur ad infamiam mariti reparandam, si qua respersus fuerit ex ejus adulterio, quia est causa illius injusta. Tenetur ad restitutionem damnorum seu alimentorum quæ maritus præbet spurio, et bonorum quibus filii legitimi injuste privantur, 700 et seq -553. — Si adulter dubitet an proles sit ex suo adulterio, teneturne aliquid restituere, 700-553. — Adulter potest petere debitum ab uxore, etiam exigere, dum alter ignorat ejus adulterium, vel suspicatur levibus indiciis, XXV, 391. — Vir innocens non tenetur uxorem adulteram ad suam pristinam amicitiam revocare, 391.

ADULTERIUM est tori alieni violatio, XXV, 391. — Vel accessus ad alienum torum, XI, 954.—Tres sunt gradus in adulterio: primus est conjugati cum soluta; secundus, conjugatæ cum soluto, tertius, conjugati cum conjugata, 954. — Illorum gravitas est diversa, XIV, 693-547. XVIII, 1009. — Completur adulterium per solam copulam carnalem generationi idoneam, 1009. — Aliud adulterium est tantum formale, dum conjugatus accedit ad suam, aut liber ad liberam, quam putant esse conjugatam; aliud materiale tantum, dum liber ad conjugatam, quam putet omnino solutam, aut conjugatus ad alienam vel liberam quam putet suam Aliud formale simul et materiale, dum vir et mulier scienter et deliberato adulterium committunt, 1010. — Adulterium verum est copula viri cum aliena conjuge etiam consentiente marito, XIV, 693-548.

ADULTERIUM LUXURIÆ. Species est distincta ab aliis, novamque de formitatem includens, 692-547; XI, 972.—Est peccatum mortale gravissimum. Pœna capitis in adulteros lege veteri sancita est, 973. XVIII, 1010. — Gravius est crimen adulterium conjugati cum uxore aliena, quam cum soluta muliere, XI, 974. — Viri adulterium gravius peccatum est adulterio mulieris Hanc regulam statuit et probat S. Augustinus, 974. — — Adulterium non dirimit Matrimonium, nec peccat conjux adulter ab uxore petendo debitum, XIV, 694-549. — Sed conjux innocens debitum denegare potest et facere divortium quoad torum, *ibid.* et seq. — Septem casus sunt in quibus non licet viro uxorem adulteram dimittere. 695-549, 550. — Conjux innocens non potest propria auctoritate ab adulteri habitatione divertere in foro externo, quando adulterium est occultum, XXV, 479.

Quandonam adulterium sit impedimentum matrimonii dirimens, 624.

Adulterium notorium in pluribus diœcesibus est casus reservatus, XVIII, 1011 et seq. — Corollaria, 1016; XXV, 390 et seq. — Crimen illud dispari modo reservatur, XXII, 788.

ADVENTITIUM PECULIUM est illud quod filius nec ex bello aut officio et stipendio publico, nec a patre aut ejus causa acquirit, sed aliunde habet, ut ex hæreditario jure, etc., aut labore suo, etc., XIV, 872-688.

ADVENTUS. Tractatus de adventu Christi, VIII, 941. — Cur in medio annorum, sive in plenitudine temporum, non maturius, non tardius, natura se nostra induerit Deus Verbum. Primo inquiritur quo Dei consilio et quo hominum compendio lex ante gratiam præstructa sit, 941 et seq — Curabatur jam tum genus hominum ab omnipotente medico Adventabat, jam aderat Verbum Deus, et gradatim per Incarnationis suæ præludia quædam homini medebatur, 943. — Suum homini morbum lex nudavit. Ante legem quid fas, quid nefas esset, nimis internoscebat, aut nulla, aut rara et perobscura peccati conscientia pungebatur, 944. — Legis medicina tempestive adhibita est quæ ignorantiæ, quæ superbiæ sanitatem imitaret

944. — Hanc Theologiam ex illimibus Scripturæ fontibus haustam nobis sancti Patres propinarunt, 944. Erat lex lege mosaica antiquior, et intimior, hominum mentibus naturaliter insita atque ingenita, qua obligabantur et cujus prævaricatione constringebantur omnes etiam extra genus Abrahæ peccatores terræ. 946. — Per utramque legem Verbum non disparem humano generi condiebat medicinam, sed hic evidentius, illic obscurius, 947. — Accessit lex mosaica, patentius factum est, quod antea obscurius erat hominis flagitium, 949.— *Peccator oblitus erat se, nec videbat se. Data est illi lex ut videret se.* S. Aug., 950. — Non cunctabatur qui curare jam tum volebat, 951. Præludia curationis nostræ abunde per sui umbras et vacuas imagines exercebat Verbum, 953. — Quo sensu lex mosaica imperfecta erat, 953 et seq. — Data est lex non solum ut inveniretur, sed etiam ut augeretur infirmitas, et sic medicus quæreretur, 955. — Lex homini demonstrat suam infirmitatem, ut quærat demonstrata infirmitas Salvatorem. Lex igitur adducit ad fidem, 958.

Ex Christi meritis lex olim dispensata est. Etiam nunc post Christi adventum eadem medicinæ ratio perdurat, et ante legem ac sub lege prius sumus quam sub gratia, VIII, 960-975. — A veritate defluxus homo, non nisi quatuor gradibus ad pristinum statum redit. Primo ante legem in inscitia veri et æqui tenebrosus gemit. Deinde lege illustratus, infirmitate constrictus torpet. Tertio aspirante gratia infirmitati suæ obluctatur. Quarto in pacem recipitur, ut jam caro immortalitatem induta, nihil renitatur spiritui, 960. — Illa curandi lex quatuor gradibus distincta, non ad humanum genus tantum, sed ad singulos homines pertinet, 960; 962 et seq. — Dominatur in omnia tum tempora, tum temporalia Verbum caro factum. Nam non deitas tantum Verbi, sed et caro Verbi in omnia retro perinde, ut in omnia post sæcula principatur, 965.—Singulis vel ante legem vel sub lege versantibus, vel adfuit, vel adesse potuit gratia Christi, nisi eam a se repudiassent intempestivo noctis et sordidæ voluptatis amore, 968. — Quicumque singulariter ad certam sapientiam pervenerunt, nonnisi eadem veritate suarum sigillatim ætatum opportunitate illustrati sunt. A qua veritate ut populus sapiens fieret, ipsius generis humani opportuna ætate homo susceptus est, 969. — Hujus capitis doctrina ad certa capita reducitur, 969 et seq. — Verbum non decuit prius humano generi hypostatice sociari quam infantiæ nugis excussis et adolescentiæ intemperiis sedatis, opportuna ad sapientiæ et justitiæ maturitatem juventa affuisset, 971. — Hæc temporum in quatuor ætates divisio et alia in senarium numerum nihil dissonant, 971 et s.

Timor sub lege prius quam charitas adhibendus fuit. Pueritia generis humani prius timore sub lege regenda fuit, quam charitate per Christum ejus juventa imbueretur. Nec aliter etiam nunc consulitur singulis post Christi adventum, VIII, 975-995. — Illi hominum ætati offerendus erat Christus, quæ amore inflammescere poterat, non quæ non poterat nisi metu rigescere, 977. — Timor ergo moras objicit Christo, 981.—Attamen initium sapientiæ timor Domini. Timor ad justitiam prælusio est, 981, 982. — Prius incarnari non debuit Christus, quam timor et timori consecrata ætas expungeretur; Augustini sententia est, 983. — Est duplex præceptorum genus, quorum alteri obeundo paratior est timor, 984. — Timor iste est bonus, utilis, pueritiæ spirituali necessarius, ad charitatem, ad sapientiam et justitiam necessario præstruendus, 987; 992 et seq.

Temporalia prius quam æterna dona fuere largienda. Temporalia æternorum umbris et figuris honestanda fuerunt, VIII, 996-1011. — In utroque Testamento Christus, eadem æternorum bonorum charitas et felicitas, ibi opertius, hic apertius, 998. — Velantur et revelantur arcana sapientiæ pro sua cuique fumigantium cupiditatum vel obtenebratione, vel serenatione, 999. — Humano generi Christum jam tum Deus repræsentabat, sed illum sibi obnubilabat infantia et adolescentia hominum. Insaniebant homines terrenarum libidinum vesania, 999 et seq.— Ipsi incarnato Christo carnaliter primum, inde spiritualiter inhæremus, 1002 et seq. — Consentaneum erat, ut illi ætati quæ solo timoris freno poterat ad bonum agi, solo etiam temporalis felicitatis gustu pietas rudis præformaretur, 1004. — Non erat e dignitate Christi, ut tunc temporis ad terras devolaret, 1005. — Justitia eorum qui sub lege divinis obsequebantur mandatis, non alio quam temporalium bonorum delinimento illecti, æquo plus non extollenda est, vel deprimenda, 1007. — Cum sub lege, vel ante legem degeret genus humanum, non defuit cuiquam interioris gratiæ Christi validum auxilium, 1008. — In veteri Testamento promissiones sunt rerum terrenarum, in novo autem regni cœlorum, 1010.

Quæ hactenus de humani generis pueritia, legis, timoris et temporalis mercedis tirocinus imbuenda, et ita ad Christum manuducenda, disputata sunt, ex uno Augustino, confirmantur ex aliis sanctis Patribus, VIII, 1011-1055. — Ambrosius de lege, 1015, — De timore, 1021. — Hieronymus ab eadem doctrina non deflexit, 1023. — Nec Hilarius, 1029. — Nec Cyprianus, 1030. — Tertullianus timorem appellat *fundamentum salutis*; et salubri timore perculsos, necdum fide imbutos, aut timore fieri *candidatores Dei*, 1032. — Nunc audiantur Patres qui post Augustinum, aut eodem tempore floruerunt. Paulinus Nolanus, 1032. — Prosper, 1033. — Fulgentius, 1036. — Gregorius Magnus, 1037.—Christus est Christo prævius. Christo non præparat animam nisi Christus, 1042. — S. Bernardus de timore, 1042. De lege, 1047. — Ex Græcis Justinus martyr, 1047. — Basilius, 1050. — Gregorius Nyssenus, 1051.— Cyrillus, 1052.

Præceptis minoribus ante informanda erat humani generis pueritia per sapientiæ servos, quam majoribus ab ipsa per se sapientia imbueretur, juventus, VIII, 1055. — Nostris utilitatibus apprime consulitur dum majoribus majora, minoribus minora præcipit, 1059. — Ea est non natura instituti, sed pœna damnati hominis, ut non in matris modo, sed et in suo mœrore ac detrimento pariatur, edaturque in lucem sordidus, brutus, insipiens, nec nisi per longa ætatum intervalla erudiri, et expoliri in usum aliquem sapientiæ et religionis possit, 1067. — Christi magis quam hominis cujuslibet censendæ sunt variæ ætates; ita enim ab orbis condito ad ejusdem exitum nascitur, crescit per varia augmentorum curricula et maturescit Christus, 1068. — Ut Moyses Christi quædam imago et portio est, ita lex Mosaica gratiæ evangelicæ quædam portio, quædam erat anticipata prolusio, 1070.

Insuefacienda erat primum gens humana per figuras et umbras, postea per corpus proprium contrectare Deum et contueri, VIII, 1070. — Non quodlibet temperamentum cuilibet ætati et imbecillitati hominum opportunum est, 1071. — Ne nunc quidem nuda patet nobis deitas, nec nisi sub carnis involucro, 1074. — In omnium decursu seculorum nihil admirabilius quam quod homo ad Deum semper proficiat, hominem Deus ad se semper provehat, 1074. — Per omnia succedentium temporum volumina nihil aliud quam impletur homo divinis beneficiis, irrigaturque jugiter et crescit, 1075. — Tota vetus in lege et in figuris dispensatio a Verbo administrabatur in hominis augmentum, in hominis salutem. Nec posteriora legis evangelicæ et uberioris Christi gratiæ, et virtutis in carne conspicuæ incrementa capere homo potuisset, nisi prioribus illis augmentis confortatus, 1075. — Illa Verbi per multiplicem figurarum varietatem apparitiones, quibus olim carni suæ præludebat, incarnationes totidem fuere, quibus coaptabat se Verbum illis tum hominibus qualem poterant pro sua vel infantia vel pueritia ferre, 1075-1076. — Non ergo procrastinatam diutius quæramur Verbi corporationem, quæ ab initio statim facta est jugiter, nec fieri umquam desiit desinetque. Numquam enim cessavit, aut cessabit Verbum intelligibilem et intolerabilem nobis in infantiam revolutis lucem suam opacare et attemperare per corporea involucra, id est per corpus, per carnem suam, 1076. — Adjumenta erant ad Deum pro captu mentis intelligendum, illa omnia legalium sacramentorum spectacula, 1079. — Objectio a Judæis qui Christum non agnoverunt ducta facile solvitur, 1080. — Universitas hominum, tanquam unus ingens et ubique gentium sparsus, et omnes temporum tractus pervadens homo, gubernatur a Deo, per ordinata ætatum profectuumque intervalla, 1081. — At singuli breviori gyro et loci et temporis coarctantur, 1081. — Ergo secernenda est singulorum ratio ab universitate, 1081. — Propterea Deus eligit unam gentem et unum locum, ubi sacramenta non ad unius gentis tantum, sed ad salutem totius mundi pertinentia initiaret, ut unitas ubique commendaretur, ut humanus animus intus et foris ad unitatem revocaretur. 1084

Sacramentorum corporalium multitudine et obscuritate domandum primo fuit, dum puerascit genus humanum, et ita Christo initiandum, VIII, 1084. — Ut timoris, ita et sacramentorum onerumque servilium utilitas erat permagna jam Christo dedicans hanc ætatem, 1085. — Hæc servitus ad filiationem gradus erat, ideoque necessario præcurrenda, et divinæ adscribenda erat gratiæ, 1085. — Utimur nos paucioribus, illi pluribus sacramentis. Si prodest nobis leviori jugo premi, proderat et illis graviori; sed gradus servandi erant, ut a jugo timoris signorumque pondere graviori ad charitatis jugum lenius sarcinamque leviorem progrederemur, 1088. — Per corporalia in quæ cecidimus, supra corporalia ad intelligibilem veritatis charitatem enitimur, 1089. — Plura erant olim, pauciora nunc sacramenta, nulla penitus erunt in patria; quia olim emergere incipiebant ex voragine vitiorum, nunc ex parte emersimus, tunc in plenam respirabimus veritatis libertatem. Hæc compendiaria

est ratio corporalium omnium signorum, 1089.—In nullum nomen religionis seu verum seu falsum coagulari homines possunt, nisi aliquo signorum vel sacramentorum visibilium consortio colligentur. Ideo contempta vis sacramentorum sacrileges facit. Nam impie contemnitur, sine quo non potest perfici pietas, 1089.—Exterior hæc et universalis sacramentorum administratio, delineatio est expressioque clandestinæ singulorum curationis, 1091.—Seminabatur Christus, seminabatur gratia a Moyse, a prophetis; surgebant et adolescebant hæc semina, jamque maturæ erant segetes, cum messores immisit Christus apostolos, 1092. — Incredibilem quamdam paucitatem perhibent sancti Patres extitisse eorum, qui Christum in mosaicis sacramentis intelligerent, 1092 et seq. — Fatigabantur tam diuturna expectatione populares animi, et dubitationis ac desperationis fluctibus plerumque mergebantur, 1094. — Attamen non prophetæ tantum, sed et qui prophetis prædicantibus acquiescebant, ii Christum videbant, 1095. — Nec omnes omnia videbant prophetæ, sed alii alia, 1096. — Constanter urget S. Bernardus ut salus multis, non paucissimis, multitudini, non solis patriarchis et prophetis et paucis latentibus sanctis aperta fuerit ante Christum legalium ope sacramentorum, 1096.—Fides in Christo implicita tantum saluti tunc necessaria erat, non vero explicita, 1096, 1097.—In eadem sententia stat Hugo Victorinus qui hæc habet : « Ante legem dicit Deus se esse, sub lege unum, sub gratia trinum, ut paulatim cresceret cognitio veritatis, » 1098 —Et infra : « Sic per tempora crevit fides. Ante legem Deus creator credebatur et ab eo salus et redemptio expectabatur....... sub lege persona Redemptoris mittenda prædicabatur et ventura expectabatur... .. sub gratia manifeste ab omnibus jam et prædicatur, et creditur, et modus redemptionis et qualitas personæ Redemptoris, » 1098.—Et rursus : « Hæc sunt quibus nihil umquam minus recta fides haberi potuit, ut unus Deus credatur factor omnium et hominum Salvator, 1098, 1099.—Quidam sentiunt quod nullus de antiquis potuit salvari, nisi ista quatuor ad minimum crederet : scilicet Christum venturum, moriturum, resurrecturum et ad judicium venturum, 1099.—Alii quibus magis assentimur dicunt fidem Christi olim velatam fuisse in mysterio, » 1001 et seq. — Fides quidem exigebatur a populo Israel, scilicet ut crederent, quod Deus patrum suorum, Deus Abraham, etc., unus et solus verus Deus esset, et quod in semine Abrahæ benedicendæ omnes gentes essent; sed illud ab iis exigi non poterat quod non eis erat annuntiatum, ut crederent scilicet quod hoc modo vel tali ordine benedictiones illæ implendæ forent in Christo, 1105.

Non potest Christus a mortalibus nisi adumbratus teneri : quocirca et Mosaicis sacramentis, etsi umbraticis, continebatur; et nostris etsi verioribus, adhuc tamen obumbratur, VIII, 1106. — Illustriora sunt nobis umbracula, id est, sacramenta quam Judæis, sed sacramenta sunt tamen et umbracula, 1106. — Ab hominis lapsu unum eumdemque Christum, hoc est, sapientiam Dei incommutabilem, humanæ ægritudinis reparatricem, omnia penitus religiosa personavere sacramenta, et etiamnum personant omnia, 1107. — Omnis varietas in signis et sacramentis versatur, quibus Verbum Dei vel nobis se coaptat, vel nos ad se sustollit; cum religio, cum salus una eademque invariabiliter omnibus seu locorum seu temporum tractatibus dominetur, 1108 — Priscis non tantum patriarchis et prophetis, sed eorum auctoritati accedentibus populis, idem infundebatur, qui nobis spiritus fidei, idem spiritalis cibus potusque Christus esitandus potandusque porrigebatur, sub cortice sacramentorum legalium : ergo ne cunctatorem Christum querelis fatigemus, non cessabat enim qui vorandum hauriendumque se publice largiebatur, 1110 et seq. — Nobis emolumento est, non quod corporalem, sed quod spiritualem escam comedimus. Nam etiam dum caro Christi manducatur, spiritus est qui vivificat, spiritualis satietas expetitur, 1115.—Mysteria Christi, ut antiquis futura, ita nobis præterita, neutris adfuisse vel adesse putabuntur, si rerum species extima non remoratur, 1115 — Christi mysteria ita tempori sunt obligata, ut æternitatem spirent nec prætereundo oblitterantur, sed jugi et invicta præsentia perennant, 1116. — Omnia olim erat Christus, nunc multo magis Christus omnia in omnibus adimpletur, et multo maxime in beata patria erit Christus, cum jam nihil supererit adimplendum, 1118. — Quamdiu mortalem vitam et viam terimus, quia via hæc est et non meta, necesse est ut vacui aliquid et figurati supersit, quod impleatur, ut Christus omnia in omnibus adimpleatur, 1118. — Nondum totus advenit Christus. Tenemus nunc eum in imagine; tenebatur olim et in umbra, 1119 et seq. — Umbra erat justitiæ et sapientiæ Christi, timor servilis seu initialis; imago est Christi, amor filialis sed et initialis; nondum plena veritas, quia necdum plena charitas, 1121. — Umbra Judæis carnalibus, imago nobis, veritas resurrecturis, 1125. — Ne stupeamus, si tamdiu umbræ orbem in omnem se protenderint, cum ne nunc quidem nisi in umbris tametsi paulo lucidioribus versemur, 1126. — Priorum nubium enubilatio humanitas Christi, nubes et ipsa est, 1127. — Quas a lapsu primi hominis oculo nostro nebulas obduxerat nostra ægritudo, paulatim enubilandæ fuerant, et enubilatæ sunt, et enubilantur adhuc in dies; cumque fugerint omnia nubila, tunc patria lucis se aperiet, 1128 et seq.—Dedit suæ Ecclesiæ Veritas veritatem, Christus corpus suum et sanguinem, 1133. — Sed ista carnis veritas in sacramento velanda fuit, 1134.

Caro ipsa Christi, quæ Novi Testamenti summa beatitas est, vel asportanda hinc fuit, vel hic velanda, ut non carnaliter, sed spiritaliter, et qualiter etiam a patriarchis et prophetis diligi poterat, diligeretur, VIII, 1134. — Mens nostra peccati lue ita contabuerat, ut non jam nisi corporalia et imaginari et amplecti posset; ergo Verbum incarnatum complectatur mens, non manus, non oculus, 1135. — Per carnem admensa se nobis est et tamquam parvulis latescere voluit deitas veritatis, 1137 — In apostolis cæterisque tum fidelibus, nos præsentem Christi carnem vidimus.. , illi in nobis absentem credunt, visam recordantur, 1137. — Vidit ergo humanum genus et totum vidit corporalibus oculis illam carnem, quam prius expectatione, quam nunc recordatione colit ac veneratur, 1139. — Reges et prophetæ videre illam carnem concupivere. Beatum est enim eam credere, et antequam videris; beatius videre postquam credideris, 1141.—Illud omne quo populi Dei infantia lactabatur, caro Verbi quædam erat; velata illa quidem, sed nec nunc nobis nisi velata offertur, 1147.

Vetus Testamentum quædam erat adumbrata Verbi Incarnatio, et ea quæ puerili pietati sufficeret, VIII, 1148. — Scriptura vetus est quædam verbi Incarnatio, 1148. — Probatur testimonio SS Patrum, 1149 et seq. — Loquebatur ergo et scribebat seipsum per prophetas Christus ipse. In omnibus ipse veniebat, 1154. — « Lege libros omnes propheticos non intellecto Christo, ait S. Augustinus, quid tam insipidum et fatuum invenies? Intellige ibi Christum, non solum sapit, quod legis, sed etiam inebriat, 1155. — Quid est quod dicitur Testamentum vetus, nisi occultatio novi? Et quid est aliud quod dicitur novum, nisi veteris revelatio, » 1155.—Quid Scriptura, nisi manifestatio Verbi, 1155. — Prout quisque vel timore, vel amore religionem colit, vel litteræ corticem, vel spiritus penetralia lambit; ita et vel legem adhuc sapit in Evangelio, vel in lege Evangelium degustat, et vel servus est inter libertatis, vel liber inter servitutis insignia. Utrobique autem Christus est idem unusque, quem suus cuique timor obvelat, vel amor revelat, 1157 et seq.— Non Scriptura tantum vetus, sed ipsa totius populi dispensatio quædam erat Christi adventantis promulgatio. Totus ille populus tamquam catholicus quidam propheta gestabat Christum excrebatque, 1160 et seq —Malis operibus significantur aliqua Christi mysteria malorum omni expurgatoria, 1164. — Nihil est quod miremur, si sacramenta Christi per aliqua hominum flagitia significentur, 1165 et seq.

In veteri Testamento nunquam latuit charitas veritatis. Nusquam non adfuit, id porro unum, id totum Christus, id solus est, VIII, 1169 et seq. — Nec ipsa Christi lex aliud quidquam complectitur, nec Christus ipse a nobis aliud esse intelligitur, quam charitas veritatis et veritas charitatis, 1170 — Charitas ipsa nec antiqua est, nec nova, est semper antiqua, semper nova est, quia incommutabilis est et æterna, 1174 — Quidquid salubriter vel mente concipitur vel ore profertur, vel utcumque ex sacris Litteris exculpitur, ad charitatem pertinet, quia Christus ipse charitas est 1175. — Extat in tota latitudine Scripturarum unus Christus, moriens et resurgens, et hoc lacte alas nostræ charitatis nutriens, 1177. — Finis legis, finis præcepti jure merito Christus est, charitas est, qua Christo veritati adhæretur Id Scriptura tota canit, natura et conscientia tanquam gemina Scripturæ et germana soror, ab eodem parente et institutore Deo informata, succinit, 1178. — Liquet totam Christi doctrinam, una charitate contineri, liquet totam Christi dispensationem morte et resurrectione ejus constare, et ad hæc cætera revocari, 1179. — Qui Christum nescit, nescit et legem, 1182.—Lex ergo charitatis, quia naturalis, liberalis, communis omnibus, nunquam cessavit, ea una a Christo rogata est, sive ante legem clam, sive sub lege palam, sive in carne sub gratia manifestius largiusque, 1185 et seq.

Verbum Deus ante carnem suam, ad omnes ubique gentium populos visis congruis veniebat, et præcoquis futuræ Incarnationis suæ beneficiis quibusdam irrorabat, VIII. 1187 et seq.—Adducuntur Patrum et doctorum testimonia, Nicolai a Casa cardinalis, 1188,—S. Augustini, 1198,—Hieronymi, 1211,—Tertulliani, 1214, — Origenis, 1215,—Justini mar-

tyris, 1218.—Cyrilli Alexandrini, 1219, —Gregorii magni, 1228,—Richardi a sancto Victore, 1229,—Cassiani, 1230 — Christus est desideratus omnium gentium, 1189, 1190 — Itaque, ait S. Augustinus, « Ab exordio generis humani quicumque in eum crediderunt, eumque utcumque intellexerunt, et secundum ejus præcepta pie et juste vixerunt, quandolibet et ubilibet fuerint, per eum procul dubio salvi facti sunt, »—1199 In promptu est quid hic studeat Augustinus: nimirum salutem per Christum ante Christi adventum non Hebræis tantum, sed et reliquis per orbem disseminatis impartiri, 1199. — Ex S. Augustino liquet Christum etiam ante carnem suam ad gentiles venisse per interna veritatis lumina, per externa etiam quædam sui vaticinia, selectis ex ipsa gentilitate pauculis vatibus effusa, 1202 et seq.— « Quod ergo in Israel, ait Augustinus, per constitutionem legis et prophetica eloquia gerebatur, hoc in universis nationibus totius creaturæ testimonia et bonitatis Dei miracula semper egerunt, » 1207.—Eadem ergo gratia, eadem salus, idem Christus nullis se negans, omnibus se vel per creaturam, vel per legem, vel per Evangelium præbens, sed mensura et quantitate non una, 1210. —S Clemens Alexandrinus refert hæc verba Numenii philosophi Pythagorei : *Quid enim est Plato, nisi Moyses, qui loquitur attice*, 1222. — Quod ait Clemens, Christum sibi ex gentibus prophetas delegisse, id etiam sensit Augustinus, Gregorius, aliique, et Jobi exemplo invectissime demonstratur. Quod vero ait philosophiam Græcis perinde ut legem Hebræis a Deo misericorditer concessam, vix aut ne vix quidem negari poterit, 1223.—Concludere licet cum Richardo a sancto Victore : « Multi non solum ex Judæis, verum et ex gentibus Christi adventum prænoverant, et cum magno desiderio expectabant,» 1229.

Christus non universis tantum, sed singulis etiam hominibus venit; singulis nascitur, crescit, moritur, resurgit, ideoque non semel, sed semper venit, et etiam nunc, cum venerit jam, venturus expectatur, VIII, 1231. — Probatur Patrum testimoniis : Ambrosii, 1232, — Hieronymi, 1234, — Origenis, 1239,—Gregorii Nysseni, 1245, — Paulini Nolani episcopi, 1246, — Fulgentii, 1247, — Gregorii papæ, 1248, — Prosperi, 1250, — Augustini, 1251, — Bernardi, 1257. — Quæcumque toti generi humano sapientia Dei præstitit, hæc eadem unicuique sanctorum semper suo ordine et dispensatione largita est. — Verba sunt S. Hieronymi, 1257. — Sapientia Dei Christus venit et videtur omni loco, omni tempore ; et carnis ejus dispensatio adest omnibus locis temporisque tractibus, et instar sapientiæ, omnibus et singulis integram intimamque se probat, 1238. — Ubicumque et quandocumque ab orbis initio ad calcem, ab ortu ab occasum, justitia vel nascitur, vel perficitur, Christus qui justitia est nascitur et perficitur, 1239. — Omni tempore et omni loco, sed aliis et aliis per varios gradus profectuum nascitur, adolescit, moritur, reviviscit Christus, 1242. — Tunc venit Christus, tunc nascitur, tunc moritur, tunc resurgit, quando unusquisque, hæc ejus sacramenta in seipso explicat, et in carne, ac in mente suo Christum indutus demonstrat, 1243. — Easdem ætates induit Christus, quas quisque in Christo gerit; cum nascentibus nascitur, cum proficientibus proficit, cum perfectis perficitur, 1246. — Cum pueris puerascit, grandescit cum grandibus, 1263. — Datus est nobis Christus, et instamus ut detur : venit, et urgemus ut veniat, 1255. — Christus incomprehensibilis est, et quantumcumque videatur quis ætatem plenitudinis ejus attigisse, semper deficit, nisi proficit, 1263. — Adhæreamus ergo carni ejus, ætates et progressus carnis ejus in nobis impleamus, 1264.

Christus venit et semper veniet victor, judex, imperans, VIII, 1264 1296. —Adventus Christi ad nos nunc fit, et semper fieri implerique pergit, 1271. — Regnum Christi in dies augescit et amplificatur, tum in singulis, tum in universis, 1274. — Est enim Christus ecclesia, est Christus caput et membra, universitas illa justorum, quæ a cunabulis mundi ad senium usque ejus nunquam usquequaque interire aut evanescere potuit, 1275. — Sacramentum magnum est, non seorsim Christus, non seorsim Ecclesia, sed Christus in Ecclesia, Ecclesia in Christo, Christus et Ecclesia, 1276. — Ea est Ecclesiæ, ea Christi magnificentia, qui non unus aliquis particularis imaginandus est justus esse, sed tota justorum respublica, tota sapientum qui usquam et unquam extiterint universitas, 1276. — Justus quilibet portio Christi est. « Non ille unus, et nos multi, sed et nos multi in illo uno unum. Unus ergo homo Christus, caput et corpus. Totum ergo Christus. » Verba sunt Aug., 1277. — Manifestum est ad Adam pertinere omnes qui nascuntur homines; ita ad Christum pertinet omnis qui in gratiæ largitate nascitur. Unde fit ut totum genus humanum non nisi homines duo; primus et secundus. Ut primum lapsus est Adam, protinus adfuit Christus secundus homo, adfuit Adamo ipsi, et ejus proli Abelo et aliis, 1278 et seq. — Nullus fuit justus, qui non Christi per figuram nuntius extiterit, non nuntius autem tantum, sed et portio Christi erat justus quisque, 1291.

Solvitur objectio et quædam in speciem conflictatio inter sanctos patres, aientes modo lege et timore ante fuisse præparandum, modo expectandum ut summa vis morbis tum fureret, ut tunc medicus in orbem ægrum adveniret, 1296 et seq —Curabatur morbus, et tamen ingravescebat, 1301.

Adventus. Sic dictus quia præcedit adventum Domini in mundum. Initium habet die dominica quæ festo S. Andreæ proxima est, ac proinde a die 27 novembris ad 3 decembris, XV, 347. — Quatuor semper complectitur dominicas, 347. — Aliquibus in locis quintus et sextus accesserunt, 347. — Tempore adventus per plura secula abstinentia a carnibus erat præscripta, ut nunc etiam apud Græcos, 348. — Adhibetur color violaceus, 348. — Annus ecclesiasticus a prima dominica adventus incipit, 347.

Advocatus est ille qui in judicio partem alterius litigantis defendit. Quidam arcentur ab officio advocati propter impotentiam, quidam, propter indecentiam, XVI, 1270; XIV, 1177, 1178-928.— Advocatus tenetur præstare gratis patrocinium causis pauperum, 1176-928. — Et quidem sub mortali in gravi necessitate pauperum, XVI, 1272. — Advocatus tenetur ex justitia, 1° habere competentem scientiam; 2° clienti suo præstare diligentiam debitam pro qualitate causæ; 3° abstinere se a fraudibus; 4° non accipere ultra pretium justum; 5° non tueri causam quam scit esse injustam, vel nihil fere habere probabilitatis, 1270. — Quare antequam causam suscipiat, tenetur ejus æquitatem et probabilitatem perpendere, eamque clienti indicare, 1271. — Peccat injustam scienter causam defendens, et tenetur ad restitutionem damni illati, XIV, 1178-729. — Paratus cuivis patrocinari, sive justam, sive injustam habeat causam, absolvendus non videtur, XI, 526.— Quando, præmisso diligenti examine, invenit causam esse dubiam, vel æque probabilem, potest unam defendere, XIV, 1179-929. — Peccat dum non vult aut negligit scrutari merita causæ assumendæ, 1179-930.—Advocatus qui suum clientem de crimine accusatum ita juste defendit, ut accusator deficiat in probationibus et pœna talionis plectatur, non tenetur tale damnum compensare, 1180-930. — Tenetur fidelitatem et secretum servare erga suum clientem, *ibid.* — Potest pro suo patrocinio pecuniam sumere, 1180-931. — Quando quid notabile extorquet supra pretium a lege taxatum, peccatum mortale est cum obligatione restituendi excessum, 1181-931. — Si pretium non sit taxatum, illud censetur justum quod tale habetur judicio prudentum pensatis circumstantiis, XVI, 1270. — Exponuntur casus in quibus advocatus peccat, et ad restitutionem tenetur, 1271; XV, 1166 — Avaritiæ lethalis reus est advocatus conveniens de quota parte litis, aut pactum iniens ut obtenta causa tantum sibi solvatur, XI, 865. — Illud pactum est invalidum, et tanquam turpe reprobatum, XVI, 445, 446.

Ædificatio fit vel ex aliena materia in proprio fundo, vel ex propria materia in fundo alterius. In utroque casu ædificium pertinet ad dominum fundi, juxta illud juris principium : *Ædificium semper solo* cedit, XV, 860.

Æqualitas duplex est : altera rei ad rem, quæ dicitur esse secundum proportionem arithmeticam, et est objectum justitiæ commutativæ; altera proportionis ad proportionem, quæ dicitur esse secundum proportionem geometricam, et est objectum justitiæ distributivæ, XV, 457.

Æquitas dupliciter accipitur, uno modo pro æquitate naturali, quæ eadem est cum justitia naturali. Alio modo pro prudenti moderatione legis scriptæ, XII, 110-90. —Jus est quod omnia recta et inflexibilia exigit, æquitas est, quæ de jure multum remittit, *ibid. Vid. Epikia.*

Æquivalens formaliter, et virtualiter seu illative, I, 1436, 1437-1133. — Æquivalens proportio illative dicitur, quæ non eumdem cum altera exprimit formaliter objectivum conceptum, significatum, sed aliud formaliter diversum, 1436-1135.

Æquivalenter seu causaliter et virtualiter unum in alio contineri potest, I, 1435, 1436-1132, 1133.

Æquivalentia habetur quoties voces quidem sunt diversæ, sed idem est significatum non quidem sola identitate reali, sed vera et rigorosa identitate formali, esto non æque clare exprimatur sub una ac sub altera. Cujus generis censentur definitio et definitum, I, 1436-1132, 1133. — Æqualitas potest esse totalis et partialis, *ibid.*

Æquivocatio est verbum ambiguum, aut propositio constans pluribus verbis ambiguis, plures sensus efficientibus, XIV, 1075-849. — Circa quam tres sunt auctorum sententiæ. Prima nimium quam par sit, illarum usum extendere videtur, et eum tanquam licitum admittere in omnibus fere

actionibus vitæ civilis, in quibus aliquis interrogatus existimat se habere aliqualem causam occultandi veritatem interroganti, *ibid.* — Secunda reprobat omnem omnino usum quarumcumque æquivocationum et restrictionum mentalium ut prorsus illicitum et mendacii labe infectum, 1077-849. — Tertia rejicit quidem restrictiones mentales nullo signo externo sensibiles seu æquivocationes formales, tanquam mendacia in nullo prorsus casu licita; sed admittit æquivocationes mentales exterius sensibiles, seu æquivocationes materiales tanquam licitas in quibusdam casibus, et cum conditionibus explicandis, 1077-850. — Duobus modis potest loquens uti æquivocatione: primo formaliter seu per restrictionem pure mentalem, exterius nullatenus apparentem neque sensibilem, *ibid.* — Secundo materialiter tantum et restrictione mentali aliquo modo apparenti et sensibili, 1080-852. — Requiritur justa et rationabilis causa, gravisque ac urgens necessitas utendi hujus modi æquivocationibus materialibus Requiritur præterea quod interrogatus non teneatur ex justitia aut religione, aliave obligatione aperire veritatem, 1081-853. — Probatur tertia sententia primo exemplo Abrahæ, 1082-854. — Prob secundo exemplo Jacob, Joseph et aliorum, 1084 et seq -855. — Prob. terti o ex S. Augustino, 1091-861. — Prob quarto ex S. Thoma, 1093-862 —Prob. quinto ratione, 1095 et seq.-864.

Aeriani hæretici sæculi IV contenderunt episcopos non esse presbyteris superiores, orationes nihil defunctis prodesse, jejunium non esse in præcepto, V, 46.

Aerius hæresis Aerianorum auctor fuit, V, 46.

Aeromantia est divinatio per aerem, III, 450: XIV, 89-72.

Æsculapii miracula falsa, II, 519; 523; 1079, 1080, III, 452 et seq.

Ætas requisita ad jejunandum, requiritur omnino completa, XXV, 393.

Ætas, seu moralis hominum tum singulorum, tum universorum, vita quadripartita, VIII, 960 et seq. — Quatuor sunt differentiæ in uno homine quibus gradatim peractis, in vita æterna manebitur. Prima est actio ante legem, secunda sub lege, tertia sub gratia, quarta in pace, 960, 961. — Sunt ætates sex etiam in uno homine, infantia, pueritia, adolescentia, juventus, gravitas et senectus. Sex mundi ætates, 972 et seq.

Æternitas est actualis et tota simul duratio rei immutabilis; vel duratio totius simul, carens principio et fine; vel entis semper existentis et summe immutabilis sine successione duratio, VII, 133 — Hæc definitio differt tum a tempore, tum ab ævo, 133. — A Boetio definitur : interminabilis vitæ tota simul et perfecta possessio. Hæc definitio maxime probata est, 133. II, 214. — Alii statuunt æternitatem esse durationem suscessivam seu tempus infinitum. Alii nullam admittunt in æternitate successionem. Pro posteriori opinione stant Plato, viri maximi nominis apud antiquiores, plerique Ecclesiæ Patres et omnes ferme scholastici, 213, 214 VII; 134. — Æternitas Dei nullam admittit successionem, 135. — Æternitas est possessio totius vitæ et durationis simul; simul dat totum suum effectum formalem, et simul Deus durat per totam æternitatem, alioquin perficeretur successive, XXIII, 164. — Æternitas præmiorum et pœnarum est necessaria, I, 900, 902, 903.

Aetiani et Eunomeniani ab Aetio et Eunomio nuncupati, hæretici sæculi IV; Arianæ hæresis soboles, V, 47. — Eorum errores, 47.

Ævum est duratio entis immutabilis quoad substantiam, sed ratione modorum vere mutabilis; quod initium habuit, sed finem non est habiturum. Talis est omnium spirituum duratio, forsan et materiæ a suis formis independenter consideratæ, VII, 133.

Affectus præsentis sæculi, seu inordinatus vitæ præsentis amor, est una ex octo filiabus luxuriæ, XI, 1019. — Perit omne judicium, ait Seneca, cum res transierit in affectum, 321.

Affines, in gradu prohibito legitime dispensati ad ineundum matrimonium, incestum probabilius non committunt fornicando, XVIII, 1101.

Affinitas est propinquitas personarum ex carnali copula sive licita, sive illicita proveniens omni carens parentela, XVIII, 1098; XXV, 393; 618. — Brevius definitur : propinquitas personarum ex carnali copula proveniens. Vocatur affinitas, quasi duorum ad unum finem unitas, XIV, 728-575. — Duplex est affinitas, altera legitima quæ mediante matrimonio contrahitur; altera illegitima, quæ per coitum illegitimum, XIX, 471 — Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, sed non gradum attinentiæ, v. g., uxor fratris est affinis eodem gradu quo frater est cognatus, 473. — Tria sunt genera affinitatis, 473. — Affinitas legitima quatuor gradus habet. Sic maritus est in primo gradu affinitatis cum uxoris sorore; in secundo cum ejus consobrina germana, in tertio cum illius consobrina secunda; in quarto cum istius filia. Idem dicendum de uxore respectu consanguineorum mariti, XIV, 729-576. — Affinitas non oritur nisi immisso quacumque arte intra vas femineum viri semine, XXV, 393. — Causatur ex quavis copula etiam involuntaria, ut in somnis aut vi habita, 393, XVIII, 1098. — Vinculum affinitatis oritur ex omni et sola carnali copula adeo consummata, ut sufficiat per se loquendo ad generationem, 1098; XIV, 728-573. — Non habet gradus, sed mensuratur juxta gradus consanguinitatis, XVIII, 1099; XXV, 393, 618. — Affinitas affinitatem non parit. Contrahitur inter solum virum et consanguineos mulieris, et inter mulierem et consanguineos viri, 394; 618. — Inde pater et filius ducere possunt matrem et filiam; duo fratres duas sorores; vitricus viduam privigni, et noverca maritum privignæ defunctæ, 618.— Affinium nomina sunt sequentia *socer*, pater uxoris vel mariti: *socrus*, mater mariti vel uxoris; *prosocer*, avus uxoris vel mariti; *prosocrus* avia mariti vel uxoris ; *gener*, maritus filiæ; *nurus*, uxor filii; *progener*, maritus nepotis; *pronurus*, uxor nepotis; *levir*, frater mariti; *glos*, soror mariti; fratria, uxor fratris, quæ et glos dicitur; *sororius*, mater sororis; *janitrices*, duorum fratrum uxores; *vitricus*, matris maritus; *noverca*, uxor patris; *privignus*, *privigna*, filius vel filia mariti vel uxoris; *filiaster*, *filiastra*, filius vel filia ex alio conjuge genitus vel genita, quam eo, quem mulier de facto habet, XVIII, 1100.

Ante sæculum XIII; Tres erant affinitatis species, XX, 1098; XXV, 394; 619. — Affinitas ex copula legitima, ut consanguinitas est impedimentum matrimonii usque ad quartum gradum inclusive; ex copula illicita, ad secundum gradum restringitur, XVIII, 1099, 1100; XXV, 619, 620. — Affinitas præcedens matrimonium impedit contrahendum, et dirimit contractum, XIV, 729-576. — Quo jure dirimat, XXV, 620. — Affinitas matrimonium dirimit cum illegitimis sicut cum legitimis, XIX, 469. — Maritus qui carnaliter cognovit consanguineam uxoris suæ, reddere sed non petere potest debitum conjugale, XIV, 729 576. — Incestus in gradibus affinitatis est casus reservatus in pluribus diœcesibus, 1103 et seq.—Impuberes non tenentur lege reservationis, nisi eorum malitia suppleat ætatem, 1100; 1106. — Ad hanc pœnam requiritur scientia cognationis, 1099. — De l'affinité et de l'honnêteté publique; jusqu'à quel degré s'étendaient autrefois les empêchements qui résultent de l'un et de l'autre, XX, 1096 et seq.

Afflictio in prosperis proximi est lethale peccatum, cum ex invidia vel odii fonte procedit, et hic motus est deliberatus, XI, 1079.

Agareni Sabellii sequaces, semi Christiani, Trinitatem oppugnaverunt, VI, 795. — Agareni dicti sunt Christiani apostatæ, qui septimo sæculo a religione Christiana defecerunt, ut alcoranum amplexarentur. Agareni vocantur ab Ismaele filio Agar a quo Arabes originem ducunt, 796. *In nota.*

Agenda. Pro missa agendæ nomen usurpatum sæpius reperitur. V, 524

Agere est se habere active et non mere passive, XI, 621

Agilitas corporis gloriosi definiri potest : perfectio corporis gloriosi, qua illud animæ ita subjicitur, ut sine labore, lassitudine aut quacumque alia difficultate, ad quamlibet loci distantiam moveri possit brevissimo ac velut imperceptibili tempore, VI, 353; VII, 1589.

Agni paschalis manducatio erat veteris legis sacramentum, a Deo institutum, IX, 180. — Erat figura sacramenti Eucharistiæ. Ritus hujus manducationis signa erant, 180. — Incircumcisis, inquilinis, mercenariis hominibus, Judæis apostatis, esus agni paschalis non permittebatur, 181.

Agnus Dei dicuntur ceræ a summo pontifice benedictæ, agni formam habentes, XXVI, 410. — Oratio de agnis Dei, XXVII, 425 et seq. — De agnorum Dei antiquitate, 431. — Quo ritu agni cerei consecrantur, 434 — De efficacia benedictorum agnorum, 435. — De significatione agnorum Dei, 438.—Agnorum Dei secundaria significatio, 439. — Forma aliqua pietatis in usu hujus amuleti, 440. — De miraculis factis per amuletum agni Dei, 443. — Carmina de agnis Dei, 445. — Defenditur qui de agno Dei scripsit : *Peccatum frangit, ut Christi sanguis*, 447. — De blasphemia quæ contra agnos Dei legitur in Apiario Romanæ Ecclesiæ, 448 — An sexta synodus agnorum figuram prohibuerit, 449. — De fragmentis agnorum, 452 — Gregorii XIII constitutio ne agni Dei benedicti minio inficiantur, aut venales præponantur. 452.

Alba vestis sacra ad missæ sacrificium requisita, XXIII, 838. — Quando manicæ assutæ separantur ab alba, perditur benedictio, 825; 858. — Alba camisia, camisus et ca-

masile vocatur, 904. — Duplex erat alba : altera ad communem usum, altera ad altare adhibebatur, 902. — Viri ecclesiastici alba ad quotidianum et communem usum vestiebantur, 904. — Alba reges utebantur, 904 — Alba quædam peculiaris laicorum magnæ dignitatis fuit ornatus. — Alba interiorum ordinum vestis fuit, cui superpelliceum fuit substitutum, 905.

Alba est vestis ad pedes demissa. Alba linea, non lanea esse debet, et albi coloris, 904.

In lege veteri sacerdotes non aliis quam lineis et albis vestibus sacrificando utebantur. — Alba plerumque induebantur veste sacerdotes ethnici, cum ad altare accederent, 911.

**Albanenses** octavo sæculo in Albania nati, surculus erant Manichæorum, VI, 795, *in nota*. — Negabant Deum esse verum omnium creatorem, 795.

**Albigenses** Manichæorum secta, hæretici sæculi XII et XIII, docebant duo esse rerum principia ; negabant carnis resurrectionem, infernum et purgatorium, Baptismi et Eucharistiæ sacramenta, V, 74. — Confirmationis sacramentum rejecerunt, XXI, 548.

**Alcoranus**, vox composita ex *al*, gallice *le*, et *koran*, *lectio*: est ergo liber lectionis. — Dividitur in *suras* seu capita 114. — *Suræ* dividuntur in *ayat* seu signa diversæ longitudinis, III, 471. — Continet Alcoranus judicia, historias et parænenses seu hortationes, 472. — De Alcorani origine Mohammedanorum sententia, 472 et seq.

**Alea.** Contractus aleam continentes, XVI, 924

**Alectryomantia** divinatio est ex gallo gallinaceo, III, 431.

**Aleuromantia** divinatio ex farina, III, 429.

**Alexandrina** Ecclesia. *Vid.* **Cophtæ.**

**Alimenta** quando vir uxori debet et non debet, XXV, 594

**Alleluia** interpretatur: Laudate Deum, XVII, 1384 — Si ejus vocis spectetur usus, exclamatio quædam est lætitiæ, ut idem fere valeat, quod valet apud latinos *plaudite*, XXVI, 414.

**Alluvio** est incrementum quod fluvius alicui prædio adjicit. Ad quem pertinet hoc incrementum. Vid Codicis civilis art. 556 et seq. XV, 861.

**Alphitomantia** divinatio ex farina, III, 429.

**Altare** holocausti ex *lignis setim* construi et laminis æneis operiri Deus jussit ; altare vero thymiamatis auro purissimo vestiri, XV, 150 — Lex de altari ex terra et lapidibus impolitis, 151. — Non ascendes per gradus ad altare meum, ait Deus, ne reveletur turpitudo tua, 152. — Primis Ecclesiæ temporibus altaria certe lignea fuere, XXIII, 883. — Lapidea fuerunt altaria vergente in finem sæculo quarto, fuere etiam ex argento facta, 884. — Altare super quo missæ sacrificium est peragendum, lapideum esse oportet et ab episcopo consecratum ; et si non sit ex lapide, sacra petra saltem instrui debet ab episcopo consecrata, et tam magna, ut hostiam et majorem calicis partem capiat, 825 ; 881 ; 885. — Altaria sive fixa, firma et stabilia sint, sive portatilia, mobilia et viatica debent primo esse lapidea, saltem quoad partem super quam reponitur calix et hostia ; secundo debent esse consecrata per unctionem chrismatis. Diverso ritu consecrantur altaria fixa et mobilia. Tertio debent reliquiæ sanctorum in sepulcro, seu cavea altarium recondi, XVI, 251. — In Ecclesia latina, altare, ubi non est totum rite consecratum super impositum habet consecratum lapidem, qui tabula altaris nuncupatur, XIX, 1101. — In Ecclesia Græca, loco lapideæ tabulæ super altaris non consecrati mensa aptari solet linteum quoddam episcopali benedictione consecratum, in cujus angulis sanctorum reliquiæ reconditæ sunt, 1102. — In orientali Ecclesia nullus est petræ sacræ usus, XXIII, 885. — Altaris mensa unica vel pluribus columellis sustineri consueverat, 885. — Antiquitus unicum fuit in singulis templis altare, 886. — Tum in Oriente, tum in Occidente antiqua consuetudo erat, ut in una ecclesia unicum altare messet, in quo semel tantum in die celebraretur, XVI, 1102.

De altaris ornatu sine quo missam celebrare non licet, XXIII, 881. — Cruce opus est, cujus usus est vetustissimus, 886 et seq. — Cur lumina adhibita fuere, 889. — Vetustius est linteorum usus super altare, 889. — Benedictus XIV de retinenda crucifixi Salvatoris imagine palam et visibiliter exposita super altaribus ad quæ missarum sacrificia peragantur, 1235 et seq. — Non satis est nudam crucem in altari statuere, sed addenda est imago Christi quæ pendeat e cruce, nisi necessitas intervenerit, 1238. — Crucifixus pendens a cruce debet in altari constitui, etiamsi Salvator noster crucifixus in majori tabula altaris depictus aut cælatus appareat, 1238. — Crux parva cum imagine crucifixi quæ tabernaculo præfigitur, satis non est ne Rubrica violetur ; sed poni debet alia crux in medio candelabrorum, 1239 — Quando publice venerationi fidelium exponitur divina Eucharistia, quælibet Ecclesia morem et institutum retinere potest, 1240 — Altare in plurium sanctorum nomen dedicari potest, et in majori tabula unus aut plures sancti pingi possunt, 1237.

Privilegiata dicuntur altaria, in quibus sacerdos pro defuncto celebrans, plenariam eidem indulgentiam lucrari potest, XVIII, 606. — Sacerdos celebrans in altari privilegiato, non indulgentiam tantum, sed et missam in defuncti subsidium applicare debet, 607. — Cui prosit missa in altari privilegiato celebrata pro defuncto, si is jam sanctus vel reprobatus ipsa non indigeat, 607. — Missa in altari privilegiato celebrata, nec debet, nec semper potest celebrari *de Requiem*, 607 et seq. — Qui stipem recipit ut pro defuncti anima celebret in altari privilegiato, oneri huic non satisfit, si in altari communi celebret, applicando defuncti animæ indulgentiam aliam pro defunctis, 609. — Cum in concessione altaris privilegiati apponi soleat clausula hæc: dummodo in Ecclesia tot, v. g. viginti, et ad minus septem missæ quotidie celebrentur, an teneat concessio, si minor in ea celebretur missarum numerus, 609 et seq. — Per privilegiorum communicationem ipsæ etiam pro defunctis indulgentiæ communicantur, non autem altarium privilegia, 611. — Cum obtinetur renovatio privilegii pro altari cujus privilegium nondum expiravit, valet renovatio hæc non obstante clausula : volentes Ecclesiam N. in qua aliud altare privilegiatum non reperitur erectum, etc., 611. — Altari portatili cui sancti alicujus imago apposita est, annecti potest privilegium, 612. — Diruta Ecclesia, concidit altaris privilegium. Non concidit, si altari diruto, altare novum loco prioris constituatur, 612. — Indulgentiæ altaris privilegiati non suspenduntur in Jubilæo, 612. — Privilegium altaris ad septem annos concessum, incipit a die datæ brevis, 612. — Quid requiri soleat ut altari alicui tribuatur privilegium, 612. — Quando ex missis ad altare privilegiatum celebrandis, tot supersint, ut omnibus satisfieri non possit, quid agendum, 613. — Onera perpetua et fundationes ad altaria privilegiata recipere non licet, 613.

**Amatorium** est maleficium quo provocatur et incenditur aliquis in amorem vel in odium personæ determinatæ. — Amatoria sollicitare possunt, compellare invitum nequeunt, XVIII, 1121.

**Amare** est velle alicui bonum, XI, 1137 ; XIII, 1390-1096

**Ambitio** est appetitus inordinatus amoris Est peccatum Scripturæ sacræ auctoritate damnatum, XI, 799. — Et auctoritate Patrum, 801 et seq. — Ab ambitione nos deterrere debent, 1° exemplum Christi, 806 ; — 2° ipsius ambitionis vilitas ; 3° curæ et labores cum ea conjuncti, 807 ; — 4° honorum vanitas, 808 ; — 5° ejus crudelitas innumeris exemplis comprobata, 809. — Ambitio lethale peccatum est, si quis in honore finem ultimum constituat ; si quis ex peccato mortali honorem quærat ; cum appetitur aliqua dignitas ob finem nefariam, cum quis honorem quærit cum alterius damno vel injuria, 809. — Si quis sine vocatione, solius honoris, aut commodorum temporalium intuitu ecclesiastica beneficia petit, 810 — Lethalis ambitionis reus est qui episcopatum, aut aliud beneficium curam animarum habens, pro se postulat, aut sibi ipsi in electione canonica suffragatur, 811. — Qui eo præcipue consilio monasticum habitum induit ut abbatiam obtineat, 812. — Concionatores, qui majorum ecclesiarum pulpita obtinere nituntur ut nominis claritatem consequentur, et ad episcopatum aliave beneficia promoveantur, 813. — Qui beneficium retinet sine legitimo titulo, aut sine dotibus necessariis, nec eas vult aut potest comparare, 816. — Qui beneficium retinet, cujus cessione pacem Ecclesiæ procurare potest, aut grave malum ab ea depellere, 817 — Episcopus, qui a minori episcopatu ad majorem, sine necessitate vel utilitate Ecclesiæ, migrat, aut transferri postulat, 818 — Qui pro se beneficium ecclesiasticum sine cura animarum petit, ad inopiam suam sublevandam, non est reus ambitus, 812 — Reus est pusillanimitatis et desidiæ, qui a Deo vocatus, et superioris auctoritate sacro regimini admotus, impositum onus suscipere pertinaciter recusat, 815 — Obedire superiori beneficium imponenti non tenetur, qui in se impedimentum agnoscit, quod nec ejus studio, nec superioris auctoritate removeri potest, 816. — Non semper ambitionis reus est, qui ordinem suum ac locum tuetur Quandoque ignavus est et pœna dignus qui suo jure cedit, 818. — Ambitio est vitium magnanimitati oppositum 1225, 1233

**Amen** hebræum verbum est, cujus multiplex est interpretatio. Primo, *Amen* id est *vere*, seu *verum est*. Secundo *fiat*, XVII, 1382 et seq. — Quare in oratione dominica a sacerdote missam celebrante Amen respondetur, 1383. — Quoties in sacris precibus Amen dicimus, cœlestem patriam cogitare debemus, in qua tota actio nostra Amen et Alleluia erit. 1384

AMENS et furiosus aliter non differunt quam quod hic cum furore, ille vero sine furore et placide deliret, XVI, 150. — Amentes et mente capti valide contrahere matrimonium non possunt, XXV, 396. — Conjugi non omnino ratione destituto tenetur alter conjux reddere debitum. Quando alter conjux solus est amens, ex natura rei est licitus concubitus. Probabilius est conjugem sanum non teneri per se ex natura rei debitum amenti reddere, 396. — Amentes dum eorum integra rationis læditur facultas jure positivo et naturali a contractibus vere talibus removentur, XVI, 151.

AMERICA cum detecta fuit jam erat incolis frequentissima, qui ab Asia venerant, II, 1100.

AMICITIA ex mutua communicatione nascitur. Nonnunquam amor amicitiæ ex rectæ rationis abusu in amorem concupiscentiæ deflectit, VI, 863. — Amicitia, secundum philosophos est quasi habitus, XIII, 1355-1035. — Ad rationem amicitiæ requiritur quoniam mutua amatio, quia amicus est amico amicus, XXII, 256. — Ad amicitiam seu charitatem tria requiruntur, primo quod sit amor benevolentiæ, non concupiscentiæ; secundo, quod sit mutua; tertio, quod fundatur in aliqua communicatione, puta bonorum, secretorum, etc., inter amicos, 257. — *Vid.* AMOR.

AMICTUS a verbo amicire deducitur, quod operire significat. Est prima vestis sacra ad missæ sacrificium requisita, XXIII, 858, 903. — Ad collum tegendum ejus usus inductus est. Verisimiliter amictus noster idem est cum veteris legis ephod, 903. — Sacerdotalis vestis erat, et tamen ea usi sunt etiam laici in veteri lege, 903. — In Ecclesia romana nunc et in tota fere catholica Ecclesia amictus induitur ante albam, 904. — Amictu sacerdotes IX seculo caput obnubebant, et cum missam inciperent, in humeros rejiciebant, 912. — In ordinatione subdiaconi etiam nunc episcopus amictu caput ordinando obnubit, 912.

AMOR, ut sic, *est complacentia boni; seu aliter est propensio seu inclinatio in bonum secundum se, abstrahendo an sit præsens vel absens*, XI, 1173. — Amor idem est aliquando ac prosecutio boni et recti, XXII, 253. — Amor respicit bonum tanquam rationem formalem specificantem, abstrahendo a bonitate propria intrinseca, aut extrinseca et aliena, XIII, 1074-848. — Triplex est amor: rationalis seu intellectivus, est inclinatio in bonum per intellectum apprehensum. Amor sensitivus seu animalis est inclinatio in bonum per sensum apprehensum, et hic solus est passio. Amor naturalis est inclinatio cuique naturæ sive cognoscitivæ sive non, indita in bonum sibi conveniens, ut lapis in centrum, XI, 1173. — Amor, sive rationalis, sive sensitivus dividitur in amorem amicitiæ et amorem concupiscentiæ. Amor amicitiæ est simpliciter amor, et tendit in eum cui vult bonum. Amor concupiscentiæ est amor secundum quid, et tendit in bonum quod quis vult alicui, sive sibi, sive alteri, 1173. — Est amor concupiscentiæ quo Deum diligimus tanquam summum bonum, et ultimam nostri felicitatem. Quem quidam amorem spei dicunt, XXII, 253. — Est amor benevolentiæ: is autem vel est simplicis benevolentiæ, vel amicitiæ seu charitatis. Amor benevolentiæ est simplex actus, quo volumus alicui bonum sine redamatione ex parte ejus. Amor amicitiæ seu charitatis est actus, quo bonum alicui volumus, sed redamanti. Non quilibet amor habet rationem amicitiæ, sed amor qui est benevolentiæ, 256. — Amor charitatis est vel fingitur multiplex, 257. — Amor charitatis nequit habere aliud objectum formale quam Bonitatem increatam, alias non esset virtus theologica, XIII, 1074-848. — Amor est catena aurea quæ adstringit animam cum Deo. — Quilibet actus amoris est thesaurus, per quem certi efficimur de Dei amicitia, XXII, 1125. — Quilibet actus amoris meretur unum gradum æternæ gloriæ, 1125. — Non aliter fruimur justitia quam amando; et amor ipse fruitio est, VIII, 982. — *Vide* CHARITAS.

Causa præcipua amoris est bonum, quia bonum est objectum amoris. Altera causa est cognitio. Tertia causa est similitudo. Similitudo actualis causat amorem amicitiæ. Similitudo potentialis causat amorem concupiscentiæ, XI, 1174. — His causis adjungi possunt sympathia, societas, familiaritas, communicatio in bonis aut secretis, 1174. — Sex sunt effectus amoris: primus est unio; secundus, adhæsio; tertius extasis; quartus, zelus; quintus læsio amantis; sextus et universalissimus est generalis influxus in omnia quæ agit amans, 1174. — Amor est radix omnium aliorum affectuum et passionum quæ movent animal, 1174. — Amor perfectus ille est quo aliquis secundum se amatur, sicut homo amat amicum, et pertinet ad charitatem. Amor imperfectus est quo quis amat ut bonum sibi ipsi proveniat, sicut homo amat rem quam concupiscit; est amor concupiscentiæ ordinatæ ad quem spes pertinet, XIII, 1308-1033. — Confundi non debet amor spei cum amore charitatis, 1309-1034. — Amor benevolentiæ bonum amici respicit in se, prout illi conveniens. Amor concupiscentiæ terminatur ad bonum quatenus utile est et commodum amanti, 1072, 1346-846, 1062. — Amor sui quem Græci *philautiam*, latini amorem proprium appellant, vulgo in malam partem accipitur, quanquam bonus et sanctus esse possit, 1390-1096. — Amor sui tripliciter potest se habere ad charitatem; uno modo contrariatur charitati; alio modo in charitate includitur; tertio modo a charitate distinguitur, sed charitati non contrariatur, X, 1107-871. — Amor sui bonus charitate movetur. Malus et perversus est qui cupiditate excitatur, sive quo nosamamus in vitiis et iniquitatibus, XIII, 1390-1096. — Amor sui alius necessarius est, in cupiditate positus; alius liber et deliberatus, 1391-1096. — Amor sui malus et inordinatus est radix omnium peccatorum, 1390-1096. — Est radix triplicis cupiditatis, XI, 703. — Hic amor exscindendus est ut radix peccatorum evellatur, 704. — Est discordiæ causa et pestis universalis, XII, 40-54. — Amor sui pravus est filia luxuriæ, XI, 1019

Amor mercenarius est duplex: unus qui exercetur tantum propter mercedem præcise, nec tendit in eum qui confert mercedem tanquam in finem: ita ut si merces non promitteretur, amor non esset; amor iste est proprie mercenarius, XIII, 1087-859. — Alter amor quo quis principaliter diligit aliquem a quo sperat mercedem, ita tamen ut etiam seclusa mercede adhuc ipsum amaret; iste est potius amor mercedis, 1088-859. — Amor mercenarius quo quis Deum diligit propter rem creatam, a sanctis Patribus damnatur, non solum quando est finis ultimus, sed etiam quando est principalis. Hunc amorem esse peccatum mortale nonnulli docent, 1088-859, 860. — Amor mundanus proprie dicitur, quo aliquis mundo innititur tanquam ultimo fini, et quo avertitur a Deo: iste amor semper est malus ac peccaminosus, 1090, 1091-861. — Amor illicitus et venereus a pluribus inter dementiæ species refertur, XVI, 150.

AMPHIBOLOGIA. *Vide* ÆQUIVOCATIO.

AMPLEXUS honesti causa amicitiæ, etc., absque peccato fieri possunt; decorum tamen servandum est, et cavendum scandalum: non decet sacerdotes hoc modo testari amicitiam honestam erga feminas, XIV, 778-614. — Delectatio naturalis sine libidine non est omnino illicita, 778-614. — Amplexus libidinosi sunt peccata mortalia, *ib.* — Amplexus inter non conjugatos propter delectationem carnis, libidinosi sunt et peccata mortalia, 780 et seq. 616. — Amplexus inter conjugatos excusatur a peccato mortali etiam si fiant delectionis venereæ causa, 784-619. — Amplexus inter sponsos absolute de futuro, etiam si fiant causa delectionis sensualis, a peccato mortali multi doctores excusant. Quæ opinio non videtur tuta in praxi, 785-620. — Osculari pueros et eorum molles carnes cum aliqua suavitate et delectatione tangere, non est in se peccatum mortale, 786-621. — Animalium et pecorum genitalia confricare non est in se peccatum mortale; secus vero si illud fiat cum inordinatis affectibus, *ibid.* — Quando tactus partis inhonestæ sive propriæ sive alienæ sit mortale peccatum, quando non sit, 787-621. — Femina advertens se impudice ab homine deosculari aut tangi, si actus sint extrinsecus liciti et coram aliis, non tenetur se retrahere. Aliter, tenetur sub mortali peccato. Si non potest alio modo prohibere, tenetur clamare, 788-622. — Quoties actus sunt libidinosi ac proinde mortales, toties in confessione explicandæ sunt personarum circumstantiæ, 789-623. — Amplexus qui occasione copulæ fiunt non sunt in confessione explicandi, nisi modum excedant, 790-623. — De osculis, etc., XXV, 548.

AMPULLÆ in ordine Romano Amæ appellantur. Sunt vasa quæ vino et aquæ in missa ministrandis adhibentur, XXVI, 898.

AMULETUM est remedium adversus mala quæ timentur, gallice *préservatif*. Dictum videtur ab amoliendo, XXVII, 451.

ANABAPTISTÆ hæretici qui parvulis usu rationis carentibus baptisma nihil prodesse docent, IV, 57.

ANACHORETÆ erant monachi qui societatem hominum fugientes privatis in cellulis vitam agebant. V, 1280, *in nota*.

ANATHEMA duobus modis scribi potest, penultima scilicet vel producta, vel correpta. Si scribatur penultima producta, significat donarium Deo devotum, et e columna vel pariete templi suspensum, atque adeo a profanis usibus separatum, XVIII, 1398. — Penultima correpta sumptum significat primo excisionem, occasionem, separationem, seu rem occisam et separatam; secundo, maledictionem et execrationem, 1398. — Anathema *Maranatha*, est excommunicatio usque ad adventum Domini duratura, nisi malefactor resipiscat, 1398

ANGELUS id est nuntius. Hæc de angelis docet fides: 1° angelos esse; 2° eos esse variis ordinibus distinctos, 3° illos fuisse primum, saltem aliquam eorum partem cum qua nobis est quædam communio, in statu probationis constitutos; 4° illorum partem in bono perseverasse, aliam partem peccasse et a statu, in quo fuerant constituti, in perpetuum excidisse: illos angelos, hos dæmones dicimus; 5° Deum utrisque uti administris, angelis in bonorum distributione et cujusque hominis custodia; dæmonibus in vindictam scelerum, II, 308. — De angelorum creatione, VI, 937 et seq. — Angelos esse Scriptura sacra probatur, 848. — Omnium consensu angelorum existentia admittitur, VII, 601 et seq. — Sadducæi negantes refelluntur, 604. — Angeli natura spiritus, officio nuntii sunt, 605.

An corpus habeant angeli. Antiquorum opinio, 606 et seq. — S. Augustini sententia, 611 et seq. — Quo sensu corporei a quibusdam dicuntur angeli et animæ humanæ, 606, 624. Recensentur Patres qui angelos meros esse spiritus corporis expertes arbitrati sunt, 616-623. — Angeli puri sunt spiritus, VI, 76, 938; I, 384-300. — Quo sensu animalia vocentur, VII, 621. — An materia quadam constent angeli, 623 et seq. — Non sunt omnino simplices, nec compositionis expertes, 633.

Quo sensu angeli mortales et immortales dicantur? 637-644. — Mortale et immortale tribus modis usurpatur, 641 et seq.

Cujus modi sit angelorum cognitio, 644. — Duplex a S. Augustino tribuitur angelis, alia sensus, alia intelligentiæ, 645. — Alia a Deo illis in dita, per quam productas res in Verbo intuentur; aliam sumunt ex rebus ipsis quas in se postea contemplantur, 646 et seq. — De rebus angelorum cognitioni subjectis. Occultas cordis cogitationes non cognoscunt, 651 et seq. — S. Augustini de signis quæ cogitationes imprimunt opinio, 656. — Non naturæ vi ac facultate supernaturalia cognoscunt angeli, sed Deo significante, 658-665. — Dæmones multa de Christo nescierunt, 665 et seq. — Nec angeli, nec præsertim dæmones futura cognoscunt, 667 et seq. — Quibus modis futura quædam prævidere possunt, 670 et seq, 677 et seq.

Voluntas angelorum non est immobilis, 683 et seq. — Quomodo inter se loquantur, 690 et seq.—Eorum locutio videtur nihil aliud esse quam directio cogitationis ad alium cogitatione facta, 696.

Utrum angeli sint in loco. Variæ antiquorum sententiæ: qui tamen invicem conciliantur, VII, 697 et seq. — Triplex existentia in loco: definitive, circumscriptive, et per habitudinem, 700.— Moventur loco angeli, idque in tempore, 703. — Plures in eodem loco esse, et sese penetrare plerique theologi putant, 706 — Angeli videntur omnes ejusdem speciei esse, 707 et seq. — Maxima est angelorum multitudo, 711 et seq. — Plures sint angeli, an homines, incertum est, 714. — An tanta sit electorum multitudo quanta angelorum cecidit, incertum est, 715.— Complures veterum tum Græci, tum Latini, angelos ante mundum conditos fuisse existimant, 715-725 — Ante mundum corporeum creati, I, 381-298. — Omnes angeli simul a Deo creati sunt, VII, 726 — Omnes in gratia conditi, 727, VI, 77, 958. — Sed non statim in summa felicitate constituti, VII, 732 et seq.

Varii angelorum ordines et nomina, VI, 79. — De angelorum ordinibus veterum Patrum sententiæ, VII, 736 et seq.— Nomina in Scripturis vulgata illorum ordinum sunt propria, 738. — Alios ordines esse, nobis ignotos, antiqui fatentur, 741 — Angelorum apud Hebræos appellationes, 743.

De hierarchiis angelorum, 743 et seq. — De novem vulgatis angelorum ordinibus, quorum nomina explicantur; 747. — 1° Seraphim, ardentes, 748. — 2° Cherubim, plenitudo scientiæ, 749; — 3° Throni, — 4° Dominationes, 750; — 5° Virtutes, — 6° Potestates, — 7° Principatus, 751; 8° Archangeli, — 9° Angeli, 752, VI, 79, 80; XV, 366; VIII, 1523. — De hierarchicis functionibus, quæ ad tria revocantur, purgationem, illuminationem, perfectionem, VII, 752 et seq. — Inferiores ab superioribus illuminantur, 754. — Varietas ordinum et functionum inter angelos videtur ab initio extitisse, 756. — Qua ratione a Deo vel a se mutuo perficiantur angeli, non constat, 760. — Ad summa ferenda nuntia mittuntur archangeli, angeli ad communia, VIII, 1523. — De angelorum in homines officiis. Omnes videntur esse administri, 762 et seq. — De septem assistentibus ante Deum, 770.

Angelus custos cuique homini a Deo præponitur, VI, 80; 848, 849; 958, — Cui debemus reverentiam, devotionem, fiduciam, 80. — De tutela hominum et custodia quam obeunt angeli, VII, 772. — Hæc privata publicaque custodia gentilium opinionibus adumbratur, 772, 775. — Communis id habet antiquorum christianorum opinio, peculiarem cuique angelum a Deo esse præpositum, 774 et seq. — Malum etiam cuique genium attributum juxta non paucos, 777. — Pius custos ad tempus recedere creditur; item illius adversarius, ubi tentando nihil proficit, 779. — De angelis civitatum regnorumque tutelaribus, 782, 785; 786, 790. — Opinio erronea tum Eusebii, tum Clementis Alexandrini, 794 et seq. — Ecclesiis et sacris locis præsunt angeli, 790, 791. — Angeli custodes dum degunt hic in terris eadem gaudent beatitudine, 1602. — Die secunda octobris celebratur officium angelorum custodum, XV, 367.

De cultu et veneratione angelorum, VII, 791. — Angeli colendi sunt ab hominibus et invocandi, 793. — Cur ab Joanne adorari noluit angelus, 795 — De invocatione angelorum, 796-806. — Angeli et sancti sunt mediatores secundi ordinis, 798, 805. — Angelorum, qui corpora assumpserunt, non est vera comestio, XXVI, 427, 428. — Sanctorum angelorum pugna cum malis, VI, 78 — Malorum lapsus, 849, 959. — *Vide* DÆMON — Angelus potest esse indivisibiliter in loco divisibili, XXIII, 192. — Angelus ponitur totus in toto spatio, et totus in qualibet parte spatii, 194. — Præsentia angeli, qua existit in spatio divisibili indivisibiliter, est naturalis et perfectior præsentia corporis Christi in Eucharistia, 192, 193. — Tractatus de angelis, VII, 601-912.

ANGLICÆ ordinationes invalidæ censentur tum ob defectum successionis episcoporum, tum ob vitiatam essentialiter formam, XXV, 55, 56; 59 et seq. — Imo Anglicani episcopi omni jure spirituali carent, quippe qui a potestate civili in sedes episcopales intrusi sunt, 63. — *Des ordinations des évêques d'Angleterre*, XX, 851.

ANGLICUM schisma ortum duxit ab Henrico VIII, Angliæ rege, V, 98. — Hinc hæresis quæ varios in ramos discinditur; e quibus tres præcipuæ sectæ emersere, 100. — Prima est Anglo-Calvinianorum, qui etiam Protestantes appellantur, et neque ex toto Lutherani, neque ex toto Calviniani sunt, 100. — Secunda est Puritanorum, qui rigidam Calvini doctrinam profitentur, 100. — Tertia est Independentium, qui omnes, sine sexus distinctione, ad regimen Ecclesiæ admittunt, 100. — Addenda est fanatica Quakerorum, seu Tremulantium turba, 101.

ANIMA humana spiritus est, seu substantia simplex, immaterialis, intellectu et voluntate prædita, atque a corpore prorsus distincta, VI, 964. — Animus ea est hominis pars quæ intelligentia et ratione valet, quæ doloris et lætitiæ sensus experitur, quæ suorum actuum arbitra, vim continet movendi sese, II, 455. — Quilibet homo unica tantum constat anima, VI, 965. — Cur anima spiritus et afflatus vocetur, VII, 1057; 1058. — Anima hominis est incorporea seu spiritualis, 1532; 1584. Ea de re aperta Ecclesiæ definitio non est, 1585. — Anima humana, quia est corporis ac spiritus nexus vitalis, dici potest ab utroque participans, XXVI, 677, *in nota*.

Anima hominis est immortalis, de fide est, VII, 1584; VI, 964. — Immortalis est ab intrinseco: ab extrinseco vero immortalitatem habet ex justo Dei nutu et jussu, VII, 1333. — Disputatio de animi immortalitate, I, 889 et seq.-702 Ex antiquis philosophis alii affirmant, alii negant, 890-702. — Argumenta quibus utuntur, qui animorum immortalitatem infirmare aggrediuntur, 890-894-702-706. — Hanc immortalitatem fides catholica firmissime docet, et certa naturæ ratio, 894-706. — Prima propositio: animam hominis esse mortalem, fidei catholicæ manifeste repugnat, *ibid.* — Secunda prop. Animus naturaliter est immortalis, et non ex dono gratuito, 896-707.—Tertia prop. erroneum est, ne dicam hæreticum, astruere animæ immortalitatem naturali ratione demonstrari non posse, 898-709. — Quarta prop. periculosum ac temerarium est, ne quid amplius addam, affirmare quod nullum argumentum hactenus inventum vere demonstrat animæ immortalitatem, 899-908-709-716 — Animi mortalitas, dogma improborum, 900; 903; 906-710; 713; 715. — Immortalitate animi rejecta, existet, ut posuit Hobbius, bellum omnium adversus omnes, in quo omnia licebit vi et dolo tentare, II, 463.—Animarum immortalitatem et futuram vitam patriarchæ et prophetæ crediderunt, 753 et seq —Hæc eadem doctrina apud omne Judæorum vulgus semper communis fuit, 537—Eadem doctrina interior legis sensus erat, 759 et seq. —Nullo modo cogitatione comprehendere possumus mortem animi, quia mors est discessus partium, et in animo, nihil duplex, nihil quod dividi possit, cogitamus, II, 457. Verba Ciceronis, Senecæ, Lucretii, 457-462.

Fabulosa est animarum præexistentia, VI, 965. — Hæreticum est dicere animam intellectivam traduci cum semine, V, 660 et seq. — Anima rationalis non ex traduce est, sed ex nihilo creatur, I, 897; 905, 906-708; 713, 714. — Dum creantur a Deo, corporibus infunduntur, VII,

1534. — Quænam sit animæ origo: Primum systema animas quasdam divinæ substantiæ particulas effecit, quæ miro modo a Deo inspirarentur, X, 902-710. — Ut hæreticum fuit eliminatum, 903-710. — Secundum systema animas cum angelis a Deo primitus ex nihil creatas esse asserit, ac deinde ob delicta ab ipsis eo in statu commissa ab eodem Deo in corpora veluti in carceres ad peccata expienda fuisse detrusas. Falsissimum est, 903-710. — Tertium systema finxit animas cum angelis initio conditas, et peccati puras, in corpora nascentium vel divinitus mitti, vel sponte sua labi, 903-711. — Quartum systema animas ex traduce oriri docuit, id est, ex anima patris fieri animam filii per emissionem corporei seminis, sicut ex corpore fit corpus filii per emissionem corporei seminis, 93 et seq.-711. — Quintum systema tradit omnes animas simul cum anima Adæ creatas, ab eo in nepotes suos, non ut partem seminis, sed una cum semine esse transmittendas, 903-712. — Sextum systema animæ originem, ita, Deo volente, humanæ menti imperviam fecit, ut de ea aliquid certi pronuntiare velle, temeritatis, quin et erroris sit non ferendi. In hac sententia fuit S. Augustinus, 906-713. — Ultimum systema admittit et propugnat quotidianam animarum a Deo creationem, et earum corporibus, cum in uteris matrum ad animationem præparata sunt, infusionem, 906-713. — Animarum creatio in Ecclesia orientali communiter fuit credita, 903-712. — Conclusio. Animæ non sunt ex traduce, etiam per semen spirituale, sed per creationem singulis a Deo infunduntur: magno theologorum, qui a quingentis annis floruerunt, consensu corroboratur, 906-713. — Illa sententia est amplectenda, 909 et seq-713. — Objectiones, 912 et seq. 717. — Principia solutionum, 917-721.

De unione animæ et corporis. Supposita præsentia locali animæ et corporis, in eo consistit unio utriusque illius substantiæ, quod, juxta legem a Deo constitutam, occasione motuum in partibus organicis corporis, sint sensationes in anima, et occasione illarum impressionum in anima excitentur motus in corpore, aut illorum mutentur determinationes, aut eorum quantitas augeatur, vel minuatur, VII, 1336 et seq. Natura rationalis ita implexa est corpori, ut corporum legi temporumque quadamtenus subjiciatur, VIII, 969. — Natura rationalis non sentienti tantum, sed et vegetanti naturæ est fœderata, adeoque vegetantis legibus obnoxia, 970. — Post suum maxime lapsum, animæ rationales corporalium temporaliumque servituti obstrictæ fuerunt, 970. — Anima rationalis maxime peccato allisa in temporalia per varias ætatum vices consensu quodam cum suo corpore puerascit, adolescit, juvenescit, 970. — Vita animi multum disjuncta est a corporis vita, II, 436. — Quantacumque sit communio inter corpus et animam, nulla est inter utramque substantiam connexio, 436. — Anima humana, quæ sejuncta corpore quasdam facultates sibi natura insitas exercere non potest, incompleta appellari solet, nec totalitatis proprie dictæ rationem includit, IX, 745-389. — Anima rationalis non est vere et proprie forma corporis humani. Hæc propositio damnata fuit ut hæretica, VI, 655.

Anima hominis varia sortitur nomina pro variis quibus fungitur officiis. Dicitur mens, voluntas, appetitus, VII, 1332. — In anima humana duplex pars distinguenda, inferior et superior. Nomine partis superioris intelligitur ipsa anima prout versatur circa res spirituales. Pars inferior est eadem anima prout versatur circa res sensibiles, IX, 978-774. — Tres in animo nostro partes distinguuntur: suprema, media, infima, XI, 1184. — Suprema quæ rebus attendit increatis, agere dicitur quoties Deum et rationes æternas diligimus, *ibid.* — Virtutes quibus afficitur sunt fides, spes, charitas, religio, pœnitentia, etc., 1185. — Media est quæ convertitur ad ea quæ animam non excedunt; agit cum officia quæque virtutum amat ob honestatis motivum, 1184. — Huic inhærent virtutes quæ versantur erga officia aliis præstanda, 1185. — Infima est imaginatio rerum sensibilium et earumdem appetitus, qui sentiens nuncupatur, actus sentientis appetitus omnes sive bonos sive malos sibi vindicat, 1184. — In appetitu sentiente, qui dividitur in concupiscentem et irascentem, sunt virtutes aliæ, fortitudo, temperantia, etc., 1185. — Sunt quatuor potentiæ animæ, quæ possunt esse subjecta virtutum, scilicet ratio in qua est prudentia; voluntas, in qua est justitia; appetitus irascibilis, in quo est fortitudo; et concupiscibilis, in quo est temperantia, X, 964-1223.

Anima duplicem habet nitorem: unum ex lumine naturalis rationis, per quam in suis actibus dirigitur; alterum ex divino lumine sapientiæ et gratiæ, quibus perficitur homo ut bene et convenienter agat. Utriusque nitoris privatio est macula peccati, XI, 715. — Mors animæ est ejus a Deo separatio, 716, 717. — Animæ causa vera religio instituta est, I, 1127-889.

ANIMÆ quæ multis sese variisque modis conspiciendas offerunt, in sua quæque substantia apparent, XVIII, 480-504.

Status animarum post mortem, 461-514. — Sanctorum animæ et omnium hominum post separationem a corpore operantur, 467-480; 504-507. — Pro hominibus intercedunt, 472 et seq. — Oblationibus et commemorationibus animæ utilitatem capiunt, 508 et seq.

ANIMALIA omni ex parte perfecta in sacrificium offerri lex jubet, XV, 91.

Animalia triplicis sunt generis, 1° naturaliter mansueta et domestica, ut oves, gallinæ; 2° cicurata, quæ ex feris mansueta fiunt, ut cervi; 3° fera, quæ libere vagantur, 510; 846; XIV, 885 et seq.-699. — Animalia naturaliter mansueta, quantumvis aberrent, semper remanent prioris domini, XV, 511; 846. — Animalia cicurata ad dominum pertinent quamdiu servant consuetudinem ex libera vacatione revertendi ad dominum, 511; 847. — Si hæc animalia amittant consuetudinem redeundi, licet ea occupare et fiunt occupantis, 511. — Animalia fera, jure communi, sunt primi occupantis, nisi capiantur in loco sepe aut muro conclusa, 847. — Animalia omnino fera, si potestatem domini evaserunt, ubicumque sint, licet prosequi et capere, et fiunt occupantis, 512. — Cujus sit fera, si ab uno læditur et ab altero comprehenditur? 847. — Fera vulnerata est capientis, non vulnerantis; sed non semper, 519; XIV, 889-702. — Cujus sit fera si unus laqueum tetenderit, et alter illam deprehendat in laqueo comprehensam? XV, 847. — Verius videtur, et rationi naturali magis consentaneum, ut sit ejus qui laqueum posuit, 520; XXII, 1003.

ANIMUS subjectus virtutum, XI, 1184. Vid. ANIMA, VIRTUS.

ANNATÆ sunt fructus primi anni ex beneficiis sedi Apostolicæ reservatis, et ab eadem impetratis, cameræ apostolicæ persolvendi, XVIII, 700. — De annatis, XXVII, 1008. — Febronius docuerat annatas sapere simoniam, 1008 et seq. — Quo titulo annatæ exiguntur et solvuntur, 1011 et seq. — Annatæ dantur in vim alimentorum pontificis, cardinalium et aliorum ministrorum; applicantur in legatos et nuntios apostolicos; ex annatis subvenitur episcopis sua sede dejectis, et principibus a suo regno inique deturbatis, 1019.

ANNIHILATIO non videtur actus positivus divinæ virtutis, sed potius virtutis subtractio, II, 307. — Annihilatio est desitio per quam id quod desinit tendit ad pure nihil, XXIII, 306, 307. — Sicut creatio est ex nihilo simpliciter, ita annihilatio est ad nihilum simpliciter, 307. — In Eucharistia substantia panis et vini non annihilatur, 306 et seq. — Non requiritur ad annihilationem quod res non desinat ex vi alicujus actionis positivæ; posset enim aliquid annihilari, et tamen desinere ex vi actionis positivæ, 310.

ANNULUS positus in medio digito est signum matrimonii, XXV, 397.

Annulus episcopalis, XXVII, 418, *in nota*. — Annuli significatio, 417.

ANNUNTIATIO B. Mariæ festivitas est, quæ præcipue ad Deiparam pertinet, XXVI, 549. — Vigesima quinta martii celebratur ad recolendum Incarnationis mysterium, quod angelus Gabriel annuntiavit Mariæ Nazareth degenti, XV, 359. — Narratur ingressus angeli, et colloquium cum Maria, XXVI, 549. — Num cum angelus locutus est cum Maria, desponsata solum esset, an vero jam contractum esset matrimonium, 549, 550. — Desponsatam tantum fuisse, probari posse videtur ex Evangelio, 550. — Verius est, jam in matrimonium a S. Josepho fuisse ductam, 550. — Oppositam sententiam plura consequuntur absurda, 551. — Salutatio angeli non ad usitatam formulam Hebræorum, sed plane singularis fuit, 552. — Unde oborta Mariæ animo perturbatio, 552. — Responsio Mariæ non est dubitantis, 553. — Explicatur angeli cum Maria colloquium, 554. — Maria post illa verba: Ecce ancilla, etc., concepit Jesum. Proprie dicenda est Mater Dei, 555. — Incarnatio cujus divinæ personæ opus sit, ex doctrina S. Thomæ, 555. — Prodigia, dona, et privilegia, quibus decorata fuit Christi conceptio, 556. — De tempore, loco, anno, et die, quo mysterium illud contigit, 556. — Christum incarnatum esse die 25 martii est Ecclesiæ traditio, 558. — Huic traditioni nihil contradicit concilium Toletanum seculo septimo habitum, 558. — Festivitatem hanc esse ex apostolica traditione, pulchre conjiciunt Bollandistæ, 559. — Certum est illam ad minus in septimo seculo solemnem extitisse, XV, 359. — Refutatur Thomassinus, qui eam refert ad tempus synodi Trullanæ, anno 692 habitæ, et alii qui ne tam vetustam quidem putant, XXVI, 559. — Minutæ quæstiones de Christi conceptione declinandæ; putidæ aliquæ opiniones rejiciuntur, 560.

ANNUS JUDAICUS. Quotuplex fuit apud Judæos anni ini

tium, XXVI 103 —Quomodo celebratur festum novi anni, sive tubarum, 25. — Quare hoc festo clangor buccinæ est institutus? 26 —Quid rabbini a Deo novi anni die in cœlo fieri credendum docent, 27.
Annus apud Judæos est lunaris, 104. — Quomodo numerare consueverunt annos Hebræi. Quomodo dividitur annus judaicus, 105 — Quænam agrorum cultura anno septimo, sive sabbatico, erat prohibita? 106. — Quibus vescebantur Judæi anno sabbatico. Quare annus sabbaticus a Deo institutus? 107. — Quinam erat annus jubilæus, 107 — Unde nomen annus jubilæus sortitus est. Quare Deus annum jubilæum instituit, 108.
Anthropomantia est divinatio ex actis puerorum jugulatorum, III, 429.
Anthropomorphitæ, hæretici seculi IV, docebant Deum esse corporeum, V, 51.
Antichristus erit homo particularis pessimus, VII, 1593. — Excitabit persecutionem quæ per tres annos et semi durabit, 1594. — Calumnia hæreticorum nostri temporis, qui pontificem romanum non verentur dicere esse antichristum, 1594.—Ipsi hæretici sunt Antichristo similes, 1594.
Antiphonale, Antiphonarium, Antiphonalis, Antiphonarius, liber est in quo simul digestæ legebantur Antiphonæ, V, 254 et seq.
Antiquitas novitati præferenda est, I, 491-385, 386. — Tenenda est, 493; 495; 498-387; 388; 391. — Probatur ex continua possessione, adversus protestantes, 1185-935. —Doctrina prior apostolica; posterior, falsa, 1188 et seq.-938. — Dixit Cicero antiquitatem proxime accedere ad Deos. Et : quo propius aberant homines ab ortu et divina progenie, hoc melius ea quæ erant vera perspexisse, III, 340. — Antiquitas et perpetuitas religionis christianæ quoad substantiam, 340. — Antiquitatis quanta auctoritas, 340.
Apathia, seu passionum omnium vacuitas, homini in hac vita degenti nunquam tribuenda est, XI, 1200.
Apocalypsis canonicitas, I, 139-107.
Apollinaristæ, hæretici seculi IV, ab Apollinari nuncupati. Negabant Verbum animam assumpsisse; corpus habuisse. Circa SS. Trinitatem delirabant, V, 48. — Apollinaris errores, I, 931 et seq.-734.
Apollinii Thyanæi miracula falsa, II, 1081; III, 458.
Apostasia vocabulum græcum generatim significat recessum ab incœpto vel discessum, sive a bono, sive a malo, XIII, 1041-822. — Theologice et generatim sumpta est retrocessio quædam a Deo, XVIII, 1020. — Quæ retrocessio fit diversimode, XIII, 1041-822. — In apostasia duo sunt consideranda : primum, essentiale et formale, nempe totalis recessus a fide semel suscepta; secundum, materiale et accidentale, nempe accessus et conversio ad aliam sectam, 1043-823. — Apostasia formalis est ejusdem speciei cum hæresi, 1043-823.
Quatuor sunt species apostasiæ, 1° apostasia a fide, quæ definiri potest : recessus hominis baptizati a tota fide. Differt ab hæresi, XVIII, 1021; VI, 639; XIII, 1041-822. — Est tamen ejusdem speciei. Communior sententia est, 1042, 1043-823. — Exterius et interius perfecta, quantumvis occulta subjacet eisdem pœnis quibus hæresis, XVIII, 1023.— 2° Apostasia a Deo, quæ communis est cuicumque peccato lethali. Eadem est ac inobedientia, VI, 640. — 3° Apostasia ab ordine est recessus temerarius et illicitus a sacro sive majori ordine ad statum secularem, XVIII, 1025. — Variis pœnis subjacet, 1027; VI, 640. — Verosimilius apostata non est qui propriam religionem sine licentia deserit, animo ad aliam religionem transeundi, 640. — Communior ac verior sententia est non incurrere excommunicationem latæ sententiæ qui licet suam religionem deserat, illius tamen habitum non dimittit. Eam tamen incurrit, qui etiam cum voluntate non deserendi religionem habitum temere dimittit, 641 — Animus in perpetuum deserendi status religiosum, est essentialis apostasiæ rigorose sumptæ, XVIII, 1237 et seq. — Quousque septa monasterii deseruisse debeat religiosus, ut censeatur apostata? 1240; — 4° Apostasia a religione est exitus professi temerarius et illicitus a religione per Ecclesiam approbata, animo non revertendi ad eamdem vel aliam, 1022 et seq. — De pœnis quibus subjacet, 1026; VI, 640. — In omnibus diœcesibus reservari videtur triplex apostasia a fide, ab ordine sacro et religione, XVIII, 1028 et seq. 1237 et seq.
Praxis dispensationis ad ordines cum apostatis, XIX, 374 et seq. — Apostasia a religione, sive habitu dimisso sive retento, quando extra septa monasterii egressio facta est, est casus reservatus, XVIII, 1237; XXII, 789 et seq.-840. — Peccatum apostasiæ necessario explicandum est in confessione XXII, 1042-823.
Apostoli tempore passionis non omnes fide defecerunt, I, 309, 310-141, 142. — Pastores constituti semper fidem catholicam tenuerunt, 310-143. — Omnia docenda docent, 992-782.
De viris apostolicis per Germaniam, 1137-897. — Per Italiam, 1138-898 —Per Galliam, 1138-898. — Per Hispaniam, Angliam, etc., 1139-899 — Quo sensu apostoli dicuntur Ecclesiæ fundamenta, IV, 40. — Non alii apostoli recipiendi sunt prædicatores, quam quos Christus instituit, I, 1185-933. — Quod Christus revelavit non aliter probatur, quam per Ecclesias ab apostolis conditas, *ibid. et seq.* — Episcopi soli sunt proprie apostolorum successores, IV, 586.
Apostolicum in ordine Romano est Epistolarum liber, V, 256. — Apostolus, eadem significatione, 256.
Apostolicitas est quarta veræ Ecclesiæ nota. 1° Ad apostolicitatem Ecclesiæ necesse est ut ab apostolis suam ducat originem, IV, 321; —2° Ut polleat ministerii pastoralis continua successione, 322. — Ad constitutionem Ecclesiæ pertinet pastorale officium, 322. — Nullo unquam tempore deficere potest Ecclesia, 323. — In Ecclesia est pastoralis ministerii perpetuitas, 324 et seq. — 3°. Ad Ecclesiæ apostolicitatem necesse est ut legitima missione pastores muniantur, 326. — 4° Oportet ut doctrinam a doctrina apostolorum non aliam, degenerem, Ecclesia profiteatur, 327. — Via præscriptionis probatur Ecclesiæ doctrinam nullius novitatis posse redargui, 329. — Novæ doctrinæ sex notæ, 331. — Publicæ omnis revelationis thesaurum commiserunt suis discipulis et matribus ecclesiis apostoli, 336 et seq.
Vere apostolica est Ecclesia romana, nam, 1° originem suam ad apostolos referre merito potest, 389. — 2°. Successionem pastorum non interruptam jure sibi vindicat, 390. — 3° Legitimam obtinent missionem ejus pastores, 391. — 4° Profitetur doctrinam a doctrina apostolorum non alienam, non degenerem, 392 et seq. — Primis seculis, fatentibus protestantibus, Ecclesia romana fuit vera Christi Ecclesia, 395. — Romanam Ecclesiam novitatis falso accusant protestantes, 397. — Apostolicitate carent protestantes. 1° Ad apostolos suam originem referre non possunt, 416. — 2° Perpetua pastorum successione destituuntur, 417. — 3° Missione tum ordinaria tum extraordinaria carent, 416. — 4° Apud eos doctrinæ unitas non est, 418. — Solvuntur objectiones, 419 et seq. — Quomodo doctrinæ apostolicitas probatur, I, 1183 et seq.-933. — Doctrina prior apostolica est, 1188 938. — Posterior falsa est, 1189-939. — Quæ sit vera Ecclesia apostolica? an catholicorum, an protestantium? 1260 et seq.
Apparitiones Dei probantur primo ex Scripturis, VIII, 180, — Secundo, consensione antiquorum Judæorum, quorum ea de re constans fides fuit, 185. — Tertio, unanimi consensione priscorum Ecclesiæ Patrum, 186. — Quarto, ratione, 187. — Solv. objectiones, 187 et seq. — Non pater, sed filius apparebat, 179, 180.
Apparitio Samuelis, XVIII, 338.
Etsi damnari non debet opinio quæ dæmonem sub phasmate Samuelis apparuisse suspicatur, longe tamen probabilior est sententia quæ Samuelem ipsum apparuisse contendit, 337 et seq.
De Christi apparitionibus, XXVI, 401 et seq. Vid. Ascensio.
Appellatio definiri potest : provocatio, seu recursus ad superiorem judicem propter gravamen illatum vel inferendum Differt a revisione, IV, 914 et seq. — Alia est judicialis, alia extra judicialis, 914. XVII, 76; XVIII, 1418. — Jure civili debet gradatim fieri. Finis appellationis est patrocinium innocentium. 1418. — Appellatio legitima esse debet ut ei judex deferre teneatur, 1418 — Ut legitima sit appellatio, plura requiruntur: 1° Causa sufficiens et probabilis; 2° appellatio fieri debet a minori judicio in majus tribunal; 3° fieri debet tempore debito, 1418, 1419; XVII, 78. — Appellationis legitimæ duplex est effectus : 1° devolvit causam ad tribunal superius; 2° suspendit effectum sententiæ judicis inferioris, 76. — Appellatio legitima excusat a censura conditionali, modo appellatio fiat tempore debito, 77; XVIII, 1420 —Appellatio legitima a censura jam lata eam non suspendit; idem dicendum de censura conditionali, post conditionis eventum, 1419 XVII, 77. — Per appellationem interpositam a censura ab homine, non solum ea non suspenditur, sed nec ejus denuntiatio impeditur, 77. — Appellatio legitima suspendit sententiam declaratoriam, XVIII, 1419. — Appellatio legitima suspendit excommunicationem conditionatam, etsi appellans non prosequatur appellationem, 1421. — A sententia jam executioni mandata appellari non potest, 1419. — Appellatio justa licita est, XIV, 1162-916. — Appellare ne justa sententia proferatur non licet, *ibid.* — Si appelletur a sententia correctionis modum præscriptum non excedentis, correctio non est differenda, 1162-917. Omnibus oppressis ab injusta sententia appel-

lare licet, 1165-917. — Appellans a sententia jam lata, tuens se falsis testibus, tenetur solvere expensas litis, XXV, 396.

De appellationibus, quas Galli *ab abusu* nuncupant, XXVII, 1253 et seq.

De appellationibus, V, 905-924. — De appellationibus episcopalibus ad summum pontificem, IV, 914-979. — Vid Pontifex.

Animadversio de appellationibus a papa ad concilium generale, III, 1383; XXVII, 1261 et seq.

Nova de appellationibus et brevis tractatio instituitur, et Febronii audacia retunditur, 1075.

Appellitæ, ab Appelle nuncupati; hæretici seculi II, duo rerum principia statuerunt, V, 54.

Appetitus nihil aliud est quam quædam inclinatio appetentis in aliquid, XI, 498 — Solum bonum increatum potest satiare appetitum hominis, 616. — Appetitus triplex est, rationalis seu intellectivus, animalis seu sensitivus, et naturalis, 1173. — 1° Appetitus rationalis est ipsa voluntas. 2° Appetitus naturalis est quem non imaginatio gignit, sed ipsa qualitatum naturalium dispositio; in eo peccatum esse non potest, XIV, 1194-941. — 3° Appetitus sensitivus est qui ex præcedenti imaginatione vel sensu consequitur; vocatur motus sensualitatis, et secundo primus. Dividitur in concupiscibilem et irascibilem, *ibid.*, XI, 1171. — Appetitus concupiscibilis est inclinatio in animali ad prosequendum quod est conveniens, et ad fugiendum quod est disconveniens In appetitu concupiscibili sex sunt passiones, amor et odium, desiderium et fuga, gaudium et tristitia. Passiones concupiscibilis feruntur circa opposita objecta. Objectum concupiscibilis est bonum aut malum sensibile præcise, 1171. — Appetitus irascibilis est inclinatio in animali ad resistendum contrariis et impedientibus. In appetitu irascibili sunt quinque passiones, spes et desperatio, audacia et timor, et ira cujus non est contrarium. Passiones irascibilis feruntur in idem objectum contrariis motibus. Objectum irascibilis est bonum aut malum arduum, 1171. — Appetitus irascibilis dicitur quasi *nervus animi* fortitudinem, constantiam ac robur ad res bene et suo ordine gerendas subministrans, et datus est ut imperanti rationi tanquam miles obediat, X, 964-758. — In appetitu irascibili est fortitudo, in concupiscibili est temperantia, *ibid.* — Appetitus irascibilis non dividitur in duas, quia omnes ejus passiones confirmantur concupiscentia animali, XIV, 1192-940. — Bonum dupliciter est objectum sensibilis appetitus, in quo sunt animæ passiones, quæ sunt causa peccati. Uno modo absolute, secundum quod est objectum concupiscibilis. Alio modo sub ratione ardui, prout est objectum irascibilis, 1196-943.

Omnis appetitus actus venerei extra fines legitimi matrimonii, si sit plane deliberatus, est lethale peccatum, XI, 957. — Pollutionis appetitum etiam propter allevationem naturæ, quæ naturali via, et absque nostra opera contingat, illicitum esse et lethale peccatum, probabilius est, 998.

Applicatio missæ. Triplex est missæ fructus: primus generalissimus, cujus fideles omnes fiunt participes; alter specialissimus, quo fruitur sacerdos; tertius qui dicitur medius, et quem sacerdos iis applicat pro quibus sacrificium offert, XXIII, 1133; 1507. — Qui curam animarum habet, missam populo applicare debet omnibus diebus dominicis et festis diebus ex præcepto, sive sit amovibilis sive non, 1134. — Si sit pauper, præsente populo, missam ei qui dederit eleemosynam applicare poterit die feriato; et alio die per hebdomadam, pro populo missam celebrare, 1134. — Missa conventualis, quæ quotidie celebranda est, applicari debet benefactoribus generatim, 1134 et seq — applicanda est missa animæ institutoris seu fundatoris beneficii seu capellaniæ, 1136. — Superior sacerdoti sibi subjecto præcipere potest ut missam huic vel illi personæ applicet, 1138. — Frequentior est obligatio applicandi quæ oritur ex accepta eleemosyna. 1° Qui eleemosynam accepit minorem taxa diœcesana, debet tamen missam applicare. 2° Qui plures a pluribus exiguas eleemosynas accepit pro missarum celebratione, tot missas celebrare tenetur quot eleemosynas juxta taxam diœcesanam suppeditat cumulus exiguarum eleemosynarum. 3° Qui eleemosynam taxa majorem accepit pro una missa, integram debet ei a quo celebrari curat. 4° Duplicem eleemosynam pro una missa non potest sacerdos accipere, nec fructum uni ut satisfactorium et alteri ut impetratorium applicare. 5° Non potest accipere eleemosynam ut applicet fructum specialissimum. 6° Qui tenetur certis diebus applicare missam, non potest pro eadem missa eleemosynam accipere, 1138. — Qui habet solum munus offerendi potest accipere eleemosynam pro applicatione, 1138. — Qui non habet munus offerendi non potest missam celebrare ad intentionem de futuro, 1139-1140. — Qui tenetur duas vel tres missas celebrare singulis hebdomadibus, potest in una hebdomada duas vel tres celebrare missas quæ in hebdomada sequenti celebrandæ essent, 1139. — Qui onus habet missam quotidianam applicandi, non tenetur applicare in natali Domini secundam et tertiam. In die commemorationis omnium fidelium defunctorum cessat onus applicationis quotidianæ. Potest eo die missam applicare vel omnibus defunctis, quod esset optimum, vel privato defuncto, 1140. — Firmior videtur eorum sententia qui statuunt parochum ad populi devotionem tres missas in die natali Domini, si potest, celebrare teneri, 1140. — Non tenetur tres missas populo suo applicare, 1141.

Praxis servanda in applicatione missæ, 1507 — De applicatione missæ parochialis pro populo, conventualis vero pro benefactoribus ecclesiæ, 1255-1263. — De missarum oneribus minuendis, 1263 et seq.

Apprehensio est modus possessionem acquirendi. Vera est quæ fit manibus vel pedibus. Apprehensio ficta est quando res habet possessorem a quo tradatur, vel quando loco possessoris auctoritate judicis traditur, XV, 475

Appropinquatio protestantium ad Ecclesiam catholicam romanam, V, 925-1066. Vid. Concordia.

Appropriatio est, cum nomen toti Trinitati commune cuipiam personæ peculiariter certis de causis tribuitur; sic Patri omnipotentia, quod totius sit fons divinitatis; filio sapientia, quod sit Verbum Dei et ex intellectu procedat; Spiritui sancto bonitas, misericordia, etc., quia per amorem producitur. Ejusmodi appropriatio in Scripturis frequentissima est, VIII, 288.

Aqua benedicta. L'usage de l'eau bénite à l'entree des églises, remonte aux premiers siècles du christianisme, XX, 92.

Arbitrium liberum — Arbitrii libertas nihil est aliud quam voluntas, X, 1290-1016. — Liberum arbitrium est facultas agendi ex consilio, V, 1045. — Est formaliter in voluntate, radicaliter in intellectu, 1046. — Vid Libertas.

Arbor vitæ et arbor scientiæ boni et mali, VII, 1042 et seq.

Arca Noe fuit Ecclesiæ typus in eo quod extra eam nullus servatus est, non in eo quod omnes intra illam facti sunt salvi, I, 324-153. — Arca fœderis erat in sanctis sanctorum, XV, 119. — In arca fœderis reconditæ erant tabulæ legis, 120.

Arcani disciplina quoad sacramentorum formas, V, 281. — Vid. Silentium, Secretum.

Archidiaconi ex ordine diaconorum erant; ab episcopo eligebantur. Ordine presbyteris erant inferiores, jurisdictione superiores. Eorum potestas amplissima erat. Quam tollendam aut minuendam episcopi curarunt, V, 1238. — De l'origine des archidiacres, de leur pouvoir et de leurs fonctions, XX, 979. — Comment ils se sont élevés au-dessus des prêtres, 981 et seq. — Changements arrivés a cette occasion dans l'ordre hiérarchique, 982. — La dignité d'archidiacre éteinte depuis longtemps dans l'Eglise romaine, 983. — Le pouvoir des archidiacres fort borné dans l'Eglise grecque, 987. — Encore du pouvoir des archidiacres, qui, d'abord délégués des évêques, exercèrent ensuite une juridiction ordinaire, et s'approprièrent même le pouvoir des prélats, 987. — Efforts que ceux-ci font pour revendiquer leurs droits, 988. — Prérogatives qui sont restées aux archidiacres, 992. — Archidiaconus erat vicarius episcopi a jure constitutus, et ejus oculus dicebatur, V, 1238.

Archiepiscopus, seu metropolitanus, est episcopus suæ civitatis. Potest cogere synodum provincialem cum suis suffraganeis, ut consulat provinciæ, et diœcesanam cum suis presbyteris, ut prospiciat episcopatui, XXV, 832 et seq. — Archiepiscopi possunt valide dispensare sine causa in constitutionibus suæ synodi diœcesanæ, 397. — Nihil amplius quam episcopi, vel intra vel extra suas diœceses possunt, nisi privilegio speciali eis concessum sit, XII, 774 612. — Archiepiscopi cum concilio provinciali provinciales canônes possunt condere, *ibid.* — De ministro ordinationis archiepiscoporum, XXIV, 1068, 1129 et seq.

Archipresbyter est princeps presbyterorum; si suo fungatur munere in civitate, dicitur urbanus; si in minoribus oppidis, ruralis appellatur, V, 1239. — Nunc omnis archipresbyteri auctoritas pendet ex mandato episcopi, ex statuto ecclesiarum, ex consuetudine, 1239. — Des archiprêtres, de leurs prérogatives dans les différents temps, XX, 971. — Comment ils ont été dans la plupart des endroits assujettis aux archidiacres, 976. — Retranchement de leurs pouvoirs, 978. — Archipresbyter ecclesiæ cathedralis non potest interesse matrimonio, nec administrare alia sacramenta in tota diœcesi, XXV, 397.

Argumentum omne ratione vel ab auctoritate ducitur, I, 81, 84-61; 63. — Quomodo argumenta theologiæ invenienda et e locis ducenda sunt, 793-803-625-633. — Vid. Loci

THEOL. — Triplicis generis sunt argumenta quibus Dei existentia et providentia probantur : alia moralia, ex hominibus, utilitatibus, consensione, sensibus interioribus, et historia petita ; alia physica, ducta ex rerum, quibus constat mundus, naturis, operationibus, dispositione et constantia ; alia metaphysica, sumpta ex nostræ mentis conceptibus et ideis, II, 16.

ARIANI hæretici seculi IV, ab Ario Ecclesiæ Alexandrinæ presbytero nuncupati, errabant circa mysteria SS. Trinitatis et Incarnationis, V, 43 et seq.

ARIDITAS supernaturalis appellatur purgatio spiritualis, XXII, 1089. — Ariditas sensibilis pertinet ad sensum; ariditas substantialis, ad spiritum, 1089.—Ariditas sensus est substractio devotionis sensibilis, 1090. — Hæc molesta ariditas est quidam tractus gratiæ ; est lux quædam supernaturalis quæ affert pœnam et obscuritatem, 1089. — Ariditas spiritus est quædam lux divina, qua Deus facit ut anima suum nihil agnoscat, 1090. — Quamvis ariditas tota vita perduret, anima non omittat orationem : veniet tempus quo omnia ei persolventur, 1090. — Ariditas sensus perdurat quousque, purificatis sensibus, anima apta ad contemplationem reddatur. Ariditas spiritus durat quousque reddatur capax divinæ unionis : quamvis aliquando, etiam post unionem, anima redeat ad hanc ariditatem, 1091.

ARISTOCRATIA est gubernatio politica per paucos et optimos, XII, 450-357.—Aristocraticum vocatur illud regimen quod ad optimatos pertinet, sive sit mere aristocraticum, sive sit cum alio gubernandi genere conjunctum, IV, 1050.

ARITHMOMANTIA divinatio per numeros, III, 429.

ARMA humano commercio secundum quid exempta sunt, XVI, 393.

ARMENI Asiam incolunt inter Taurum et Caucasum, V, 588. —Natio armena, quæ copiosissima est, duobus patriarchis principalibus subjecta est, 589.—Armenorum errores, 584. —De quibusdam Armenorum ritibus, 587.—De unione Armenorum decretum a sancta synodo Florentina sub Eugenio IV editum, 591 et s.—Eorum errores brevius expositi, 603.

ARMISTITIUM est pactum publicum, quo id agitur, ut manente utrinque apparatu bellico, bellicis et hostilibus actionibus abstineatur, XVI, 69. — Differt ab induciis, 70.

ARRHA (De) quæ est signum matrimonii contrahendi, XXV, 397. — Arrhæ Hispanæ, 398 et seq.

ARS est recta ratio factibilium; prudentia agibilium.—Ars facit solum facultatem boni operis, quia non respicit appetitum ; secus prudentia, quæ etiam respicit usum. XV, 166.

Ars notoria est superstitio qua quis affectat et credit se consecuturum scientiam sine labore et studio, per quædam jejunia, orationes, inspectiones figurarum, prolationes verborum ignotorum, aliaque similia vana et inefficacia, XIV, 108-87.

ARTAXERXES est nomen commune omnibus Persarum regibus, quibusdam regibus specialiter attributum, ut nomen Assueri, IX, 244-193.

ARTICULUS fidei et morum necessarius dicitur sine quo credito vel facto, et justitia in hac vita, et salus æterna in futura vita, obtineri nequit. Articuli necessarii necessitate medii dicuntur, sine quibus creditis, vel factis, nullus hominum absolute, secundum legem Dei ordinariam, salvari potest, I, 1037; 1061-817; 837. — Necessarii necessitate præcepti dicuntur, qui credi debent ; sed sine quibus aliqui absolute salvari possunt, v. g., si invincibiliter ignorentur, 1037 ; 1062-817 ; 837. — Omnes omnino articuli ita sunt omnibus et singulis necessarii, ut cognita propositione universalis Ecclesiæ, nullus sine præjudicio salutis contradicat, 1062, 1063-837.

Protestantes non possunt, nec Spiritu sancto invocato, determinare articulos necessarios ex sola S. Scriptura, 1063 ; 1067-838 ; 841. — Absurde determinant quorum respectu necessaria in S. Bibliis sint clara, 1064-839. — Ad cognoscendos articulos necessarios, necessitas traditionis et testimonii Ecclesiæ, 1080-851. — Ecclesia catholica proponit omnia necessaria, *ibid.* — Notitia catechismo comprehensa catholicis sufficit, 1081-852. — Catechismus catholicis proponit omnia necessaria, 1081-853. — Quæ credere debeat implicite et explicite rusticus, 1081, 1082-853 — Quæ credere debeat implicite et explicite parochus, 1082-853 — Veritas non in verbis symboli, sed in sensu, 1082, 1083-854. — Rejicienda est distinctio necessariorum a non necessariis, 1084 855.

Articulus fidei est propositio catholica primario ad fidem pertinens et specialem habens ad credendum difficultatem, 1465-1156. — Non omnia fidei dogmata, seu non omnes catholicæ fidei veritates, sed solæ principales et primariæ sunt articuli fidei proprie dicti, 1466-1156. — Distinctio articulorum fidei in fundamentales et non fundamentales ex sensu indifferentistarum non est admittenda, VI, 484.

ARTICULUS mortis dicitur, quando mors proxime instat, et est moraliter certa ac fere inevitabilis, XVII, 84. — In articulo mortis simplex sacerdos non potest omnes prorsus censuras relaxare, opinio tutior est nec minus probabilis, 84. — Benedictio in articulo mortis, seu indulgentia plenaria ægrotis petentibus impertienda, XXII, 1144 — Quilibet sacerdos pœnitentem a quovis peccato absolvere potest in articulo mortis, 843 ; 876 et seq. XVII, 79-85. — Nulla est reservatio in articulo mortis, XVIII, 1150.

ARUSPEX. Miratur Tullius quod non rideret aruspex, cum aruspicem videret, II, 482.

ARUSPICIANA, *vid. Aruspicium.*

ARUSPICIUM est divinatio per viscera animalium immolatorum in aris dæmonum, III, 431 ; XIV, 90-72.

ASCENSIO DOMINI Hoc festum quadragesimo die a Resurrectione, feria quinta, celebratur, XV, 354 ; XXVI, 420. — Recensentur Christi apparitiones. Apparet Christus Apostolis post dies octo, præsente Thoma, 420. — Ea apparitio contigit Hierosolymis. Christus, qui clauso Virginis utero in lucem prodiit, introivit occlusis foribus, 421. — Thomas reipsa tetigit corpus Christi. Ex Thomæ verbis evincitur Christi divinitas, 422. — Socinianorum vana effugia, 423. — Apparitio Christi ad mare Tiberiadis. De Nathanaele, 424.—An idem sit qui Bartholomæus? 425.— Joannes primus agnoscit Jesum. Petrus, non omnino nudus, in mare se dejicit et ad Jesum properat, 426. — Apostoli inveniunt piscem prunis impositum et panem. Mira piscium vis capta. Miracula hac in re a Christo edita. Comestio Christi vera, 427. — Ter Christus Petrum interrogat, an se amaret Cur Petrus perturbatus est Christi oraculum de S. Petri martyrio, 428 — Responsio Christi ad Petrum de Joanne interrogantem. Variæ de illa Christi responsione interpretationes, 429. —Joannes mortuus est. Quare hæc tertia a Joanne dicatur apparitio, 430. — Apparitio in Monte, Olivarumne an Thabor disputant eruditi. Undecim aderant et fortasse plures alii, 431. — Quomodo intelligenda illa Christi verba : Data est mihi omnis potestas etc., 432. — Christus Apostolis perpetuam opem et auxilium pollicetur, 433. — Christus apparuit Jacobo, 433. — Apparitio in die resurrectionis. An primæ omnium B. Virgini apparuerit ? Negat Estius, 401. — Affirmat Rupertus, et Baronius ex vetusta traditione et adstipulantibus S. Theresiæ revelationibus, 402. — Apparitiones quinque, 403. — An Christus ad mensam in Emmaus panem consecraverit, 404. — Alii negant, alii nihil certi statuunt, 405. — Postrema apparitio. Præcipit Christus apostolis docere omnes gentes. Sensus verborum, 433. — Post eam apparitionem ascendit in cœlum, 434. — Christus deducit apostolos in Bethaniam in locum apertum, unde ejus ascensionem viderent. Castigat inanem eorum curiositatem, 434. — Sublimis fertur in cœlum. Apostoli eum adorant. Refelluntur quæ hinc depromunt hæretici argumenta adversus adorationem Eucharistiæ, 435. — Triplex partitio totius, quæ restat, tractationis, 436. — Dicitur Christus sedere ad dexteram Patris. Quo sensu, 436. — An apostoli baptizati fuerint ? et utrum ante, an post ascensionem, 438. — Cujusmodi fuerit benedictio Christi super apostolos, 439. — Christum decuit in cœlum ascendere Oracula de ascensione Christi, 439. — Inutiles quædam quæstiones omissæ. Egregia Augustini verba, 440 — Qua virtute Christus in cœlum ascenderit, 440. — Christi ascensio est causa nostræ salutis, et quare ? 441. — De circumstantiis quæ ascensionem comitatæ sunt, 441. — Conciliantur Acta Apostolorum et Evangelia tum Lucæ, tum Joannis, 441, 442. — De distantia montis Oliveti ab Hierosolyma, 442. — Constat Christum ascendisse in cœlum feria quinta. Non subito, sed per successionem temporis videtur ascendisse. Vestitusne ascenderit ? 443. — An alii præter apostolos spectaverint Christum ascendentem in cœlum. B. Virgo et alii, qui in cœnaculum cum apostolis introierunt, ascensioni Christi præsentes fuere, 444. — Videtur Christus ascendisse stipatus angelorum comitatu, 443. — Christus Justorum animas in cœlum secum adduxit, 445. — Ubi quadraginta illos dies exegerint animæ mortuorum, qui in morte Christi surrexerunt, 445. — Verior sententia est illos sanctos rursus migrasse vita, 446. —De vestigiis Christi impressis eo loco, unde ascendit in cœlum. De ædicula ibi extructa, cui tectum superinduci nunquam potuit, 447. — Objectio Witsii refellitur, 448. — Aliud miraculum de vento flante quotannis in die ascensionis, et splendore quo cœlum flagrare videbatur, 447. — Ascensionis festum solemnitatum omnium dicitur complementum a S. Bernardo Hæc solemnitas instituta ab apostolis ex S. Augustino, 448. — Idem Aug. eam vocat quadragesimam, 449. — Olim in die Ascensionis erat processio. Mos etiam erat benedicendi panem et novos fructus, 449.—Post evangelium solemnis missæ Ascensionis extinguitur cereus paschalis, 450.

ASCETÆ nomen a græco venit et exercitationem signi-

ficat. Qui duriorem vitam agebat, asceta dicebatur, V, 1278, *in nota*.

ASPECTUS libidinosus, XIV, 790 et seq. -624. XXV; 401. — Aspectus faciei et partium honestarum pulchræ feminæ, in viro fieri potest vel ex casu sine præmeditatione, vel ex causa rationabili, et in his non est peccatum; vel ut ex creaturæ pulchritudine exurgat in laudem Creatoris, et id imperfectis est periculosum; vel ex quadam curiositate et complacentia de illius forma, quod non est sine peccato veniali; vel ut libidinose in ejus concupiscentiam mardescat, et tunc est mortale. Igitur aspectus pulchræ mulieris etiam delectabilis, ex suo genere et per se præcise non est peccatum, XIV, 791-624. — Aspectus partium secretarum alterius sexus sine necessitate sunt peccata mortalia, 793-626. — Aspicere alterius sexus verenda etiam ex sola curiositate, operta vestibus ita tenuibus, ut parum aspectui obstent est peccatum mortale, 794-627. — Graviter peccant qui oculos in fœdas tabulas defigunt, *ibid.* — Graviter peccant feminæ quæ sine rationabili causa verenda viris ostendunt, 795-627, 628. — Lethaliter peccat femina quæ data opera et ex vanitate quadam se conspiciendam præbet juveni a quo credit se turpiter conspiciendam; aut quæ superflue se ornat, vel faciem fucat ad excitandam hominum concupiscentiam, et ut ab eis mortaliter ametur, 796-628. — Inter personas ejusdem sexus vacat culpa lethali, se nudas aspicere, ut quando natant, modo absit delectatio, 793-626. — Est mortale aspicere etiam ex sola curiositate concubitum viri cum femina. Non lethale tamen concubitum brutorum aspicere, 794-627. — Aspectus libidinosus inter conjuges, sine pollutionis periculo, non sunt peccata mortalia, 790-624. — Quoties aspectus est mortalis, fatendæ sunt circumstantiæ personarum, XXV, 402.

ASSECURATIO est aversio periculi pro certo pretio, seu contractus quo unus periculum alicujus rei in se suscipit, et alter ad pretium pro hujusmodi periculo se obligat, XVI, 690; 913.—Licitus est hujusmodi contractus, positis quibusdam conditionibus, 690.

Assecuratio est vel *terrestris* super rebus quæ terra, vel *maritima* super rebus quæ mari transvehuntur, 914. —Justitia hujus contractus consistit in æqualitate inter periculum damni incerti, quod unus in se suscipit, et inter pretium certum quod alter persolvit. De re qualibet iniri potest talis contractus, ubi periculum damni imminet ex casu fortuito, 915. — Sub casu fortuito non intelliguntur casus valde insoliti, 916. — Ut damnum quod timetur æstimari possit, valor rei assecurandæ taxari debet, 917. — Merces assecuranti solvenda determinatur tum ex magnitudine damni, tum ex probabilitate existentiæ talis casus, 917. — De conjunctione assecurationis cum aliis contractibus, 918-923.

Venditor emptori non solum rem tradere, sed assecurare debet, 636.

ASSESSOR episcopi potest esse clericus conjugatus, XXV, 402.

ASSIGNATS. Ad quid teneantur qui in Gallia chartis debita solverunt a prima die januarii 1791 ad mensem jul. 1796, XV, 997 et seq.

ASSISTENTIA specialis nihil aliud est quam auxilium peculiare quo adjuvat et providet Spiritus Dei, ne quibus illud conceditur, deflectant a tenenda et proponenda veritate, IV, 565.— Ad rationem canonicæ Scripturæ non sufficit specialis hæc assistentia: necessario requiritur inspiratio, 565. — Assistentia specialis est præsentia, qua Spiritus sanctus scriptorem ita dirigit, ne in errorem incidet, cum ea quæ aliunde noverat, litteris mandat, VI, 907.

ASSUMPTIO B. Mariæ in cœlum, die quindecimo augusti, XV, 361. — Quorumdam sententia Deipara nunquam obiit. De ejus morte dubitavit Epiphanius, XXVI, 589.—Communi Græcorum et Latinorum sententia B. Maria mortem obiit. Baronii moderatio erga veteres Patres, 590. — Rationes quare dubitari non possit B. Mariam mortem obiisse, 591. — Ea est Ecclesiæ sententia, 592. — Quoto ætatis suæ anno B. Virgo mortua sit. Variæ sententiæ, 592. — Quidam putant Deiparam Hierosolymis obiisse. Historia translati ejus corporis Constantinopolim ad Marcianum et Pulcheriam, 593. — Alii putant mortuam esse Ephesi, 594. De anno et loco mortis Deiparæ nullius partes sequitur auctor. Statuitur obiisse, et statim corpore et anima in cœlum sublatam, 595. —Discrimen inter ascensionem Christi, et Mariæ assumptionem, 596. — Singulares Deiparæ virtutes et privilegia persuadent ejus assumptionem, 596. — Hæc est sententia Patrum græcorum et latinorum medii ævi. Apud vetustos Patres ea de re silentium. Idem sentiunt S. Thomas et omnes theologi, 597. — Eam sententiam amplexa est universa Ecclesia, 598. — Assumptio Deiparæ non est fidei articulus. Sed eam qui negaverit, temeritatis summæ notandus, 599. — Objectiones adversus Mariæ assumptionem, 600. — Diluuntur quæ petitæ sunt ex Patribus, 601. — Solv obj depromptæ ex Usuardo et Lannoio, 602. — Pausatio idem atque assumptio, 602. — Dormitio idem valet atque assumptio. Vetustissima quædam Martyrologia quæ habent: *Assumptio*, 604. — In jure canonico celebris est hæc festivitas, 605 — Incertum, Deipara quo die revixerit, 605. — Huic festo præcedit vigilia et jejunium, cujus valde vetus institutio, 606 — Octavam hujus festi cur Leo IV instituerit, 607. — Quidam festi hujus institutionem referunt ad octavum seculum, 607. — Hæc festivitas celebrabatur ante sextum seculum, 608. — Assumptio S. Mariæ quomodo pingenda, XXVII, 250 et seq.

ASTROLOGIA judiciaria, seu genethliaca, est divinatio per considerationem situs et motus siderum, XIV, 90-72 — Damnatur hæc divinatio per astra, 92-74 et seq.; III, 431, 432.

ASTROLOGORUM prædictiones sunt fallaces, VII, 670 et seq. — Dupliciter contingere potest ut astrologi vera ex astrorum consideratione prænuntient, XIV, 96-77.

ASTRONOMIÆ observationes historiam Moysis non infirmant, II, 1101.

ASTUTIA est excogitatio viarum falsarum, simulatarum et obliquarum ad finem aliquem consequendum, XI, 868. —Astutia est vitium prudentiæ oppositum, sed habens falsam similitudinem cum prudentia, 1209. — Peccatum est cum ordinat mala media ad finem malum, vel etiam cum ordinat ad bonum finem. Non enim sunt facienda mala, ut eveniant bona. Peccatum mortale est vel veniale pro ratione medii quo astutus utitur, vel mali finis qui intenditur, 1210 — Viro christiano indigna est. Etiamsi ordinetur ad bonum finem, est peccatum ad falsam prudentiam pertinens, 868.

ASYLORUM jus in eo consistit ut malefactores ad pia loca confugientes in vita et membris protegantur, neque inde violenter extrahantur, XVIII, 914 —Privilegium immunitatis seu asyli ecclesiastici non est juris naturalis aut divini, sed humani civilis et ecclesiastici, 914. — Privilegio asyli gaudent ecclesiæ ad publicum missæ sacrificii usum deputatæ. Gaudent etiam cœmeteria, sacristia, turris, atrium, porticus atque ambitus, modo sint ad templi structuram attinentia, 915. — Insuper monasteria, etc., hospitalia et omnia alia loca religioni aut pietati destinata, dummodo auctoritate episcopi sint fundata, gaudent privilegio asyli, 916, 917.

Reus confugiens ad sacerdotem manibus sanctissimum Eucharistiæ sacramentum portantem extra ecclesiam gaudet jure asyli, 916. — Omnes fideles laicos ad loca sacra confugientes gaudent jure ecclesiastici asyli, modo non admiserint crimina excepta, 918. — Fideles debitores pecuniarii, qui solvendo non sunt (vulgo falliti) confugientes ad ecclesiam gaudent immunitate, 918. — Clerici et religiosi in asylis tuti sunt etiam contra proprios judices ecclesiasticos, nisi sit de specialiter exceptis, 919. — Probabilius videtur Judæos et paganos non gaudere immunitate, nisi sincero corde parati sint veram fidem amplecti, 920 — Certum est quod hæretici ob crimen hæresis priventur immunitate ecclesiastica, 920. — Femina confugiens ad monasterium virorum, vir ad monasterium monialium, gaudent immunitate ecclesiastica, ita ut excludi nequeant, 922. — Milites militiam deserentes et servi non gaudent immunitate, 921.

Omnia crimina gaudent immunitate ecclesiastica, quæ de jure non reperiuntur specialiter excepta, 922. — Septem sunt crimina quæ non gaudent immunitate ecclesiastica. —1° Publici latrones, etc., 923; —2° Depopulatores agrorum, 924; — 3° Qui homicidia et mutilationes membrorum in ipsis ecclesiis, vel earum cœmeteriis committere non verentur, 924; — 4° Qui proditorie hominem occiderit, 925; — 5° Assassinii rei, 926, — 6° Criminis hæresis, et 7° criminis læsæ majestatis in principis personam rei, 926, 927.

Privilegia asylorum seu commoda reorum ad ecclesias confugientium varia sunt. 1° Reus in loco sacro nequit capi aut vinculis constringi, multo minus per vim, seu invitus ex eo extrahi, 928. — 2° Reus quandiu est in ecclesia non potest per sententiam judicis ad mortem, vel aliam pœnam corporalem condemnari, 928. — 3° Nequit prohiberi quominus ad reum necessarius victus et vestitus deferatur, 929. — 4° Rei ad ecclesias confugientes recipiendi sunt, neque inde repelli possunt aut excludi, 929. — Reus ad ecclesiam fugiens nequit spoliari rebus bonisque suis, quæ secum in eam attulit, 929. — Per violationem immunitatis ecclesiæ, sive violentam reorum ex asylis ecclesiasticis extractionem committitur gravissimum sacrilegii peccatum, 929. — Præter alias pœnas in jure statutas violator immunitatis ecclesiasticæ olim excommunicari jubebatur, 929.—Quid observandum circa extractionem reorum privilegio asyli non gaudentium, 930 et seq.

Asyla apud Hebræos dicebantur urbes refugii, XXVI, 96 in nota. — Asyli homicidarum, 96. — De confugientibus ad asyla quid animadversione dignum est? 96. — De urbibus refugii quid notandum? 97. — Asyla omnibus homicidis patebant, 98. — Quodnam discrimen inter sex urbes refugii a Moyse et Josue constitutas, et quadraginta duas urbes Levitarum, 98. — Vid. Immunitas.

Athei, ex nominis etymo, quasi sine Deo, seu Deum non agnoscentes. — Atheorum genus est multiplex : alii sunt indirecte tales; alii directe; alii positive tales. V, 10, 11. — Unde triplex atheorum classis : 1° Eorum qui asserunt non dari Deum. Hi sunt athei speculative et stricte tales, 11. — 2ª Classis eorum est qui ore, vel opere Deum esse negant, contra conscientiæ sensum, quam plane extinguere non possunt, 11. — 3ª Est illorum qui Deum agnoscentes ita vivunt ut si eum non agnoscerent, hi sunt athei practice, vel etiam corde, 11. — Non existunt athei speculativi, sed tantum practici, 11, 12; II, 175, 176. — Nec existunt athei negativi, nulla Dei notione imbuti. — Agitur de homine in societate educto, 176. — Quem metuunt, oderunt, quem quisque odit, perisse expetit, ait Ennius, 440. — Naturale est odisse quem timeas, et quem metueris infestare, si possis. Minut. Felix, 864. — Nec quemquam vidi qui magis ea, quæ timenda esse negaret, timeret, mortem dico et deos, Cicero de Epicuro, 866. — Atheus non est fortis, sed fatuus, ait Aristoteles, 907. — Athei sunt magis corde quam mente, magis moribus quam meditatione et systemate, 926. — L'homme pieux et l'athée parlent toujours de religion; l'un parle de ce qu'il aime, et l'autre de ce qu'il craint. Montesquieu. 947

Ad quatuor vulgo atheorum systemata referuntur, nempe 1° academicorum; 2° epicureorum; 3° immaterialistarum; 4° Spinosæ seu Pantheistarum, II, 197. — 1° Academici mundum esse æternum contendebant, 198. — Eorum variæ sententiæ, 11 et seq. — Istud systema confutatur. 66-95

2° Epicurus deos sed in otio versantes agnovit; et atomos æternas existere docet. Hujus systema exponitur, et confutatur, 199 et seq.; VII, 46. — Atomorum admittendus est creator; ergo Deus est, 47. — Inest atomis motus; ergo agnoscendus est primus motor, 48. — Existit Deus orbis ordinator, 49. — Cogitatio non potest esse a materia nec illi competere. Ergo Deus est, seu alia a materia substantia, 50. — Systema absurdum est. 52

3° Immaterialistæ materiam seu corpora existere negant, systema exponitur et confutatur, 43 et seq.; II, 201 et seq. — 4° Spinosæ systema exponitur. Unicam admittit substantiam, indivisibilem, immutabilem, summe perfectam, 177 et seq. VII, 53 et seq. — Systematis fundamenta, II, 181. — Prima probatio contra illud systema, ex eversione octo definitionum quæ a Spinosa proferuntur, 181 et seq.; VII, 58. — Secunda probatio, ex eversione septem axiomatum Spinosæ, 59 et seq.; II, 184. — Tertia probatio, ex eversione propositionum ex quibus integra resultat Spinosæ demonstratio, 185 et seq.; VII, 60. — Quarta probatio : in principiis Spinosæ identificantur cogitatio et extensio; quod est absurdum, 61. — Quinta probatio : Spinosa plures tenetur admittere substantias, 61. — Sexta probatio : in illo systemate Deus perfectionibus sibi essentialibus frustratur, 61. — Septima probatio : systema rejiciendum est propter contradictoria et absurda quibus conflatur, 62 et seq. — Confutatio systematis Spinosæ quod revocatur ad tres propositiones; quarum prima confutatur argumentis moralibus, etc., quibus probatur Dei existentia, II, 190. — Unica Spinosæ substantia cogitans et extensa composita est ex partibus realiter distinctis, divisibilis est et mutabilis, et consequenter non est ens necessarium, 191 et seq. — Substantia Spinosæ non est ens infinite perfectum, 195 et seq. — Solv. objectiones, VII, 66-72. Vid. Deus.

Atheismus definiri potest non cognitio existentiæ Dei, VII, 39. — Triplex distinguitur : actione, corde, mente, 39. — Dantur athei actione et corde, 39. — Homo non potest esse *bona fide* atheus, etsi forte detur homo per breve tempus *ex animo* atheus, 39, 40. — Atheismi fontes seu causæ, 40; II, 176. — Non est optanda atheismi veritas, VII, 40. — Atheismi incommoda, II, 17 et seq. — In atheorum hypothesi universa gens humana vanitatis et stultitiæ incredibilis condemnatur, quod summæ est arrogantiæ, et intolerabilis impudentiæ, 46, 51. — Atheismus tollit mutua hominum erga se officia, et discrimen inter bonum et malum, 20. — Tollit omnem obligationem ad officia, 21. — Athei qui sibi constant non possunt servare sensum justi et injusti, 22. — Atheismus polytheismo pejor : verba Rousseau, 24, 25; VII, 41 et seq. — Theismus est multo tutior quam atheismus. Verba D. Pascal, II, 35. — Ergo falsus est omnino et absurdus atheismus, 37 — Contra atheismum verba diserta auctoris anonymi, 38-42. — Noxius est atheismus : verba Voltaire, 42. — Ergo rejiciendus est atheismus, 27. — Vita quorumdam atheorum nec veritatem, nec utilitatem atheismi probat, 42, 43. — Inter atheismum et catholicam religionem nihil est medii, 884.

Attentio est actus intellectus, seu mentis applicatio et advertentia ad verba, aut materiam et finem orationis. Differt ab intentione, XIV, 58-48. — Est duplex attentio, una externa, alia interna. Externa consistit in negatione distractionis externæ, id est, alicujus negotii vel occupationis externæ. Interna consistit in applicatione interna mentis; quæ triplex assignari solet, nempe ad verba, ad sensum verborum, ad finem orationis. Una ex illis sufficit ad orationem, XXIII, 866, 867; XIV, 59-48; XVII, 1251. — Attentio ad finem orationis in tria distinguitur. Una vocari potest mystica; altera spiritualis ad Deum, seu contemplativa; tertia postulationis seu indigentiæ propriæ : vel una dici potest spiritualis, altera divina seu elevata, tertia magis humana et proprii commodi, 1251. — Sine attentione interiore potest esse oratio et verus cultus religiosus Dei, XXIII, 870. — Duplex est attentio, una actualis et formalis, quæ consistit in eo quod quis actualiter habeat mentem attentam et applicatam orationi; altera virtualis et implicita, quæ in vi et virtute præcedentis actus, seu primæ attentionis, remanet, XIV, 59-48. — Necessario requiritur et sufficit attentio virtualis. 60-49; XVII, 1251

Attributum generatim definitur perfectio simpliciter simplex de Deo absolute et necessario prædicabilis per modum formæ adjacentis, VII, 97. — [Attributa Dei non sunt plura realiter, sed virtualiter tantum, propter suam simplicitatem et unitatem.]

Attritio est contritio imperfecta, XXII, 255. — Ex multiplici capite potest contritionis imperfectio dimanare, XXV, 1063. — Est contritio supernaturalis et efficax. Omnem excludens voluntatem peccandi, quæ nihilominus dicitur imperfecta. Hæc contritio esse potest imperfecta imperfectione mere negativa, 1063. — Plerumque nomine contritionis imperfectæ intelligitur dolor de peccatis unice conceptus propter eorumdem turpitudinem, aut solum metum pœnarum et gehennæ, sine ulla Dei dilectione, 1063. — Hæc contritio simul conjungi potest cum aliquo Dei amore initiali, 1063 et seq. — Attritio est proprii peccati detestatio et dolor ex supernaturali motivo, inferiori tamen motivo quod contritionem perficit, conceptus cum proposito non peccandi de cætero, et spe ac petitione veniæ, XXII, 255. — An attritio ex gehennæ et pœnarum metu bona sit et honesta, 255. — Actus timoris sine charitate saltem initiali proprie dicta elicitus, neque supernaturalis est, neque sine peccato elicitur, juxta Jansenium, Quesnellum et utriusque discipulos, 257. — Attritio ex solo gehennæ metu concepta, id est attritio qua pœnitens præcise dolet de peccatis commissis et admittendis abstinere proponit, ad vitandam quam timet damnationem æternam, bona est et utilis. Probatur 1° ex Scriptura, 262. — Prob. 2° ex patribus, 262 et seq. — Prob. 3° ex S. Thoma, 266. — Prob. 4° ex Tridentina synodo, 268 et seq. — Prob. 5° ratione theologica, 273. — Solv. objectiones, 274 et seq.

An attritio sola sufficiat in sacramento pœnitentiæ, 293. — Tridentinum nullibi definiit attritionem sufficere in sacramento pœnitentiæ, 294 et seq. — Solv. obj., 297 et seq. — Attritio aliquando ex solo gehennæ metu, aliquando ex superiori motivo concipitur, aliquando incompleta est, aliquando completa; et ideo quandoque sufficit, quandoque non, 306. — Nulla firma ratione probatur attritionem solam sufficere in sacramento pœnitentiæ, 308. — Solv. obj., 309 et seq. — Opinio quæ attritionis puræ sufficientiam docet vel eo rejicienda est quod in praxi tuta non sit. 322. — Ad justificationem in sacramento requiritur aliquid ultra motivum timoris, 326. — Quid tandem ultra motivum timoris requirat attritio, 327. — Opinio eorum qui solo spei amore contenti sunt, 329. — Momenta contraria, 332. — Opinio eorum qui initialem charitatem super omnia exigunt. Probatur 1° ex natura conversionis, 333 — Prob. 2° e multis novi Testamenti locis, 334. — Prob. 3° ex Patribus, 336. — Prob. 4° ex Tridentino, 337. — Dilectio quam requirit Tridentinum est dilectio Dei ut fontis justitiæ, 338. — Prob. 5° ex S. Thoma, 339. — Prob. 6° ex theologorum numero qui eam tuentur, 339. — Prob. 7° rationibus. 340

Falsum est charitatem initialem, quantulocumque sit in gradu, semper justificare, 341 et seq. — Opinio mox exposita impugnatur, 344 et seq. — Opinio eorum qui solo simplicis benevolentiæ amore contenti sunt, 360. — Momenta contraria. 361

Opinio eorum qui aliquam Dei charitatem, non tamen super omnia, exigunt, 362. — Opinio eorum qui influxum, non tamen actum proprie dictum charitatis exigunt, 364

— Colligendum, 1° certum esse contritionis genus quod a catholicis omnibus rejiciatur; 2° in omni vera attritione, qualis in catholicis scholis admittitur, aliquam Dei amorem admitti; 3° requiri in attritione aliquam Dei tanquam finis ultimi, seu propter se amati, dilectionem. 366

De necessitate aliqualis dilectionis Dei in attritione ex metu gehennæ concepta, aut de dictæ necessitatis exclusione, XXV, 1062 et seq. — Solvuntur difficultates quædam practicæ. Contritionis actus ad minus elici debet ante absolutionem, XXII, 367. — Necesse non est ut actualis dolor confessionem comitatur, 367. — Satis est ut contritio confessionem sequatur. Ita communiter, 368. — Necessum est ut contritionis actus, sacramentali confessioni uniatur non quidem physice, sed moraliter, 369. — Contritio absolutionem aliquanto præcedere potest, 369. — An dolor de peccatis conceptus sine ordine ad sacramentum in eodem sacramento inservire possit, 369. — An novo opus sit dolore, quoties nova recipitur absolutio, 370. — Dolor semel conceptus retractatur per peccatum mortale. 370

Ad remissionem venialium in sacramento requiritur contritio vel attritio, 371. — An qui legitima destitutus contritione ad sacramentum venialia sola confessurus accedit, semper gravis noxæ reatum incurrat. Incurrit, quoties venialia sola sine formali et efficaci contritione de aliquo confitetur, 371. — Non peccat lethaliter, qui bona fide, sed falso, se contritum existimans venialia confitetur. 372

An confessio sine contritione facta possit simul esse valida et informis, 374. — Confessio potest esse simul valida et informis, sacramentum nunquam informe est et simul validum. Formata simul et valida est confessio illius, qui oblitus perjurii, de solo quod accusavit furto sibi utcumque visus est doluisse, 376. — Non satis est si pœnitens doleat se non dolere; quia requiritur dolor de peccatis, non de doloris defectu, 377. — Quibus signis dignoscere possit confessarius contritionem pœnitentis, 377. — Quibus mediis agere debeat director ut in corde pœnitentis contritionem generet. 379

Auctores. Quid de priscis et de recentioribus sentiendum est, I, 78, 79-60. — Qui auctores sequendi sunt, 957 et seq.-754. — Qui sint probatæ fidei auctores, qui non sint. 656 et seq.-516

Auctoritatis duplex genus est: altera a Deo est, et nunquam fallax; altera ab hominibus, et sæpe ac sæpius fallax est, VI, 896. — Auctoritatis nomine hic intelligitur vis ad aliquid persuadendum. 896

Auctoritas et evidentia sibi mutuo famulantur, I, 17-15. — De auctoritatis et rationis usu ad judicandum, 16-21-14-21. — Auctoritas est fidei et theologiæ fundamentum, 84-65. — Decem loci theologici auctoritate nituntur, 82, 85-62, 65. — Auctoritas summa est 1° in Petro, 418 et seq.-327. — 2° In ejus successoribus, 422-330. — Quando variæ sunt sententiæ, auctoritas non numero, sed pondere judicanda est, 509-399. — Auctoritas fidem flagitat et rationi præparat hominem, 799-630; VI, 898. — Auctoritati quod credimus, rationi quod intelligimus, errori quod opinamur, debemus, I, 1152-905. — Necessario admittenda est docentis auctoritas infallibilis, 1148 et seq.-906. — Auctoritas est medium inter hominis stultitiam et Dei veritatem, 1150 et seq.-908. — Sola est auctoritas quæ commovet stultos, ut ad sapientiam festinent, 1151-908. — Naturæ ordo ita se habet, ait S. Aug., ut cum aliquid discimus, rationem præcedat auctoritas. Doctis et indoctis nulla est alia via ad veritatem, 1149-907. — Necessario admittenda est auctoritas indemonstrabilis, 1150-907. — Auctoritas miraculis partim, partim multitudine valet, 1149; 1151, 1152-906; 908, 909. — Auctoritatis vis ad docendum, II, 485. — Auctoritas Ecclesiæ est necessaria fidei regula, IV, 42 et seq. — Auctoritates sanctorum, legum et conciliorum provincialium in decreto Gratiani insertæ vim canonis non habent, nisi ex pontificis aut concilii generalis decreto desumptæ sint, XXV, 402. — Auctoritas doctorum hominum est maximus cardo a quo regitur humani intellectus imbecillitas, ita ut ignaris et indoctis hujusmodi auctoritas stet fere semper pro ratione, XI, 1289. — Hac auctoritate etiam docti indigent, 1289. — In opinionum regula non alternative, sed copulative, cum ratione auctoritas ordinarie convenire debet, 1289. — Auctoritate, non ratione in rebus religionis duci hominis animum necesse est. Sapientum auctoritate regi insipientes oportet, VI, 15. — Primis etiam mundi sæculis adhibebatur auctoritatis vis in rebus religionis. IV, 145

Nihil in Ecclesia salubrius fit quam ut rationem præcedat auctoritas, et intelligentiam auscultatio seniorum, S. Aug., XI, 220. — Proficiscitur auctoritas ex doctrina simul et animi probitate. 220, 221

Aucupium. Quandonam aucupio furtum committatur. XIV, 885 et seq.-699

Audacia est motus quo appetitus insurgit adversus malum terribile imminens, ad ipsum fugandum et superandum, XI, 1176. — Audacia est tertium vitium fortitudini oppositum. 1224

Audæani, vel audiani, schismatici sæculi IV, Audæum, sive Audium habuerunt auctorem, natione Syrum. V, 51

Audire vel loqui amatoria verba, secluso periculo ruinæ, ad levem delectationem, non excedit culpam venialem. XXV, 403

Augurium dicitur a garritu avium. Est divinationis species, quando per garritum avium, seu voces et motus quorumcumque animalium, sive per sternutationes hominum, vel membrorum saltum, quæritur cognitio occultorum, XIV, 90-72. — Motus vel garritus avium, etc., non sunt causa futurorum eventuum, 101-81. — Augurium et auspicium si absque damnatis artibus fiant quandoque tolerari possunt, modo adsint debitæ circumstantiæ, 102-82; III, 451.

Aurea est corona; aureola, parva corona superaddita majori coronæ. — Aurea significat præmium essentiale beatorum, aureola præmium accidentale et diminutum, XI, 652. — Duplicem victoriam reportant justi in hac vita: unam communem vi charitatis, et huic respondet aurea seu præmium essentiale; alteram specialem vi alicujus alterius virtutis, contra triplicem hostem, mundum, carnem et dæmonem. Et huic triplici præcellenti victoriæ respondet triplex aureola, nempe martyrum, virginum et doctorum, 652. — Aureola proprie est in mente, sed per quamdam redundantiam refulget etiam in carne. 665

Aureola est parva corona coronæ majori superaddita. Est justorum præmium accidentale et diminutum. Definitur gaudium accidentale de excellenti victoria. XI, 652. *Vid.* Aurea.

Auspicium quasi avispicium, dicitur ab avium volatu. Est divinationis species. XIV, 90-72, 73. *Vide* Augurium.

Auxilium christianorum, die 24 maii. Pius VII, hoc festum decreto die 16 septembris anno 1815, instituit. XV, 359

Avaritia, secundum capitale peccatum, est libido habendi pecuniam. S. Aug. — Generaliter sumpta, est immoderatum amor habendi; stricte sumpta est immoderatus amor divitiarum, XI, 819. — Singulare peccatum est, sæpe mortale, 819. — Quandonam est peccatum veniale, 832, 833, 849. — Peccatum est in Deum, in seipsum et in proximum. 1° In Deum, 819 et seq. — 2° Avaritia est peccatum hominis in seipsum, 821 et seq. — Iniquus est in seipsum avarus; in affluentia inops est et indigus, 825. — 3° Avaritia est peccatum in proximum. 827 Rationes exponuntur propter quas christiani ab avaritia deterreri debent, 829. — Avaritia est omnium malorum radix. XXII, 1323

Regulæ morum circa avaritiam. 1° Avaritia, quatenus opponitur justitiæ, ex genere suo mortale peccatum est; sed interdum veniale propter imperfectionem actus, aut materiæ levitatem, XI, 832. — 2° Avaritia quatenus opponitur liberalitati, veniale peccatum est, nisi charitati adversetur; tunc enim est lethale peccatum, 833. — 3° Avaritia peccatum lethale est, si ex alio mortali ducat originem, v. g., si in divitiis felicitatem aut spem collocet, 834. — 4° Lethalis avaritiæ rei sunt, qui plura concupiscunt quam hujus vitæ necessitas, et sui status decentia ac decorum exigant; et necessaria habentes, novas opes congregare non cessant, 837. — 5° Lethalis avaritiæ reus est qui rapit aliena, aut qui cupide sua servat, si tanta sit cupiditas, ut illa non sit paratus amittere ne Deum lethaliter offendat, 838. — 6° Gravis impatientia in rei familiaris amissione animum prodit lethalis avaritiæ reum, 840. — 7° Avaritiæ lethalis rei sunt parentes qui nullum congerendis filiorum gratia opibus modum statuunt, et ea ratione ab erogandis eleemosynis se excusant urgente præcepto, 841. — 8° Lethalis avaritiæ rei sunt clerici, qui ex ecclesiasticis reditibus thesauros congregant, aut emunt domos, etc., 845 — 9° Lethalis avaritiæ rei sunt, qui mediocres eleemosynas erogant, ut amplius accipiant, et ditiores fiant ex depositis pietatis, 849. — 10° Sæpius avaritiæ venialis rei sunt qui lites forenses suscipiunt bonorum temporalium causa, 849. — 11° Lethalis avaritiæ rei sunt monachi et moniales, et quicumque paupertatis voto se obstrinxerunt, si peculium habeant, vel pecunias, aut quidvis aliud pretio æstimandum, sine superiorum licentia, ad usum retineant, 857. — 12° Lethalis avaritiæ rei sunt parentes qui filios aut filias ad vitæ religiosæ professionem cogunt aut inducunt, ut eorum fratribus aut sororibus ampliores opes relinquant, 862. — 13° Lethalis avaritiæ rei sunt judices qui munera accipiunt, vel ut jus dicant, vel, etc., 863. — 14° Lethalis avaritiæ rei sunt judices qui justum judicium, et testes qui verum testimonium vendunt, 864. — 15° Lethalis avaritiæ reus est advocatus conveniens de quota parte litis, aut pactum iniens ut obtenta causa tantum sibi solvatur, 865

— 16° Lethalis avaritiæ rei sunt mercatores qui lucrum tanquam finem ultimum expetunt, 865. — 17° Qui alienis incommodis compendium suum quærunt, et honesti rationem sola utilitate metiuntur, 866. — Septem sunt avaritiæ filiæ : proditio, fraus, fallacia, perjurium, inquietudo, violentia, et contra misericordiam obduratio, 867-947. — *Vide Hæc Verba.*

S. Augustinus et S. Leo de filiabus avaritiæ, 868, 869. — Remedia contra avaritiam, XXII, 1525 et seq. — Vitium avaritiæ oppositum est prodigalitas, XI, 948. *Vide* Prodigalitas.

Avarus in Deum, in seipsum et in proximum peccat. Avaro nihil est scelestius, XI, 819 et seq. — *Vide* Avaritia.

Avoués des églises. XX. 1007

Axinomantia divinatio ex securi vel dolabra. III, 429

Azymi panes. — Qua diligentia Hebræi in panibus azymis conficiendis utuntur, XXVI, 33. — Omnes cujuscumque ætatis et sexus azyma comedere tenentur, 34. — Quot sunt rerum species, ex quibus azymi panes confici possunt, 34. — Licetne cum farina præter aquam res alias ad panes azymos conficiendos commiscere? 34. — Quid est azymus dives, 34. — Ubi et quomodo panes azymos conficiunt Hebræi. 34

# B

Baculus pastoralis, sive pedum, significat episcopi officium et onus pastorale, XXVII, 411 et seq. — Baculi pastoralis, seu cambutæ origo, 415, *in nota.*

Baianismus, hæresis seculi XVI. Baianismi synopsis historica, V, 102-107; X, 279 et seq. — Exordium causæ Baianæ, 279-221. — Progressus controversiæ Baianæ, 281-223. — Exitus Baianæ controversiæ, 287-227. — Baii retractatio. VI, 675; X, 285-225

De systemate Baiano, 289-229. — Systema Baianum circa statum naturæ innocentis. *Prima propositio :* Deus, habita ratione justitiæ, bonitatis ac providentiæ, non potuit ante ullum peccatum angelum aut hominem creare sine ordinatione ad intuitivam sui visionem. — *Secunda prop* Gratiæ beneficia naturæ sanæ et innocenti concessa, justitia, sanctitas, etc., debita ipsi fuere ac naturalia. 290-229. — *Tertia prop.* Dona angelis et primo homini concessa, proprie et stricte gratuita non fuere et supernaturalia. — *Quarta prop.* Gratia Adamo et angelis collata non producebat merita supernaturalia ac divina, sed mere humana et naturalia. — *Quinta prop.* Bonis angelis et primo homini, si in statu innocentiæ permansissent usque ad ultimum vitæ, felicitas esset merces, et non gratia. 291-230

Systema Baianum circa peccatum originale. 1° Peccatum originale formaliter consistit in concupiscentia carnis, quæ est inclinatio in bonum sensibile contra rationis præscriptum, 292, 293-231. — 2° Concupiscentia hæc in non renatis peccatum est, quia dominatur illis, nec hi gerunt contrarium voluntatis arbitrium. — 3° Eadem concupiscentia etiam in renatis peccatum est, ex quo iterum per relapsum iis dominatur. — 4° Omne scelus ejus est conditionis ut suum auctorem et omnes posteros eo modo inficere possit, quo infecit prima transgressio. — 5° Concupiscentia sive lex membrorum, quam inviti sentiunt homines, vera est legis inobedientia. 293-231, 232

Systema Baianum circa peccatum personale. 1° Ad rationem et definitionem peccati non pertinet voluntarium. 2° Nullum est peccatum ex natura sua veniale, sed omne peccatum meretur pœnam æternam. — 3° In omnibus suis actibus peccator servit dominanti cupiditati, 295-233. 4° Omnia fidelium opera sunt peccata, et philosophorum virtutes vitia, 296-234. — 5° In peccatis duo sunt, actus et reatus; transeunte actu, nihil manet nisi reatus, sive obligatio ad pœnam. 297-234

Systema Baianum circa libertatem. Duo sunt præcipui errores. 1° Sola violentia repugnat libertati hominis naturali. — 2° Liberum arbitrium sine gratiæ Dei adjutorio, nonnisi ad peccandum valet. 297-235

Systema Baianum circa charitatem. 1° Nullum datur medium inter charitatem proprie et stricte sumptam, et vitiosam cupiditatem, 298-236. — 2° Quidquid fit sine charitate peccatum est, et non est vera legis obedientia quæ fit sine charitate, 299-237. — 3° Charitas vera, etc., potest esse sine remissione peccatorum, et cum reatu æternæ damnationis. — 4° Per contritionem, etiam perfectam, non remittitur peccatum sine actuali sacramentorum susceptione. 301 238

Systema Baianum circa justificationem. 1° Justificatio impii formaliter constitit in obedientia mandatorum, etc. — 2° Justificatio vera esse potest, licet sit separata a peccatorum remissione, 301 — 3° Rejicienda est illa distinctio duplicis justitiæ, alterius quæ fit per spiritum charitatis inhabitantem; alterius quæ fit ex inspiratione quadam Spiritus sancti, etc. 302-238

Systema Baianum circa meritum operum. 1° Sicut opus malum ex sua natura est mortis æternæ meritorium, sic opus bonum ex sua natura est vitæ æternæ meritorium. — 2° Non proprie gratiæ Dei et meritis Christi, sed ordinationi naturali ab initio creationis constitutæ deputanda est vita æterna, 303-239. — 3° Ad meritum de condigno sufficit bonitas operis, et obedientia legi divinæ. — 4° Opera ante remissionem peccatorum facta, sunt vitæ æternæ de condigno meritoria. — 5° Opera justitiæ quæ Christus fecit, ex dignitate personæ operantis majorem non traxere valorem. — 6° Commentitia est distinctio qua opus dicitur bifariam bonum, 1. ex objecto et circonstantiis; 2. eo quod fit a vivo Christi membro. — 7° In redemptis per gratiam Christi nullum inveniri potest bonum meritum, quod non sit gratis indigno collatum. — 8° Nec passiones sanctorum indulgentiis communicatæ, etc., valent de condigno expiare pœnam temporalem, etc., 304-240 — 9° Sacrificium missæ non alia ratione est sacrificium, quam generali illa, qua omne opus quod fit ut sancta societate Deo homo inhæreat. 305-241

Baii propositiones damnatæ, VI, 670. — Tres sunt præcipue summorum pontificum bullæ in causa Baii : prima est Pii V, data anno 1567; incipit : *Ex omnibus afflictionibus.* Secunda Gregorii XIII, anno 1579; incipit : *Provisionis nostræ.* Tertia Urbani VIII, anno 1641, incipit : *In eminenti*, X, 306-242. — Bulla Urbani VIII, non est subreptitia, 307-242 — Bulla Urbani lex est sanctæ sedis, 310-245. — An bulla Urbani sit lex Ecclesiæ Gallicanæ. Observanda, 310-245. — Bulla Urbani, quoad doctrinam spectata, lex est Ecclesiæ universalis, 315-249. Solv. objectiones, 321-251. — Bulla Urbani vera est lex dogmatica, verum est dogmaticum judicium. 330-260

Genuinus ac legitimus prædictæ bullæ sensus. Famosum comma, seu virgula, in bulla Pii V, collocari debet post verbum *possent*, 331-262. Solv. objectiones. 334-264

Propositiones per bullam Pii V damnatæ non eodem ab omnibus numero referuntur. — Hæ propositiones falsæ sunt in sensu obvio, proprio et naturali, 340-268, 269. — Damnatæ sunt independenter a censuris quibus contrarias sententias notant; non solum ratione *modi*, seu propter censuram quam continent, sed etiam ratione *dicti*, seu propter doctrinam, 340-269. — Dictæ propositiones falsæ sunt et damnatæ in sensu ab assertoribus intento. — Genuinus ac legitimus damnatarum propositionum sensus desumendus est ex libris Baii, Kesselii, et aliorum assertorum, 342-270. — Prædictis SS. pontificum constitutionibus a prisca sua fide non descivit Ecclesia, nec S. Augustini doctrinam damnavit, 345-273. — Bulla Pii sex omnino continet censuras, adversus enumeratas ibidem sententias : Prima est, eas esse *hæreticas*, secunda, esse *erroneas*; tertia, *suspectas*; quarta, *scandalosas*; quinta *temerarias*; sexta, in pias aures offensionem immittentes. Quid significet vox *respective* quæ in eadem bulla legitur, 346-274. — Ad quinque capita reduci possunt propositiones in bulla notatæ, 347-274. — Damnatæ propositiones nec Baio, nec alteri cuipiam assertori expresse ac nominatim in bulla adscribuntur. — Pleræque e damnatis propositionibus et quoad verba et quoad sensum, nonnullæ vero quoad sensum dumtaxat, in operibus Baii reperiuntur. — Non omnes damnatæ in bulla propositiones extant in libris Baii. 348-275

Damnatæ propositiones de gratia primi hominis et angelorum, 349-275. — De peccatis originali et actuali, 350-276. — De libero arbitrio, et ejus viribus, 352-278. — De charitate, 354-279. — De justificatione, 355-280. — De bonorum operum meritis, 356-281. — De sacramentis, sacrificio, satisfactione, et indulgentiis. 358 282

Ballismus est conventiculum urbicorum. Differt a Labaismo qui est conventiculum rusticorum, XVIII, 964. — *Vid.* Labaismus.

Bannorum nomine significantur publicæ denuntiationes sive edicta quibus futurum matrimonium auctoritate Ecclesiæ proclamatur, XXV, 750. — Quid antiquitatis disciplina hæc habeat, 750. — Cette coutume établie dans l'Eglise latine, paraît n'avoir jamais été en usage dans l'Eglise grecque, XX, 1417. — Bannorum sive proclamationum quis scopus sit. Quibus diebus et locis fieri debeant. XXV, 750. — Quid si vagi homines matrimonio jungi petant, 750. — Quid erga eos parochus agere debeat qui matrimonio jungi volunt, et eam ob rem petunt fieri proclamationes, 750, 751. — Qui impedimentum aliquod matrimonio subesse cognoverint ad ejus revelationem tenentur, 751; — Impedimentum quod juridice probari non potest, nihilominus est revelandum, 751. — Si ex occulti impedimenti revelatione boni nihil sperandum, gravissima mala timenda sint, revelatio fieri non debet, 752. —

Quid si per confessionem sacramentalem impedimentum cognitum fuerit, 752. — Proclamationum defectu irritum non est matrimonium, 752. — Denuntiationes non sunt de matrimonii essentia. Sunt tamen de præcepto obliganti ad mortale, 463. — An factis proclamationibus, liberum sit matrimonium in plures menses differre, 753. — Ad quem pertineat super proclamationibus dispensare, 753. — Non est in episcoporum arbitrio a matrimonii denuntiationibus indifferenter, et sine causa legitima dispensare, 753. — Quæ dispensandi causæ legitimæ sint, 410, 754. — Utrum nullo casu possit matrimonium sine præviis proclamationibus contrahi, non obtenta ab episcopo dispensatione. 755

De Bannis civilibus, 1619. — Quo in loco sint promulgandæ proclamationes. 1620

De præmissa denuntiatione publica ordinandorum. XXIV, 1456

Baptismus, 1° juxta litteralem vim nominis, idem est ac immersio et intinctio, XXI, 298. — 2° Usurpatur in Scripturis ad significandas lotiones legales et cæremoniales, 298. — 3°. Sensu metaphorico significat afflictionem qua homo instar aquæ mergitur et absorbetur; pœnitentiam et contritionem; martyrium; copiosam gratiæ Dei diffusionem; diluvium universale; transitum maris Rubri, 298 et seq. — 4° Usu ecclesiastico et sacramentali significat lotionem sacram qua renascimur, et dicitur baptismus *fluminis*. 300

Baptismus, prout sacramentum est novæ legis, a materia vocatur *lavacrum aquæ, sacramentum aquæ, unda genitalis, fluvius aquæ vitalis*. — A forma, *sigillum, signaculum, obsignatio fidei, sacramentum Trinitatis, sacramentum fidei*. — Ab effectibus vocatur *lavacrum regenerationis et renovationis, ablutio peccatorum, vitæ novitas, sacramentum illuminationis*, etc., etc., 300, 301. — A cæremoniis dicitur *vestimentum candidum*, unctio. 301

Præfatio de Baptismo, 287-295. — Baptismus confirmationi comparatur, 288. — Canones concilii Tridentini de Baptismo, 295 et seq. — Decretum concilii florentini pro instructione Armenorum, de Baptismi natura, materia, forma, ministro et effectibus. 297

Quid de Baptismatis sacramento sit necessario credendum? VI, 813. — Hæreticorum errores, 814; XX, 12 et seq. — Baptismi definitiones ab hæreticis confictæ, XXI, 301, 302. — Orthodoxæ definitiones. Physice sumptus, Baptismus est ablutio corporis exterior facta sub forma verborum præscripta, 303. — Metaphysice sumptus, Baptismus recte definitur: sacramentum regenerationis per aquam, cum expressa SS. Trinitatis invocatione, 303. — In Baptismo tria distinguuntur, scilicet: sacramentum, res tantum sacramenti, sacramentum simul et res sacramenti. Sacramentum tantum dicitur id quod significat et non significatur; qualis est aqua. Res sacramenti tantum dicitur, id quod significatur et non significat, et est ablutio peccatorum. — Sacramentum et res sacramenti simul dicitur id quod significat et significatur et est caracter baptismalis. 303

Materia duplex distinguitur in baptismo, una remota, altera proxima. Remota, est aqua quæ assumitur ad conficiendum sacramentum. Proxima, est applicatio materiæ remotæ seu ablutio, XXI, 304. — Errores hæreticorum circa materiam remotam Baptismi. Alii penitus aquam sustulerunt, 304. — Alii, saltem in necessitate, valere in alio liquore Baptismum existimarunt, 306. — Alii aquam adulterarunt, adjecta rerum aliarum mixtione, 307. — Conclusio. Omnis et sola naturalis aqua est remota Baptismi materia, eaque necessaria, 307 et seq. — Aqua benedicta, quantum fieri potest, utendum est, 310, 311. — Plures ob rationes Christus aquam pro materia Baptismi assumpsit, 312. — Solvuntur objectiones, 312 et seq. — Objectio ex responso SS. Pontificis Siricii et alio reponso Stephani II, 316. — Aqua vera et naturalis est de necessitate Baptismi, VI, 1013. — De la bénédiction des fonts; avec quelles cérémonies elle se faisait dans les premiers siècles. Solennités qu'on y a depuis ajoutées, XX, 87-92. — Prière pour la bénédiction des fonts, telle qu'elle se lit dans l'auteur des Constitutions apostoliques. 90

Materia proxima Baptismi, seu ablutio quæ triplici modo fieri potest, immersione, infusione et aspersione, XXI, 318. — Ritus immersionis trinæ in solemni Baptismi administratione ab apostolis usurpatus, ab Ecclesia tum Græca, tum Latina, constanter retentus fuit usque ad decimum tertium Ecclesiæ seculum, quo primum a Latinis immutari cœpit, 318. — La triple immersion est d'institution apostolique; jusqu'à quand elle a été pratiquée, XX, 81 et seq. XXI, 322. — Quas ob causas ritus immersionis fuerit mutatus, 322. — Trina immersio ad substantiam sacramenti non pertinet, nec aliter veteribus visum fuit, qui ratum habuere Baptismum, sive per immersionem, sive per infusionem, aut aspersionem trinam vel unicam collatum, 322 et seq. — Exempla Baptismi infusione vel aspersione concessi, 326. — Du Baptême par infusion et de sa validité, XX, 84 et seq. — Solv. objectiones. XXI, 327

Ritus olim observati in trina Baptismi mersione, 334. — 1° Baptizandi accedebant ad baptisteria, 336. — 2° Antequam sacro fonte immergerentur, in ipsa portica versus occidentem conversi, protensa manu, Satanæ renuntiabant, 337. — Mulierum pudor multis modis consulebatur, 338. — 3° Baptizandi, omnino nudi, apud Græcos toto corpore oleo sancto inungebantur, 338. — 4° Ad unamquamque immersionem non integram Baptismi formam pronuntiabant, sed unius tantum personæ nomen appellabant, 338. — 5° Baptizandi stabant erecti in fonte, 339. — 6° Post trinam immersionem baptizatus e sacro fonte exibat et suscipiebatur, si mulier, a diaconissis; si vir, a diaconis, vel a patrino et matrina. Et veste candida quisque donabatur. 339

Quomodo aqua debeat tangere corpus, 333. — An ad Baptismum sufficiebat ablutio occisiva, seu immersio sine emersione, 333. — Dum Baptismus sub trina immersione aut effusione confertur, quandonam habeatur essentia sacramenti. 336

Forma Baptismi constat verbis quæ inter baptizandum ex divino præcepto ac traditione apostolica pronuntiari debent, XXI, 339. — De variis circa formam Baptismi erroribus, 340. — Christus certam verborum formam in Baptismo usurpandam præscripsit, 343. — Ad Baptismum requiritur expressa trium SS. Trinitatis personarum invocatio, VI, 1013. — Mutatio accidentalis, qua verba mutantur, integro manente sensu, sacramentum non inficit. Hinc validus fuit Baptismus a sacerdote linguæ latinæ imperito collatus sub hac forma: Ego te baptizo in nomine Patria, et Filia, et Spiritu sancto, XX, 1181, 1182. — Forma hæc baptizandi apud Græcos: *Baptizatur* servus vel serva Dei N. in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, antiqua est et valida, XXI, 347. — Hæc apud Latinos baptizandi forma: Ego te baptizo in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti, Amen, antiqua est et maxime conveniens. Vox *Amen* necessaria non est ad veritatem sacramenti, 349. — De la forme du Baptême. On fait voir que ce sacrement s'est donné de tout temps dans l'Eglise sous le nom des trois personnes de la sainte Trinité. Additions faites à cette invocation: Diversité dans les formules qui la contiennent, et dans la manière de la faire. Partage des sentiments sur les différentes formules. — Opinions singulières de quelques-uns sur cette matière, XX, 95-100

Necesse non est personam ministri in Baptismo exprimere, XXI, 350. — An validus sit Baptismus datus sub hac forma: *In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*. — Alii affirmant, alii negant, 351. — Conclusio. Verba ista: Ego te baptizo aut æquivalentia quibus actio baptizantis exprimitur, absolute necessaria sunt ut valeat Baptismus, 352. — Baptizandi persona necessario exprimenda est, 355. — Si minister dicat in nominibus, loco in nomine, non valet Baptismus, 356. — Distincta Patris, et Filii, et Spiritus sancti invocatio absolute necessaria est, nec unquam valuit, aut valere potest Baptismus in solo nomine Christi collatus, 356 et seq. — Solv. objectiones, 360-368. — Horum verborum, baptizati sunt in nomine Jesu, triplex sensus est. 1° Baptismus in nomine Christi idem est ac secundum præceptum Christi datus. 2° Baptizari in nomine Christi idem est ac baptizari in fide Christi. 3° Nihil aliud est quam baptizari Baptismo Christi, in ejus virtute et auctoritate, 361. — Graviter peccat qui vel tantillum formam ab Ecclesia receptam immutat, 369. — Forma ista: Ego te baptizo in nomine genitoris et geniti, et procedentis ab utroque, dubia et incerta videtur, et ideo Baptismus sub conditione esset iterandus. 369

Circa Baptismi necessitatem errores, XXI, 382. — Singulares scholasticorum aliquorum opiniones, 386. — De necessitate Baptismi juxta catholicos et protestantes, V, 976 et seq. — De communi et ordinaria providentiæ via, Baptismus est medium necessarium ad salutem æternam consequendam, I, 1287-1016; VI, 1012. — Baptismus in re vel in voto necessarius adultis necessitate medii et præcepti, parvulis necessitate medii ad salutem, XXI, 289-295. — Probatur prima pars de necessitate præcepti, adversus socinianos, 289-295. — Primum argumentum petitur ex his Christi verbis: Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, 387. — Præceptum Baptismi ad omnes omnino omnium ætatum homines pertinet, 391. — Secundum argumentum petitur ex his verbis Christi apud Marcum: Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit, 392. — Probatur secunda pars de necessitate medii, adversus socinianos et alios. Primum argumentum petitur ex verbis

Christi ad Nicodemum : Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, 396. — Secundum argumentum petitur ex iis locis in quibus salus æterna, regeneratio hominis, peccatorum remissio, Baptismo annexa legitur; ut Actorum II, 38 : *Baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum*, 397. — Nulla fit exceptio eorum qui sunt a fidelibus parentibus progeniti, 398. — Tertium argumentum petitur ex iis testimoniis quibus constat nos, 1° per Baptismum induere Christum ; 2° per Baptismum nos ejusdem et unius spiritus participes, ejusdemque corporis membra fieri, 400; — 3° nos ex unitate Baptismi, ejusdem fidei, spei, et charitatis participes fieri et unius Dei cultores. 400

Probatur Baptismi necessitas, ex constanti et perpetua traditione Ecclesiæ, 401. — Primum argumentum, ex testimoniis veterum, 402. — S. Cyprianus in concilio provinciali statuit infantes ante octavum a nativitate diem baptizari posse et debere ut a noxia originali liberentur, 403. — Secundum argumentum, ex usu et praxi Ecclesiæ perpetua, ac generalibus quibusdam momentis, 405. — Semper provisum est ab Ecclesia, ut in periculo mortis, et urgente necessitate, sive infantibus, sive adultis in lecto ægrotantibus, quolibet tempore Baptismus administraretur, 405. — Veteres eorum negligentiam semper damnarunt qui ad finem vitæ Baptismum suum differebant, 406, 407; 511. — Non alia de causa ipsis laicis, etiam mulieribus, permisit Ecclesia in mortis periculo Baptismum administrare, 407. — Igitur Ecclesia semper credidit Baptismum omnibus et singulis hominibus absolute necessarium esse ad salutem, 407. — Solv. objectiones, 408-421. — Veteres existimarunt votum Baptismi aliquibus in casibus ad salutem sufficere, 413. — Non raro veteres in casu necessitatis, aut in dubio de validitate Baptismi, ad misericordiam Dei confugiunt, ut sine accepto in re sacramento, de salute alicujus bene sperent, 413. — Innocentius III consultus respondet : Presbyterum, sine Baptismate mortuum, qui in fide perseveraverat, cœlestis patriæ gaudium adeptum esse, 416. — Non una fuit Ecclesiæ disciplina circa preces et sacrificia quæ pro catechumenis sine Baptismo defunctis offerebantur, 416. — Pueri fidelium non salvi fiunt per solam fidem parentum, 417 et seq. — Non certum est filios Judæorum incircumcisos salvari potuisse per solam fidem parentum, sine ullo signo exteriori, 420. — Stat Dei antecedens voluntas de salute omnium, cum damnatione infantium sine Baptismo morientium, 419. — De istorum infantium statu post mortem, 407 et seq. in nota.

Necessarius est Baptismus, ut alia sacramenta licite et valide recipiantur; et nullum sacramentum valide recipitur a non baptizato præter Eucharistiam, quæ quidem nihil tunc operatur ex opere operato, 421 et seq.

An Baptismus aquæ suppleri possit. Triplex apud SS. Patres distinguitur Baptismus : nempe fluminis per aquam; sanguinis per passionem; et flaminis seu spiritus, per lacrymas et cordis perfectam contritionem, XXI, 422, 413. — Martyrium duas requirit conditiones, et pœnam et causam. — Errores et opiniones circa martyrium, 425. — Baptismus sanguinis, seu martyrium, virtutem Baptismi aquæ perfecte supplet ex opere operato, tum in infantibus tum in adultis : in istis tamen præviæ quædam conditiones requiruntur, 426. — Martyrium tamen non supplet Baptisma quoad characteris impressionem, nec quoad subjectionem ecclesiasticæ jurisdictioni, nec quoad capacitatem proximam alia recipiendi sacramenta, 426. — Probatur prima pars, martyrium supplere Baptismum aquæ in infantibus, 426. — Secunda pars, de adultis, 428. — Tertia pars, nempe martyrium ex opere ipso operato efficax esse, probatur, 430. — Ultima pars, nempe requiri in adultis prævias aliquas dispositiones, ad plenum martyrii effectum, 430. — In adultis Christi confessio voluntaria et supernaturalis esse debet, 431. — Solv. objectiones, 431 et seq. — Proferuntur rationes quibus sententia docens martyrium non agere ex opere operato, quantum ad remissionem culpæ, propugnari potest, in nota. 434-440

Baptisma spirituale triplex distinguit auctor anonymus qui scripsit adversus S. Cyprianum ; aquæ, quo quis in lavacro baptizatur; sanguinis, quo martyr abluitur cruore proprio; et Spiritus, quo apostoli sunt baptizati ipso die Pentecostes : quæ tria baptismata præstant Spiritum sanctum. 621

Baptismus flaminis seu Spiritus ille est qui in perfecta contritione seu charitate consistit, 440. — Charitas perfecta esse potest extensive vel intensive. Extensive perfecta est quando Deus super omnia diligitur, et rebus omnibus anteponitur; intensive vero, quando maximo conatu et affectu voluntas in Dei amorem rapitur, 440. — Perfecta charitas spectari potest vel in casu necessitatis, vel extra necessitatem, 440. — Baptismi votum seu desiderium duplex distinguitur : unum explicitum seu expressum, quo quis sciens quid sit Baptismus, actu expresso et elicito cupit baptizari; alium implicitum et generale, quo quis nihil sciens de Baptismo, efficaciter desiderat Deo in omnibus placere, 440. — Duplex est effectus Baptismi, nempe, remissio omnis culpæ et pœnæ, 441. — Opiniones circa desiderium Baptismi, 441 et seq. — Conclusio. — Baptismus flaminis, seu perfecta charitatis et cordis contritio includens votum Baptismi aquæ, illius vices supplet in adultis, 443. — Si præceptum Baptismi invincibiliter ignoratur, sufficit Baptismi votum implicitum quod semper includitur in contritione perfecta. Si cognoscitur Baptismi præceptum ejusque necessitas, votum illius expressum seu explicitum requiritur, 446. — An per votum Baptismi omne debitum pœnæ temporalis extinguatur, non constat. Deus præsumitur tantum supplere, quod simpliciter et absolute necessarium est, 446. — Tantus tamen esse potest charitatis fervor, ut omnis pœnæ remissionem impetret, 447. — Solv. objectiones, 447 et seq. — Varia fuit Ecclesiæ disciplina erga catechumenos qui sine Baptismo, et pœnitentes qui sine reconciliatione mortui fuerant. Quibusdam in Ecclesiis, pro illis nec preces, nec sacrificia offerebantur. In aliis, preces publicæ pro illis fundebantur, et offerebatur sacrificium, 446, 447. — Sexto seculo Romana Ecclesia mutavit rigidam disciplinam a S. Leone et Gelasio I prius inductam. 448

Baptismum a Christo institutum fuisse omnes sive orthodoxi, sive hæretici agnoscunt, sed de tempore institutionis non una est sententia, XXI, 452. — Sunt qui dubitant an ante vel post Christi mortem fuerit institutus, I, 515-404. — Sunt qui existimant post resurrectionem duntaxat institutum fuisse, XXI, 452. — Sunt qui censent Baptismum ante Christi mortem fuisse institutum, sed non consentiunt de tempore institutionis, 453. — *Prima conclusio.* Christus Baptismum ante mortem suam instituit; quo tempore certo non constat : probabilius tamen est tunc instituisse, cum in Jordane fuit baptizatus. Probatur prima pars, 453. — Secunda pars, 455. — Sententia opposita sic propugnatur in nota : Christus nec antequam baptizaretur a Joanne, nec dum ab eo baptizatus fuit, nec dum colloqueretur cum Nicodemo Baptismum instituit, 455. — Ergo Christus Baptismum instituit sub illud tempus quo misit apostolos suos prædicare et baptizare, 456. — *Secunda conclusio.* Lex Baptismi prius obligare generaliter non cœpit, quam fuerit sufficienter promulgata, 457. — Tempus autem publicæ Evangelii promulgationis, vulgo computatur a die Pentecostes, 458. — Christus a Joanne baptizari voluit ; 1° ut aquis vim mundandi conferret ; 2° ut Baptismum Joannis comprobaret ; 3° ut exemplo suo ostenderet non esse negligendum Baptismum, etc. 457

De ministro Baptismi. Triplex minister distinguitur, unus ordinarius et ex officio, qui jure ordinationis potestatem habet, vel sine dependentia, ut episcopus, vel cum subordinatione ad superiorem, ut simplices sacerdotes, XXI, 460. — Alter minister est ordinarius et ex delegatione, quales sunt diaconi. Tertius ex necessitate, qualis est omnis et quilibet homo, 460. — Duplex distinguenda est Baptismi administratio, una publica et solemnis; alia privata, 460. — Errores et opiniones circa ministrum Baptismi, 461 et seq. — *Prima conclusio.* Minister Baptismi ordinarius et ex officio est episcopus et presbyter : episcopus quidem primarius, presbyter secundarius ex licentia episcopi, qui solus primis Ecclesiæ seculis Baptismum solemniter administrabat. Probatur prima pars, 463. — Secunda pars, 464. — *Secunda conclusio.* Diaconi sunt ministri extraordinarii Baptismi, seu ex delegatione tantum, non ex officio, 466. — Communis est theologorum sententia, diaconum fieri irregularem, si absque licentia baptizet solemniter, 466. — Utrum etiam subdiaconi vel inferiores clerici possint delegari saltem a papa ad baptizandum solemniter, in nota, 467. — Diaconus in extrema necessitate baptizans sine commissione episcopi aut sacerdotis, probabilius potest baptizare solemniter, 467. — Diaconus non potest sine necessitate delegari ad baptizandum solemniter, 467. — *Tertia conclusio.* In casu extremæ necessitatis valide et licite administrare potest Baptismum homo quilibet laicus, sive vir, sive mulier, sive fidelis, sive infidelis, 467. — Solv. objectiones. 470-474

Du ministre ordinaire et extraordinaire du Baptême. Anciennement, le ministère était réservé à l'évêque seul, sans la permission spéciale duquel ni les prêtres ni les diacres ne pouvaient baptiser. Comment et en quel temps les prêtres sont devenus les ministres ordinaires de ce sacrement. Ils devaient s'acquitter de cette fonction étant à jeun, en habit ecclésiastique, et gratuitement. Ce qu'on

pensait du Baptême conféré par des laïques, et surtout par les femmes, tant en Orient qu'en Occident, XX, 126-138. — Ordo servandus est inter ministros Baptismi in necessitate. Dignior inter præsentes baptizet nisi adsit causa cur ordo non servetur, XXI, 474. — Pater proprium prolem baptizare potest in necessitate, 476. — Parochus cui offertur baptizanda proles ex crimine nata, non potest Baptismum negare, nisi mater genitorem revelet, 475. — Idem minister Baptismi aquam fundere et eodem tempore verba proferre debet: aliter nullum esset sacramentum, 475. — Nemo seipsum baptizare potest, 476. — Minister unus plures simul baptizare potest. 477

Circa ministrum Baptismi hi sunt præcipui ritus olim observati: 1° Ministri ordinarii et solemnitatis non nisi jejuni baptizabant. 2° Destinatas ad hoc ministerium vestes induebant. 3° Intro in aquam seu fontem baptismalem descendebant, 477. — In aliquibus ecclesiis episcopus baptizatorum pedes lavabat. 478

De requisitis in ministro Baptismi, XX, 1462 et seq. — Vid. SACRAMENTUM.

Subjectum Baptismi capax est solus homo viator, vel adultus, vel infans, XXI, 478. — Circa infantium Baptismum hæc sunt expendenda: 1° An infantes sint Baptismi capaces, et expediat eos baptizare. 2° An infantes ex utero materno nondum egressi aut partim tantum, possint baptizari. 3° An parentibus invitis, filii infidelium baptizari debeant. 4° Quam fidem in infantibus Baptismus supponat et producat, 478. — Circa Baptismum infantium errores et opiniones, 478 et seq. — Infantes sunt Baptismi capaces, et expedit eos baptizare, VI, 1015. — Probatur prima pars ex Scripturis, nempe a præcepto Baptismi universali, XXI, 480. — A necessitate illius, 481. — Ab effectu Baptismi, 482. — Ab exemplo et a paritate circumcisionis, 482. — Probatur ex constanti traditione Ecclesiæ, 483. — Probatur secunda pars, nempe expedire ut infantes baptizentur, 485. — Solv. objectiones. 486

An valeat Baptismus infantis in utero materno adhuc inclusi, duplex est sententia, 489; 492. — In periculo mortis, si caput egrediatur, infans baptizetur, non postea rebaptizandus, 490. — Idem faciendum est, quæcumque alia pars egrediatur, sed puer post perfectam nativitatem rebaptizetur sub hac forma: *Si non es baptizatus, ego te baptizo*, etc., 490. — Benedictus XIV de Baptismo collato infanti in matris utero latitanti, et infanti qui aliquam sui partem ex utero matris emisit. XXV, 1028

De forma conditionata Baptismi. De Baptismo collato infanti qui jam indubitanter mortuus, per miraculum ad vitam creditur revocari. 1032

De Baptismo monstrorum, XXI, 490; 492. — De Baptismo fœtuum abortivorum, 491. — Spurii et filii parentum excommunicatorum baptizandi sunt. — Expositi infantes, si non constet eos baptizatos fuisse, baptizandi sunt. 491

De infantibus infidelium plura notanda, 493. — Momenta indicantur, quibus probat S. Thomas pueros infidelium baptizandos non esse invitis parentibus, VI, 634, 635. — Filii infidelium non debent invitis parentibus baptizari, nisi sint serviliter subjecti, aut in manifesto vitæ discrimine constituti, XXI, 494; 496. — Solv. objectiones, 497 et seq.

In Baptismo duplex fides distinguitur: una actualis, quæ præcedit Baptismum tanquam dispositio necessaria; altera quæ sequitur Baptismum, et est pars essentialis justificationis: solet appellari habitualis fides, 501. — Errores et opiniones, 502 et seq. — *Prima conclusio*. Nulla est in infantibus, cum baptizantur, fides propria actualis, sed hæc per fidem Ecclesiæ et offerentium puerum ad Baptismum, suppletur, 505. — *Secunda conclusio*. Fide catholica certum est infantibus per Baptismum infundi sanctificantem gratiam et fidem, quæ sit aliquid fixum et permanens ab actibus distinctum; utrum autem sit vera qualitas animæ hærens, et verus habitus, fide non constat. 506, 509.

Circa Baptismum adultorum duo sunt expendenda: 1° an aliquæ requirantur in adultis præviæ dispositiones; 2° an quilibet adultus baptizari possit et debeat, XXI, 510. — Ad valorem sacramenti consensus seu intentio recipientis Baptismum omnino requiritur, 510. — Requiruntur in adultis ad percipiendum cum fructu Baptismum, præviæ dispositiones, nempe fides in Christum, dolor de peccatis, inchoatus Dei amor, etc., 511. — Peccatores accedentes ad Baptismum non debent præmittere confessionem sacramentalem, 512. — Peccatoribus baptizatis non sunt imponenda opera penalia, sed ante Baptismum imponenda sunt ut peccatores se præparent ad Baptismum, 512 — Quilibet adultus, cujuscumque nationis sit, sexus vel ætatis, est baptizandus, 517. — Catechumenis in periculo mortis constitutis et obmutescentibus, Baptismus nunquam negatus fuit, 517. — Energumeni, amentes, furiosi, si sani sunt, baptizandi non sunt, nisi in intervallis lucidis, quibus sui compotes facti agnoscant quid percipiant; si sunt infirmi et antea Baptismum postulaverint, illis conferri debet, 518. — Ab infantia amentes velut infantes haberi debent et proinde baptizandi. 519

Errores circa effectus Baptismi, XXI, 520. — Baptismus confert gratiam interiorem sanctificantem, per quam baptizatus renascitur, regeneratur, innovatur, fit Dei filius, Christi membrum, unius cum eo spiritus, vitæ æternæ compos, etc., 520. — Baptismus perfecte tollit omnia peccata, tam ratione culpæ quam pœnæ, 521; 292, 293; VI, 1012. — Baptismus confert remissionem peccatorum, I, 1278-1009. — Tollit peccatum originale, 1293-1021. — Des effets surprenants du Baptême, et en conséquence, combien la conduite que l'Église gardait envers ceux qui le recevaient en maladie était différente de celle qu'elle tenait à l'égard des fidèles réconciliés en cet état. Diverses opinions des docteurs de l'école touchant la grâce conférée aux enfants dans ce sacrement, XX, 108-114. — Erga infantes omnino æqualis est Baptismi effectus. Erga adultos æqualis est effectus quantum ad characterem; quantum vero ad gratiam, æqualis confertur æqualiter dispositis, inæqualis inæqualiter dispositis, XXI, 525. — In homine jam per charitatem perfectam justificato Baptismus confert sex bona, quorum primum est character baptismalis, et ultimum externa seu visibilis incorporatio hominis in Ecclesia Christi, 526. — Sola recordatio, vel fides Baptismi suscepti neutiquam dimittit aut minuit peccata quæ post Baptismum commissa sunt. VI, 1016

Baptismus imprimit animæ indelebilem characterem, quo fit ut non possit iterari, XXI, 527. — In dubio negativo, seu cum plane nescitur an infans vel adultus sit baptizatus, Baptismus conferendus est. In dubio positivo sive juris, puta, utrum materia vel forma adhibita sit legitima; sive facti, puta, an de facto sit collatus Baptismus, debet conferri Baptismus sub conditione, dicendo: Si non es baptizatus, ego te, etc., *in nota*, 529. — Hinc baptizandi sunt sub conditione infantes expositi, etc., *in nota*, 529 et seq. — Baptismus dicitur ficte susceptus cum suscipiens gratiæ baptismali obicem opponit. Dicitur reviviscere, cum, recedente obice, suum plenum consequitur effectum, 526. — Virtus Baptismi in hæresi suscepti suspenditur, et per fidei professionem aut confirmationem reviviscit, 1060. — Baptismus tum in hæresi, tum in Ecclesia ipsa catholica ficte susceptus, recedente fictione, omnia peccata quæ ipsum præcesserunt penitus tollit, peccata vero Baptismum subsecuta delentur per pœnitentiam, 530 et seq. — Solv. objectiones. 534

Baptême sous condition, quand il a commencé, XX, 114 et seq.

Cæremoniæ quæ olim præcedebant Baptismum, inter quas quædam sunt quæ etiam nunc præcedunt, XXI, 536, 537. Vid. CATECHUMENATUS.

Cæremoniæ quæ Baptismum comitantur. Prima est aquæ baptismalis consecratio, 537; XX, 87. — Secunda spectat locum et tempus Baptismi: 1° du lieu où se donnait autrefois le Baptême, des baptistères, de leur forme, des Églises baptismales et de leurs prérogatives, 74. — Nunc et jam pridem extra ecclesias baptizare illicitum est, nisi in casu necessitatis, XXI, 475, 537. — 2° Du temps auquel se donnait le baptême. Hors certaines circonstances, il ne se donnait pas en tout temps indifféremment. En quel temps on le donnait, et en quelles circonstances on passait par-dessus la règle ordinaire, XX, 66 et seq. — Varia fuit disciplina, XXI, 537, 538. — De tempore quo parvuli baptizari debeant, 491. — Parochus aliquando propria auctoritate Baptismum infantis differre potest, 475. — Tertia cæremonia est nominis impositio, 538. — Autrefois les noms se donnaient communément aux enfants longtemps avant le baptême. Diverses coutumes des peuples sur le temps et la manière d'imposer les noms aux enfants. Depuis quand la coutume de les leur imposer au Baptême s'est établie parmi nous, XX, 105 et seq. — De nominibus quæ baptizandis imponi debeant nulla lex præcise et directis verbis statuit, XXI, 544, 545. — Quarta, ut essent susceptores, quos Tertullianus appellat sponsores, 538. — Quinta, est trina immersio, vel infusio aquæ. 539

Des cérémonies qui suivaient immédiatement le baptême et qui étaient en usage dans différentes églises. On recherche leur antiquité, et les divers changements qui y sont survenus depuis. Explication d'un passage difficile de S. Ambroise sur le lavement des pieds, XX, 133. — E cæremoniis quæ sequuntur Baptismum, prima videtur fuisse osculum pacis. Secunda est unctio chrismatis in vertice. Tertia est cereus accensus qui datur baptizato. Quarta est vestis candida, quam ferre solebant a sabbato sancto usque ad dominicam in Albis. Ultima fuit delibatio lactis et mellis, XXI, 530. — Quando, cogente necessitate, Baptismu

cæremoniæ omissæ fuerant, praxis Ecclesiæ semper fuit ut supplerentur, 539, 540. — Des deux sacrements de Confirmation et d'Eucharistie que l'on donnait aux néophytes aussitôt après le baptême. De quelques pratiques et cérémonies, et des instructions qu'on leur faisait. De la Pâque annotine, ou anniversaire du baptême, XX, 141. — Apud Græcos pueri post Baptismum a presbytero baptizante confirmantur. XXV, 1045

Baptismi promissiones non æquivalent voto proprie dicto, sed voto late sumpto, firmoque consilio recte vivendi, XXI, 539. — In baptismo quoddam fœdus initur Deum inter et hominem. Deus homini pollicetur gratiam, præsidium et vitam æternam; homo Deo spondet fidem, cultum, obedientiam. VIII, 477

De Patrinis, XXI, 541. Vid. Patrini.

Ordo ad faciendum christianum. Preces antiquæ, XX, 150

De l'unité du baptême. Ceux qui ont voulu que l'on rebaptizât les hérétiques l'ont toujours soutenue. Quel était leur sentiment. Tempérament que l'on y a apporté depuis. On est enfin convenu de recevoir comme valide le baptême administré en sa forme légitime par toute sorte d'hérétiques; en quel temps on a douté depuis si le baptême donné par des infidèles était valide, XX, 118 et suiv. — Ad valorem Baptismi non requiritur fides ministri, VI, 1014. — Adeoque Baptismus ab hæreticis rite collatus est validus, 1014; I, 1277-1008. — Errores reformatorum, V, 981. — Rebaptizantium historia texitur, XX, 1373 et seq. Vid. Rebaptizans. — An baptisma ab hæreticis nostri temporis collatum iterari possit sub conditione, XXI, 531. — Quæ sint pœnæ rebaptizantium, 531; VI, 1016. — Baptismus infantis, omissis sacris cæremoniis, collatus sine episcopi licentia extra casum necessitatis, est casus reservatus in quibusdam diœcesibus, XXII, 792. — Collato baptismo, nomina baptizati, parentum, et susceptorum in parochiali volumine inscribuntur. XXI, 545

Mens mystica S. Pauli circa Baptismatis cæremonias. Errores D. de Vert. XXVI, 769. — Confutatio eorumdem errorum, 772 — Baptismus minime a necessitate, tanquam ab origine sua repeti potest, 773. — Baptismus originem suam non ab Hebræorum consuetudine sumpsit, 775. — De ritibus Baptismi, ac veste neophytorum candida disseritur, 786. — De unctionibus in baptismate receptis, 787. — De cereo accenso qui neophytis in baptismate datur. 790

Baptismus Joannis. Conveniens fuit Joannem baptizare, VIII, 1387. — Baptismus Joannis quantum ad ritum fuit a Deo, 1387. — Hic Baptismus gratiam non conferebat, ideoque non erat sacramentum, 1388. — Baptizati Baptismo Joannis etiamsi habuissent fidem et spem in Christum, erant postea baptizandi Baptismo Christi. 1388

Circa discrimen Baptismi Christi a Baptismo Joannis errores, XXI, 369. — Scholasticorum opiniones, 370. — Baptismus Joannis Baptismus Christi dici potuit : Melchioris Cani opinio est, I, 516-405. — Baptismus Joannis non habuit eamdem vim cum Baptismo Christi, VI, 1014. — Baptismus Joannis diversus fuit a Baptismo Christi natura et efficacia Natura quidem : nam 1° non fuit sacramentum; 2° Christum auctorem non habuit, XXI, 371. — 3° Baptismi Joannis non eadem fuit forma, nec necessitas, quæ Baptismi Christi, 372. — Diversus etiam efficacia, nam 1° in aqua solum fuit, non in Spiritu sancto, 372. — 2° Fuit in pœnitentiam, non in regenerationem; 3° qui illo Baptismo baptizati fuerant, rursus baptizati sunt Baptismo Christi, 374. — Solv. objectiones. 378

Jesus Christus a Joanne baptizatus, XXVI, 175. — De Baptismo Joannis quæstiones ex S. Thoma. Baptismus ille tantummodo disponebat ad gratiam, 177. — Cur Christus a Joanne baptizari voluerit, 180. — Christo baptizato decuit cœli ut aperirentur, Spiritus sanctus super eum descenderet, et vox æterni Patris audiretur, 180. — Christus per immersionem fuit baptizatus. Prodigia post Baptismum contigerunt Quomodo cœli sint aperti. Quo sensu intelligenda sint illa : *Sicut columba.* 181

Christus sexta januarii die Baptismum suscepit. 186

Baptisteria erant loca quædam vel intra basilicam, vel ad ejus fores constituta ad baptizandum consecrata, XXI, 336. — A veteribus vocantur concha, fons, balneum, piscina, 336. — Profunda erant et ampla baptisteria. Sub pœna depositionis sacerdos alibi quam in publicis baptisteriis baptizare non debebat, 337. — De la forme des baptistères, des églises baptismales et de leurs prérogatives, XX, 74-80. — Ces baptistères étaient si grands et si spacieux dans les grandes villes, que l'on pouvait y tenir de grandes assemblées. 75

De la bénédiction des fonts, 87 et seq.; 151 et seq.

Baptisterium, liber in quo ritus Baptismi et orationes describuntur, vel certe ordo ad baptizandum. V, 257

Barbitonsor accedens ad sacrum pœnitentiæ tribunal interrogandus est, XXII, 1026. — Barbitonsores communiter a jejunio non excusantur, 1024. *In nota.*

Beati. Vid. Sancti.

Beatificatio in pluribus a canonisatione differt, IV, 701. — Est permissio ut alicui deferatur cultus religiosus in aliqua provincia, vel diœcesi, vel civitate, vel religiosa familia, 701. — Constitutio cultus, quem episcopi in propriis diœcesibus decernebant, dicitur particularis canonisatio, vel melius, beatificatio, 702. — Ipsa servorum Dei beatificatio sedi apostolicæ reservata est, 702. — In ipsa beatificationis causa, infallibilis esse non videtur Ecclesia, 710. — La béatification n'est que le préliminaire d'une canonisation; c'est une permission provisoire, restreinte par sa nature à l'étendue des lieux ou à la qualité des personnes. VIII, 861

Beatitudo est fruitio Dei, VI, 560. — Beatitudo summum bonum etiam et ultimus finis dicitur, VII, 1475. — Beatitudo definitur a Boetio : Status omnium bonorum congregatione perfectus; a S. Augustino : Bonorum omnium summa et cumulus; a S. Thoma : Bonum perfectum totaliter quietans et satians appetitum. A scholasticis definiri solet : Summum bonum appetitus rationalis adæquate satiativum, 1476; XI, 615. — Beatitudo est vel objectiva vel formalis. Beatitudo objectiva est res ipsa, in cujus possessione appetitus quiescit, cujus possessione efficimur beati. Magna olim inter philosophos de beatitudine objectiva exarsit contentio, VII, 1476. — Beatitudo formalis est actus ipse, quo beatitate ipsa utimur ac fruimur, seu ipsa hujus rei possessio et fruitio, 1476. — Beatitudo formalis continetur tribus actibus visionis, amoris, et gaudii : ex his actibus quilibet sub peculiari respectu sibi primatum vindicat, 1476. — Beatitudo naturalis, quamvis in se perfecta, relate ad supernaturalem semper imperfecta est, 1476. — Beatitudo naturalis consistit in cognitione Dei abstractiva, quæ comparari potest per creaturas, atque in amore et gaudio quæ inde dimanant. 1476

De beatitudine supernaturali quæstio est. Beatitudo objectiva hominis consistit in solo bono increato, scilicet Deo, XI, 615. — Beatitudo hominis non consistit in bonis creatis quæ sunt triplicis generis, scilicet bona externa, bona corporis, et bona animæ, 617. — Beatitudo formalis considerari potest quantum ad statum et quantum ad essentiam. Quantum ad statum, complectitur omnia quæ hominem efficiunt plane beatum, quoad animam et corpus omnesque ejus potentias. Quantum ad essentiam formalis beatitudo nihil aliud est quam assecutio beatitudinis objectivæ, 627. — Beatitudo formalis est essentialiter consecutio summi boni, 628. — Posito quod beatitudo objectiva hominis sit Deus, sequitur quod beatitudo ejus formalis sit assecutio Dei, 618. — Alii beatitudinem formalem hominis ponunt in quodam illapsu divinitatis in essentiam animæ, alii in habitu deificante essentiam animæ et perficiente potentiam ad operationem; alii in intellectione Dei increata; alii in solo actu voluntatis, scilicet vel amore amicitiæ, vel fruitione; alii in actibus intellectus et voluntatis simul; alii in solo actu intellectus, 619. — Beatitudo formalis hominis non consistit essentialiter in quodam illapsu et quasi transformatione Dei in ipsam essentiam animæ, nec in habitu deificante essentiam animæ, sed in operatione aliqua elicita, 619. — Beatitudo formalis non consistit in visione Dei increata communicata creaturæ per actionem unitivam ab ipsa creatura elicitam, 620. — Beatitudo formalis est vita beatorum, seu operatio vitalis qua in actu secundo vivunt, 620. — Solv. objectiones, 622 et seq — Beatitudo formalis non consistit essentialiter in pluribus actibus scilicet intellectus et voluntatis, 627. — Solv. objectiones, 632. — Beatitudo formalis non consistit essentialiter in actu voluntatis, 628. — Solv. objectiones, 635. — Beatitudo formalis hominis consistit essentialiter in actu intellectus, clara scilicet et intuitiva Dei visione seu cognitione, VII, 1477; XI, 629. — Solv. objectiones. 635-643

Millenarium Christi in terris regnum cum sanctis est fictitium, 644 et seq. — Animæ justorum corporibus solutæ et plene purgatæ, statim consequuntur suam beatitudinem, claram scilicet et facialem visionem Dei. 647

Beatitudinis essentialis proprietates sunt præsertim amor, impeccabilitas, et perpetuitas, seu inamissibilitas, 648. — Visionem beatificam sequitur felix amandi necessitas, etiam quoad exercitium. Est communior contra scotistas, 649. — Solv. obj., 649 et seq.

Beatitudines octo donis Spiritus sancti respondent. X, 1470

Beatus si vis esse, esto immaculatus. VII, 1475

Beguardi hæretici seculi XIII; secta fraticellorum : viri Beguardi, feminæ Beguinæ vocabantur. Quietistis et Molinosistis præluserunt. Eos damnavit concilium Viennense I, anno 1311, V, 77. — Eorum propositiones damnatæ VI, 653

Bellum justum est titulus verus regiæ potestatis, XII, 459-359. — Bella justa gerere licitum esse constat; ac proinde cædes in eis factæ non sunt homicidia, XIV, 647-511. — Causa legitima indicendi bellum est injuria accepta gravis judicio prudentum, quæ alia via quam armorum vi resarciri nequit, 648-512. — In bello justo licet omnia facere quæ necessaria sunt ad vindicandum injuriam, et ad boni communis defensionem, ut vastare, etc., 648-512. — An parta jam victoria, et ubi periculum ab hostibus cessat, liceat interficere omnes qui contra tulerunt, vel ad bellum iniquum cooperati sunt, 649-512. — An obsides interfici possint. 649-513

Belomantia, divinatio per baculos aut sagittas. III, 430

Benedictiones nuptiales sunt antiquissimæ. Earum administratio ad proprium parochum pertinet, XXV, 402. — Qui impertitur benedictiones alterius parochiæ sponsis, sine parochi vel ordinarii licentia, manet ipso jure suspensus. Benedictionum omissio ex negligentia, si absit contemptus, non est mortale; sed tantum veniale peccatum, 402. — Benedictiones non sunt iterum recipiendæ quando matrimonium fuit nullum ob occultum impedimentum, 402, 405. — Non sunt impertiendæ secundis nuptiis, quando uterque vel alter conjux in primis nuptiis eas accepit, 405. — Benedictionem secundis nuptiis impertiens in casu non permisso suspendendus est ab ordinario. 405

Benedictio in articulo mortis, XXII, 1144. — Benedictio scapularis S. Mariæ de monte Carmelo, 1145. — Benedictio scapularis S. Mariæ Septem Dolorum, 1146. — Benedictio scapularis Conceptionis immaculatæ Dei Matris, 1146

Benedictio fontis, XXVI, 413. — Benedictio fontis in sabbato Pentecostes, 467. — Benedictio ignis in sabbato sancto, 406. — Benedictio quinque granorum incensi, 407. — Benedictio cerei, 408. — Hujus benedictionis significatio. 408

De benedictionibus sancti Petri, XXVII, 429. — Cur summi Pontificis benedictiones dicantur sancti Petri, 431

De benedictionis et maledictionis efficacia. 423

Benedictionis liber, ecclesiasticus liber, in quo Benedictiones quæ ab episcopis et sacerdotibus fiunt, continentur. V, 257

Beneficentia est actus amoris aut amicitiæ. Nihil aliud importat quam facere bonum alicui, XIII, 1109-876. — Non est virtus specialis, sed externus actus charitatis, 1110-877. — Sicut tenemur ex charitate omnes diligere, ita et omnibus benefacere pro loco et tempore, ibid. — Observandus est ordo inter eos quibus benefaciendum est: 1° propinquis nostris, deinde extraneis, 1111-878. — Cum bonum commune multorum sit divinius quam bonum unius, inde virtuosum est quod aliquis etiam propriam vitam exponat periculo, pro bono reipublicæ vel spirituali vel temporali. 1112-878

Beneficiarius, seu beneficiatus quilibet, sive in sacris constitutus, sive non, tenetur ex justitia horas canonicas recitare quotidie, sub mortali peccato, et si eas culpabiliter omiserit, ad restitutionem tenetur, XVI, 1168. — Quæ fructuum restitutio debetur in conscientia ante omnem sententiam, 1169. — Non liberatur a restitutione, qui aliis diebus recitat quot omisit, 1169. — Non sufficit adesse horis quando recitantur in choro, quia recitari debent ab ipso beneficiato, 1169. — Ex communiori sententia nulla est obligatio recitandi ante partam possessionem, 1169. — Tenuitas beneficii non excusat ab hac obligatione, 1170, XIX, 195. — Constitutio Pii V ad beneficiarios non recitantes horas canonicas, 197. — An beneficiarius privatur omnibus beneficii fructibus respondentibus iis diebus quibus non recitavit, si obierit alia ministeria beneficio annexa? XVI, 1171. — Quid si beneficium possidens nullos ex eo fructus percipiat, 1172. — Ad quid insuper tenentur Beneficiarii choro addicti? 1173 et seq. — Cæcus habens præbendam tenetur choro interesse, 1176. — Qui totum onus psallendi vicariis conductitiis imponunt, saltem tenentur privatim horas recitare, 1177. — Beneficiarius dominium habet in illam partem bonorum ecclesiasticorum quæ necessaria est ad sui decentem sustentationem. De ea portione sibi detrahere parce vivendo, et aliis donare, licite potest, XIV, 853-638. — Quantumvis illius portionis sit dominus, usus tamen talis dominii determinatur, ne in vanos usus et ad parentes ditandos hujusmodi reditus consumat, 854-639. — Quid intelligitur per congruam sustentationem, 853-639, XVI, 1184. — Beneficiarii non sunt domini, sed duntaxat dispensatores portionis fructuum ecclesiasticorum quæ est superflua honestæ eorum sustentationi. Sub mortali tenentur illam impendere in pauperes aut alios pios usus, 1178 et seq.; XIV, 857 et seq.-661. — Ad id tenentur non solum ex charitate, sed etiam ex religione, jure divino et naturali, XVI, 1185. — Nomine piorum operum intelliguntur omnia opera misericordiæ tum corporalia, tum spiritualia, 1184. — Obligatio beneficiariorum multiplex esse potest, pro qualitate beneficiorum, et fundationum diversitate, XVIII, 706. — Una principalis obligatio est recitatio quotidiana horarum canonicarum, 707. — Alia obligatio est residentia personalis, 707. — Beneficiarii curam animarum non habentes, spectato jure communi ecclesiastico tenentur residere in loco beneficii, 707. — Justa de causa quandoque licitum est abesse a loco beneficii, 708. — Qualiter beneficiario obligato dimittere beneficium ob simoniam in ejusdem receptionem commissam practice succurri queat, 711-718. — Pœnæ quas incurrit, 711, 712. — Ad quid attendere debet confessarius, 712. — Quid agendum confessario? 275. — Quidnam ulterius agendum et quomodo simoniaco succurrendum sit, 714. — Post trinam denegationem sacræ pœnitentiæ nulla amplius spes est retinendi per aliquam dispensationem ipsum beneficium simoniace antea acquisitum, 715. — Quid practice agendum confessario quem elegit beneficiatus simoniacus, ut rescriptum executioni mandet, 716. — Beneficiarius voluntarie homicida non ipso facto excidit a beneficiis suis nisi homicidium ejus sit qualificatum, ut assassinium, etc. XVII, 304

Beneficium generatim sumptum est benevola actio tribuens gaudium capientibus, XVIII, 691. — Beneficium ecclesiasticum est jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis ecclesiasticis propter aliquod officium spirituale, personæ ecclesiasticæ auctoritate Ecclesiæ constitutum, 691. — Alia definitio: Jus perpetuum cuidam clerico ab Ecclesia concessum percipiendi aliquam partem ex proventibus bonorum Deo dicatorum, ratione alicujus officii spiritualis, XII, 957, in nota. — Tria in beneficio distinguuntur: officium aliquod spirituale; jus ad fructus temporales, et fructus ipsi, XVIII, 691. — Beneficia ecclesiastica dividuntur in majora et minora, in regularia et secularia; in curata, quæ curam animarum habent annexam, et non curata, quæ etiam simplicia dicuntur, 692. — Quoad modum quo conferri solent beneficia dividuntur in collativa seu libera, in patronata, et in electiva. Alia sunt patrimonialia, alia non patrimonialia; alia manualia seu revocabilia, alia non manualia, 693. — Alia sunt beneficia, quæ reservata, alia quæ affecta dicuntur. V, 1257.

Quid sit dignitas, personatus et officium, XVIII, 693. — Vide hæc verba.

An commenda, præstimonium et pensio dicenda sint Beneficia, 694. — Vid. hæc verba.

Beneficia ecclesiastica tribus potissimum modis obtineri, et conferri solent: per electionem, præsentationem et liberam collationem. Obtinentur etiam et conferuntur per postulationem, per translationem, per permutationem et resignationem. V, 1250, XVIII, 695

Ut electio sit valida necesse est quod ea sit canonice celebrata, et facta a majori et saniori parte capituli, sive eorum quibus jus eligendi competit, 695, V, 1250-1253 — Per præsentationem confertur beneficium, quando ad patroni præsentationem, et per institutionem a prælato factam, confertur, XVIII, 695. — Per liberam collationem confertur beneficium, quando illud solo jure prælati libere sine prævia capitulari electione, vel præsentatione confertur, 698. — De electione, V, 1250. — De postulatione, 1256. — De collatione, 1256. — De institutione et jure patronatus, 1262. — Quinam beneficia libere conferre possint? Papa de jure communi habet potestatem conferendi omnia beneficia ecclesiastica totius mundi, XVIII, 697. — Tribus præcipue modis de plenitudine potestatis Papa potest beneficia conferre: jure præventionis, jure devolutionis et jure concursus, 697. — Hanc absolutam potestatem non exercet apud multas nationes ob varia concordata. 698

Post Papam ordinarius collator beneficiorum in sua diœcesi est episcopus, 699. — Non potest medietatem fructuum primi anni reservare, 700. — Vicarius generalis, vi sui officii, non habet potestatem conferendi illa beneficia, quæ alias spectant ad liberam collationem episcopi, 700. — Capitulum Cathedrale sede episcopi vacante non potest concedere illa beneficia quæ sunt liberæ collationis ipsius episcopi. 700

Quibus conferenda sint beneficia? Beneficia ecclesiastica non nisi dignis conferenda sunt, 702. — Qui ea conferunt, quantum in ipsis est, tenentur in conscientia ad præferendum quem magis utilem Ecclesiæ ipsi judicaverint, 702. — Ut quis sit idoneus ad beneficium plures requiruntur conditiones: prima est thorus immaculatus, 704. — Secunda, status clericalis, 705. — Tertia, ætas legitima, 705. — Quarta, cœlibatus, 705. — Quinta, absentia censuræ et irregularitatis, 705. — Sexta, probitas morum. Septima, scientia debita, 705. — Octava, habilitas corporis, 706. — Nona, intentio status ecclesiastici, 706. — Decima, carentia alterius beneficii incompatibilis, 706, V, 1265 et seq. — Electio indigni, seu carentis aliquæ ex qualitatibus ad ministerium beneficiale jure re-

quisitis, irrita est, ac nullius roboris : valet tamen electio de digno celebrata, omisso digniori. XVIII, 706

Qui promoveri non possint? Qui sunt irregulares; eos recenti Patres alienos a regula appellarunt, V, 1267. — Hodie omnes irregularitates vel ex crimine, vel ex vitio aliquo aut defectu procedunt, 1267. — Crimine irregulares, 1268. — Vitio corporis irregulares, 1268. — Vitio aut defectu animi irregulares. 1269 et seq.

Incompatibilitas beneficiorum generatim ex duplici capite oritur; aut ipsa beneficiorum institutio non permittit ut plura ab eodem administrentur; aut unum eorum ad honestam beneficiarii sustentationem sufficit. XVIII, 719. — Illud beneficium censetur sufficiens ad congruam sustentationem, ex quo clericus pro status sui conditione, et se et familiam suam honeste valet sustentare, etc., 719. — Beneficia de se incompatibilia sunt ea quorum quodlibet continuam residentiam personalem postulat. Beneficia uniformia sub eodem tecto, ut duo canonicatus in eadem ecclesia, censentur incompatibilia, 720. — Beneficia de se compatibilia sunt ea quæ vel ex jure communi, vel ex consuetudine, statuto aut fundatione simul obtineri ac retineri possunt. 720

De pluralitate beneficiorum. Quando vel alterum beneficium sufficit ad honestam clerici sustentationem, vel ipsa beneficia de se sunt incompatibilia, illicitum est et peccaminosum plura simul obtinere sine dispensatione pontificia, 721. — Habere plura beneficia non est intrinsece malum, ut blasphemare, 721. — Triplex est justa causa dispensandi in pluralitate beneficiorum, necessitas Ecclesiæ, utilitas Ecclesiæ, evidens meritorum prærogativa, 721. — Qui de facto plura incompatibilia beneficia, sive curata, sive alias incompatibilia recipit et retinet, per receptionem secundi mox priori beneficio est ipso jure privatus, 722. — Hæc privatio beneficii intelligenda est quoad jus possidendi, non quoad possessionem, 723. — Qui prius beneficium una cum secundo retinere contendit, etiam secundo privatus exsistit, 723. — In nonnullis casibus Beneficiarius plura beneficia habere potest. 725.

Amittuntur beneficia ecclesiastica duobus modis, nempe voluntate beneficiarii per renuntiationem, translationem, permutationem; invito beneficiario, et pœnæ causa, per depositionem aut degradationem, V, 1272; XVIII, 724-732. — Beneficium amittitur per matrimonium validum, XXV, 404. Clericus post matrimonium validum retinendo beneficium peccat mortaliter, etc., 404. — Beneficium non amittitur ipso jure per matrimonium invalidum, 404. — Beneficiarius, lite pendenti, antequam privetur, beneficia non vacantia ipso jure resignare potest, 404, etc., etc., — Ut conjugatus obtineat beneficium, sive sit curatum, sive simplex, solus papa dispensat. 404

Beneficium triplici modo vacare potest : 1° de facto tantum, quando beneficiatus legitimo titulo ac jure munitus possessione per vim aut metum inique dejectus fuit. 2° De jure tantum vacat, quando beneficiatus titulo canonico seu jure destitutus, in detentione injusta beneficii persistit. 3° De jure et de facto simul vacat, quando beneficiatus moritur aut resignat, XVIII, 803. — Si secundo et tertio modo vacat beneficium, locus est præsentationi et institutioni. 804

Berengarius hæreticus seculi undecimi, primus in Ecclesia palam negavit præsentiam realem Christi in Eucharistia, anno 1047. — V, 72, 73. — Ejus errores alii, 73. — A Lanfranco convictus errorem ejuravit, 74. — Post varias tergiversationes, veniam demum petens obtinuit. — Obiit anno 1088, annum agens ætatis circiter 90, an in sana fide, dubitant aliqui, asserunt plures, 74. — Hæresis Berengarii a viris doctissimis impugnata est, et in pluribus conciliis damnata. 73, 74

Bestialitas est carnalis conjunctio hominis cum re alterius speciei, v. g. cum bruto, vel cum dæmone, XIV, 748; 751-301; 395. — Peccatorum contra naturam gravissimum est bestialitas, 751-395; XI, 936; 1014. — Hoc peccatum communiter inter casus reservatos numeratur, XIV, 751-395. — In confessione non est necesse explicare speciem bestiæ, *ibid.* — Hujus criminis reus morte puniendus declaratur Levit. 18 et 20, *ibid.* — Bestialitas est causa divortii. Secus, si concubitus fit cum bestia mortua. XXV, 405

Biblia vox græca est quæ libros significat, XI, 11. — Biblia falsificata per ministros prætensæ reformationis, in in omnibus præcipuis articulis fidei, V, 1117. — Textus falsificati de Sanctorum invocatione, 1119. — De sacramento Ordinis, 1120. — De Eucharistia, 1121. — De confessione, 1122. — De matrimonio, 1123. De extrema Unctione, 1124.

Textus corrupti tractantes de libero arbitrio, 1124. — Concernentes fidem et opera, 1125. — Quoniam ad purgatorium, 1126. — Textus depravati ad tollendas traditiones, 1127. — Confessio ministrorum de falsificatis a se sanctis bibliis, 1127-1134. — Loca bibliorum Genevensium contraria et opposita confessioni fidei religionis reformatæ, 1115. — In articulo quarto fundamentali religio reformata expungit viginti millia locorum verbi scripti, præter plures partes aliquorum librorum, 1089 et seq. — Et probatio nulla datur. 1091 et seq.

Bigamia est conjunctio cum duabus pluribusve uxoribus. Triplex distinguitur bigamia, alia vera seu realis, cum quis plures legitimas successive duxit et cognovit uxores. Alia interpretativa est cum quis fictione juris censetur plures habuisse uxores, etc. XVII, 257. — Alia bigamia similitudinaria est, cum quis post emissum solemne castitatis votum, contrahit matrimonium, 258; XXV, 405. — Bigami, quocumque ex assignatis modis, sunt irregulares, XVII, 258. — An ex bigamia irregularis habeatur qui duas duxit uxores, unam ante Baptismum, aliam post, vel utramque ante Baptismum? Sententia affirmans est fundatior, 259. XXV, 406. — Ex matrimonio, nisi consummatum sit, non exurgit bigamia realis; et matrimonium non consummatur sine seminis emissione intra vas debitum, 406; XVII, 260. — An bigamus sit qui secundum matrimonium invalide contraxit defectu consensus, ad exteriorem quemdam copulam. Tutior et probabilior est opinio affirmans, 260. — Qui puellam non ab alio, sed a seipso prius violatam ducit, non est bigamus, 261. — Qui ducit uxorem repudiatam, sed non cognitam ab alio, vel eam quæ cum meretricibus commoratur, vel fabularum actricem, irregularis non est ex bigamia, si eæ personæ sint virgines; ab ordinibus tamen repellendus est, 261. — Irregularitatem contrahit qui ad uxorem adulteratam accedit, sed invitus, puta quia ad id coactus est per censuras ex eo quod adulterium non satis probari potuerit, 261. — Ut religiosus, sic et qui Deo in ordinis sacri susceptione consecratus est, fit irregularis si matrimonium contrahere et consummare attentet. Hæc sententia in praxi tenenda est, 262. — Laicus irregularis non fit, si ducat monialem quæ castitatem professa sit. 262

Ratio cur bigamia irregularitatem invehat, triplex affertur in jure, 259. Irregularitas ex bigamia est dispensabilis, 262. — Solus papa in bigamia vera et interpretativa, saltem quoad ordines sacros dispensare potest, 263. — Probabilius est eosdem bigamos ne ad tonsuram quidem et minores ordines, ab episcopis dispensari posse nisi ex antiquo usu, 264. — Hæc assertio limitatur, 264, 265. — Episcopus dispensare potest in bigamia similitudinaria, 265. — Prælati regulares, spectato jure communi et seclusis privilegiis, nihil aliud cum subditis suis possunt, quam quod cum diœcesanis suis potest episcopus, 265. — An in petenda dispensatione explicare quis debeat se tria vel quatuor contraxisse matrimonia, controvertitur. — Tutior et probabilior est opinio affirmans, 266. — Praxis dispensationis super bigamia, XIX, 37-117. — Supplicationis formula, 40. — Formula litterarum dispensationis, 61. — Expeditio earumdem litterarum, 105. — Vid. XXV, 405-407

Birretum vox est a birro derivata. Birrum vestis est qua corpus, birretum pars vestis qua caput tegitur, XXIII, 912. — Romæ et in plerisque aliis ecclesiis nono seculo birreti nullus erat usus. Amictu caput obnubebant, et cum missam inciperent, in humeros rejiciebant. 912

Blanditiæ principum et superiorum incutiunt metum viri constantis, quando insunt tacitæ minæ. — Blanditiæ non incutiunt metum levem. XXV, 407.

Blasphemia idem est ac maledictio vel execratio, XIV, 297-236. — Generatim significat omne convicium et maledictum in aliquem præsertim alicujus dignitatis et excellentiæ, XVIII, 1053. — Specialiter ex usu communi sumitur strictius pro contumelia in Deum, 1054. — Definiri potest : contumeliosa locutio in Deum, 1054. — Vel, locutio falsa contra Deum per modum convicii, XIV, 298, 299-237. — Vel, cordis aut oris locutio injuriosa in Deum, XXII, 793; 1233. — Aut fusius : Blasphemia est honoris divini violatio per verba contumeliosa, quibus homo ira abreptus Dei majestatem lacessit vel dedecorat, aut ejus sanctos inhonorat, XI, 1151. — Blasphemia opponitur confessioni, fidei et religioni. XIV, 297-237

Dividitur 1° ex parte actus, qui est vel interior vel exterior. Unde alia est blasphemia oris, alia cordis, XVIII, 1056. — 2° Ex parte modi et alia blasphemia est enuntiativa, alia imprecativa, alia per verba facta, 1056. — Enuntiativa est, dum affirmatur de Deo aliquid quod ei repugnat, aut negatur quod ei est necessarium, aut creaturis tribuitur quod Deo proprium est, 1057. — Imprecativa est, cum quis Deo optat vel imprecatur malum aut defectum boni. — Blasphemia per verba facta fit, dum quis nihil negans, nihil affirmans, per despectum etc., probrose nominat 1° attributa divina; 2° sacramenta etc.; 3° membra Christi, B. Virginis vel sanctorum. Hæc

blasphemia dicitur dehonestativa. 1037

Tertio dividitur blasphemia ex parte materiæ in hæreticalem et non hæreticalem, 1037. — Exempla blasphemiæ hæreticalis. 1038

Quarto dividitur ex parte voluntarii in directam et indirectam. Directa quæ fit ex odio, etc.; indirecta quæ fit ex iracundia, etc.; 1039. — Quinto dividitur ex parte termini seu objecti in illam quæ proxime et immediate Deum respicit; et in aliam quæ tendit proxime in aliquid Deo sacrum, v. g., in sanctos, quatenus injuria vel contumelia his illata redundat in Deum. 1039

Exempla blasphemiarum, 1037, 1038, 1039; XIV, 301, 302; 331-240

Ad rationem veræ blasphemiæ non requiritur de facto voluntas derogandi divinæ majestati, XIV, 300, 301-239 — Contumeliis afficere sanctos prout habent ordinem ad Deum, est blasphemia, 302-241. — Maledicere Deum vel in seipso vel in sanctis suis est ejusdem speciei peccatum, quia blasphemia opponitur religioni quæ una est. Habet tamen diversos gradus blasphemia, et qualitas ac circumstantia blasphemiæ est necessario in confessione explicanda, 303, 304-241. — Blasphemia formaliter sumpta semper est peccatum mortale in quacumque materia, 304, 305-242. — Non potest esse veniale ex levitate materiæ, sed solum in individuo ex inadvertentia, etc., propter actus imperfectionem, 304; 306-242. — Sola iracundia vel passio a mortali non excusat, 306-243, 244. — Blasphemia est peccatum mortale gravissimum, 1034; XIV, 308-243. — Blasphemia in corde aut ore viri christiani indicium est fidei jam mortuæ, aut languentis et cito perituræ, 309-246. — Pejor est fidelis blasphemans, graviusque peccat, quam infidelis, quam Turca, etc., 311-247, 248. — Multoties quotidie Christum de industria iterum crucifigit in semetipso, 313-249. — Blasphemia opponitur spei et charitati, et ad desperationem, odiumque Dei reducitur, 314-320-250-251. — Blasphemia in terra habuit initium, et in inferno fine carebit, 317-252. — Blasphemia hominem usu rationis denudat, et brutis bestialiorem efficit, 320 et seq.-254. — Passim oratio vehemens in blasphemos, 328 et seq.-260. — Exhortatio ad corrigendum blasphemos, 333-264. — Qui tolerant istud peccatum cum prohibere possent, peccant, 333, 334-265. — Omnes fideles debent blasphemos corrigere, 335-266. — Quam atrox et immane delictum sit blasphemia, docemur ex multiplici S. Scripturæ testimonio et ex pœnis per potestatem civilem et ecclesiasticam in blasphemos decretis. 325, 326-259.

Qui scienter et voluntarie frequentatis actibus contrahit consuetudinem blasphemandi, bis graviter peccat, XVIII, 1040. — Tenetur sub peccato mortali operam dare ut vincat consuetudinem, 1040. — Toties peccat mortaliter, quoties recordatur pravæ consuetudinis, et eam extirpare non curat, 1041. — Si non adhibeat media opportuna ad vincendam consuetudinem sine absolutione dimittendus est, 1041. — Adhibens media præscripta, non peccat formaliter, si ex impetu quasi naturali blasphemet, 1042. — Monita ad confessarium, XXII, 1295 et seq. — Remedia contra consuetudinem blasphemandi. 1297

In quibusdam diœcesibus blasphemia publica est casus reservatus, XVIII, 1045 et seq.—An blasphemia in ebrietate commissa sit reservata. Alii negant, alii affirmant. 1042 et seq.; XXII, 795

Quoad blasphemias confessarius pœnitentem interroget, an exeeratus fuerit in sanctos, in dies sanctos, et quibus verbis usus fuerit, 979 et seq. —An blasphemaverit coram filiis aut famulis, 987. — *Vid.* Maledicto.

Bogomili hæretici erant Bulgari, sic dicti a misericordia divina, quam perpetuo implorasse traduntur, VI, 795, in nota.

Boni in Ecclesia vera sunt mixti malis, I, 325, 326-254, 255. — Permixti bonis corporaliter, separati spiritualiter in catholica Ecclesia mali, IV, 575. — Alienis justi non maculantur peccatis, quibus, nec imitatione, nec consensione communicant. 575

Bonitas Dei est constans voluntas benefaciendi, II, 320.

Bonum definierunt veteres *quod omnia appetunt*, XI, 498. — Bonum summum nec voluptatem esse, nec intelligentiam et scientiam, sed amorem recti docet Plato, II, 297. — Deus est hominis bonum commune et finale, VI, 862.—Bonum ex tota et integra causa contingit, malum autem ex singularibus defectibus, XI, 350.—Bona quadruplicis generis distinguuntur, bona animi, bona corporis, bona famæ et bona fortunæ, XV, 958; VI, 864. — Bona animi sunt duplicis generis. Supernaturalia ea sunt quæ ad salutem animarum ordinantur, ut fides divina, gratia, etc. Naturalia sunt facultates hominis naturales, ut memoria, intellectus, etc., XV, 958. — Inter bona corporis computantur vita, membra, sanitas, virginitas, ad quam accedit conjugalis castitas. 961

Duplex bonorum genus: alia spiritualia, alia temporalia sunt, XVII, 1015. — Per spiritualia bona intelliguntur vita æterna et omnia bona et media quæ ad illam obtinendam conferre possunt, 1050. — Inter hæc bona quædam sunt ita necessaria ad salutem ut sine illis comparari non possit. Alia dici possunt bona supererogationis et excellentiæ cujusdam in vitæ sanctitate, 1052. — Inter spiritualia bona computantur temporalia bona ad vitandum spirituale malum necessaria, 1053. — Inter bona spiritualia, quædam talia sunt ut in eis consistat substantialis sanctitas et perfectio, vel eorum abundantia sit suo modo essentialis perfectio sanctitatis. Alia sunt bona spiritualia quasi accidentalia; simpliciter non in eis consistit, imo sine eis esse potest sanctitas. 1055

Jure naturali bona temporalia sunt communia, solumque jure gentium, voluntate humana, eorum divisio et appropriatio facta est, XIII, 1130-893. — Et ista divisio foret inordinata et injusta, si non esset facta cum ista conditione tacita et virtuali, ut superflua divitum erogarentur in eleemosynam, *ibid.* — Commune bonum bono particulari anteponendum est. VI, 862

De justa bonorum temporalium ab Ecclesia possessione dissertatio, XVIII, 733 et seq. — Joannis XXII Constitutiones de paupertate Christi et apostolorum, et de dominio vel usu fratrum minorum, in dogmate fidei non sunt contrariæ Nicolai III constitutioni, *Exiit qui seminat*, 761 et seq. — De furtis bonorum ecclesiasticorum. Defraudatio decimarum, ubi consuetum est solvi, ex genere suo peccatum mortale est et sacrilegium, et ad restitutionem obligat, XIV, 898-709. — Beneficiarius hæc bona in profanos usus impendens, aut sibi retinens, furtum committit sacrilegum, cum obligatione restituendi, *ibid.* — Beneficiarius ex sua culpa et sine legitima causa omittens recitationem divini officii, tenetur etiam ante sententiam judicis restituere fructus pro rata omissione horarum, 899-709. — Idem dicendum de beneficiario qui officium quidem recitat, sed absque attentione saltem virtuali et cum distractione voluntaria, 899-710. — Restituere tenetur sacerdos missarum stipendia pro quibus non satisfecit, aut quarum celebrationem nimium distulit. 900-711

Bona subjecta restitutioni possunt alienari pro dote filiæ contrahentis matrimonium, vel ingredientis religionem, XXV, 407. — An restituere teneantur qui bona ecclesiastica temporibus gallicæ perturbationis acquisiverunt, XV, 989 et seq. — An restituere teneantur qui acquisiverunt bona a republica in privatos usurpata, 1002 et seq.

Bona ex quibus coalescere potest clericorum peculium aut sunt patrimonialia, aut quasi patrimonialia seu industrialia, aut ecclesiastica seu beneficialia, XVI, 1186. — *Vid.* Peculium.

Botanomantia divinatio ex salviæ foliis. III, 431

Breviarium Evangeliorum est liber liturgicus, V, 257. — *Vid.* Capitulare.

Breviarium, sive ordo officiorum per totam anni decursionem, 257. — Cur divinum officium Breviarium fuerit appellatum, non una est scriptorum sententia. 257

Breviarium psalterii, compendium precum in psalmis contentarum. 257

Bullæ pro collatione beneficiorum dicuntur diplomata quæ dat summus Pontifex, et quæ a pluribus datariæ et cancellariæ ministris obsignantur. Aliæ dicuntur in forma gratiosa, aliæ in forma dignum, aliæ in forma commissoria, V, 1261. — De pontificiis bullis non ante divulgandis, quam principibus placuerit. XXVII, 1241

Bullæ cruciatæ vel jubilæi privilegia sunt stricte intelligenda, XXV, 407. — Vota quæ commutari possunt virtute bullæ, 407 et seq. — Bullæ cruciatæ privilegia non expirant morte pontificis. 409

Bursa dicitur etiam pera, in quam corporale conficitur. XXII, 897

## C

Cabalistæ nominantur qui contendunt se tenere receptam legis explicationem, non vulgarem et communem, sed arcanam, ænigmaticam et symbolicam, qua abdita mysteria ex Scriptura eruere conantur. VI, 1187

Cæcitas mentis peccatum est, pœna peccati et causa peccati; sua libidine cæcatus a bono deflectit. Est filia luxuriæ, XI, 1014. — Quo sensu a Deo venit cæcitas mentis, I, 100-105-76-80. — Cæcitas, obstinatio, error animi peccata sunt, 100-76. — Deus est causa pœnæ, non culpæ. 104-77. Ut solis calor alia indurat, alia liquefacit, sic Deus eodem lumine male affectum cæcare dicitur, bene affectum illuminare, 104-79. — Cæcare dicitur Deus, non offundendo animis tenebras, sed gratiam sub-

trahenda. IV, 212

CÆLIBATUS episcoporum et sacerdotum est traditionis et constitutionis universalis in Ecclesia catholica, VI, 843. — Hanc tollere prorsus et abolere per universam Ecclesiam, absurdum omnino et incoveniendissimum apparebit rem sedulo consideranti, 845. — Continentiæ lex sacris ministris imposita certissimum habet in antiquissima Ecclesiæ traditione fundamentum, XXV, 63. — Solv. objectiones, 66. — Continentiæ lex sacris ministris imposita est clericali statui convenientissima, 70. — Solv. objectiones, 73. — Continentiæ lex neque juri divino, neque juri naturali adversatur, 78. — Solv. objectiones, 80. — Continentiæ lex sacris ministris imposita quæ societatis bono adversetur, illud potius mirifice promovet, 85. — Solv. objectiones, 90 et seq. — Orientalis a latina dissidet Ecclesia quoad cælibatum clericorum, XIX, 1114; XXV, 64. — In concilio in Trullo confirmata fuerunt matrimonia ante ordinationem contracta, et usus concessus fuit etiam presbyteris, dummodo episcopi non fuerint. Alio canone, sub depositionis pœna, interdicitur hypodiacono, diacono, et presbytero matrimonium post sui ordinationem. His Latini nunquam manus dederunt, amore vero pacis obmutuerunt, 608, in nota.

CÆREMONIA est actus externus et religiosus, vel a Christo, vel ab apostolis, vel ab Ecclesia institutus, tum ad sacrificium decentius et solemnius celebrandum, tum ad sacramenta sanctius, et cum pompa majori administranda, XX, 1535. — Quæ cæremoniarum divisio sit, 1540. — Essentiales sunt quæ materiam et formam cujusque sacramenti constituunt, 1536. — Accessoriæ integrantes sunt quæ non ad essentiam sacramenti, sed ad actionis sacramentalis complementum requiruntur, ut aquæ cum vino commixtio in sacrificio, 1536, in nota. — Accessoriæ mere accidentales sunt quæ nec ad essentiam sacramenti, nec ad actionis, etc., pertinent, 1537, in nota. — Non pari loco haberi debent ritus essentiales, et ritus accessorii. 1536

De ritibus sacramentorum, sintne essentiales vel accessorii, non ex opinionibus, sed ex Ecclesiæ doctrina ejusque disciplina perpetua judicium sumendum est, 1536. — Ritus omnes accessorii non pari antiquitate et auctoritate præfulgent, 1536. — Unde habeamus plerasque cæremonias ab apostolis fuisse institutas, 1537. — Ecclesia cæremonias sacras instituendi auctoritatem habet, 1538. — Iidem ritus essentiales ubique in Ecclesia observantur, quia ubique sunt eadem sacramenta. Ritus accessorii ab apostolis, vel proximis eorum temporibus instituti, summa ubique reverentia retinentur. Non sunt iidem ubique ritus accessorii seculis posterioribus instituti, 1539. — Varii ritus nihil unitati Ecclesiæ officiunt; nam illam unitatem facit unitas non disciplinæ, sed fidei. 1540

Utilitatem magnam habent cæremoniæ, XX, 1540. — 1° Ad majestatem et reverentiam mysteriis conciliandam, 1541, in nota. — 2° Ad pietatem excitandam et augendam, 1538; 1541, in nota. — 3° Ad exponenda et defendenda mysteria, 1542, in nota. — 4° Ad conservationem religionis, divini cultus majestatem, et ad distinctionem catholicorum ab hæreticis, 1542, in nota. — Hæreticorum objectiones, 1541. — Confutantur 1. Ritus omnes non sunt de novo inventi. 2. Rituum inventio Romanæ Ecclesiæ falso tribuitur. 3. Non sunt pleni superstitionis, 1543. — De scholis gentilium in Ecclesiam non irrepserunt, 1544. — 5° Ritus nostri habent aliquam cum Judæorum ritibus comparationem, sed non ideo a synagoga in Ecclesiam traducti sunt. Cæterum quos Ecclesia vel a gentilitate, vel a synagoga, sumpsit ritus sanctificavit. 1545

Cæremoniæ litteralem et historicam habent originem, et a primis Ecclesiæ exordiis mysticus ac symbolicus sensus eis annexus fuit, 1546, in nota. — Lex vetus tota symbolica erat, 1547, in nota. — Multo clarior est et expressior cæremoniarum in nova lege spiritualis ac mystica significatio, 1548, in nota. — In Eucharistia quot mysteria! ibid. — Cæremoniæ quæ sacramentalia dicuntur pronunt ad certos peculiares effectus, 1550. — Et illud ex opere operantis, 1553. — Vid. SACRAMENTALIA. — In sacris ritibus lingua latina servanda est, 1555 et seq.

Cæremoniæ sacramentorum nec mutari, nec negligi, nec abrogari possunt ad arbitrium ministrantium, XX, 1556. — Mortaliter peccaret qui consulto, nulla compellente necessitate, vel omnino eos prætermitteret, vel præsumeret immutare, 1558. — Levis tamen mutatio et sine contemptu est peccatum leve, 1558, in nota. — Excepto necessitatis casu, privatus minister nihil prætermittat, 1558. — Hujus modi prætermissiones, aut quasvis alias in sacris ritibus immutationes non facile permittit Ecclesia. 1559

Cæremoniæ Baptismi, XX, 81; 138, XXI, 356.
Cæremoniæ confirmationis, XX, 169; 180, XXI, 1121.
Cæremoniæ eucharistiæ XX, 224, XXIII, 905.
Cæremoniæ Pœnitentiæ. XX, 622
Cæremoniæ Extremæ Unctionis. 756; XXIV, 126
Cæremoniæ Ordinis. 1424-1615; XX, 847; 869
Cæremoniæ Matrimonii. 1016; XXV, 750

De vero Ecclesiæ sensu circa sacrarum cæremoniarum usum, XXVI, 733—857. Vid. RITUS.

Cæremoniæ veteris legis convenienter dividuntur in sacrificia, sacramenta sacra et observantias, XV, 45. — Cæremonias Mosaicæ legis ratione destitutas qui dixerit, seipsum ratione destitutum probat, 47. — Cæremonialia præcepta ob eam præcipue causam Hebræis Deus tradidit, ut eos ab idololatria averteret, 50 et seq. — Ob eumdem finem ritus, quos ex gentium moribus transcriptos quidam contendunt, fuerunt instituti, 53. — Quidam eruditi falso et perperam asserunt Deum plerosque ritus ethnicorum in cultum suum transtulisse. 57 et seq.

De legibus cæremonialibus sacrificiorum. 74 et seq.
De legibus cæremonialibus sacramentorum veteris legis. 174 et seq.
De legibus cæremonialibus observantias spectantibus. 211 et seq.

CÆREMONIALE, liber liturgicus. V, 238

CALCEAMENTA. De priscorum christianorum calceamentis. XXVII, 407

CALCEUS, Caliga, Caligula. XXVII, 406, in nota

CALIX et patena sunt vasa in quibus mysteria corporis et sanguinis Christi conficiuntur et continentur, quæ propterea unctione chrismatis consecranda sunt, ritibus ab Ecclesia præscriptis, XVI, 252. — Calix olim ex ligno, vel ex vitro esse potuit. Hodie ex auro et argento, vel etiam ex stanno ob Ecclesiæ paupertatem, confici debet. 252

On mettait quelquefois sur l'autel trois calices souvent appelés ministériels, ministeriales; ou calices de l'offertoire, offertorii. XX, 250

De calice, XXIII, 855; 890. — Calicem a profano ad sacrum usum Christus traduxit, 891. — Calices ex alia atque alia materia, et multiplici varietate fuerunt formati, 891. — Calices ministeriales communicandis sub specie vini fidelibus adhibebantur, 895. — Calix improprie dicitur testamentum. I, 846-667

Perditur consecratio per fractionem aut mutationem talem, ut non sit calix utilis ad usum in sacrificio, XXIII, 856. — Quando calix inauratus perdit paulatim aurum, non perdit consecrationem. Et quando de novo inauratur, consecratione nova indigere non videtur. 856, 857

CALUMNIA est detractio quæ fit quando alicui falsum crimen imputatur, XIV, 1109-873. Vide DETRACTIO.

CALLIDITAS est dolus quo fit tacendo. XV, 570

CALVINIANI. Vid. CALVINISTÆ.

CALVINUS Joannes, hæreticus, Novioduni anno 1509 natus est. — Ejus vita, V, 95; X, 208-212. — Anno 1564, ætatis vero 54 miserrime obiit, 209-213. — Calvinum sodomiæ convictum fuit, et ob eam causam stigmate inustum. Illud scripsit Hieronymus Bolsecus, III, 889. — Secundus scripsit Julius Brigerus. Et plures alii, 891 et seq. — Insuper historia de crimine illo consentanea est aliis Calvini gestis, 893. — Conformis est vitæ et moribus discipulorum Calvini, qui se omni genere libidinis inquinarunt, 893. — Consentanea est Calvini doctrinæ, 894. — De Calvini infamia, 851. — De Calvini superbia et maledicentia. 852

Calvini antilogiæ. 856; I, 541-567

Calvinus docuit Deum esse auctorem omnium scelerum, III, 882. — Illud clare docuisse, facile ex ipsius scriptis demonstrari potest, 882 et seq. — Ex ipsius dictis colliguntur istæ propositiones: voluntas Dei, non solum permissive, sed etiam proprie et efficienter est causa omnium operum in impiis. — Deus certa destinatione impellit impios et Satanam ad omnia quæ agunt. — Deus internus excitat, impellit et dirigit opus, ita ut initium, medium et finis operis ab ipso sit, etc., 885, 886; V, 97. — Calvinus docet Christum esse mortuum pro solis prædestinatis; hominem lapsum, quamvis sponte necessario tamen peccare, 97. — Sacramenta solum duo admittit, baptismum et cœnam. Et dicit Eucharistiam esse solum corporis et sanguinis Christi figuram. 97

Hæc sunt sex primaria capita doctrinæ Calvini: primum de providentia, III, 894. — Secundum, de electione, 894. — Tertium, de libero arbitrio, 894, 895. — Quartum, de fide justificante, ibid. — Quintum, de bonis operibus, 894; 896. — Sextum, de præceptorum divinorum impossibilitate. 894; 897

Docet Deum nolle homines omnes salvos fieri, sed solos electos. VII, 425

CALVINISTÆ, seu Calviniani, hæretici seculi XVI, a Calvino dicti, V, 95. — In Gallia dicti sunt hugonotti, 96. — In Belgia Geusii, a gallica voce quæ mendicos designat, 97. — Calviniana hæresis in varias sectas scissa est, quæ

rum tres sunt præcipuæ, 98; X, 273-216. — Prima eorum omnium est qui pura Calvini sectantur dogmata, quales sunt : 1° Genevenses; 2° Reformati in Gallia, in Palatinatu, Belgio, Helvetia; 3° Presbyteriani, Puritani, etc., in Anglia et Scotia, 273-216. — Secunda est Anglo-Calvinianorum; nec mere Lutherani sunt nec Calviniani. — Tertia est Arminianorum, in Batavia. 274-217

*De eorum erroribus.* — Circa justificationis gratiam docent : 1° Omnes fideles posse ac debere certos esse certitudine fidei divinæ, non solum de præsenti gratia et justitia, sed etiam de sua perseverantia, prædestinatione et electione ad gloriam, 270-213. — 2° Finem et justitiam propriam esse electorum, et semel vere acceptam non posse ulla ratione amitti, 271-214. — Justitia est prorsus inamissibilis sive totaliter, sive finaliter. Juxta paucos, ad tempus totaliter, id est penitus amitti potest; sed non finaliter, hoc est, in perpetuum, 272-215. — 3° Docent tanquam manifestum justitiæ imputatæ consectarium, baptisma non esse medium ad salutem necessarium. *Ibid.*

De colloquiis, synodis, et fidei professionibus in causa calviniana habitis, 275-279-217-221. — Concilium Trid. expresse impia calvinianorum dogmata anathematizavit. 279-221

CAMBIUM ex antiquissima nominis usurpatione permutationem, et traditionem de manu in manum denotat, XVI, 893. — Nomen cambii postea translatum est ad permutationem pecuniæ. — Cambium, gallice *le change*, est permutatio pecuniæ pro pecunia aliquo modo diversa cum lucro campsoris, gallice *le changeur*. — Pecunia diversa esse potest vel quoad quantitatem, vel quoad qualitatem, vel quoad speciem, vel quoad locum, 756. — Aliter definitur : contractus juris gentium nominatus bonæ fidei, solo consensu perfectus, de pretio campsori dando, et litteris ab eodem campsore tradendis ad tantumdem alibi recipiendum, 893 et seq. — Quadruplex potissimum distinguitur cambium : fictum seu siccum, manuale seu minutum, locale seu per litteras, temporale seu ad terminum, XIV, 1049-828 et seq. — 1° Fictum illud est quo fingitur pecuniam de loco in locum transferri, quamvis non transferatur, XVI, 756. — 2° Manuale est lucrosa permutatio pecuniæ cum alia præsenti. — 3° Locale seu per litteras est lucrosa pecuniæ præsentis permutatio cum absente in alio loco solvenda, vel absentis cum præsente, 756. — In vero cambio quatuor interveniunt personæ, 1. qui pecunias transferendas solvit, *le donneur;* 2. qui onus pecunias transferendi suscipit et litteras cambii tradit, *le banquier* vel *changeur;* 3. ille ad quem litteræ cambii diriguntur, *le correspondant du banquier;* 4. qui litteras præsentat dicitur *le porteur;* hic vero eas alteri transferre potest, inscribendo : *Payez à l'ordre de* ...., et vocatur *endosseur*, 758; 900. — Formula litterarum cambialium, 897. — 4° Cambium temporale est illud quo campsor vel mercator dat hodie pecuniam ea lege ut post aliquod tempus sibi reddatur cum lucro. — Ab aliis lugdunense, ab aliis nannetense, ab aliis dicitur francofurtense, 757

CAMBIUM fictum non potest esse licitum, nam nihil aliud est quam mutuum sub nomine cambii velatum, 757. — Cambium temporale est quoque mutuum sub pallio cambii, et ex eo lucrum percipere non licet, nisi adsit titulus damni emergentis, etc., 757. — Cambium sive manuale, sive locale, est licitum, positis quibusdam conditionibus. Nam ubique est in usu, valde utile est societati, et campsor justos habet titulos aliquid recipiendi supra datam pecuniam, 757. — Tres requiruntur conditiones. 758; XIV, 1049 et seq. 828

Cambium reale S. Pius V approbavit, XVI, 903. — Cambii honestas, 900 et seq. — Cum cambium sit permutatio negotiatoria pecuniæ pro pecunia cum lucro, vel causa lucri, eodem modo ratiocinandum est de arte campsoria, ac de negotiatione mercatoria, XIV, 1049 et seq. 828

CAMPANÆ. In benedictione campanarum super eas de oleo sancto infirmorum septem cruces exterius fiunt, et deintus cum chrismate quatuor, pari distantia, XXI, 890. — Ad sacra pertinent campanæ. — Nomen baptismi a vulgo per metaphoram translatum fuit ad benedictionem campanæ, XVI, 256. — Cur usus campanarum interdicatur in sabbato sancto. XXVI, 258

CESSATIO a divinis definiri potest: Desistentia legitima a divinis officiis et sacramentis certo in loco peragendis, XVII, 189. — Ejusdem effectus. — Non nisi in loca decernitur, 189. — Cessatio a divinis non est censura, nec proprie pœna, sed simplex prohibitio divinorum, 189. — Nulla cessationis violatio irregularitatem inducit, 189.— Religiosi tamen qui cessationem violant, excommunicationis sententiæ hoc ipso subjacent, 190. — Cessatio a divinis in desuetudinem abiit. 190

Cessatio legis, XII, 1244-1280-983-1012. — *Vid.* LEX.

CESSIO bonorum in foro conscientiæ non magis excusat a restitutione quam necessitas sine cessione excusaret, XV, 810 —Debitor potest retinere ea quæ spectata conditione, judicio prudentis censentur necessaria, 810, 952, 953. — In foro exteriori cessio ad hoc juvat ne debitor in carcerem conjici possit, 810, 1263. — Alterum cessionis privilegium est ut, si post cessionem aliqua bona forte comparat, retinere plus non debeat quam commode possit, 1263. — Qui sine culpa cogitur cedere bonis, potest abscondere quantum necessarium est, ut tenuiter vivat secundum suum statum, 811. — Si ille qui bonis cessit, postea, ad lautiorem fortunam pervenerit, tenetur integre satisfacere. Cessio bonorum suspendit, non tollit obligationem restituendi, 952. — Per cessionem debitum non fuit extinctum sed consopitum, 811. — Notanda. 811, 812

Cessio bonorum est actus quo quis debitis suis solvendis impar cedit omnia bona sua creditoribus qui illa inter se dividant, 951.—Duplex in jure nostro distinguitur cessio, voluntaria, seu propriè derelictio quæ libere acceptatur a creditoribus, et judicaria quæ est beneficium a lege concessum infelici et bonæ fidei debitori ut libertatem sui corporis conservet, cedendo omnia bona sua creditoribus, nonobstante quavis alia stipulatione, 952, 1262, 1263. — Cessionem bonorum non satis distinguunt theologi ab illa debitoris inopia quæ defectus vel decoctio æris vocatur, gallice *faillite, banqueroute*, cum de commercium agente sermo est; et dissolutio bonorum vocatur, gallice *déconfiture*, cum de alio quovis. — Codicis civilis instituta cum Codicis commercii dispositionibus conferuntur, 1260 et seq. — Cessio bonorum est derelictio a debitore facta bonorum omnium suorum in gratiam creditorum cum æs alienum solvendo est impar, 1261. — Liberat debitorem pro rato tantum fortunarum quas derelinquit, 1262. — Differt cessio etiam voluntaria a compositione seu concordatu per tempus, per effectus, per formas. 1262

Character est signum quoddam spiritale et indelebile.— Ratio cur character in causa sit cur sacramenta Baptismi, Confirmationis et Ordinis iterari nequeant, XXIV, 795. — De charactere Baptismi. XXI, 726

Character episcopalis sive sit alius a presbyterali, sive etiam extensior et major, est potestas absoluta, perfecta et independens sacramenta conferendi confirmationis et ordinis. IV, 548

CHARITAS amicitia quædam est hominis ad Deum, XIII,

1360-1073; XXII, 237. — Charitas derivatur vel a verbo latino carus, vel ex græco *charis* quod gratiam aut donum sonat. Sumitur. 1° pro quolibet amore naturali aut civili; 2° pro divina ipsa natura; 3° pro amore benevolentiæ quo Deum propter se diligimus, XIII, 1335-1053. — Charitas, ait S. Augustinus, alia est divina, alia humana; alia est humana licita, alia illicita, X, 1105-868.— Est medius amor inter vitiosam cupiditatem et charitatem per Spiritum sanctum in cordibus diffusam, 1106, 1107; 1110, 1111-871, 872; 874, 875. — Discrimen inter amorem, dilectionem, charitatem, amicitiam, XIII, 1335-1053. — Charitas est habitus quidam supernaturalis infusus, quo diligimus Deum amore benevolentiæ seu propter seipsum; et Deus nos vicissim diligit, 1071-846. — Amor charitatis habere nequit aliud objectum formale quam bonitatem increatam, alias non esset virtus theologica, 1074-848. — Charitas est quid creatum et diffusum in cordibus nostris per Spiritum sanctum, 1071; 1337-896; 1055. — Ita voluntas nostra a Spiritu sancto ad diligendum movetur, ut ipsa sit efficiens hunc motum vel mediante habitu charitatis, vel mediante motione divinæ gratiæ. 1337-1055

Charitas est virtus theologica, cum directe et immediate Deum habeat pro objecto formali, 1072 846, 847. — Est tamen virtus specialis, omnium virtutum excellentissima, 1072; 1338; 1341, 1342; 1367-847; 1056; 1058, 1059; 1078 — Charitas una est propter unitatem divinæ bonitatis, 1073-847. —Est omnium virtutum forma, finis, radix et fundamentum, 1072; 1342-847; 1059 —Charitate omnia perficiuntur, XI, 39.—Alias virtutes informat et perficit, XIII, 1340-1057.— Est finis et plenitudo legis, 1342, 1343-1059, 1060 — Charitatis characteres volvuntur, III, 323, 324.—Charitas oculus est quo Deus, quo Christus videtur, quo videri potest. Nam veritatem et sapientiam qui amat, videt et amasse vidisse est, VIII, 1257. — Quid charitas, quam gustus et suavitas, sapor et delectatio sapientiæ. 1264

De charitatis objecto primario. Quatuor a nobis amari possunt, amore vel ordinato vel inordinato; nempe Deus, nosmetipsi, proximus noster, et res omnes sive spirituales, sive corporales, XIII, 1344; 1388, 1389-1060; 1095. — Ordinatus est amor noster quando amamus Deum super omnia, ac propter seipsum, ac cætera in ipso et propter ipsum: hæc est charitas aut sanctus amor. Inordinatus est si rem aliquam amamus plus quam Deum: hæc vocatur cupiditas, sive amor vitiosus, 1344-1060, 1061. — Primarium et adæquatum charitati objectum est summum bonum, quod est Deus, 1072; 1344-847; 1061. — Objectum formale quo charitas in Deum tendit, nihil aliud est quam bonitas ipsa divina, prout quidquid est in Deo perfectionis complectitur. 1345-1061

Præceptum speciale extat eliciendi actus charitatis diligendo Deum super omnia, obligans omnes fideles directe, per se et ratione sui, 1075-849. —Speciale hoc præceptum obligat non solum quoad substantiam dilectionis Dei, sed etiam quantum ad modum, nempe quod vere et realiter diligatur Deus super omnia, 1078-851. — Modus diligendi Deum, est eum sine modo diligere, nec potest in actibus charitatis interioribus reperiri excessus, 1082-855. — An sufficiat diligere Deum summe appretiative, aut requiratur quod diligatur etiam intensive plusquam cætera omnia, sub lite est, 1080-853.—In hac vita plene et perfecte istud præceptum impleri nequit: bene tamen sufficienter ac debite, dum homo facit totum quod potest ad illud implendum, 1082, 1083-855.—Sub peccato pluries tenemur in vitæ nostræ decursu elicere actus charitatis seu dilectionis Dei super omnia, 1085 et seq.-857. — Charitatis præceptum ut primum, maximum ac finis aliorum, magis ac frequentius obligat per se quam cætera præcepta, 1085 857. — De hoc præcepto idem dicendum est ac de præcepto fidei et spei, 1075; 943; 950 — 849; 745; 751

An amor mercenarius et timor servilis charitati Dei contrarientur, 1087-859 —Amor mercenarius est duplex: unus qui exercetur tantum propter mercedem præcise, nec tendit in eum qui confert mercedem tanquam in finem; Iste amor proprie est mercenarius, 1087-859. — Alter amor quo quis principaliter diligit aliquem a quo sperat mercedem, ita tamen ut etiam seclusa mercede adhuc ipsum amaret; ipse est potius amor mercedis, 1088-859. — Illicitum est diligere Deum amore simpliciter mercenario, secus vero amore mercedis, 1088-859. — Deus potest diligi propter se, etiamsi diligatur propter mercedem vitæ æternæ, 1088, 1089-860. — Timor proprie et formaliter servilis, v. g, timor hominis qui Dei offensas admittere non recusaret, si non extarent inferni supplicia, si Deus culpas non puniret: iste timor contrariatur charitati, 1091-862. — Actus hominis dicentis: *Volo evadere pœnas inferni, ideo servare Dei mandata*, eumque non offendere, non contrariatur charitati, licet possit esse in homine non habente charitatem, nec sit donum Spiritus sancti, 1093-864. — Timor servilis seu timor pœnæ excludens voluntatem peccandi est bonus, 1092-863.—Et amor a quo oritur, est per se bonus, 1093-863. — Timor filialis seu timor culpæ, est donum Spiritus sancti et comes individuus charitatis. 1093-864

Amor charitatis explicatur, 1346 et seq.-1062. —Charitas generatim considerata est amor Dei propter se. Amor concupiscentiæ respicit Deum, quia bonum nostrum Amor autem charitatis sistit in ipsa bonitate divina, Deumque amat, quia in seipso amabilis est, 1346 et seq.-1062. — Admittendus est charitatis amor a justificatione sejunctus, 1348-1352, 1364-1063-1067, 1076. — Charitas habitualis semper simul est cum gratia justificante: haud patitur mortalis peccati consortium. Actualis non expellit peccatum, nisi sit in gradu intenso, 1352-1067 — Admittenda est charitas justificans, seu charitas quæ vi sua et efficacia etiam ante sacramentorum susceptionem, et extra casum martyrii, justificat impium, 1353-1067. - Charitas justificans ea est qua Deum diligimus propter se et super omnia quæ obtineri aut retineri nequeunt sine gravi illius offensa, 1356-1070. — Nemo requirit ad impletionem præcepti ut homo charitatis motivo iis abrenuntiet quæ Deo leviter displicerent, aut tantum ei forent minus grata, 1357-1070. — Charitas perfecta a Deo definita est: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota mente tua, ex tota anima, ex omnibus viribus tuis*, 1354, 1355-1068, 1069. —Plures sunt charitatis justificantis gradus, infimus, medius et supremus. Supremus solum erit in patria, 1355, 1356-1069, 1070. — Habetur charitas minor justificante, 1356; 1364-1070; 1076 — Intensitas per se non est de essentia amoris, sed solum illius modificatio, perfectio, 1357-1070. — Diligere Deum amore absolute summo intensive non tenemur: charitas magis magisque augeri potest, 1357-1071. — Amore summo et intenso Deum diligimus, cum eum majori dilectione prosequimur quam creaturas, 1357-1071.— Amoris intensio non ex sensu et sensitiva parte pensanda est. 1357, 1358-1071

Charitatis justificantis intimæ dotes, seu effectus sunt Dei justitia quæ est intima cordis rectitudo, 1358; 1365-1071; 1077. —Peccati remissio; filiatio Dei adoptiva; amicitia cum Deo, 1359-1072. — Ad rationem amicitiæ requiritur quædam mutua amatio, 1359-1072. —Consectaria, 1360 et seq.-1073. — Qui manet in charitate diffusa, manet in charitate increata, quæ Deus est, 1361-1073. —Aliæ virtutes consistere valent sine charitate, sed sine charitate nulla virtus potest esse vera, completa et perfecta, 1361-1073. — Quo sensu fides per dilectionem operatur, 1361-1074. —Consideratio beneficiorum quæ a Deo recepimus, et pœnarum quare per ipsum vitamus, sunt meræ dispositiones ad charitatem, sed non ipsa charitas, 1361-1074. — Amor charitatis differt ab amore beatitudinis, sive boni generatim sumpti; charitas posita est in dilectione beatitudinis, quæ Deus est, 1362-1074. — Charitas differt ab amore Dei erga nos benevoli et benefici, quo regitur spes, et qui amor concupiscentiæ appellatur. Charitas non est quicumque amor, sed amor perfectus, quo Deus in seipso diligitur, 1362, 1363-1074, 1075. — Amare Deum non possumus vero charitatis amore sub aliquo respectu, quin amemus sub omnibus aliis, quibus infinite perfectus est, 1363-1075 —Diligere Deum ut summum bonum nostrum, non est ipsum amare amore imperfecto. Rejicienda est eorum opinio, qui puritatem dilectionis secludunt ab omni ad nos respectu, 1363, 1364-1075. — Diligitur Deus ut ultimus finis relate ad alios fines particulares, 1364-1076. — Inchoata charitas, inchoata justitia est; provecta charitas, provecta justitia est; charitas magna, magna justitia est; perfecta charitas, perfecta justitia est (S. Aug.) X, 302-239; XIII, 1365-1076. — Perfecti etiam in charitate proficiunt, 1366-1077.—Charitas est excellentior via ad Deum; est bonum omnium præstantissimum, 1367-1078. — Salutare monitum S. Augustini, 1368-1079.

De charitatis incremento. —Charitas per donum gratiæ infusa augeri potest, XIII, 1369-1080 — Non augetur quolibet actu charitatis, 1370-1081. — Primum augendæ charitatis medium: perfectior cognitio divinæ bonitatis, 1371-1081. — Alterum medium: major puritas amoris, 1372-1082. — Tertium medium: frequens charitatis ipsius exercitium, 1372-1082. — Quartum medium: virtutum particularium studium, 1373-1083. — Quintum medium: diminutio cupiditatis. 1374-1083

De charitatis habitualis decremento et interitu. Nullo modo charitas diminui potest directe loquendo; sed potest indirecte dici diminutio charitatis dispositio ad ipsius corruptionem, quæ fit per peccata venialia, vel etiam per cessationem ab exercitio operum charitatis, 1375-1084. — Charitatis corruptio sive interitus fit per peccatum mortale, 1376-1085. — Et unicum peccatum mortale sufficit ad totalem charitatis destructionem, 1377-1085, 1086. — Le

thali culpa admissa, tenuis aliqua manet charitas, quæ non est charitas habitualis et justificans, sed minor justificante, et actus dilectionis virtualiter permanens vocari potest, 1379 -1087

Consectaria. Nullus terminus argumento charitatis præfigi in hac vita potest. Est tamen aliquis gradus, ad quem numquam proveniet, 1379.-1087, 1088. — Charitas patriæ perfectior est charitate viæ, 1380.-1088. — Charitas patriæ comparata cum charitate viæ etiam perfecta, absolute dicenda est plenior, imo plenissima, 1383.-1090, 1091. — Charitas viæ ita crescere valet ut aliquo sensu perfecta dici queat, 1380 -1088. — Charitatis augmentum quod a Deo auctore et causa effectrice pendet, pendet etiam ab actibus nostris tamquam a dispositionibus physice concurrentibus, 1381 et seq.-1089. — Quamvis cupiditas sit capitalis inimica charitatis, non omnis cupiditas expellit charitatem. Quis fervor charitatis diminuitur per veniale peccatum, 1384.-1091. — Nulla charitas in hac vita adeo perfecta, quæ amitti non possit, 1384.-1091. — Reflexio. Omnem operam impendamus, ut charitas semper in nobis crescat, ac tota cura et studio enitamur, ne umquam intereat. 1385 et seq. — 1092

De objectis secundariis charitatis. Sunt plurima bona quæ charitas diligit: 1° bonitas summa Dei, qua bonus ipse ac beatus; 2° eadem bonitas, qua beantur creatæ rationales mentes; 3° bona creata gratiæ et gloriæ; 4° morales virtutes; 5° bona quæque creata, vita, sanitas, opes, honores, quibus uti possunt justi ad vitam æternam, 1387, 1388.-1093, 1094. — Quatuor sunt subjecta, quibus charitas appetit hæc bona recensita: Deus, nos ipsi, proximus, corpus nostrum, 1388, 1389.-1095. — Una eademque specie charitas est quæ Deum amat et reliqua omnia in ordine ad Deum. — 1389; 1397-1095; 1101

De amore sui bono et pravo, XIII, 1390 et seq.-1096 — Nosmetipsos charitatis amore prosequi possumus et debemus, 1390.-1096. — Sicut nemo bene seipsum amat, quoties amat se ex principio cupiditatis; ita bene semper se amat, quando se amat in ordine ad Deum, sive ex principio charitatis, 1397.-1101. — Toties homo vere amat seipsum, quoties seipsum et alia sua ad Dei gloriam ordinat, 1398.-1102. — Qui se et omnia alia non referunt in Deum, sed ad seipsos, dicuntur per vituperium *amatores sui* in sacra Scriptura, et apud veteres philosophos, 1390; 1398.-1096; 1102. — Amor sui inordinatus est radix vitiorum, 1390; 1398, 1399.-1096; 1102. —Peccat contra charitatem sui ipsius, qui in lethali peccato perseverat, 1399-1103

De amore charitatis erga proximum, 1391.-1097. — Hic sermo non est de dilectione culpabili nec de amore mere humano, 1392 -1097. — Norma charitatis erga proximum duplex est: charitatis amor, quo *nosmetipsos diligimus* et dilectio qua *Deus diligit nos*, 1392.-1097. — Ratio diligendi proximum Deus est, 1397.-1101. — Præceptum charitatis erga proximum continetur in dilectione Dei, 1094.-864. — Charitas mutua est juris naturæ officium, XV, 440 et seq. — Homo proximum diligere debet non ut Deum, sed ut seipsum, XIII, 1095, 1096.-1100, 1101. — Omnes homines mortalem vitam agentes proximi sunt, adeoque charitate diligendi, 1392.-1098. — Peccatores et inimici, si spectentur præcise ut homines, sunt proximi nostri; atque adeo charitate diligendi: si autem ut peccatores, eos potius odisse debemus, 1097; 1393; 1400, 1401 -866; 1098; 1104. — Licitum est etiam temporale aliquod malum peccatoribus exoptare, hac ratione ut resipiscant. 1401.-1104

De signis dilectionis quæ in communi et particulariter proximis exhibentur, 1098, 1099.-867, 868. — Sancti angeli et beati homines regnantes cum Christo in gloria tamquam proximi charitatis affectu sunt diligendi, 1394-1099. — Charitas se extendit ad animas in purgatorio degentes, 1395.-1099. — Charitatem violant qui defunctorum parentum penitus obliviscuntur, 1402.-1105. — Dæmones et damnati spiritus charitate diligendi non sunt, 1395.-1100. — Ordo charitatis cadit sub præcepto: scilicet magis diligere debemus quod est majore dilectione dignum, 1099, 1100.-868 et seq. — Istud præceptum colligitur non solum ex scriptura, 1100.-869; — sed etiam ex natura ipsa charitatis, et conditione objectorum illius, 1101.-870 — Homo post Deum debet se magis diligere quoad naturam spiritualem et animæ salutem quam quemcumque alium, 1101.-870. — Hinc non est licitum pati detrimentum spirituale peccando etiam solum venialiter ad liberandum proximum a peccato, nec propter bonum spirituale totius mundi, 1101.-870. — Proximum quantum ad spiritualem animæ salutem magis diligere tenemur, quam proprium nostrum corpus, 1102 et seq.-871. — Homo privatus per se loquendo magis tenetur diligere et servare propriam vitam et bona temporalia, quam vitam et bona alterius hominis privati etiam amici, 1106 -873, 874 — Magis tenetur unusquisque diligere communitatem, quam seipsum quoad bona temporalia, 1106 -874. — Non omnes proximi sunt æqualiter diligendi ex charitate, sed unus est magis alio diligendus tam quoad affectum quam quoad effectum, 1107. 874. — Hinc debemus magis diligere meliores ac parentes nostros, quam alios extraneos, 1107, 1108.-875.— In primis diligendus est pater, deinde mater, tertio uxor, persona publica magis diligi debet, quam quilibet privatus. 1109.-876

De exterioribus actibus vel effectibus charitatis erga proximum, qui sunt beneficentia, 1109 et seq.-876.—Eleemosyna, 1113 et seq.-879. — Correctio fraterna, 1151 et seq.-910 *Vid.* hæc verba.

Charitas primorum christianorum erga quoscumque, III, 639 et seq. — Charitatis est omnia bona et omnia mala communia facere; ut alter alterius onera portet, et sic impleat legem Christi. I, 323.-133

De amore quo possumus et debemus prosequi corpus nostrum, XIII, 1395.-1100. — Ordinate corpus suum non diligit, qui illud pluris facit quam animam, 1402.-1105. — Recti ordinatique amatores corporis sui habendi sunt tum pœnitentes, tum innocentes, qui illud jejuniis, flagellationibus, aliisque afflictionibus macerant et subigunt. 1402.-1106

De vitiis charitati oppositis quæ sunt odium Dei et proximi, XIII, 1176.-929, — acedia, 1180 -932; — discordia et schisma, 1183.-933; — invidia, 1187.-938, — scandalum, 1200 -948. — Ubi deest unio, deest charitas: charitas enim christiana nisi in unitate Ecclesiæ non potest custodiri, I, 1239, 1242 -978, 981.— Non est particeps divinæ charitatis, qui hostis est unitatis

Circa charitatem error Baii et Lutheri, VI, 1363 et seq. —Baiani unam tantum virtutem moralem agnoscunt, nempe charitatem, eamque infusam, non acquisitam in statu naturæ lapsæ. 1366

Utrum sine charitate bonum opus morale produci queat. — Errores, X, 1102.-868 — Homo sine charitate sive habituali, sive actuali proprie dicta, etiam debili et infirma, potest bonum opus etiam supernaturale per actualem gratiam perficere, 1104.-869. *Vid.* INFIDELES.

Charitas non sine fide et spe, sed fides et spes sine charitate esse possunt, 1106-870. — Charitas nos veritatem divinæ legis edocet et ad eam perducit. XI, 438

CHEPTEL. societas animalium. Definitur contractus quo quis tradit alteri certum numerum animalium ad ea custodienda, etc. Tradens dicitur *bailleur*, et accipiens dicitur *preneur*. Quadruplex potissimum distinguitur, XVI, 683.— Vid. *Codex civilis*, art 1801.

CHERUBIM. De cherubinis arcæ superpositis, et de eorum forma et origine multa disputant viri eruditi, XV, 125. — Cherubinorum formæ symbolicæ erant ac typicæ. 127

CHIROGRAPHA, gallice *les billets*, duplicis sunt generis: alia simpliciter ad privatos pertinent, seu negotiatori non traduntur; alia in commercio venduntur apud eos qui vocantur *agents de change*. An liceat emere chirographa infra valorem numericum. XVI, 665

CHIROMANTIA dicitur divinatio superstitiosa quando ex figuris et lineamentis manus inquiritur futurorum cognitio, III, 428; XIV, 90-73. — Chiromantia naturalis est licita; astrologica vero est superstitiosa et omni jure damnata. 107-86

CHIROTECÆ in pontificalibus ornamentis nunc censentur, XXVII, 418 *in nota*.

CHIRURGIA. Clericus, etiam in sacris, non fit irregularis exercendo chirurgiam secundum artis regulas, sine incisione aut adustione. XVII, 284

CHIRURGUS non est irregularis, morte etiam secuta, licet membrum abscindat aut abscindi præcipiat, modo secundum artis suæ regulas operetur. XVII, 283

CHORALIS est liber liturgicus, qui canentibus in choro usui est. V, 260

CHOREÆ in praxi eo modo quo fieri nunc solent sunt periculosæ, et multis præbent occasionem peccandi; illæ maxime quæ de nocte fiunt, XIV, 807-638 — Quidam tamen excusant choreas quæ de die publice in plateis a simplicibus exercentur, 808-638. — Sed tollendi sunt abusus et modestia procuranda, quoad fieri potest, 808-638. — Contra choreas loquuntur sancti Patres, 808, 809-639. — Multi prælati in suis diœcesibus merito choreas prohibent ob periculum provocationis ad libidinem 809-639

CHOREPISCOPI a voce græca τῆς χώρας, quasi ruris episcopi Probabilior est sententia illorum qui eos meros presbyteros fuisse arbitrantur, V, 1232,—Non unam ut parochi, sed plures singuli curabant ecclesias, easque lustrabant, 1232. — Chorepiscopi dicuntur *vicarii episcoporum super pagos, monasteria et pagorum sacerdotes*: villani episcopi, XXI, 224.—Vocabantur episcopi villani, seu vicani aut oppidani, XXV, 35. — Instituti sunt in Oriente, et sæculo tertio cœpisse videntur: quo anno, et a quibus conciliis, incertum

est, XXI, 994. — In Occidente chorepiscoporum gradus multo serius invaluit, 995. — Septem primis sæculis rari admodum fuere, 996. —Nono circiter sæculo finem habuerunt, 996 et seq. — Illis in Oriente exarchi, in Occidente archipresbyteri et archidiaconi successerunt, 999.— Causa institutionis, electio, ordinatio et dignitas chorepiscoporum, 999 et seq. — Chorepiscopi ab uno tantum episcopo ordinabantur, XXIV, 942. — Attamen non omnes. 953

Eorum munia. Chorepiscopi 1° litteras dabant canonicas et pacificas; 2° offerebant præsente episcopo, et oblationem distribuebant; 3° regebant omnes ecclesias pagorum et cuncta monasteria, 1002.—4° Omnes pagorum sacerdotes his, monachos semel, quotannis congregabant ad salutandum episcopum; 5° neophytos in agris et villis consistentes confirmabant; 6° ecclesias et virgines consecrabant; 7° lectores et subdiaconos,et exorcistas constituebant; 8° ministros in sacerdotalem numerum exoptabant. 9° Non desunt qui putant chorepiscopos in Oriente diaconos et presbyteros, annuente civitatis episcopo, ordinasse, 1003. — Rationes ob quas chorepiscopi ordine episcopali solerent aliquando insigniri, 956. — Quatuor sententiæ circa episcopatum ordinationes et confirmationes chorepiscoporum, 1004. — Utrum chorepiscopi essent veri episcopi, 1004. — Affirmantis opinionis argumenta, 1005. — Ad hæc argumenta responsiones, 1006-1012.—Opinio negans exponitur, 1012 et seq. — Utrum chorepiscopi, licet veri non essent episcopi, diaconos et presbyteros valide ordinarent, proprio consentiente episcopo. Quæ afferri possunt pro affirmante opinione, XXI, 1015 et seq. — Quæ pro sententia negante adducuntur, 1020 et seq. — Liquide constat chorepiscopos extraordinarios saltem ordinationis ministros fuisse, XXIV, 898, 907.— Certum videtur, tum in Oriente, tum in Occidente, septem primis Ecclesiæ sæculis chorepiscopos valide confirmasse. XXI, 1022

Des chorévêques et de leurs prérogatives. On examine s'ils étaient véritablement évêques, XX, 917.—D'après le treizième canon du concile d'Ancyre et le dixième du concile d'Antioche, on reconnut en Orient le caractère épiscopal dans les chorévêques, quoiqu'ils ne fussent ordonnés que par l'évêque diocésain, sans le concours d'aucun autre, 920. — Du temps auquel les chorévêques ont commencé a paraître dans l'Eglise. Quand et comment ils ont été abrogés, 925.— Des évêques des monastères, 929.

Chrisma idem græce, quod latine *unguentum*, usu ecclesiastico est unguentum ex oleo et balsamo confectum, XXI, 851. — Quibus rebus conficitur chrisma, XXVI, 266. — Chrismatis consecratio ex traditione apostolica, 266. —De insufflatione in ampullam chrismatis, 269. — Confici debet ex oleo olivarum et balsamo Judaico vel Indico, XXI, 851, 852 —In Oriente olim compositum fuit chrisma, non solum ex oleo et balsamo, sed etiam ex aliis quibusdam materiis suaviter olentibus, 854. — Utrum balsamum ad Confirmationis essentiam pertineat. Ea de re triplex est sententia. Prima, quæ omnium probabilissima videtur, docet oleum solum ad essentialem materiam Confirmationis pertinere, balsamum vero necessarium esse solum necessitate præcepti divini vel ecclesiastici, 855 et seq. —Secunda opinio docet utrumque et oleum et balsamum ad essentialem Confirmationis materiam pertinere, 859.— Tertia opinio docet materiam Confirmationis esse vel oleum, vel balsamum, vel utrumque. 860

Benedictio seu consecratio ab antiquis Patribus approbata, primis Ecclesiæ sæculis usurpata, ab ipsis Apostolis tradita fuit, 860. — Hæc chrismatis consecratio ita est episcopo propria, ut committi non possit presbytero, 861. — Hanc benedicendi chrismatis potestatem episcopis propriam et specialem esse jure ecclesiastico et divino, ac utroque jure presbyteris interdictam certum videtur, 864.—Utrum sacerdotes, Ecclesia non repugnante, potestatem habeant consecrandi chrisma, et eam potestatem valide quibusdam in locis olim exercuerint, eadem Ecclesia suis canonibus non contradicente; nonnulli affirmant, 865. — Argumenta quibus utuntur confutantur, 866 et seq. — Utrum hæc potestas presbyteris, tamquam ministris extraordinariis, ab Ecclesia committi possit. Affirmans opinio apud theologos communis est, 869. — Utraque opinio sua se probabilitate tuetur, 869, 870. — Ad argumenta opinionis affirmantis respondetur, 870. — Ad argumenta opinionis negantis respondetur, 871. — Auctoritas cujuslibet episcopi in sua diœcesi probabilius sufficere videtur ad hanc facultatem benedicendi chrismatis presbyteris tamquam ministris extraordinariis ex dispensatione committendam, 873.—Utrum chrismatis consecratio episcopalis necessaria sit necessitate præcepti, et ad Confirmationis essentiam pertineat, ita ut ea prætermissa nullum sit sacramentum, neque summus pontifex aut Ecclesia in eo dispensare possit. Ea de re opiniones variæ ad quinque revocari possunt, 874 et seq — Prima affirmans opinio communior est. 875, 879

De la bénédiction du saint chrême; de son antiquité; comment elle se fait tant en Occident qu'en Orient. Messe chrismale. Cette bénédiction se fait avec un grand appareil en Orient. Elle est réservée partout aux évêques, XX, 169 et seq. — Vertu du saint chrême. 170

De variis usibus chrismatis ab episcopo benedicti. Inservit: 1° Confirmationi; 2° unctioni verticali qua baptizatus in vertice ungitur, et aquæ baptismalis benedictioni; 3° ordinationi episcoporum; 4° templorum consecrationi; 5° altarium consecrationi; 6° consecrationi patenæ; 7° calicis consecrationi; 8° campanarum benedictioni, XXI, 879, 880. —Varia nomina sacri Confirmationis chrismatis, 765 et seq.

Christallomantia, divinatio per specula. III, 429

Christiani plures nobiles ab initio, III, 228 et seq. — In primis injungitur christiana perpetua oratio. Ejus tota vita sanctum desiderium est, 337. — Vita christiani perpetua pœnitentia esse debet, 337. — Militia christiani non est solummodo separatio a contagione sæculi: est quædam divulsio a seipso et abnegatio sui, aut extirpatio amoris proprii, 338. — Recta christianorum vivendi ratio in prioribus sæculis. Plinius Trajano, 580. — Trajanus Plinio, 581. — Alia testimonia, 583 et seq. — Integritas morum introducta per Evangelii prædicationem in homines, 633 et seq. — Les chrétiens des premiers siècles ne connaissaient point d'autres maux que le vice et le péché. On punissait plus sévèrement ceux qui étaient convaincus de péchés, s'ils ne s'en étaient pas accusés eux-mêmes. On regardait comme un devoir de déférer à l'évêque ou au prêtre celui qui était tombé dans quelque faute considérable, XX, 384 *et seq.* —Christiani inter se unum esse debent unitate affectus et concordia animorum, quod fit per charitatem, ut pater et filius sunt unum unitate substantiæ, VI, 134. — Non possunt esse unum inter se, nisi sint unum cum Deo, 135.—Quomodo christiani sunt fratres Christi et Deo similes, 141, 142.—Christianis omnibus,urgente præcepto,gratia sufficiens datur vel offertur, 231.— Christianus mihi nomen est, ait S. Pacianus, catholicus vero cognomen, IV, 386. — Quo sensu christiani erant ante Christum, etiam inter gentes. Justinus dicit eos qui ab initio rationem ducem secuti sunt christianos fuisse,X,1076 et seq.1082,847-852.— Christiani humanæ virtutis apicem attigerunt, III, 201.—Quare Christus et ejus discipuli persecutionem passi sunt. 204

Christus græco idiomate, hebraico Messias, latino non unctus, est nomen officii et honoris,VI, 121. — Unctus est non ab hominibus, sed cœlestis patris virtute; non oleo, sed Spiritus sancti plenitudine, 121. — Ungebantur olim prophetæ, sacerdotes et reges. Jesus Christus unctus est: 1° ut propheta et magister, 121; — 2° ut sacerdos secundum ordinem Melchisedech, 123; — 3° ut rex justitiæ et pacis: cujus regnum in terris inchoatur, in cœlo perficitur, 124 et seq. — Christus ab initio mundi perfunctus est munere prophetico, III, 267; — sacerdotali, 268; — regio, 269. — Divina sapientia elucet, 1° in conditione Christi humili et munere prophetico, 311; — 2° in munere sacerdotali, 314; — 3° in munere regio, 318 — Regnum Messiæ æternum, 108. — Universale, 109. — Felicitas regni Messiæ spiritualis et cœlestis. 112

Christus promissus futurum Incarnationis mysterium Adamo, ante et post ejus lapsum, innotuit, IX, 93-75. — Hoc mysterium non latuit patriarchas et prophetas, 93-76. — Legisperitiores apud Judæos Incarnationis mysterium non ignorarunt; de Judæorum vulgo aliter statuendum, 95-77. — Ab electione populi judaici nulla alia gens dici potest Incarnationis mysterium cognovisse, 96-78. — Nonnullis apud gentiles futurum incarnationis mysterium notum fuit, 97-78. — Christus primo homini, Abrahæ promissus, VI, 113. — Propheta a Moyse promissus Christus est, II, 834 et seq.

Christus præfiguratus. Varii typi et figuræ Christi, quibus mors ejus adumbrata est: 1° oblatio Isaaci et immolatio arietis in ejus locum suffecti; 2° agni pascalis mactatio; 3° mors pontificis quam expectare tenebantur homicidæ involuntarii, ut in terram suam redirent; 4° occisio vaccæ rufæ; 5° hircus emissarius; 6° omnia veteris legis sacrificia, quæ totidem erant figuræ sacrificii cruenti a Messia in cruce offerendi, IX, 374-298, III, 381 et seq — Humanum genus a diluvio arca lignea liberavit; Moyses virga lignea mare divisit, etc.; Moyses, ligno in aquam misso, aquam amaram in dulcem commutavit; lex Dei arcæ ligneæ creditur, ut his omnibus ad lignum crucis per quosdam gradus veniatur, VIII, 1411. — Abel, qui fratris invidia occisus est, Isaac sacrificium; agnus quem Judæi, cum e terra Ægypti egrederentur, immolarunt serpens æneus quem Moyses in deserto exaltavit; hircus emissarius, qui Israelitarum peccatis velut onustus, in desertum abigebatur; vacca rufa ex cujus cineribus aqua expiationis fiebat, Christi Domini passionis ac mortis figuram præmonstrabant, V, 883 et seq. — Vacca rufa

figura Christi, XV, 188, 192. — Melchisedech fuit figura maxime idonea Christi supremi sacerdotis, IX, 997, 998-788, 789. — Figuræ Messiæ sunt, Isaac, Joseph, Moyses, David, Salomon, Jeremias, Agnus paschalis, etc., 433-344. — Salomon typus Christi, III, 383 in nota. — David Christi typus, 389 in nota. — Vitulus et arietes qui in consecratione sacerdotum immolabantur, erant Christi figuræ. XV, 178

Jesus Christus Messias Judæorum ab omnibus prophetis prænuntiatus est, III, 64. — Jacobi vaticinium : *Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium*, IX, 100 et seq.-81. — Vaticinium Danielis, 189; 309-151, 246. — Vaticinia Aggæi et Malachiæ, 301-239. — Plurima extant vaticinia de gentibus ad veri Dei cultum tempore Messiæ vocandis, 311-248. — Prænuntiatur adventus Messiæ, III, 65. — Venire debebat Messias stante secundo templo, 66. — Ante interitum Romani imperii, 67. — Nativitatis Christi circumstantiæ prædicuntur. Oriturus erat ex semine David. Ex virgine nasci debebat, 70. — Constabat apud Judæos tum ex veteri traditione, tum ex prophetia Michææ, Messiam in Bethlehem nasciturum, 70. — Prædicuntur prophetici muneris officia, 71. — Muneris sacerdotalis, 72. — Regii muneris, 73. — Messiæ regni non erit finis, 74. — Vitæ et passionis Messiæ casus prædicti, 74 et seq. — Dolores Messiæ prævii ejus exaltationi, 98 et seq.

Solvuntur objectiones recentiorum Judæorum qui negant illa fermè omnia vaticinia ad Messiam pertinere, 76. — Eorum auctoritas nulla est, 77. — Judæi veteres, quorum maxima auctoritas, nostri in hac parte omnino sunt : et recentiores non omnes dissentiunt, 77. — Objicitur 2° autoritas veterum Judæorum qui in Christo Messiam non agnoverunt, 80. — Objectio tertia adversus interpretationem christianam veteris Testamenti, 83. — Grotii methodus in exponendis Scripturis refellitur, 83. — Prophetæ usi sunt metaphorica oratione, et hoc orationis genus non tantum apud eos familiare fuit, sed etiam ad suum institutum aptissimum, 87. — Prophetæ non solum metaphoris utebantur, sed etiam parabolis ad res adumbrandas : hæc concedunt Judæi fermè omnes, 89. — Auctores librorum sacrorum utuntur meditata confusione, 91. — Vanitatis argui non potest expositio christiana veteris Testamenti in ea parte, ubi typica est, 92. — Prophetæ ad significandas res evangelicas usurparunt prophetias duplicem habentes sensum, 94. — Objectio quarta Judæorum adversus christianam expositionem, 96 et seq. — Juxta litteralem prophetarum sensum oportuit pati Messiam et ita intrare in gloriam suam, 98. — Vanissimæ sunt Judæorum interpretationes. Prima sententia verba Isaiæ, capite LIII, populo judaico in præsenti luctuosa conditione constituto accommodat, 98. — Altera sententia verba prophetæ accommodat Josiæ regi sagitta confixo in prælio contra regem Ægypti, 102. — Tertia sententia non minus vana, quæ docet prophetiam præmonstrare Jeremiam et ipsius adversos casus, 103. — Quarta opinio duos admittit Messias, unum filium David, alterum filium Joseph, 104. — Totum caput quinquagesimum tertium Isaiæ pertinet ad Messiam, spem gentis judaicæ, et Davidis filium, atque in Christo adimpletum accuratissime, 105 et seq., 149 et seq.

Messiam jamdudum advenisse contra Judæos ex Jacobi vaticinio certo evincitur, IX, 101 et seq.-81. — De prophetia Jacobi, III, 114. — Duplex Judæorum sententia de hujus prophetiæ sensu, 115. — In Jacobi vaticinio prædictio Messiæ continetur, 116. — Solv. objectio, 119 et seq. in nota. — Hæc prædictio jampridem completionem sortita est, 118; — solv. objectio, 119 et seq., 122 et seq. in nota. — Inter christianorum interpretum varias hujus vaticinii expositiones quænam potior sit, 126. — Prima sententia ad Judæ tribum non separatim, sed cum reliquis conjunctam refert, 127. — Secunda sententia asserit in eadem tribu semper extitisse principes usque ad adventum Christi, 128. — Tertia sententia est nomine *schebet* significari virgam judicis et synedrii auctoritatem, 129. — Quarta sententia est cardinalis Cajetani qui docet in vaticinio res duas prædici : primum fore ut prodeat aliquando Messias e tribu Judæ; deinde ut æternum eadem tribus obtineat regnum, a Messia propagandum, 130. — Quinta sententia est Huetii qui observat res quatuor esse notandas in prophetia; et tria docet, 131, 132. — Sexta sententia est clarissimi viri De Tournemine, qui sic legit : *Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est*, 133. — Septima sententia vult per sceptrum intelligendam esse potestatem regiam vel regiæ æqualem, 135. — Octava sententia statuit vocem *schebet* significare facultatem suis legibus et magistratibus utendi, 136. — Nona et ultima sententia sic vertit verba Jacobi : *Non auferetur virga seu sceptrum tribus Judæ, nec deficient judices ex ea, donec veniat Messias*. Illa expositio potior est. Primo maxima naturalis est et obvia 139; — Secundo, juxta illam prophetia evidentem et plenam habuit completionem, 140; — Tertio, paucioribus difficultatibus hæc sententia obnoxia est, 146; — Quarto, æqualiter valet ad revincendos Judæos, 148.

Qui in vaticinio Jacobi prædicitur venturus, jamdudum venit, IX, 103-83. — Falsæ Judæorum interpretationes, 103 et seq.-85. — Qui in eodem prophetia prædicitur venturus est Messias. Primum argumentum petitur ex propria vi nominis *schilo*, 121-89. — Secundum argumentum ducitur ex characteribus, quibus Jacob designat, quem venturum prædicit, 114-91. — Tertium argumentum sumitur ex consensu Judæorum, præsertim veterum, 114-91. — Solvuntur objectiones, 115-92. — Solv. objectiones, *ibid.* — Vox *schiloh* non designat Moysen, non Saulem, 117-94. — Non Davidem, non urbem Silo, 118-95. — Non Salomonem, non Jeroboam, non Nabuchodonosorem, 119-95, 96. — Non Cyrum, 120-96. — Sceptrum vere deficit in tribu Juda, 121 et seq.-97. — *Schebet* nomine *tribus* intelligi non potest, 126-101. — Vere confunduntur Judæorum genealogiæ et tribus, 127-102. — Oraculum Jacobi conditionate non est accipiendum 128-103. — Cur Christus et Apostoli hoc oraculo non utantur ad revincendos Judæos, 129-104. — Sceptrum Judæ tempore captivitatis Babylonicæ interruptum est; sed a Juda non ablatum ante Christum, 130-104. — Non nulla de Jacobæi oraculi exitu inter theologos controversa discutiuntur. Quæstio est qua ratione cum multiplici regiminis forma quam populus hebræus successive induit, et cum variis, quibus obnoxius fuit, vicissitudinibus Jacobi oraculum cohæreat, 131-105. — Variæ theologorum opiniones, quorum alii verba Jacobi : *Non auferetur sceptrum de Juda*, de tota natione hebræa interpretantur, alii ad solam Judæ tribum referunt, 133-106. — Qui posteriorem tenent sententiam in sex classes distribuendi, 133 et seq.-107 — Nomine *Judæ* in vaticinio Jacobæo sola intelligenda est hujusce nominis tribus, 137-110. — In vaticinio Jacobi vox *schebet* tribum non significat, 140-112. — Voce *schebet* non significatur baculus, 142-114. — Voce *schebet* non significatur auctoritas unicuique propria, 146 et seq.-117. — Nomine *sceptri* non designatur præstantia tribus supra cæteras tribus, 151-121. — Nec synedrii auctoritas, 152-121. — Nec proprietas sceptri ab usu separata, 154-123. — Nec æterna potestas a Messia possidenda, 156-125. — Nec regia dignitas, 156-125. — Sed suprema potestas, quæcumque futura esset regiminis forma, 157-125. — Tunc *sceptrum* cœpit esse in tribu Juda, cum regno potitus est David, 157-126. — Captivitas babylonica non fuit cessatio et abolitio *sceptri* Judæ, sed tantum ejus intermissio, et veluti interregnum, 158-127. — Post captivitatem babylonicam judaica natio in unam veri nominis rempublicam coaluit, 160-128. — Populi judaici cognomen a Juda tunc merito sortita est, 162-129. — Ab illa republica auctoritatem suam habuere quotquot in ea usque ad Herodem principatu usi sunt, 163-130. — Ex modo expositis redintegratio *sceptri* Judæ post captivitatem et ejus permanentia explicandæ sunt, 164-131. — Ante Herodis regni tempora *sceptrum in Juda non defecit*, 168-133. — Solv. objectio, 178-142. — Herodo regnante, *sceptrum* a Juda ablatum est, 169-134. — Solv. objectio, 179-143 et seq. — Leges reipublicæ Judæorum fundamentales a regno alienigenam excludebant. Potestas suprema ad Herodem a Romanis, invita natione, translata est, 169-135. — Suprema auctoritas deinceps Judæis non fuit restituta, 170-136. — Herodes fuit alienigena, 172 et seq.-137. — Solv. objectiones, 179 et seq.-143. — Proselyti et ex proselytis nati non eisdem, quibus Judæi, quoad civilia, juribus fruebantur, 177-142. — Solv objecta, 182 et seq.-145.

Altera vaticinii pars : *et dux de femore ejus*, significare videtur non defuturos duces e sanguine Judæ ortos, 185-148. — Vox dux seu legislator in vaticinio Jacobi idem sonat ac sceptrum, 185 et seq.-148. — Genuinus Jacobæi vaticinii sensus exponitur. 189-151

Insigne Danielis vaticinium, IX, 189-151; III, 152. — Hoc vaticinium certissime continet prædictionem adventus Messiæ, 153. — Hujus vaticinii breve commentarium, IX, 190 et seq.-152. — Ex Danielis vaticinio demonstratur Messiam jamdudum advenisse, 194-155. — Septuaginta hebdomades Danielis a pluribus quam sexdecim seculis (anno circiter 1750 hoc scriptum est) præteritæ sunt, et de solo Messiæ intelligi possunt, 195-156. — Christus dux qui apud Danielem venturus prædicitur jamdudum venit; et ille Christus dux est Messias, 197-157, 158. — Inter SS. Patres et plerosque interpretes christianos de vaticinii substantia nulla est discordia, nec opinionum varietas, III, 168. — Paucissimorum interpretum christianorum

ad alia quam Messiæ tempora vaticinium detorquentium, sententia nullum præjudicium communi et receptæ expositioni infert ob duplicem causam, 169. — Solv. Judæorum objectiones. Per Christum quem occidendum prædicit Daniel non est intelligendus rex Agrippa junior, 161, 165, — nec Cyrus, 165. — nec Nehemias, nec Zorobabel, nec Jesus filius Josedec, 165. — Objectio : 1° de hebdomadibus, IX, 199-159 ; — 2° de initio hebdomadum, 200-159 et seq. — 3° Falsa expositio Orobii Judæi hispani, III, 162, 165 ; IX, 205 et seq.-164. — Duo in vaticinio Danielis distinguenda sunt, ejus substantia, et modus quo circumstantiæ ejusdem exponuntur. 209-167

De systemate Marshami, equitis Angli, III, 166, 171, 174. — Joannes Marshamus oraculum Danielis, de iis explicat quæ partim sub Cyro Persarum rege, partim sub Antiocho Epiphane Judæis contigerunt, IX. 212.-169. — Marshami interpretatio plurimis gratuito positis nititur, 214.-171. — Ipsi vaticinio repugnat, 216.-172. — Repugnat chronologiæ, *ibid.*-173. — Repugnat etiam Christi verbis. 218.-174

Conjectura Harduini exponitur, III, 167 ; 172. IX, 220 - 175. — Hæc hypothesis tota in levibus et falsis conjecturis posita est, 220 -176. — Cum verbis vaticinii non consonat, 222-177. — Non consonat chronologiæ, 224.-178. — Posita hac interpretatione nulla vis in Judæos oraculo Danielis superest. 224-178

Calmeti hypothesis exponitur, 226-180. — Hæc hypothesis Marshami systemate, quantum ad substantiam, non diversa, gravioribus adhuc vitiis laborat, ac ipsi Calmeto adversatur 227.-181

De initio septuaginta hebdomadum Danielis. Quæstio eo tota reducitur, quis sit *Sermo*, de quo loquitur angelus, et a cujus exitu hebdomades computat, III, 173 ; IX, 228.-182. — Quænam potior sit vaticinii Danielis explicatio quoad calculos chronologicos, III, 173, 213. — De Jerusalem iterum ædificanda novem vaticinia in prophetarum libris extant, et regum quatuor edicta, IX, 229.-182 ; III, 173, 176, 178

Index chronologicus, variis circa Danielis septimanas exponendis systematibus accommodatus, IX, 230.-184. — Septuaginta hebdomadum initium ab aliqua prophetia repeti non potest, 233.-186. — Ab edicto Cyri septuaginta hebdomades non sunt computandæ, 235.-187. — Darius ille qui, I Esdras, IV, templum perfici edixit, non est Darius Nothus, 238.-189. — Scaligeri interpretatio falsis nititur fundamentis, 239 -190 ; III, 174 et seq. — Vaticinii textum obscurat et perturbat, IX, 241-192. — Solvuntur objectiones. 1° Ex libro Esdræ, 241-193 — Ordo regum Persarum, 242 et seq.-193. — 2° Ex Zacharia propheta, 245 -195. — 3° Ex libro secundo Esdræ, 247.-197. — Duo fuerunt Nehemiæ, 249.-198. — Duo etiam Sanabolates admittendi sunt. 250.-199

Initium septimanarum Danielis sumi non potest ab anno secundo Darii Hystapidis, 251.-200. — Decretum, quod Artaxerxes Longimanus, anno imperii sui septimo, Esdræ sacerdoti concessit, non est sermo a cujus exitu septuaginta hebdomades computandæ sunt, 252 -201. — Hooke sententia. Hebdomades septuaginta Danielis numerandæ videntur ab edicto, quod Artaxerxes Longimanus anno regni sui septimo, in Judæorum gratiam tulit. 1° In hac sententia melius et accuratius instituuntur calculi chronologici, III, 186. — 2° Omnes prophetiæ partes inveniuntur habuisse perfectissimam complectionem, 187. — 3° Hæc opinio verbis prophetiæ abunde satisfacit, 188. — Solvuntur obj. IX, 255. 203

Initium hebdomadum sumitur a litteris regiis quas Artaxerxes Longimanus anno sui regni vigesimo Nehemiæ concessit, 260, 265.-207, 211 ; III, 180 et seq. — Hebdomades Danielis videntur annis solaribus conflatæ, ac proinde illarum initium anno Artaxerxis Longimani vigesimo a morte Xerxis computato affigi nequit, IX, 267, 269 et seq.-213 et seq. — Nec quinto nec septimo regni sui anno Xerxes socium sceptri Artaxerxem fecit, 273.-218. — Xerxes, mortuo patre, non nisi anno ante æram vulgarem 85 regnare cœpit. 275.-219

Xerxes a Græcis ad Salaminam victus fuit, anno ante Christum 480, die 23 Septembris. 276.-220

Ruunt Tirini, Abrami, Turneminique hypotheses de septuaginta hebdomadum initio. 280.-223

Solvuntur objectiones, 282 -224. — Artaxerxes Longimanus anno regni patris sui duodecimo consors regiæ dignitatis factus est, 289.-230. — Inde annus Artaxerxis vigesimus, a quo septuaginta hebdomadæ arcessendæ, computandus est, 298.-231. — Annus septimus Artaxerxis, de quo Esdras loquitur, a morte Xerxis ducendus. 291-232.

Christus die sexta Januarii, anno æræ vulgaris trigesimo a Joanne baptizatus fuit. 293.-233. — Anno trigesimo tertio ejusdem æræ Christus passus est 293 -233. — Probat eclipsis solis prodigiosa. Probant anni ministerii Christi, 233, 237 -235, 236 — Probatur præsertim quod anno Dominicæ passionis, dies quartadecima mensis Nisan in feriam quintam incidere debuerit, 296.-236. — Secunda die aprilis, 298.-237. — Unde Christus passus est anno æræ vulgaris trigesimo tertio, die tertia aprilis, veteri stylo, prima vero die aprilis, Gregoriano stylo. 299 -238.

Vaticinia Aggæi et Malachiæ. Ex prophetia Aggæi probatur Messiam qui stante secundo templo venire debuit, jamdudum venisse. IX, 301.-240. — Idem ex Malachiæ prophetia probatur, 304.-242. — Solv. objectiones. 305.-345

De aliis vaticiniis quibus Messiam venisse ostenditur.— 1° Somnium Nabuchodonosoris, 309.-246 — 2° Plurima extant vaticinia de Gentibus ad veri Dei cultum tempore Messiæ vocandis, quæ jamdiu impleta sunt, 311 -248. — 3° Vaticinia quibus probatur Jesum Christum esse Messiam a prophetis prædictum. 312.-248

In Christo Jesu characteres Messiæ reperiuntur adunati, VI, 972. — Ex prophetarum oraculis contra Judæos evincitur Christum Jesum esse Messiam, IX, 312 et seq.-249. — In Christo adimpletum est vaticinium Jacobi, 315-251. III, 118 et seq. — Omnia prænuntiata a Daniele in Jesu filio Mariæ et in eventibus qui ejus mortem proxime subsecuti sunt, evidentissimam completionem habuerunt, 159 — Et quidem tempore præfinito a Daniele, 160 ; IX, 316. 252. — Vaticinia Aggæi et Malachiæ in Christo evenere, 318 -254. — Alia vaticinia in Christo Domino adimpleta, 320.-255. — Vaticinia quæ spectant conversionem Gentium ad veri Dei cultum tempore Messiæ, in Christo ad eventum perducta sunt. 321.-256

De multis aliis oraculis in Christo ad eventum perductis, 321.-256. — Vaticinia Messiæ nativitatem et infantiam spectantia. 322 et seq.-256

De genere Messiæ. Messias ex patriarchis et ex Davidis familia originem ducere debuit secundum multa vaticinia quæ in Christo impleta sunt, *ibid.* — Solv. obj. 324.-258. —Christi genealogiæ non pugnant inter se, 325 et s.-259

De Messiæ nativitate ex Virgine. Messiam ex matre Virgine nasciturum prophetæ expresserunt, 329 -262. — Nomine Emmanuelis Messias designatur, 331 -264. — Hæc in Christo Jesu completa, 332.-265. — Sol. object. 333.-265

De loco nativitatis Messiæ, 336 -268. — Prophetia Michææ de Messia Bethlehemi nascituro in Christo est adimpleta, 337.-268.— Solv. object. De censu seu descriptione a Cyrino facta. 339 et seq., 343.-270, 273

De tempore nativitatis Messiæ. Christus Jesus in iis natus est temporum circumstantiis in quibus Messiam nasciturum prædixerant prophetæ, 216 et seq.-275. — Vaticinia de nomine Jesu Messiæ imponendo ; de Magorum adoratione, de fuga in Ægyptum, de Infantium cæde in Christo Jesu impleta. 350 -278. 279

1432. — Passio et mors Christi voluntariæ fuerunt, non coactæ; liberæ, non necessariæ, VI, 188 et seq. — Tunc mortuus est, cum ipse mori decrevit, et mortem non tam aliena vi illatam, quam voluntariam obiit. Non vero mortem solum, sed etiam locum et tempus in quo moreretur, ipse sibi constituit, 189. — Christus mortuus est ex obedientia et ex charitate, VIII, 1433. — Deus pater tradidit Christum passioni, juxta illud: *Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum*, 1433. — Conveniens fuit ut Christus a Judæis pati inciperet, et postea, Judæis tradentibus, per manus Gentilium ejus passio finiretur, 1433. — Primates Judæorum cognoverunt Christum esse Messiam in lege promissum, 1433. — Plebeii qui mysteria S. Scripturæ non noverant, non plene cognoverunt esse Christum seu Messiam, 1434 — Neutri cognoverunt esse Deum et filium Dei naturalem, 1434 — Peccatum crucifigentium Christum fuit gravissimum. Graviora sunt tamen odium Dei, blasphemia et similia, quæ sunt formaliter contra Deum, 1434. — De morte Christi. Conveniens fuit Christum mori: 1° ut satisfaceret pro nobis; 2° ut ostenderet veritatem naturæ assumptæ; 3° ut moriendo nos a timore liberaret; 4° ut resurgendo a mortuis, et virtutem suam ostenderet qua mortem superavit, et nobis spem resurgendi a mortuis daret, 1439. — In morte Christi divinitas non fuit separata ab ejus corpore, sed ipsi mansit hypostatice unita, ita ut non esset alia hypostasis verbi Dei et carnis post mortem, 1439.—In morte Christi divinitas non fuit separata ab ejus anima, 1440, VI, 187.— Erroneum est dicere Christum in triduo mortis esse hominem, neque etiam in triduo mortis proprie fuit Christus, VIII, 1440. — Corpus Christi vivum et mortuum fuit idem numero absolute, non tamen omnino et totaliter, 1440.— Probabilius corpus Christi mortuum non mansit sine forma substantiali: assumpsit formam cadaveris humani, 1440.— Mors Christi in facto esse nihil operata est ad nostram salutem per modum meriti, nisi tamen intelligamus carnem mortuam potuisse operari efficienter ad nostram salutem, quia remanebat instrumentum divinitatis sibi unitæ, 1441. —Cum mors nihil aliud sit quam animæ separatio a corpore, Jesum Christum vere mortuum esse certum est, VI, 186.—Passus et mortuus est Christus Deus homo, quamvis divinitas passioni et morti non sit obnoxia, 179.—Quomodo passio Christi operata sit nostram salutem. Passio Christi operata est nostram salutem per modum meriti, VIII, 1435. — Singulæ Christi actiones ab initio conceptionis, quamvis infiniti valoris essent, independenter a passione non conferebant jus absolutum et perfectum ad salutem, 1435. — Passio Christi operata est salutem nostram per modum satisfactionis, 1435 — Per modum sacrificii, 1436. — Per modum redemptionis, 1436. — Christo homini proprium est esse redemptorem stricte sumptum; quia redimere stricte et proprie, est de suo solvere pretium liberationis, 1437. — Passio Christi, hoc est humanitas Christi ut aliquando subjecta passioni, salutem nostram operatur efficienter quia est instrumentum divinitatis, 1438. — Per passionem Christi liberati sumus a peccato; quatenus Christus, ut caput nostrum, per passionem tanquam per pretium redemit nos ut membra sua a peccatis, 1438. — Passio Christi est causa universalis sufficiens ad nos liberandum a servitute diaboli, a pœna æterna peccato debita, ad nos Deo reconciliandos, ad aperiendam nobis cœli januam; modo nobis applicetur per sacramenta et bona opera, 1438. — Immensa ex passione et morte Christi beneficia in nos redundant. Primum est *liberatio a peccato*, VI, 194. — Effectus alter passionis Christi est *liberatio* a diaboli tyrannide, 194 — Duplici fundamento fulciri videbatur diaboli in hominum genus dominatio, divinæ scilicet permissionis et humanæ consensionis. Quamobrem subvertendum utrumque fuit, 194. — Tertium beneficium ex Christi passione ad nos promanans, est, pœnæ nostris peccatis debitæ solutio. Integram et omnibus numeris perfectam satisfactionem pro peccatis nostris Deo patri persolvit, quam homo prorsus exhibere non poterat, 196. — Pretium quod pro nobis persolvit Christus, debitis nostris non solum par et æquale fuit, verum ea longe superavit, 197. — Quartum beneficium tertio connexum: Christus morte sua, velut sacrificio, quo nullum Deo gratius et acceptius offerri potuit, Patris iram et indignationem prorsus mitigavit, et eum nobis placatum et propitium reddidit, 198. — Quintum beneficium est cœli reseratio, 200 — Christus in Passione sua omnium virtutum exempla dedit, 200 et seq. — Charitatem eximiam ostendit, 201. — Pietatis erga parentes dedit, cum Matrem dilecto discipulo, virginem virgini commendavit, 202. — Humilitatis et obedientiæ clarissimum exemplar se præbuit in sua passione Christus, 202. — Mansuetudinem incomparabilem in passione sua Christus exhibuit, 203. — De patientia Christi quis præ dignitate loqui possit? 203. — Denique Christus in vita, in passione, in morte sua nos ad dura quoque constanter perferenda, et omnia voluptatum lenocinia fugienda exemplo suo instruxit. 204

Passio cruxque Christi immensa est ipsi gloriæ seges Nam in passione et cruce vere Deus apparuit, VI, 205. — Per passionem et crucem Christus victor diaboli et mortis exstitit, quod maximum divinitatis ejus argumentum est, 206. — Crux Christi *altare* est *sacrificii* in quo Christus summus sacerdos, et victima, seipsum agnum immaculatum Deo immolavit pro nostra redemptione et salute, 208. — Crux Christi, *tribunal judicantis*, 209. — *Lignum in quo fixa fuerunt membra morientis, cathedra fuit magistri docentis*, 209. — Crux Christi, *thalamus sponsi* in quo Ecclesiam sponsam suam formavit, sanguine suo mundavit, sibi in fide, in justitia et in sempiternum copulavit. 210.

Crux Christi regnantis thronus est, 210. — Regia Christi, dignitas in passione maxime promicuit, 1° cum spinea corona redimitus est; 2° cum crucem suam portavit; 3° in titulo crucis tribus linguis scripto; 4° ex eo quod crux exempta pœnis suppliciorum, translata est ad frontes et coronas imperatorum. 211

De Christi sepultura, 186. — Cur Pilatus certior voluerit a centurione de morte Christi. XXVI, 365

Qui fuerint Joseph ab Arimathæa et Nicodemus. — Josephi laus est, quod Christus a Pilato quæsierit, Nicodemi, quod cadaver aromatibus perunctum fuerit, 366. — Mos apud Judæos ungendi cadavera, et longis institis constringendi, 367. — Æquum fuit Christum condi in sepulcro novo. Refutatur Schmidii opinio de una tantum institia, qua involutum dicit corpus Christi, nulla adhibita sindone, 367. — Corpus sepultum non putredinis corruptionem passum est, VI, 188. Christus sepultus est in monumento alieno et novo, ne alius suscitatus a perfidis diceretur, 188. — Convenienter Christus fuit sepultus, tum ad comprobandum veritatem mortis, tum quia per hoc quod Christus de sepulcro resurrexit datur spes resurgendi per ipsum his qui sunt in sepulcro VIII, 1441

Convenienti modo Christi fuit sepultus. 1441

De aromatibus, sindone munda, de monumento alieno et novo, in horto posito, exciso in petra, de magno saxo advoluto ad ostium monumenti. 1441, 1442

Corpus Christi mansit incorruptum in sepulcro, ad ostensionem divinæ virtutis, corruptio enim corporis provenit ex infirmitate naturæ illius corporis, 1442. — Christus fuit convenienter una die et duabus noctibus in sepulcro, 1442.

De descensu Christi ad inferos. Conveniens fuit ut Christus descenderet in infernum, 1443. — Christus, hoc est, anima Christi, non virtute tantum et operatione, sed realiter et substantialiter descendit in inferos, I, 1266-999; VIII, 1443; VI, 240, 985. — Nihil de summa Christi dignitate et potestate detractum est, cum ad inferos descendit, erat enim *inter mortuos liber*, 241. — Ad inferos descendens nullos cruciatus pertulit, nec privationem gloriæ et beatitudinis passus est, quia ejus anima donata est statim atque verbo unita fuit, 241. — Christus non descendit in infernum damnatorum secundum præsentiam realem, sed secundum effectum, eos arguendo et convincendo de sua infidelitate et malitia, VIII, 1444. — Christus descendens ad inferos nullum damnatorum liberavit, 1446; VI, 243; IX, 929.-733. — Christus suo descensu ad inferos non liberavit omnes animas a purgatorio. VI, 243; VIII, 1446, 1447

Christus liberavit SS. Patres, exhibendo eis, statim a morte sua, claram divinitatis visionem, qua hucusque privati fuerant, nondum soluto redemptionis nostræ pretio; et eos e loco interni educendo, VI, 242; VIII, 1443 — De prædicatione Christi in inferis, XVIII, 342. — Christus ad inferos descendit, ibique faustum liberationis suæ nuntium iis prædicavit, qui non semper, sed aliquando increduli fuerant in diebus Noe; et qui irruentibus undique aquis peccata sua detestati erant, eaque quoad culpam saltem aquæ diluvio eluerant, 343.—Sicut corpus Christi fuit una die et duabus noctibus in sepulcro, tantumdem ejus anima mansit in inferno, ita ut simul anima exiret de inferno et corpus educeretur de sepulcro. VIII, 1443

De triduo sepulturæ Dominicæ et de tempore resurrectionis, VII, 967. — De resurrectione Christi, VIII, 1444. *Vid.* Resurrectio. — De manifestatione resurrectionis. Christus post resurrectionem non debuit se omnibus promiscue manifestum exhibere, sed aliquibus tantum per quos deinde aliis manifestaretur. Non debuit etiam resurgere discipulis videntibus, 1458 — Ipsi custodes non viderunt Jesum resurgentem, 1458. — Pia et probabilis est sententia quæ dicit Christum a mortuis resurgentem primo apparuisse B. Virgini matri suæ, VIII, 1459. — Æque ad minus probabile est Christum resurgentem primo apparuisse Mariæ Magdalenæ, 1459. — Christus post suam resurrectionem non debuit continue conversari cum discipulis. 1459

Circa resurrectionem duo erant discipulis declaranda : 1° Ipsa veritas resurrectionis; 2° gloria resurgentis, 1459. — Decem Christi apparitiones quinque ipsa die resurrectionis, aliæ postea ab evangelistis referuntur. 1460
Extra tempus harum decem apparitionum verisimiliter Christus fuit aliquando cum matre sua, aliquando cum patribus quos æterna beatitudine donaverat; certo autem aliquando cum discipulis, 1460. — Nam plures aliæ factæ sunt apparitiones. 1461

Thomas non tantum vidit, sed etiam tetigit vulnera Christi : de cæteris apostolis incertum est, 1458. — Quis sensus horum verborum Christi ad Magdalenam *noli me me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem*, 1461. — Magdalena et aliæ mulieres ad sepulcrum bis accesserunt. 1461

De veritate resurrectionis Christi, VI, 245, 245. — Christum tertia die a morte sua resurrexisse indubitata fides est sæpe in S. Scripturis asserta, VIII, 1449. — Christus variis testimoniis et argumentis, seu signis sensibilibus sufficienter probavit veritatem suæ resurrectionis, 1461. — Veritas resurrectionis invictissime probatur testimonio apostolorum, 1462 et seq. — Evangelistarum narrationes variæ. S. Joannes, III, 44. — S. Matthæus, 46. — S. Marcus, 48. — S. Lucas, 49. — Prima epistola ad Corinthios. — Actus apostolorum, 51. — series eventuum die resurrectionis, 52. — Historia resurrectionis Christi est ex omni parte certissima. Primo, omnes habet notas internas veræ historiæ, 54. — Secundo, exhibet apostolos et reliquos discipulos in eo mentis statu, in quo naturaliter esse debebant, 55 et seq. — Fabula a Judæis inventa ad refellendam resurrectionis Christi historiam omnes habet notas vanitatis. Testes adducit dormientes 57, 58.—Resurrectio in eventuum certissimorum concatenatione annulus plane necessarius est, 59. — Historia resurrectionis Christi vana supponi non potest sine incredibili stultitia, id est, sine suppositione arbitraria plurimarum rerum absurdarum et impossibilium, 59. — Hæc omnia multo magis vera sunt de apparitionibus Christi, 60. — Solvitur objectio Deistarum. 61
Historia resurrectionis Christi non est fabula communi consilio a Christi discipuli conficta. 63

Resurrectio Christi plurimorum testium auctoritate comprobatur, IX, 478-380. — Illi testes non fuerunt decepti, 479-380. — Noluerunt decipere, 480-381. — Alterum argumentum : Apostoli Christi corpus non sustulerunt, 480-381. — Objectio solvitur, 482-383. — Circa factum resurrectionis Christi præsertim consulenda sunt duo opera : *Les témoins de la résurrection de Jésus-Christ, examinés et jugés selon les règles du barreau, par Sherlock; Observations sur l'histoire et sur les preuves de la résurrection de Jésus-Christ, par le chevalier West.* III, 62 in nota.

Resurrectionis Christi fructus. Primus fructus, Christi resurrectio corporis resurrectionem nobis peperit. VI, 254

Christus non liberavit nos a necessitate moriendi, sed a necessitate permanendi in morte, ob hoc dicitur habere mortis imperium, et mortem moriendo vicisse, VIII, 1444. — Secundus fructus resurrectionis Christi est resurrectio animarum nostrarum, VI, 254 et seq.—*Vid* Resurrectio spiritualis. — Resurrectio Christi est causa resurrectionis nostrorum corporum et nostrarum animarum, efficiens, instrumentalis, et exemplaris. VIII, 1465

De Ascensione Christi secundum se, VIII, 1465. — Mysterii fides explicatur, VI, 258.—Conveniens fuit Christum ascendere in cœlum, VIII, 1465 — Christus convenienter ascendit in cœlum post quadraginta dies a resurrectione, 1466. — Christus ascendit propria virtute. 1° Divina, quia est verus Deus; 2° virtute animæ moventis, prout vult corpus glorificatum et dote agilitatis præditum, 1466. — Probabile est Christum sic ascendisse super omnes cœlos, ut pedibus contingat convexum supremi cœli et totus sit extra cœlos, 1466. — Ad minus æque probabile est Christum ascendisse tantum ad supremam partem cœli empyrei et totum in eo esse, 1467. — Christus ascendit in cœlum quinta mali, quæ hoc anno incidit in feriam quintam, 1468. — Probabile est Christum ascendisse in cœlum circa meridiem seu paulo post, 1468. — Christus ascendit in cœlum ex monte Oliveti. Christum in monte impressisse terræ vestigia pedum constanter permanentia, et templum ibi ab Helena Constantini matre extructum nunquam potuisse contegi testantur gravissimi auctores, 1468. — Probabilius est ascendenti Christo præter Apostolos adfuisse B. Virginem Mariam, et ejus cognatos cum aliis mulieribus, 1468.—Credimus Christum *sedere ad dexteram Patris*, quo nomine gloriæ et potestatis æqualitas significatur, VI, 259. — Sedere ad dexteram Patris convenit Christo qua Deo et qua homini, diverso tamen modo, VIII. 1469 — De Patre dici non potest quod sedeat ad dexteram Filii et Spiritus sancti, nec de Filio quod sedeat ad dexteram Spiritus sancti. Sedere ad dexteram Patris, est proprium Christo qua homini, 1469.— Ascensionis Christi causæ, 1465.—Primo, corpori Christi immortalitatis gloria donato, non terrene habitationis locus, sed cœli domicilium conveniebat, VI, 260. — Secundo, Christus in cœlos ascendit, ut regnum suum non esse ex hoc mundo demonstraret, 261.—Tertio, ut nos illuc veheret; ac Deo Patri naturæ nostræ primitias offerret, 261. — Quarto, ut omnia quæ de ipso in lege et prophetis scripta erant, adimpleret, 262 —Quinto, ut iter nobis pararet, 263. — Sexto, ut ea quæ ad salutem nostram pertinent, curaret, 263 et seq. — Septimo, Christus in cœlum ascendit, ut nos eum ascendentem mente et desiderio prosequeremur, 265.—Ascensionis Christi fructus et utilitates sunt augmentum fidei, spei et charitatis : missio Spiritus sancti; apertio regni cœlorum, officium advocati quod Christus pro nobis erga Patrem exercet; manifestatio suæ supremæ potestatis, ut adimpletionis prophetiarum, et munificentiæ in omnes homines, VIII, 1467.— Ipse Christi in cœlos ascensu longe majores utilitates nobis peperit, quam ejus sensibilis præsentia peperisset, VI, 266. — 1° Christi ascensione gloriosa, fidei nostræ merito maximus cumulus accessit, 267.—2° Christi in cœlo ascensio spem in cordibus nostris confirmat, 269. — 3° Christus in cœlum ascendens amorem nostrum ad cœlum rapuit, et corda nostra divino Spiritu inflammavit, 270 — Hæc dona sunt, quæ Christus ascendens in altum dedit hominibus : fides, spes, charitas per Spiritum sanctum in eorum cordibus diffusa. 272

Acta est Epistola quæ nunc apud nos circumferuntur sub nomine Pilati ad Tiberium de gestis et miraculis Christi, apocrypha sunt et falsa, VIII, 1474. — Probabilissimum est Pilatum nuntiasse Tiberio Cæsari gesta et miracula Christi, ejus mortem et resurrectionem, atque inde Tiberium tentasse apotheosim Christi apud senatum Romanum, 1474 et seq., III, 38. — Christus venturus est judicare vivos et mortuos, VI, 273.—Judicabit Christus, non solum ut Deus, sed ut homo. Veniet cum potestate magna judicaturus, qui cum humilitate magna judicatus, 280 et seq. — Circumstantias hujus adventus et judicii graphice depingunt sacræ litteræ. 1068

De divina Christi missione. 1° Christi missionem certam faciunt ejus miracula, quæ sine Deo esse non potuerunt, III, 29. — Christus omnem suam auctoritatem posuit in miraculis, quibus fidem dederunt apostoli et christiani, 30. — Inde certo constat illa prodigia a Christo patrata fuisse, 32 et seq. — Alia argumenta ad eamdem conclusionem ducunt, 34 et seq. — Objectio solvitur. Antiquitas non tollit omnem factorum certitudinem, 36.—Historici profani et Judæi, evangelistarum narrationem confirmant in iis omnibus partibus quæ ad eorum propositum pertinebant, 39. —Vanissima est ratio ducta ex crudelitate Judæorum et paganorum in Christianos, 39. — Suspiciones fraudis et fanatismi carent omni fundamento, 41. — Ultima in objectione allata ratio ex comparatione miraculorum Christi cum prodigiis ethnicorum est omnium ineptissima, 43; IX, 461 et seq.-366. — 2° Christi missionem divinam probat ejusdem resurrectio, III, 43 et seq.; IX, 478 et seq -379. — 3° Christum a Deo esse missum plurima vaticinia evincunt, 491. — Christum divino Spiritu plenum vaticinia plura ostendunt, III, 189. — Christus plura prædixit quæ ad seipsum pertinebant, 189. — Multa quæ ad suos discipulos attinebant, 190. — Fata judaicæ gentis accuratissime descripsit, 190.—Templi excidium prædixit Christus, 192.— Signa excidium præcedentia prædixit, 193. — Modum et circumstantias excidii graphice depingit, 193. — Quæ cladem sequi debebant non minus accurate prænuntiavit, 194. — Reipublicæ christianæ fata Christus prædixit, 195. — Vaticinia ante eventum scripta fuerunt, nec potuerunt sagacitate humana prævideri, 196. — 4° Christus in ea fuit vitæ conditione, tantisque enituit virtutibus, ut vanitatis in eum nulla suspicio cadere possit, dignusque fuit, cui propter ipsam sanctitatem fides haberetur, 198. — Fallere non potuit, 198. — Fallere non voluit, 199. — Christus nihil egit a sua dignitate alienum ejiciendo vendentes et ementes in templo, 211; — nec in ficus maledictione quæ erat actio typica. 212

5° Divinam Christi missionem probant miracula ab apostolis et eorum discipulis patrata, IX, 483-384; III, 220 et seq.

6° Christum esse a Deo missum ex ejus religionis propagatione ostenditur, IX, 485-385. — Religio Christi late per orbem et velocissime propagata est, 485-385. — Ope quorumdam hominum simplicium omni auxilio humano destitutorum christiana sic propagata est religio, 486-386.— Religio Christi eorum quibus annuntiabatur affectibus erat contraria, 486-386. — Omni genere hostium impugnabatur, 487-387. — Ergo erat opus divinum. 488-387

In incredibili celeritate eum qua propagatum est per tria priora sæcula Evangelium, clare emitet divina Christi potestas. III, 224 et seq.

7° Christianæ religionis singularis efficacia in inclinandis hominibus ad bonam vitam et ad omne virtutis genus divinam Christi virtutem arguit. 229 et seq.

8° In constantia martyrum christianorum divina virtus Christi valde conspicua est. 238 et seq.

9° Oraculorum apud paganos defectio Christi virtutem manifeste demonstrat. 243 et seq.

10° Miserabilis Judæorum conditio nulli causæ nisi divinæ Christi virtuti tribui potest. 248 et seq.

11° Divina Christi virtus clarissime enituit in fortuna imperii Romani et Cæsarum qui ejus Ecclesiam persecuti sunt. 260 et seq.

12° Singularis Christi in tuenda Ecclesia sua providentia, 213. — Divina Christi virtus enituit in effusione donorum Spiritus sancti et eorumdem in Ecclesia continuatione, 214 et seq. — Ecclesiæ stabilitas virtuti divinæ Christi tribui debet. 265

13° Denique notæ originis divinæ in doctrina christiana elucentes, sunt argumenta divinæ missionis Christi, 274, 299. — Nullum alium Deum suos docuit Christus, præter eum qui Judæis legem dederat. Nullum titulum sibi arrogavit, qui Messiæ a prophetis non fuerit attributus, 361. — Christus miraculis et testibus fidem meruit, I, 1122-883. — Christus Moysen superavit miraculorum multitudine, III, 410. — Miraculorum præcellentia, 411.—Divina Christi legatio majori vi efficitur ex vaticiniis prophetarum et suis, quam Moysis et vaticiniis patriarcharum, aut iis quæ edidit ille legislator, 413. — Major est Christi quam Moysis auctoritas, 413. — Nam Christus abfuit magis a voluntate et facultate fallendi. 414

De satisfactione Christi, IX, 849-672. — Cum Deus sta tuerit peccatum sine condigna satisfactione non remittere, idcirco salvandis hominibus necessariæ fuerunt Christi satisfactiones, 851 et seq.-673. — De veritate satisfactionis Christi errores socinianorum; veritas catholica, 855, 856-676. — Christus vere et proprie pro nobis satisfecit. Probatur ex Scriptura, 857-876.-677-693. — Christus juxta Scripturas vas et sponsor hominum factus, debitum quod peccato contraxerant, passione et morte sua extinxit, 857 et seq., 677. — Solv. objectiones socinianorum, 859 et seq.-679. — Christus dato sanguinis sui pretio homines redemit et s rvavit, usque salutis media promeruit et acquisivit, 866-684. — Christus Dei et hominum eo sensu juxta Scripturas mediator est, quod seipsum offerendo et sanguinis sui effusione iram divinam placaverit, eosque Deo reconciliaverit, 868-686. — Christus sacerdos simul et victima se in hostiam piacularem pro nobis seu loco nostro, neci cruentæ objecit, 869 et seq.-687. — Duo probanda veniunt. Primum est, Christum eo sensu in Scripturis dici mortuum pro nobis, quod ad satisfaciendum Deo, loco nostro mortem appetierit, 870-687. — Posterius est, 1° Christum sponte pro nobis mortem sustinuisse; — 2° Sacerdotem et victimam moriendo egisse, 872-689, 690; — 3° Deo in hostiam piacularem sese obtulisse, 876-692 — 4° Rursum conficitur eum loco nostro esse mortuum, ut Deo satisfaceret, 876-693.—Christum pro nobis vere et proprie satisfecisse, probatur ex sanctis Patribus 877-693. — Probatur etiam rationibus theologicis, 879 et seq.-695. — Solv. objectiones socinianorum, 881-897-697. — Multiplici sensu Deus dicendus est gratis nos justificare et gratis condonare peccatum, 882.-698. — Magis elucent Dei attributa in Christi morte, quam in condonatione sine satisfactione, 885, 886-700. — Peccatoribus Deus sub omni respectu nunquam irascitur aut inimicus est, sed tantum ut peccatoribus, 887-701. — Satisfactio nostra necessaria est ut Christi satisfactio nobis applicetur, 890-898-704 et seq. — Innocentis in sontis locum substitutio justa est, si legitime et lubens innocens nocentis sponsor constitutus est, 891 et seq.-704. — Deus non solum bonus, sed etiam justus est, 895-707, 708. — Non omnes Christi mortis causæ nobis sunt notæ in hac vita. 896-708. — Toti Trinitati mors Christi satisfecit, 897-709

Calvinistæ eo sensu volunt Christi satisfactionem fuisse perfectam quod singulis hominibus jam necesse non sit illis operibus propter propria delicta Deo satisfacere, sed errant, 898-710. — Satisfactio Christi fuit ex se condigna et perfecta: nam conditiones ad perfectam satisfactionem requisitas habuit. 899.-710

*Prima conditio*: Fuit voluntaria, 899-710. — *Secunda conditio*: Satisfactio Christi non tantum fuit æquivalens, sed etiam superabundans; 1° fuit æquivalens: satisfactionis valor ex dignitate personæ sumitur, 902; 907.-712, 717. — 2° Fuit superabundans: una sanguinis Christi gutta pro redemptione nostra suffecisset, 902, 905-714, 715 — Solv. objectiones, 905-716 — Satisfactio Christi finita fuit tantum physice et quantum ad suam entitatem, sed moraliter infinita, seu infiniti valoris, 906 et seq.-716. — Valor satisfactionis Christi nec creatus est nec increatus, 912-721. — Satisfactio *ex propriis* et satisfactio *ex alias indebitis*. 913-721

*Tertia conditio*: Christi satisfactio quantum ad rigorem justitiæ requiritur, fuit *ex propriis* et ex *aliis indebitis*; etsi ipse valor personalis satisfactionum Christi potuit exigi a Deo, et hoc ipso quo exstitit, sub dominio totius SS. Trinitatis per se fuit constitutus et ad Deum saltem ut ad finem ultimum a Christo debuit referri, 915 et seq.-723.— Valor satisfactionis Christi a propria ejus persona provenit, et ipse in eumdem valorem aliquod speciale dominium habet, 916; 922-724, 729. — Divina Christi persona in se sumpta non est pars pretii quod pro nobis oblatum est, 918-726. — Valor satisfactionum Christi ortus est a Christo ut Deo, id est ut a persona divina terminante naturam humanam et per eam agente, 923-730

*Quarta conditio*: Satisfactio Christi, quantum satis est, fuit ad alterum, 920-727. Christus toti SS. Trinitati satisfecisse dicendus est, et quidem quantum satis est ad alterum, etiam qua parte sibi aut Deo satisfecit, 920 et seq.-728

*Quinta conditio*: Satisfactio Christi fuit ad strictos justitiæ apices, 925-730. — In his quæstionibus de satisfactione Christi, quædam fidei christianæ sunt, quædam ad dogmatis substantiam non attinent. 898-710

De merito Christi. Christus nullo modo meruit incarnationem, IX, 840-664.— Christus vere et proprie meruit De fide est, 926.-732. — Docet sanctus Thomas sanctificatum fuisse Christum per proprium actum. Actiones Christi fuerunt causæ unctionis non meritoriæ, sed quasi materiales et dispositivæ, I, 884.-698. — A primo conceptionis suæ instanti Christus mereri cœpit, IX, 927.-733. — Christus omnibus et solis actionibus humanitati propriis et liberis meruit, non meruit actibus necessariis amoris, 927-733.— Christus nunc orans pro nobis in cœlis *non meretur*, quia non est in statu viæ, 1000-799, 800. — Christus ea omnia sibi *de condigno meruit* dona, quæ ex unione hypostatica non necessario nexa erant, et quæ idcirco a primo ortu non est consecutus, ut gloriam corporis, nominis exaltationem, sacramentorum efficaciam, etc., 880-928-664-733. Christus non meruit consectaria Incarnationis, quæ sunt hujus mysterii necessariæ proprietates, ut Christi impeccantia, 841-665. — Christus per passionem suam meruit exaltari, VIII, 1438. — Per passionem suam acquisivit gloriam, I, 1266-999. — Christus revera sibi et nobis promeruit, VI, 991. — Sibi meruit gloriam corporis, 982. — Meruit etiam nomen et prærogativam Mediatoris. 982. — Nobis vita, passione et morte sua abunde promeruit, est justificationem, vitam æternam, et omnia cœlestis gratiæ dona, quæ ad salutem nostram ordinantur, 982 —Christus omnibus hominibus salutem æternam et media ad eam consequendam vere sufficientia promeruit, IX, 928.-733. — De fide est Christum esse causam moralem et meritoriam omnium gratiarum et donorum quæ in ordine ad finem Incarnationis consequendum hominibus largiuntur, vel etiam ante Christum natum concessæ sunt, 1001-792. — An sancta Christi humanitas etiamnum in cœlis physico et vere activo influxu gratias distribuat et conferat, quæstio est relicta scholarum disputationi. — Sententia affirmans probabilis videtur, 1002-792. — Triplici modo intelligi potest quod Christus pro hominibus mortuus sit. 1° Quidem sufficienter sufficientia pretii oblati, quia scilicet obtulit pretium omnibus hominibus redimendis per se sufficientissimum; 2° sufficienter sufficientia voluntatis, eo sensu quod mortem subierit ex sincera voluntate, ut omnes homines salvarentur, et ea intentione ut illis promereretur media vere ad salutem sufficientia. 3° Christus dici potest efficaciter mortuus pro hominibus, quando ipsis applicantur præcipui redemptionis fructus, regeneratio a peccatis, incorporatio Ecclesiæ in hac vita, et liberatio a pœnis in altera, VII, 539. — Christus nobis meruit bona honesta, etiamsi naturalis ordinis videantur, XVII, 1026. — Christus pro omnibus et singulis hominibus mortuus est, non pro solis prædestinatis, VI, 212 et seq. 984. — Ex morte Christi gratiæ sufficienter ad salutem omnium derivantur, 218; 231, 232. — Vid. Gratia. Mens et doctrina Jansenii circa mortem Christi pro omnibus, VII, 427 et seq. — In quo stat error Jansenii circa mortem Christi, 429, 430. — Circa mortem Christi pro salute omnium quædam observanda sunt, 433 et seq. — Multiplex in Christo voluntas sedulo distinguenda est, *si naturæ considerentur, duæ sunt in Christo voluntates, divina scilicet et humana. Tres autem si potentiæ considerentur, scilicet divina, rationalis creata, et sensitiva; si autem considerentur modi volendi, quatuor voluntates enumerari solent, divina, rationis, naturæ seu*

*pietatis, carnis seu sensualitatis*, 434 — Varia sunt theologorum placita circa mortem Christi. Prima sententia eorum est qui existimant Christum dici posse mortuum pro omnibus, ac omnium redemptorem, variis de causis. Non excludit omnem errorem, 436. — Secunda sententia asserit Christum dici posse mortuum pro omnibus, non solum propter sufficientiam pretii, sed etiam quia voluntate *sensualitatis* omnium salutem desideravit, sicut sibi ipsi vitam concupivit, 437. — Tertia sententia eorum est qui contendunt Christum voluisse omnium hominum salutem, non solum voluntate *sensualitatis*, sed etiam voluntate naturæ, 437. — Quarta sententia eorum est qui censent Christum omnium et singulorum salutem vere voluisse, non solum voluntate sensualitatis et naturæ, sed etiam voluntate rationis, ut ratio est, 437. — Quinta sententia eorum est qui distinguunt inter mortem et orationem Christi, 438. — Sexta sententia est Vasquesii, 439. — Septima docet Christum pro omnibus ac singulis mortuum esse, non solum sufficientia pretii, sed etiam vere et proprie sufficientia voluntatis, ita ut eo animo eaque intentione mortem suam Patri æterno obtulerit, ut omnibus ac singulis prodesset, ipsisque mererentur gratias quibus salutem relative ad suam actualem concupiscentiam consequi possent, 439. — De fide est Christum pro aliquorum aliorum quam prædestinatorum æterna salute mortuum fuisse, non solum sufficientia pretii oblati, sed etiam voluntate offerentis, ita ut ipsis mereretur gratias ad salutem vere ac relative sufficientes, 443. — Probatur, 1° ex Scripturis; 2° ex conciliis, 445. — Probatur, 3° ex summis pontificibus, Innoc. X, et Alex. VII, 447. — Probatur, 4° ex SS. patribus, 447. — Probatur, 5° ex clero gallicano, 449. — Prob., 6° ex momentis theologicis. Primum petitur ex certitudine fidei divinæ, 450. — Secundum momentum ducitur ex firmitate spei christianæ, quæ stare non potest si Christus pro salute electorum dumtaxat sanguinem suum effudit, 451. — Tertium momentum desumitur ex necessitate divinæ charitatis, quæ læditur si mors Christi pro salute electorum dumtaxat oblata sit, 458. — Quartum momentum eruitur ex miris dotibus et prærogativis quibus baptizati exornantur, 433. — Quintum momentum colligitur ex promissionibus quæ nomine Christi in baptismatis administratione a sacris Ecclesiæ ministris solemniter fiunt iis qui ad baptismum accedunt, 454. — Probatur, 7° ex mox dicendis, 455. — De fide est Christum pro fidelium salute sanguinem fudisse, adeo ut ipsorum culpa sit, si non salventur, 455. — Christus pro omnium ac singulorum hominum æterna salute mortuus est, non solum sufficientia pretii oblati, sed etiam sufficientia voluntatis offerentis; ac proinde eo animo eaque intentione sanguinis sui pretium Deo Patri obtulit ut gratias mereretur quibus omnes possent vere ac relative æternam salutem consequi, 471. — Probatur, 1° ex Scripturis, 471. — 2° ex conciliis; 3° ex SS. Patribus maxime Latinis; Græcos enim liberaliter nobis dimittit Jansenius, 473 et seq. — Probatur, 4° ex constanti omnium scholarum consensu, 478 et seq. — Probatur, 5° ex momentis theologicis. Primum momentum petitur ex necessitate fidei quam in symbolo profitemur, 483. — Secundum momentum desumitur ex certitudine spei christianæ, 484. — Tertium momentum petitur ex necessitate charitatis quæ omnium virtutum est princeps; quippe tenemur amare Christum tanquam salutis nostræ causa crucifixum, 483. — Christus ex voluntate absoluta, consequente et efficaci mortuus est pro æterna salute suorum electorum prædestinatorum, impertiendo illis auxilia non tantum sufficientia, quibus æternam salutem consequi possint, sed et efficacia cum quibus æternam salutem certo et infallibiliter consequantur, 486. — Solvuntur objectiones, 532-544. — Sanguis meus qui pro *multis* effundetur, *multis* ubi ponitur pro omnibus, 532. — Christus etiam pro impiis mortuus est, I, 1266-999. — Christus saltem aliquem gratiæ gradum Angelis bonis meruit, IX, 928-734. — Christus est angelorum caput, sed non constat an eorum sit proprie salvator, I, 324-233. — Pro dæmonibus olim non affixus est cruci. De fide est, IX, 928-734. — Pro dæmonibus aliquando cruci non est affigendus. De fide est, 929-734. — Christus non est mortuus pro hominibus damnatis ut damnatis, adversus Origenistas. De fide est, 929-733. Christus non passus est pro astris, adversus Origenem. 931-736

De perfectione Christi hominis ratione intellectus, seu de scientia Christo concessa, IX, 932-737. — Controversia est de scientia excludente præsertim ignorantiam positivam, 933-737. — Circa quæstionem errarunt gnostici, Valentiniani, Nestorius, quidam Eutychiani, Lutherus, Calvinus, 933, 934-738. — In Christo fuit a primo ortu perfecta omnium scientia, adeo ut ei nec error, nec incertitudo aut dubitatio, nec ulla vera et positiva ignorantia, nec profectus sapientiæ et scientiæ attribui possit. Adversus Theodorum Mopsuestenum, 934 et seq.-739. — Solvuntur objectiones, 939 et seq.-742. — Christus ultimi judicii diem ignoravit ut Dei legatus et internuntius, non ut homo Deus, ut judex vivorum et mortuorum, 939-742. — Triplici sensu Christus dici potest *profecisse sapientia, et ætate, et gratia*, 940-743. — A seipsa natura humana ignorans est, et in Christo ignorare dici potuit, 943-746. — De objecto scientiæ Christi, 946-748. — Anima Christi a primo ortu suo Deum vidit intuitive, et quidem clarius quacumque alia creatura; sed non comprehensive, 948 et seq.-749. — Damnata fuit in concilio Basiliensi V hæc propositio : *Anima Christi videt Deum tam clare et intente quam Deus videt seipsum*, 950-751. — Anima Christi finita est, 950-751. — De fide non est Christum tempore suæ vitæ mortalis visione Dei intuitiva secundum animam esse potitum, 950-751. — Animæ Christi concessa est ab ortu cognitio omnium præsentium, præteritorum et per totam æternitatem futurorum, 950-751, 752. — Non vero omnium possibilium, 951-752. — De speciebus scientiæ Christi. Triplex est in Christo scientia, beata, quæ est visio Dei beatifica; infusa quam a Deo infusione accepit; acquisita, seu experimentalis, qua Christus novo modo cognoscit multa quæ jam per scientiam infusam cognoscebat. 952-752

Quæstio de visione animæ Christi, I, 867-684. — Argumenta eorum qui negant animam Christi statim ab initio creationis suæ Deum clare vidisse, 867-684. — Eadem argumenta confutantur, 880 et seq.-695. — Omnes theologi definiunt : Christum ab instanti conceptionis Dei essentiam vidisse. Quæ conclusio, licet sola theologorum auctoritate probaretur, satis firma habenda esset, 869-686. — 1° Enim anima Christi erat undecumque perfecta, omnibus omnino numeris absoluta; proinde ab utero Deum facie ad faciem videbat, 869-686. — 2° Major erat unio animæ Christi cum verbo, quam unio beatorum; plenius ergo et perfectius cognoscebat Deum, 870-686 — 3° In Christo erat plenitudo scientiæ et veritatis; ergo non fides, sed visio, 873-689. — 4° A principio Christi voluntas perfecte Deum amabat ex gratia perfecta, et perfecte cognoscebat ex perfecta veritate, 874-690. — 5° Ex sanctis Patribus probatur Verbum carnem factum ab initio perfectum fuisse, et ideo ab initio beata Dei visione donatum. 879-693

De perfectione humanitatis Christi quantum ad voluntatem consideratæ. 1° De gratiis Christo homini concessis, IX, 952-753. — Christus habuit gratiam habitualem et actualem, sine imperfectionibus quas in nobis gratia habitualis supponit, 953-753. — Omnibus gratiis gratis datis potitus est Christus ut homo, 953-754. — Gratia in Christo ut homini non fuit infinita. 953-754. — Christus ut homo fuit saltem causa moralis miraculorum quæ patravit, 954-754. — Christus ut homo dicendus causa physica miraculi in eorum systema qui causas physicas volunt esse dumtaxat causas occasionales a Deo institutas, 954-754. — Christus in miracula magis influxit quam causæ occasionales in effectus suos influerent, 954-754. — An in systemate eorum qui vim aliquam propriam physicam, a Deo dependentem, causis physicis secundis assignant, Christus ut homo dicendus sit causa physica miraculorum; quæstio certo solvi non potest, 954-755. — Sed pars affirmans probabilior est. 955-755

2° In Christo fuere dona Spiritus sancti iis non mixta imperfectionibus quibuscum in nobis deprehenduntur. 955-755

3° Fuere in Christo omnes virtutes tum infusæ, tum acquisitæ, theologicæ et morales, cum ejus perfectione non pugnantes. 955-756

4° Quæ et quanta fuerit Christi sanctitas, 956-756. — Christus nec peccavit, nec peccare potuit, 956 et seq.-756. — In Christo nullus fuit defectus moralis, 958-758. — Expers fuit peccati et omnium quæ divinæ personæ, infinitæ dignitati et sanctitati non congruunt, VI, 143. — Anima Christi ex hypostatica sui cum verbo unione id habuit ut peccare non posset, IX, 959-758. — In Christo ad peccandum libertas aut potentia non fuit, 959; 962-759, 760. — Non fuit in Christo peccati fomes, 960-759. — In Christo nulla fuit tentatio intrinseca, 960-759. — Christus ea semper egit quæ perfectissima et Patri magis placita erant. 962-760

5° De libertate Christi, 962-761. — Variæ sententiæ exponuntur, 963 et seq.-761. — Vera et communis theologorum doctrina est Christum circa multa fuisse vere liberum seu immunem a quacumque vera necessitate; ita tamen ut nulla peccandi potentia, nulla contrarietatis libertas ipsi possit tribui, 964-762 — Christus in multis ac præsertim in subeunda morte fuit liber, seu immunis non tantum a coactione, sed etiam a simplici necessitate, 965-763. — Christus liber non fuit circa substantiam præcepti naturalis, nec circa substantiam præcepti divini a quo dispensationem postulare non potuisset, 967-765. — Liber

fuit circa hujusmodi præceptorum circumstantias, 967-765. — Liber fuit circa substantiam actuum positivorum quibus ea præcepta implevit, 968-765. — Libertas Christi circa actus quibus legis naturalis præcepta implevit, cum ejus impeccantia conciliatur, 969-766. — Hæc libertas Christo satis fuit ad merendum. 969-766

Christus a Patre verum moriendi præceptum accepit, 970-767. — Illud præceptum non eo sensu conditionatum fuit, quod ejus vis a libera Christi acceptione penderet, 970-767. — Circa substantiam hujus præcepti Christus fuit liber, seu facultas non subeundæ mortis Christo facta fuit, 970-767. — Hujus præcepti implendi dispensationem a Deo petere Christo licitum erat. 971-768

De perfectionibus et defectibus a Christo assumptis ratione facultatis sentientis et appetitus sensitivi, 973-769. — Variæ opiniones; varii errores, 973, 974-770. — Christus dolori et communibus naturæ humanæ infirmitatibus obnoxius fuit. Est de fide, 974-771. — Christus ex naturali carnis suæ conditione, non ex voluntate tantum, dolores expertus est. Seu, necesse fuit ut Christus dolore affici consentiret; sed posito hoc consensu, naturaliter passus est et sine miraculo, 975-771. — Dolores et infirmitates quibus Christus subjacuit, nec ex peccato oriebantur, nec, ipso invito, in eo excitabantur, aut perseverabant; nec demum eum conturbabant aut cæco impetu commovebant, 975-771. — In Christo fuere passiones ordinatæ, demptis imperfectionibus quæ eas in nobis comitantur, et excepta desperatione, 976 et seq.-772. — Solv. objectiones, 978-773. — In anima Christi, ut in cæteris animabus humanis, duplex distinguenda est pars, seu respectus, inferior et superior, 978-774. — Secundum partem superiorem anima Christi potuit esse beata, quin idcirco beata esset secundum partem inferiorem, 978-774. — Imo eadem Christi anima secundum partem superiorem beata potuit simul sensationes ingratas experiri et voluntarie turbari ac tristis esse, 979-774 — Solvitur objectio ex sancto Hilario, 980 et seq -775. — De tristitia Christi, I, 885 et seq 699. — De perfectionibus et defectibus a Christo assumptis ratione corporis, IX, 985-779. — Christi corpus fuit passibile et mortale, uno verbo communes naturæ humanæ defectus habuit, si excipias corruptionem, seu putredinem tridno mortis. Non autem ipsi fuere defectus speciales, ut morbi, 986-780. — Christi corpus ex Maria Virgine carnem, operante Spiritu sancto, assumpsit, illæsa illius Virginitate, sive ante partum, sive in partu, sive post partum. Propositio est de fide, 987 et seq.-780. — Solv. objectiones. 990-783

An Christus eleganti et venusta specie fuerit necne certo definiri non potest, 992-784. — Probabilius est eum communi et mediocri forma donatum fuisse, quæ nec oculos alliceret, nec offenderet. 993, 784-785

De variis Christi titulis et officiis, IX, 993-785. — Christus fuit vere et proprie sacerdos, 994-786. — Christus ut homo, non vero ut Deus fuit sacerdos, 995-786 — Simul fuit sacerdos et victima, 995-787. — Christus eatenus fuit sacerdos, quatenus divina voluntate ad sacrificium pro hominibus offerendum deputatus est, 996-787. — Sacrificium Christi fuit latreuticum, eucharisticum, et impetratorium respectu tum Christi, tum hominum; fuit etiam propitiatorium, sed respectu hominum duntaxat, 996-788. — Christus non fuit sacerdos secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech, 997-788 — Christi sacerdotium æternum est, 998-789. — Sacerdotio suo etiamnum ad Patris dexteram Christus fungitur, semetipsum Patri perenniter pro nobis immolans VI, 263

De regni Christi constitutione, et officiis mediatoris, III, 263 et seq. — Christus Dei et hominum perfectus mediator est, IX, 999 790. — Dogma fidei est, VI, 981 et seq. — Christus est hominum mediator quatenus homo Deus, ita tamen ut omnia mediatoris munia quatenus homo impleverit, IX, 999-790. — Oratio Christi quæ fuit secundum voluntatem *rationis* semper fuit exaudita, non autem quæ fuit secundum voluntatem *naturæ* aut sensualitatis, VII, 135. — In Christo duplex oratio, una efficax et absoluta, altera inefficax et conditionata, 334. — Christus aliquando pro solis electis oravit; oravit tamen etiam pro omnibus, 536. — Christus etiamnum pro nobis erat in cœlis, IX, 1000-790. — Christus etiam nunc in cœlo exercet mediatoris munus proprie, vere pro nobis orando ac intercedendo. XVII, 978

Christus est caput Ecclesiæ seu fidelium cœtus, 1000-791. — Nam Ecclesiæ conjunctus est, fideles dignitate et potentia infinite superat; bona necessaria et vitam fidelibus communicat, 1001-791 — Christus Dominus noster est, VI, 143 et seq. — Christo Domino fideliter serviamus, 144, 147. — Christus est legislator noster, et novi fœderis institutor, 991. — Ecclesiæ a se fundatæ contulit potestatem legislativam, 992, 993. — Petrum suum in terris vicarium, et caput totius Ecclesiæ constituit, eique jurisdictionis primatum contulit. 994

De cultu qui Christo debetur, IX, 1135-898. — Christus ut homo, seu humanitas Christi ut conjuncta verbo, una et eadem adoratione cum ejus divinitate est colenda, 1137 et seq.-900. — Adoratur natura humana ut Verbo unita, 1139-901. — Eam a Verbo separatam considerare, dum Christum colimus, nefas est, 1140-901, 902. — Sanctissima Christi humanitas Verbo hypostatice unita, non est in se directe et in recto adoranda et cultu latriæ prosequenda, 1141 et seq.-902. — Adoranda quidem est supremo cultu latriæ *in se*, sed non *propter se*, id est, ea est objectum, sed non motivum supremi illius cultus, 1142, 1163, 1170-903, 921, 925. — Hæc fide certa sunt, Scripturisque et traditione perspicue continentur, 1142-903. — Humanitas Christi Verbo hypostatice unita, ita colitur debita et divina adoratione, ut adoratio Verbo afferatur, cujus est hæc sanctissima humanitas. 1145-904

De adoranda humanitate Christi, synodi Pistoriensis propositio 61 damnata, 1153 et seq -913. — Exponitur Ecclesiæ catholicæ sensus, de adoranda humanitate Christi, ex Patrum doctorumque sententiis depromptus, 1155 et seq.-913. — Reprehensiones fellerianæ diluuntur, 1165-920. — Precatio pio Ecclesiarum usu consecrata, *sacrosanctæ et individuæ Trinitatis, crucifixi D N. J. C humanitati*, vindicatur, 1166 et seq.-922 — Resumitur quæstio sub triplici forma. Ambæ naturæ in Christo sunt adorandæ, divina in se et propter se, humana non propter se, sed propter unitam carni divinitatem, 1170-925. — Per adorationem utriusque naturæ in Christo totus idem Christus Deus et homo in suis ambabus naturis una eademque adoratione adoratur, 1170-925. — Si humanitas comprehenditur in adoratione latriæ quæ debetur Christo Deo et homini, verum est dicere, humanitatem in Christo adorandam esse, 1172-926. — Uno eodemque latriæ cultu Christus homo, seu Christi humanitas cum divinitate hypostatice unita adorari debet. VI, 979

De devotione erga cor Jesu sacratissimum. Hæc devotio non est antiquissima in Ecclesia: ortum habuit versus finem decimi septimi sæculi, VIII, 1477. — Objectum hujus devotionis est ipsum cor Christi, quod duplici modo considerari potest, materialiter et metaphorice, 1478 — Cor materiale, non mortuum, a corpore Christi præcisum et a persona Verbi divini separatum, sed ut pars humanitatis Christi a divinitate inseparabilis, et proinde cum illa semper adorabilis, est objectum hujus devotionis, 1478 — Ejusdem devotionis simul objectum est cor Christi metaphorice sumptum pro immensa charitate qua dilexit nos, 1479, 1486. — Finis devotionis erga sacratissimum cor Jesu est, 1° corda nostra divinis flammis accendere; 2° nos gratitudinis sensibus erga Christum perfundere et ad colendum sacratissimum cor ejus impellere; 3° debitas satisfactiones pro injuriis illi, præsertim in Eucharistiæ sacramento, illatis, a cunctis animabus devotis offerri promovere, 1480, 1485 — Devotio erga sacratissimum cor Jesu pia est ac legitima, 1481. — Pura et sancta est tum in objecto, tum in fine, tum in actibus quos præscribit, tum in effectibus quos producit, 1482. — Cultus sacratissimi cordis Jesu, prout ab apostolica sede probatus est atque in Ecclesia catholica frequentari consuevit, pius est et omni superstitionis labe immunis, 1484 et seq. — Solvuntur objectiones, 1489, 1498 — Sancta sedes approbavit cultum veri et physici cordis Jesu seu *proprie sumpti*, 1489. — Adoratur cor Jesu tum *ratione sui* tanquam objectum materiale, tum *ratione symboli* tanquam objectum formale, seu motivum, 1490. Eadem ratione colitur cor Jesu qua speciali cultu donantur sacra vulnera, 1494. — Una eademque indivisibili adoratione adoratur verbi persona incarnata in corde suo, quin vel cætera membra corporis Christi excludantur, 1494. — Pro pedibus, manibus, etc., illud non militat peculiare motivum mysticæ significationis aut charitatis symboli quod militat pro corde, 1494 — Non dicimus absolute cor esse affectionum sedem, sed quod tanquam affectionum sedes exhibeatur a Christo, 1495 et seq.

*Propositio* LXIII. Damnata de cultu sacri cordis Jesu, IX, 1171-925. — Reprehensio Felleri ex eo ducta, quod verbum nullum determinate et formaliter corporis partem assumpserit, diluitur, 1173-927. — Unio Verbi fuit cum singulis corporis partibus, 1174-928. — De mystica significatione quæ in speciali cultu cordis Jesu, aliisque similibus institutionibus recolenda proponitur, 1176-929. — Fellerus refellitur argumento ducto ex reverentia quam fatetur materiali quoque cordi Christi deberi, 1178-931. — De indivisa hypostatica unione Verbi cum corpore ab anima seperato in triduo mortis. 1180 et seq -933

Fides in Christum ad salutem semper fuit necessaria. Sicut nos credimus in Christum qui venit, sic credebant antiqui in Christum venturum. Tempora variata sunt, ait

S. Aug non fides, IV, 44, 45 — Si qui salvati fuerunt quibus revelatio expressa de Christo non fuit facta, non fuerunt salvati sine fide Mediatoris, saltem implicita, 45, 55, 56; VI, 111 et seq. — Dogma de Christi divinitate inter præcipuos ac saluti necessarios fidei articulos est recensendum. Probatur 1° ex natura veræ religionis et primario decalogi præcepto, VIII, 473, 475. — Probatur 2° ex natura Christianæ religionis et baptismi conditione, 477 et seq. — Probatur 3° speciatim ex necessitate fidei in Christum, non modo ut in Dei legatum, sed etiam ut in Deum. Contra Cerinthum et Ebionem, 481 et seq. — Probatur 4° Patrum auctoritate, qui rectam de Christi divinitate fidem saluti prorsus necessariam esse definiunt, 488. — Probatur 5° Perpetuo Ecclesiæ usu quæ e gremio suo semper expulit eos omnes qui catholicam de SS. Trinitate fidem violare, vel unius e tribus personis divinitatem impugnare attentarunt, 490. — Probatur 6° ratione, 491. — Solv. objectiones, 491 et seq. — Vid. Jesus et Incarnatio.

Christi picturæ, XXVII, 299 et seq. Vid. Imago.

Chronologia veterum populorum antiquiorem S. Scripturæ chronologiam confirmat, II, 1104. — Systema chronologicum, XV, 9, 10, 11. — Ab rerum principio ad diluvium universale fluxerunt anni 1656. Usque ad annum quo Deus evocavit Abrahamum, 2083. Usque ad protectionem Israelitarum ex Ægypto, sive ad legem mosaicam, 2513. Usque ad templi hierosolymitani dedicationem a Salomone celebratam, 3000.—Usque ad solutam Babylonicam captivitatem, 3468. — Usque ad communem Christi natalem 4000, 9. — Patriarchæ ante diluvium una viventes, 18. — Patriarchæ post diluvium una viventes, 21. — Tabula traditionis hæreditariæ et domesticæ ab Adamo usque ad Moisem, 31. — Chronologia Mosaïca ab hominis creatione initium capit, VII, 1358. — Frustra increduli ex historicis documentis affirmant humanum genus antiquius esse epocha quam Moises constituit, 1359. — Cum Mosaïca historia mirum in modum profana historia consonat, 1361. — Consonant ipsæ observationes geologiæ, 1362. — difficultates, 1363 et seq.

Ciborium dicitur vas in quo servatur corpus Christi, XXIII, 837. — Vid. Pixis.

Cibus. De ciborum discrimine apud Judæos, Variæ sunt hujus legis rationes, XV, 216 et seq. — Discriminis ciborum a Deo instituti rationes typicæ, symbolicæ, allegoricæ, 219 et seq. — Ciborum discrimen apud Ægyptios aliasque gentes ethnicas invexit superstitio, 225 et seq.

Cingulum est tertia sacra vestis; balteum etiam et zona appellatum est. Non circa pectoris mamnas, sed circa renes circumduci debet. Vetus est cinguli usus, XVIII, 905. —Cingulum ita ruptum, ut neutra pars sufficiat, amittit benedictionem. 838

Circumcisio primum veteris legis sacramentum a Deo instituta est, XV, 175. — Dupliciter considerari potest 1° ut erat signum carni impressum, quo Judæi a gentibus distinguebantur; 2° ut erat sacramentum fidei et regenerationis, seu ut erat professio fidei in Christum venturum, XXI, 14. — Primo modo considerata nihil conferebat; secundo modo conferebat gratiam, 14. — Litteralis circumcisionis ratio triplex fuit juxta S. Thomam. Primo instituta fuit ad protestationem fidei unius Dei, XV, 175. — Secunda ratio circumcisionis esse potuit debilitatio concupiscentiæ, 175. — Tertia ratio ut esset sugillatio sacrorum Veneris et Priapi, in quibus illa corporis pars honorabatur. 176

Ratio typica circumcisionis erat figura baptismi, 176 — Circumcisio instituta fuit 1° ut esset figura baptismi et circumcisionis spiritualis; 2° ut esset signum commemorativum fidei Abrahæ et fœderis Dei cum illo, et simul protestatio fidei in Christum ex semine Abrahæ nasciturum; 3° ut per illam populus Dei consignaretur, et ejus cultui deputaretur; 4° ut esset signum visibile distinctivum Judæorum a cæteris nationibus et quasi frenum eos cohibens a commixtione cum illis, XXI, 9, 10. — Rationes circumcisionis qua litterales, qua typicas explicat Photius, XV, 176. — Circumcisio erat signum distinctivum; signum memorativum, signum figurativum, signum initiativum, II, 821. — Origenes vult circumcisionem institutam etiam fuisse ad propulsandas dæmonis injurias, XV, 177. — Lex generalis lata, quod qui non circumcidebatur deleri debebat de populo Dei, XXI, 10, 15. — Nemo unquam ob circumcisionem omissam fuit capite damnatus, 11. — Hæc verba *delebitur anima illa de populo suo* intelligenda sunt vel de morte æterna, vel de separatione ab Ecclesia visibili. 12

Lex circumcisionis fœminas non obligabat, nec masculos ante octavam diem. Ratio utriusque, 17. — Professio fidei fœminis in remedium erat, 19

Ritus cultri lapidei non erat de necessitate sacramenti, 9. — Dies octavus erat de necessitate præcepti, non autem de necessitate sacramenti; poterat enim differri, 9

An circumcisio instituta fuerit in remedium peccati originalis; Affirmant alii, alii negant, 10. — Sententia affirmans est S. Augustini. Probatur: 1° Ex Scriptura, 10. — 2° Ex iis qui S. Aug. præcesserunt, 12. — 3° Ex Patribus S. Aug. posterioribus, 13. — 4° Rationibus theologicis Solv. objectiones, 15. — S. Augustini auctoritas est præferenda auctoritati Patrum qui stant pro opposita sententia, 16. — Opinio negans sic exponitur: Certum non est circumcisionem institutam fuisse in remissionem peccati originalis, 17 et seq. — Admissa S. Augustini sententia, circumcisio gratiam parvulis conferebat ex opere operato, non active, sed passive et moraliter, 14, 22 — Circumcisio fuit aliquo modo instituta in remedium originalis peccati, XIII, 654-801. — Circumcisio non fuit sacramentum antiquæ legis, sed legis naturæ, XXI, 24. — A die Pentecostes cessavit sacramentum circumcisionis quoad fructum gratiæ qui in eo dabatur. XIII, 801-653

- De circumcisione. Quatuor proponuntur examinanda, XXVI, 145. — Deus fuit circumcisionis auctor, 145. — Circumcisionem Deus præcepit Abrahamo. Lex deinde promulgata per Moysem, 146. — Circumcisio non ab Ægyptiis ad Hebræos sed ab his ad Ægyptios profecta est, 147. — Circumcisio data in signum quo Hebræi a cæteris gentibus discernerentur, 148. — Quinam effectus fuerint circumcisionis, 149. — Variæ de effectibus circumcisionis theologorum sententiæ, 151. — Circumcisionem et remedium fuisse peccati originalis, et gratiam contulisse putat Juveninus. Cui sententiæ favere videtur S. Augustinus, 151. — Eam alii impugnant, 152. — Aliæ aliorum sententiæ. S. Thomæ sententia statuitur. Circumcisio fuit sacramentum veteris legis quæ gratiam conferebat ex opere operantis. 153

De Christi circumcisione Christum fuisse circumcisum fides est Ecclesiæ, VIII, 1368. — Quamvis Christus non esset lege circumcisionis summo jure adstrictus, convenienter tamen se illi legi subjecit, 1369. — Christus non fuit circumcisus in templo aut synagoga, sed in spelunca Bethlehem, vel in vicina domo ad quam forte SS. parentes cum divina prole commigrarunt post peractam descriptionem et evacuata diversoria, 1369. — Christus non fuit circumcisus a summo pontifice, neque ab alio sacerdote, sed ab alterutro parente, quia ministerium circumcisionis non erat sacerdotale, nec leviticum, sed laicum, quod a parentibus exerceri solebat, 1370. — A quo parente fuerit circumcisus? Juxta quosdam a Maria; verius videtur circumcisum fuisse a S. Joseph, 1370 — Corrigendi sunt pictores qui nobis exhibent summum pontificem circumcidentem in templo puerum Jesum, 1371. — Secundum communem theologorum opinionem, Christus reliquit in terra suum præputium ad venerationem fidelium. Integrum tamen fuit corpus Christi resurgentis; nam præputium quod est pars vix latitudinem ungulæ humanæ æquans, non pertinet moraliter loquendo ad integritatem corporis Christi, maxime si consideretur ut filius Abrahæ, cui ex lege præputium deesse debebat. — Divinitas non mansit hypostatice unita præputio, quia non debebat resumi in resurrectione, 1371. Non potest certo definiri ubinam exstet sacrum præputium, propter pugnantes ea de re narrationes, 1371. Nomen Jesu fuit convenienter Christo impositum, 1471. Vid. Jesus.

De Christi circumcisione disseritur, XXVI, 154. — Ubi et a quo Christus, quove instrumento fuerit circumcisus, 155. — Pictores Christi circumcisionem non recte repræsentant in templo. Lex circumcisionis etiam tum, cum natus est Jesus, vigebat. Præcepta legalia quando vi sua caruerint, 156. — Christus circumcisionis lege non fuit adstrictus Quibus rationibus circumcidi voluerit, 157. — Circumcisio D. N. J. C., et octava Nativitatis ejusdem die prima januarii celebrantur. XV, 549; XXVII, 186 — Varia ejus festivitatis nomina, XXVI, 158. — Festi hujus antiquitas, 159. — Jejunium olim in die circumcisionis celebrabatur, sed non nisi ad tres post meridiem horas producebatur, 160. — Ante finem quarti sæculi videtur hoc festum celebrari consuevisse. 161. — Olim duæ in hac die missæ celebrabantur, altera de B. Virgine, altera de Christi circumcisione. Unde mos exuterit celebrandi missam de B. Maria. 161

Canon concilii Turonensis 17 illustratur. De superstitionibus quas gentes kal. januarii celebrabant, 159. XXVII, 186, 187. — Eodem die, quo celebratur circumcisio Christi, olim Gentes Jani et Strenæ festum agitasse probatur ex martyrio S. Almachii, qui male confunditur cum S. Telemacho. XXVI, 160

Circumincessio est substantialis unio rerum sibi invicem in existentium. Duplex est perfecta et imperfecta. VIII, 602

Circumspectio, pars integrans prudentiæ, est attenta

consideratio circumstantiarum quæ in humanis actionibus occurrunt, et faciunt ad honestatem vel turpitudinem actus. XI, 397 ; 1206

Circumstantia est accidens actus humani, ipsum in esse morali jam constitutum moraliter afficiens, XI, 541. — Circumstantiæ sunt quædam accidentales conditiones, sine quibus actus humanus, de quo agitur potest esse vel concipi secundum suam essentiam, XXII, 1352. — Circumstantia est secundario tantum volita, XI, 543. — Circumstantiæ actionum humanarum septem communiter numerantur hoc versu comprehensæ: *Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando*, 542. — Ratio hujus numerationis, 542. — Singula verba numerationis explicantur, 542, 543. XXII, 1352. — Ex circumstantiis aliæ mutant speciem peccati, aliæ vero intra eamdem speciem aggravant vel minuunt peccatum, 1353. — Circumstantiæ peccatorum speciem mutantes sunt illæ quæ actui afferunt vel auferunt peculiarem malitiæ speciem, 1353. XI, 544. — Aliæ superaddunt speciem bonitatis vel malitiæ alteri primæ et essentiali; aliæ conferunt primam et essentialem speciem bonitatis vel malitiæ, 545. — Circumstantia aggravans vel minuens peccatum ea est quæ præsuppositam bonitatem vel malitiam auget tantum et modificat in eamdem speciem, 545. XXII, 1353. — Aliæ notabiliter, aliæ leviter aggravant, 1353. XI, 545. — Circumstantia *quis* seu conditiones accidentales personæ operantis mutant speciem peccati in triplici casu, XXII, 1354.—Circumstantia personæ aliquando etiam notabiliter peccatum aggravat, præsertim quando persona peccans est specialiter Deo consecrata, 1354. — Circumstantia qualitatis objecti sæpius speciem mutat, v. g., si res vel persona sit sacra, 1354. — Circumstantia quantitatis magnæ vel parvæ objecti nunquam mutat speciem, 1355. — Circumstantia nocumenti sive proprii, sive alieni, sæpe addit malitiæ speciem, 1355. — Circumstantia loci raro intra eamdem speciem peccatum notabiliter aggravat, nisi forte in materia injustitiæ, 1355. — Hæc circumstantia loci sæpe novam affert speciem malitiæ scilicet vel injustitiæ, vel sacrilegii, vel scandali. 1356

De circumstantia auxilii. Media seu instrumenta, sive sint specialiter prohibita, sive habeant specialem repugnantiam cum aliqua virtute, afferunt peccato novam malitiæ speciem, 1356. — Qui aliorum auxilio utitur ad peccandum, superaddit peccato suo malitiam scandali, 1356

De circumstantia cur seu finis, solus actus potest esse mortaliter malus, non vero actio quæ propter illum fit, 1356. — Finis ex se potest non esse mortaliter malus, sed actio quæ propter illum fit mortaliter mala, 1356. — Denique contingere potest ut tam actio quam finis propter quem fit habeant mortalem malitiam vel ejusdem vel diversæ speciei. 1356

Circumstantia *quomodo*, seu modi, sæpius intra eamdem speciem peccatum aggravat, vel minuit, 1357. — Circumstantia modi potest interdum addere specialem malitiam actui, ac proinde mutare speciem. 1357

Circumstantia *quando* seu temporis nunquam mutat speciem, nisi tempus ad actionem præscriptum sit, vel prohibitum præceptis formaliter diversis, 1357. — Probabilior videtur sententia quæ docet peccatum generaliter loquendo novam non habere malitiæ speciem ex circumstantia diei dominicæ vel festivæ, 1357. — Circumstantia temporis, si sumatur pro temporis mora qua actio durat, non mutat speciem, sed solum aggravat peccatum, 1358. — Ex concil. Trid. circumstantiæ mutantes speciem certo sunt accusandæ in confessione, XI, 546; XXII, 1358. — Communior et tutior sententia tenet circumstantias notabiliter aggravantes etiam esse accusandas, 1358. — Casus exponuntur, 1358 ; XXV, 415 et seq.

Clamor, iræ filia, est inordinata et confusa locutio, qua quis in alterum debacchatur, XI, 1131. — Lethale peccatum est, si appetitum deliberatum mortis, aut gravis alicujus damni proximo inferendi exprimat; alias veniale duntaxat peccatum est. 1132

Clandestinitas est impedimentum matrimonia irritans a tempore conc. Trid., XXV, 417 ; 637. — Variæ quæstiones circa decretum conc. Trid. ad hoc relativum resolvuntur 1° quis censendus sit parochus proprius, 639 — 2° Qualis præsentia parochi requiratur et sufficiat, 642. — 3° Quid si parochi proprii præsentia haberi non possit, 643. — 4° Quid si parochus sit intrusus, 643. — 5° De ministro catholico, 645. — 6° De formalitatibus coram magistratu laico, juxta leges civiles, præstandis, 646. — De matrimoniis conscientiæ; item ad *morganaticam*, 647. — De l'empêchement de la clandestinité. Par qui, pourquoi et en quel temps il a été établi, XX, 1129-1133. — Vid. Impedimentum.

Claritatis dos est perfectio corporis gloriosi, qua illud redditur luminosum et pellucidum. VII, 1589; VI, 352

Clausula generalis posita post casus requirentes speciale mandatum continet alios similes, non autem longe majores expressis, XXV, 417. — Clausula posita ad executionem contractus non mutat nec auget ejus naturam, 418. — Clausula dispensationis, 418 et seq.

Clausura dicitur a claustro, idem est ac monasterium apud canonistas, XVI, 1299. — Clausura est locus in quo clauduntur religiosi et moniales ad quietius Deo vacandum, 1299. — Sumitur pro obligatione non egrediendi e monasterio, et non ingrediendi monasterium sine licentia, 1299. — Clausura est inducta pro melius servandis votis, præsertim continentiæ. 1298

Potest spectari vel quoad egressum religiosorum et monialium e monasterio, vel quoad ingressum mulierum in monasterium virorum, et virorum in monasterium monialium, 1298. — Clausuræ terminos designare communiter pertinet, ad prælatos religiosorum, salvis tamen legibus canonicis clausuræ, 1306, 1307. — Sepes possunt esse termini et limites clausuræ, respective ad egressum religiosorum e clausura. Respective vero ad ingressum mulierum in monasteria religiosorum, et virorum ac mulierum in monasteria monialium, videtur non sufficere sepes, sed requiri muros ad clausuram, 1307. — Hortus contiguus qui continetur intra ambitum muri continui, et deservit deambulationi religiosorum, non est intra clausuram respectu mulierum ingredientium, si ad illum ingrediantur non transeundo per monasterium, 1303. — Non idem dicendum est de horto monialium, 1303.—Non licet fœminis ingredi domos religiosorum, 1223 et seq. — Ingressus in monasteria monialium, omnibus tum viris tum fœminis sub excommunicatione ipso facto contracta prohibitus est, sine licentia episcopi vel superioris. 1228

De clausura religiosorum quoad egressum, 1299. — Non est eadem ratio clausuræ respectu egressus religiosorum e monasterio, et respectu ingressus mulierum in monasterium, 1299. — Est etiam alia ratio clausuræ religiosorum et clausuræ monialium, 1299. — Exitus e monasterio sine licentia superioris non videtur prohibitus religiosis jure communi, 1300. — Est prohibitus ex usu et consuetudine, 1300. — Supposita institutione et professione vitæ cœnobiticæ, ejus modi egressus sine licentia, non solum usu et consuetudine, sed etiam jure naturalis videtur prohibitus, 1300. — Egressus sine licentia etiam abstrahendo a pravis circumstantiis, est secundum se peccatum mortale. Fit veniale ex levitate materiæ, 1300. — Nullum erit peccatum si sit gravis et manifesta necessitas exeundi, quæ moram non patitur, 1300, 1301. — Egressio furtiva et nocturna est semper peccatum mortale, juxta multos; et ex Clemente VIII est casus reservabilis. 1301

De clausura religiosorum quoad ingressum, 1301. — Prohibitum est mulieribus quibuscumque usum rationis adeptis, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Papæ reservatæ, ne accedant aut præsumant ingredi monasteria religiosorum, nisi in certis casibus; ipsis vero religiosis, ne illas introducere admittereve præsumant, sub pœna privationis officiorum quæ in præsentia obtinent, et inhabilitatis in posterum ad illa et alia omnia, et suspensionis a divinis ipso facto, sine alia declaratione, incurrenda, 1301 et seq. — Nomine monasterii, intelligenda sunt tantum claustrum, dormitorium, seu domus et officinæ interiores, 1302. — Nomine monasterii non intelliguntur, nec ideo legibus clausuræ adstringuntur hospitia, prioratus, vicariatus et similia alia, in quibus divinum officium non celebratur communiter, 1304. — Excommunicatio et suspensio quæ incurruntur pro violatione clausuræ, incurruntur ante sententiam judicis, quia sunt censuræ; aliæ pœnæ non incurruntur ante sententiam judicis, 1306. — Quis possit absolvere ab istis censuris. 1306

De clausura monialium quoad egressum, 1307. — Nemini sanctimonialium licet post professionem exire e monasterio, etiam ad breve tempus, quocumque prætexto, nisi ex aliqua causa legitima ab episcopo approbanda, indultis quibuscumque et privilegiis non obstantibus, 1307. — Aliter egredientes, seu licentiam exeundi quomodocumque concedentes nec non comitantes, ac illarum receptrices personæ sive laicæ aut sæculares vel ecclesiasticæ, consanguineæ vel non, excommunicationis majoris latæ sententiæ vinculo, eo ipso absque alia declaratione subjacent, a quo, præterquam a Romano pontifice, nisi in mortis articulo, absolvi nequeant, 1307 et seq.

De clausura monialium quoad ingressum, 1300. — Ingredi intra septa monasterii monialium nemini licet, cujuscumque generis aut conditionis, sexus vel ætatis fuerint, sine episcopi vel superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda. Dare autem tantum episcopus vel superior licentiam debet in casibus necessariis; neque alius ullo modo

posset, etiam vigore cujuscumque facultatis vel indulti, hactenus concessi vel concedendi, 1310 et seq. — Clausura, cum sit juris positivi humani, per. usum contrarium abrogari potest in una provincia et non in alia. 1312

Cleidomantia, divinatio ex clavibus. III, 429

Clementia, pars temperantiæ, est virtus qua animus ad lenitatem in exigenda pœna propendet. XI, 1243

Clerus, a verbo græco κλῆρος, significat fortem seu hereditatem Domini, V, 1207; XXIV, 139; 142. — Clerici dicti sunt, quod ad sacrorum administrationem eligantur a Domino, 139. — Clerici sunt, qui aliquo ordine, vel saltem tonsura, sunt insigniti. XVI, 1134

De nominibus clericorum, XXIV, 139 et seq. — Nomen ecclesiastici clericis datur, 144 et seq. — Invaluit usus, saltem apud antiquos, ut religionis nostræ ministri, quos clericos dicimus beatissimorum et sanctissimorum nomine salutarentur, 146. — Apud Græcos, teste Plutarcho, sacerdotes ethnici sancti nominari consueverant. 146

De distinctione et discretione clericorum a laicis, 147 et seq. — Ab ipsa mundi creatione vel ipso naturæ ductu, aliqui semper a reliqua plebe selecti fuerant qui sacerdotii functiones obirent, 153. — Ante legem Mosaicam primogeniti hoc munere fungebantur, 153. — Inter ethnicos aliqui semper delecti fuerunt qui sacerdotii functionibus vacarent, a reliqua plebe secreti, 153. — Praxis Ecclesiæ catholicæ clericos semper distinxit a laicis, 156. — Quibus modis secretio illa clericorum a laicis peragatur, 157. — Clericorum privilegia. Principio soli clerici ecclesiasticam jurisdictionem habere possunt, V, 1208. — Deinde certis fruuntur privilegiis, quorum quædam personas ipsas, et quædam res eorum attingunt, 1208. — Jura exemptionis in eo sunt posita, ut neque publicis fungi muneribus, neque ad laicos judices venire compellantur, sed solum ecclesiastico magistratui subesse debeant, 1208. — Ad res clericorum pertinent realis exemptionis jura, 1208. — Tenentur præterea clerici particularibus quibusdam legibus, cujus modi sunt, ut morum integritate, sanctitate vitæ, doctrina cæteris exemplo sint, etc., 1209. — Tonsi clerici esse debent, vestemque ferre clericalem, quæ duo in illis Ecclesiæ primordiis minime servabantur, 1209. — Per idem forte tempus (sæculo sexto) clericalis tonsura cœpit adhiberi, 1209. — Clericalis tonsura nullam tonso tribuit potestatem ad sacrificium spectantem, neque ullum confert ministerii genus, 1210. — Si quis, suadente diabolo, in clericum violentas manus injecerit, etc., XVII, 135 et seq.; XVIII, 487 et seq. — De clerico ecclesiastica veste induendo, XXIV, 1587. — De attonsione clerici faciendi, 1592. — Tondendi clerici ritus vetustissimus est, 1593. — Rationes et mysteria prædicti ritus, 1600. — De professione clerici seu renuntiatione publica sæcularibus desideriis, 1605. — De impositione superpellicei clerico faciendo, 1609 et seq. — De obligationibus clericorum sunt quædam ipsis specialiter prohibita, et quædam præcepta, XVI, 1134. — Clericis, præsertim sacro ordine initiatis, vel beneficiatis, specialiter prohibita sunt. 1° Armorum gestatio, nisi necessitas urgeat ad defensionem vitæ, 1135. — 2° Venatio quæ fit clamore et armis, præsertim cane, vel accipitre, vel falcone; ita ut mortaliter peccent, si frequenter sic venentur, 1135. — Juxta quosdam tamen, licita est interdum clericis venatio quieta, quæ fit laqueo, vel retibus, causa necessitatis vel recreationis moderatæ, 1135. — 3° Militia, quia multum impedit animum ab iis quæ ad officium pertinent clericorum, et quia non decet clericos effundere sanguinem. — 4° Negotiatio quæ est emptio rei cum intentione eam integram et non mutatam vendendi, vel permutandi cum lucro, 1136. — Dissertatio de negotiatione clericorum, 1136 et seq.-1160. — Negotiatio industrialis et late sumpta clericis et monachis licita est, modo ea de causa non omittant illa ad quæ ex officio tenentur, et negotiatio non sit turpis ac sordida, ipsorumque dignitati ac statui indecens, 1142 et seq. — Quamvis negotiatio sit per se licita, tamen clericis et religiosis graviter prohibita est, 1151. — Possunt tamen proprios agros colere, ut fructus vendant, et greges in suis prædiis alere, 1152. — At iis non licet negotiari per alios, qui totam præstent industriam, 1153. — Benedictus XIV pœnas antea stabilitas confirmat, et ad illos extendit qui illicite sub alieno nomine negotiantur, 1153. — Clementis XIII Epistola encyclica super observantia canonicarum sanctionum adversus clericos negotiatores, et sæcularibus negotiis se immiscentes editarum, 1153 et seq.

5° Clericis prohibita est cohabitatio cum fœmina de qua suspicio esse potest, 1160. — 6° Ludus alearum, ut chartarum, taxillorum, 1161. — Mortaliter peccant qui sæpe tali ludo ludunt cum jactura notabili temporis, vel etiam semel cum scandalo, vel magna pecuniæ summa, 1162. — 7° Sæcularia negotia, ut officium advocati coram judice sæcurari, nisi in propria causa, aut Ecclesiæ, aut pauperum, officium etiam procuratoris, notarii, 1162, 1163. — Clerici exercere possunt officium executoris testamentarii, 1164. 8° Chirurgiæ exercitium; item sanguinis sententiam proferre, sanguinis vindictam exercere, aut ubi exercetur, interesse, 1163. — Ex communi sententia, licet clericis medicinam secundum artis regulas exercere ex charitate sine ullo periculo et scandalo, 1163. — 9° Popinarum ingressus, nisi necessitatis causa in itinere, 1163 — Clericorum ebrietas gravius peccatum est, quam laicorum, XI, 1097. — Clerici qui cogunt alios ad bibendum, nisi a superiore commoniti satisfecerint, suspensione ab officio et beneficio plectendi sunt, 1103 — 10° Omnis luxus, sæculi voluptates et spectacula, XVI, 1163. — Comæ suppositiliæ, seu parruchæ usum interdixerunt plures synodi diœcesanæ, adjecta contumacibus pœna. 1164

De iis quæ specialiter clericis præcipiuntur. 1° Tenentur præsertim sacro ordine initiati vel beneficiati habere coronam vel tonsuram congruentem, et gestare habitum clericalem, id est, vestem talarem, V, 1209. XVI, 1165 — Qui notabili tempore non gestat tonsuram vel habitum clericalem, saltem quo discernatur a laicis, peccat mortaliter, 1165. — 2° Tenentur clerici sacro ordine insigniti servare castitatem perpetuam ex lege ecclesiastica et ex voto solemni, 1165. — Item tenentur quotidie recitare breviarium, præsertim ex universali ecclesiæ consuetudine vim legis habente, 1167. — 3° Ratione sui status et juramenti, obedientiam specialiter debent episcopo in iis, quæ spectant ad honestatem vitæ, et reformationem morum, ad correctionem et pœnas pro peccatis impositas, ad divinum cultum, officium et sacramenta, ad jura episcopalia, et ad jurisdictionem ecclesiasticam, 1167. — 4° Tenentur servare honestatem et modestiam in omni compositione et gestu corporis, temperantiam et moderationem in cibo et potu, 1167. — 5° Ratione sui status debent morum sanctitate et virtutibus omnibus laicis prælucere, quorum forma et exemplum esse debent. 1167

De clericorum Dominio, XV, 488; 498; 836. — An clerici tenentur etiam sub mortali impendere in pios usus partem superfluam bonorum quæ accipiunt ex ministerio spirituali, ut administratione sacramentorum, sacrificiis, fungendo vicaria spirituali, etc.: non pauci asserunt, XVI, 1185; 1193. — Lis maxima est inter doctores circa titulum, seu causam hujus gravis obligationis; et alii eam derivant ex stricta justitia, alii ex lege charitatis, alii ex virtute religionis, alii ex positivo præcepto Ecclesiæ, 1193. — An clericus qui habet bona patrimonialia sufficientia potest sibi sumere ex bonis ecclesiasticis partem suæ sustentationi necessariam, et disponere de patrimonialibus, perinde ac si careret beneficio? Longe plures affirmant, quia qui servit altari, potest vivere de altari; qui occupatus est in commodum aliorum habet jus percipiendi ab iis necessaria ad suam sustentationem, quamvis dives sit, 1185, 1186. — Dissertatio de Peculio clericorum. 1186 et seq.

Ad quid tenentur episcopi, parochi et ii, quibus animarum cura incumbit? Ii tenentur generatim jure divino residere, et per se officium suum recte præstare, oves sibi creditas verbo, exemplo, et sacramentis pascendo, eorum salutem ac utilitatem spiritualem procurando, et peccata ac scandala quantum possunt impediendo, 1198. — Episcopi et parochi peccant mortaliter contra jus divinum naturale, si notabili tempore sine gravi et justa causa absint. Quod si justa absentiæ causa subsit, tenentur per alium idoneum gregi suo sufficienter providere, 1200. — Justæ causæ absentiæ sunt: christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, et evidens Ecclesiæ vel reipublicæ utilitas, 1200. — Quantum temporis absentiæ sine causa justa mortale sufficit? Cabassutius docet absentiam quindecim dierum intra annum non esse mortalem, modo relinquatur idoneus substitutus. 1203

Ad quid specialim parochi tenentur? 1200 et seq. — Vid. Parochi. — Vid. XXV, 422, 423. — Ad quid teneantur juvenes qui ope aliena gratuitam acceperunt educationem in seminario, si postea statum clericalem deserant, aut illo sese indignos culpa sua reddant. XV, 106

Cleromantia, divinatio, pro sortes. III, 430.

Coactio tripliciter sumi potest: 1° stricte, pro violentia illata ab extrinseco, passo renitente; 2° late, pro determinatione naturali et necessaria ad unum sine potentia ad oppositum; 3° latius, pro vi quadam morali, absolute tamen vincibili; quo sensu qui metu mortis aliquid facit dicitur coacte fecisse, XI, 472. — Coactionis duplex genus, VII, 1131. — Vid. Violentia.

Coadamitæ plures hominum species admittunt, VII, 1383. — Genus humanum non habet, nisi unicam speciem, 1384. Nulla est consanguinitatis species inter hominem et vespertilionem, 1383, 1384. — Ratio sive intelligentia proprietas est hominis solius. Homo intellectualis non est

consequentia necessaria hominis mammalis, 1385, 1385. — Zoologi quidam plures hominum species perperam admittunt, 1385, 1385. — Fictitia sunt quæ de hominibus caudatis, gigantibus, pigmæis, etc., narrantur, 1386. — Omnes homines qui ubique vivunt ab eodem homine communem originem ducunt, 1388 et seq. — Quo sensu antipodas olim negavere quidam catholici scriptores. 1391

COADJUTOR est episcopus antistitis impediti vicem sustinens, V, 1251. — Valerio Augustinus coadjutor datus est, 1252. — Coadjutor datur vel ad tempus, vel perpetuo: utorque episcopis nonnisi a summo pontifice dandus est, 1252. — Coadjutores insigniti sunt titulo in partibus infidelium. — Coadjutores ad tempus, id est, qui jus non habent succedendi dicuntur suffraganei, 1252. — Ceteris beneficiorum rectoribus episcopus ad tempus constituere potest coadjutores qui ordine episcopali non decorantur, 1252. — Coadjutor vel est quasi vicarius cui committit proprietarius vices suas, vel a superiore illi committuntur, vel est datus cum jure succedendi, XVII, 565. — Coadjutor tenetur ad officium canonicum persolvendum. 566

CŒLUM est locus ubi Deus gloriam suam et semetipsum clare et intuitive conspiciendum exhibet, et in quo beati perfecta fruuntur felicitate, VII, 1602. — Cœlum est supra terram elevatum. Theologi communiter dicunt cœlum esse illud spatium, quod a philosophis quibusdam vocatur empyreum, id est ignitum non ab ardore, sed a splendore, et est supremum omnium cœlorum, 1602. — Angeli custodes, dum extra cœlum degunt in terris, fruuntur eadem gloria, eadem beatitudine cœlesti. 1602

CŒNOBITÆ dicti sunt qui societatem hominum fugientes, vitam in cœnobio ducebant, V, 1280, in nota.

CŒNOBIUM est unum domicilium quod plures comprehendit in societate viventes, et omnia habentes communia. A laura differt. V, 1279

CŒMETERIA consecrata, seu dormitoria, in quibus corpora fidelium defunctorum requiescunt, sunt inter res sacras. Dicuntur areæ, tumbæ, catacumbæ, cryptæ, arenariæ. XVI, 253. — Cœmeterium Ecclesiæ contiguum polluitur polluto cœmeterio cum polluitur Ecclesia; sed Ecclesia non polluitur. XVII, 192

CŒNA Domini. Missa feriæ quintæ in cœna Domini recolitur memoria sanctissimæ Eucharistiæ a Christo institutæ, XXVI, 227. — Historia ex Evangelio de parando Paschate Christo Domino. In qua civitate, et cujus in domo discipuli paraverint Pascha, 227. — Quis Paterfamilias ille fuerit, cujus domi paratum est Pascha, plane non liquet, 228. — Christus cum discipulis comedit Pascha, 229. — An Christus postremo vitæ suæ anno legale Pascha celebraverit. Vulgarem parasse cœnam, in qua Pascha novum instituit, sententia fuit Marcionis et quorumdam græcorum tuentium consecrationem in fermentato, 229. — Eam sententiam quidam recentiores rursus extulere; reliqui omnes vehementer improbant, 230, 231. — Ecclesiæ sensus est Christum Judaicum celebrasse Pascha, 231. — Argumenta ex Evangelistis petita ad Ecclesiæ sententiam confirmandam, 232. — Proponitur objectio quædam et solvitur, 233. — Patres Ecclesiæ in hanc rem, 234. — Quo tempore Christus ultimum celebraverit Pascha. Sententia Græcorum refellitur, 234. — Græcorum impietas adversus Evangelistas, 234. — Triplex ea de re sententia Mauduisii, Pezronii, Harduini, 235. — Dies Paschæ apud Hebræos decima quarta primi mensis, 235. — Die decima quinta solemnitas Azymorum, quæ per septem dies peragebatur, amoto omni pane fermentato, 236. — Plura dierum genera apud Hebræos, 236. — Anno Christi emortuali Hebræis celebrandum fuit Pascha decima quarta primi mensis, altera ejusdem diei vespera, 237. — Obstare videtur evangelium S. Joannis. Componitur evangelium S. Joannis cum aliis Evangelistis. Primus utitur mensura diei naturalis, cæteri mensura diei legalis. Etiam nunc ipsi utimur duplici illa computandi ratione, 238, 239. — Solvitur argumentum ex eo sumptum quod Hebræi introire noluerint, ne contaminarentur, 239. — Mauduisii, Pezronii et Harduini sententiæ confutatæ. 240

Quot cœnas Christus celebravit, 51. — Quo die ultimam cœnam paschalem celebravit, 58. — Quid potissimum Christus in ultima cœna fecerit, 241. — Historia depromitur ex Evangeliis, 242. — Hebræi ad mensam accumbebant in lecto jacentes cubito innixi. Ad eumdem modum Christus et Apostoli in ultima cœna accubuere, 243. — Hebræi nonnisi loti ad mensam accumbebant, 245. — Balneo egressi pedes lavabant, 245. — De insigni hac in re Christi humilitate, 246. — Cœna illa tripliciter consideranda est, legalis, vulgaris, eucharistica. Christus lavit pedes discipulorum, expleta magna ex parte vulgari cœna, 246. — Trina Christi de Judæ proditione prædictio, 246. — Quo cœnæ tempore Christus Eucharistiam instituerit, 247. — Cur Lucas et Paulus mentionem faciunt expletæ cœnæ, cum calicem commemorant, 248. — Expenduntur Christi plures actiones in cœna, 249. — Christus consecravit Azymum; non tamen improbat Ecclesia Occidentalis ritum Orientalis consecrandi fermentatum. Græcorum injuria adversus Occidentalem Ecclesiam. Panis triticeus materia necessaria sacramenti. In Ecclesia Latina præscriptus azymus tempore inter Photii et Cerularii schismata interjecto, 250. — Quid Bocquillotus, et quid heterodoxi hac de re sentiant, 252. — Non interiore et occulta benedictione, sed verbis adhibitis Christus Eucharistiam confecit; quæ videtur fuisse S. Trid. synodi sententia, non tamen de fide, 253. — Christus in ultima cœna suum ipsius corpus et sanguinem sumpsit. Num Judæ præbuerit. Variæ de re hac sententiæ, 254. — Jesus Eucharistiam Judæ tradidit, 255. — Patres et Theologi qui docent Eucharistiam ab Juda fuisse susceptam, 256. — De hymno quem dixit Jesus. Hymnus ille fuit gratiarum actio: quibus constaret verbis incompertum. 256; 59

Ritus et cæremoniæ, quas hac die adhibet Ecclesia, XV, 351. — Missa tota est de Eucharistiæ institutione, XXVI, 257. — Usus campanarum cur interdicitur? Cur non detur osculum pacis, 258. — De nudandis altaribus. Peculiaris Vaticanæ basilicæ ritus abluendi altare confessionis Apostolorum, 259. — Vetus ea de re pugnantia scribit, 260. — De ablutione pedum quæ fit egenis hac die in memoriam humilitatis Christi, 261. — Errores hæreticorum de hac pedum ablutione, 262. — Refellitur error hæreticorum, qui putant ablutionem pedum esse sacramentum, 262. — Plura apud veteres Christianos ablutionum genera. Mos abluendi pedes feria quinta in cœna Domini. Inscriptio singularis Bononiæ in Ecclesia S. Stephani, 263. — Ea consuetudo in Romana Ecclesia non fuit semper unius modi, 264. — Cur tredecim pauperibus pedes abluuntur? Variæ rationes ejus ritus explicandi. 264, 265

De oleis sanctis, 265. Vid. OLEUM, CHRISMA. — Vetus disciplina reconciliandi hac die pœnitentes. Ternæ olim missæ celebrabantur, 270. — Varia pœnitentium genera. Quarumdam in Galliis Ecclesiarum disciplina, quæ etiam num viget de repræsentandis in hac die pœnitentibus, 270. — Olim per se ipsi Romani pontifices has omnes cæremonias exequebantur. In Vaticana basilica conservantur olea a cardinali archipresbytero, 272. — Bulla in cœna Domini publicatur a Romano pontifice. Vetus hæc disciplina, cujus initium statuendum est ante annum. 1295, 272

Cœnula, seu collatio. Vid. JEJUNIUM.

COGITATIO non pertinet ad essentiam materiæ, II, 151. — De cogitatione morosa, XIV, 812-641. — Cogitatio morosa venereorum cum consensu in opus externum, aut desiderio deliberato illud obtinendi est mortale peccatum. 1196-945. — Cogitationis peccata quinque modis inveniuntur, 812, 813-641, 642. — Cogitatio de re mala secundum se potest esse sine peccato. 813-643

COGNATIO, quæ matrimonium dirimit, triplex est: carnalis, spiritualis et legalis, XXV, 610. — Cognatio carnalis seu naturalis, quæ consanguinitas dicitur, est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnalis propagatione contractum, 425. — Latior definitio, 610, XIX, 469. — Distinguitur per lineas, et lineæ computantur per gradus, XXV, 425; 610. — Stipes est persona a qua omnes personæ de quarum cognatione tractatur, descendunt, 425. — Linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium, gradus continens, et cognationes distinguens, XIX, 469. — Linea est triplex, altera ascendentium, ut pater, avus, altera descendentium, ut filius, nepos, utraque dicitur recta; altera transversa, sive collateralis, ut fratres, quæ dividitur in æqualem et inæqualem, XXV, 425. — Gradus est mensura distantiæ consanguineorum, seu habitudo distantium personarum qua cognoscitur quantum ipsæ distant a se invicem. 425

Regulæ ad cognoscendos gradus: 1° In linea recta tot sunt gradus, quot generationes, seu quot personæ, dempto capite. Filius distat a patre uno gradu; 2° In linea collaterali, si personæ æqualiter a communi stipite distent, tunc tot gradibus inter se distant, quot generationibus distant a communi illo stipite. Frater et soror sunt in primo gradu; 3° Si inæqualiter distent a communi stipite, in eo gradu sese contingunt, quo remotior distat a stipite. Joannes contingit filium consobrini sui in tertio gradu. Uterque gradus exprimitur, cum dispensatio petitur, 610. — Jure civili, alius est modus computandi gradus in linea collaterali. 610, XIV, 724-573

Cognatio est impedimentum dirimens matrimonium, XXV, 602, 605. — Prima ratio hujus impedimenti petitur ex verecunda reverentia et subjectione quam ipsa natura inspirat erga parentes, et quæ familiaritati conjugali valde repugnat, 611. — Secunda ratio petitur ex necessitate cohibendi concupiscentiam inter consanguineos. Tertia ratio est ut amicitiæ vincula ad plures extendantur, dum

extranei per matrimonium in familiam assumuntur, 611. — In linea recta cognatio carnalis dirimit matrimonium jure naturæ inter parentes et filios, 421, 611, XIV, 724-572. — Non dirimit in infinitum. Unde infideles, excepto primo gradu, possunt contrahere valide in omnibus aliis, si non prohibeatur legibus suis; et fideles ultra quartum gradum in linea recta ascendentium, vel descendentium, XXV, 424. XIV, 723-573. — In linea collaterali, cognatio carnalis dirimit jure naturæ matrimonium solum in primo gradu, ut inter fratres et sorores. Unde infideles conjuncti in isto gradu, si convertantur, separandi sunt, quando separationem non ægre ferunt, XXV, 424. — Non omnes tamen ea de re conveniunt, 612.—Utraque sententia conciliari potest, 612 —Reliqui collateralis lineæ gradus matrimonium non irritant jure naturæ, 613 —In veteri lege quidam consanguinitatis gradus matrimonium jure positivo dirimebant (*Lev.* XVIII).— Sed lex Mosaica Christianorum matrimonia non afficit, 613 —Contrarium affirmare est hæreticum, 424.—In nova lege nullus gradus a Deo præcepto positivo determinatus fuit, 613 — Quod jus ecclesiasticum attinet, non eadem semper in Ecclesia fuit disciplina, 613, 614. — Ante concilium quartum lateranense, sub Innocente III, cognatio carnalis matrimonium dirimebat ad septimum usque gradum, 615. — Consanguinitas hodie matrimonium dirimit usque ad quartum gradum inclusive, in linea collaterali, 611, 615 — Et in linea recta ascendentium et descendentium, 424. — Non dirimit matrimonium quando contrahentes distant inæqualiter a communi stipite, si remotior distet ultra quartum gradum. Gradus remotior propinquiorem trahit, 424. Jusqu'à quel degré la parenté naturelle a-t-elle été un empêchement de mariage, XX, 1089. — Diversité d'usage sur ce point, 1090 et seq. — Sur quel droit est fondé cet empêchement, 1091.— *Vide* Affinitas. XIV, 728 et seq. - 575

Cognatio spiritualis est propinquitas personarum, jure ecclesiastico introducta, ratione Baptismi vel Confirmationis, XXV, 615. — Hæc propinquitas fundatur in eo quod utrumque sacramentum sit spiritualis quædam generatio seu nativitas minus perfecta in Baptismo, perfecta vero in Confirmatione, 615. — Solus baptizans et susceptores ab una parte, singuli impedimentum contrahunt cum prole baptizata ejusque parentibus ab alia parte. Similiter in Confirmatione, 616; 426. — Cognatio spiritualis contrahitur ex Baptismo domi in necessitate collato, omissis etiam cæremoniis, 616. — Susceptores nullum contrahunt impedimentum inter se, nec cum baptizante, 616. — Qui nomine alterius suscipit infantem non contrahit cognationem, sed ille cujus nomine suscipitur infans. Hinc putet ad contrahendum impedimentum non requiri physicum prolis attactum, ut quidam falso contendunt, 616; 426. — Cognatio contrahitur quando plures duobus patrinis designantur, 426. — Contrahitur ab hæretico baptizante, confirmante et tenente, 427. — Non contrahitur ab infideli etiam catechumeno: qui non est baptizatus, cognationis spiritualis est incapax, 427; 617. — Cognatio spiritualis non oritur ex Baptismo, vel Confirmatione irrita, nec ex iteratione solemni Baptismi in Ecclesia, nec ex Baptismo iterato sub conditione, 425 — Oritur tamen quando quis nondum integre natus valide baptizatur. 426. — Puer cujuscumque ætatis usum rationis ad mortaliter peccandum habens, potest esse legitimus susceptor in Baptismo, vel Confirmatione, et cognationem spiritualem contrahere, 427. — Cognatio spiritualis matrimonium subsequens dirimit, 616. — Quæ matrimonio valide contracto supervenit, illud matrimonium non dirimit; sed qui baptizavit vel tenuit communem prolem non potest debitum conjugale exigere. Tenetur tamen reddere, 616, 428. — Excipitur casus necessitatis, quo nemo alius esset qui prolem rite baptizare posset; item casus ignorantiæ inculpabilis, 616, 617. — Contrahitur tamen cognatio spiritualis quando quis in necessitate prolem suam ex fornicatione natam baptizat, ita ut matrem ducere non possit, 426; 617. — Cognatio spiritualis est difficilis dispensationis, 428. — De la parenté spirituelle, XX, 1094, 1095. — Triplex olim admittebatur cognatio spiritualis paternitas, compaternitas et fraternitas. Fraternitas sublata est per tridentinum conc. Mansit solum paternitas et compaternitas, sed restricta, XXV, 426. — Paternitas contrahitur inter baptizantem et baptizatum, et inter susceptores cum ipso baptizato; compaternitas inter baptizantem cum patre et matre baptizati, et inter parentes carnales baptizati cum patrinis ejusdem. Fraternitas contrahebatur inter prolem baptizantis et susceptorum et prolem baptizati ac etiam fratres ejusdem, 426, XX, 1095. — Cognatio spiritualis jure ecclesiastico oritur a duobus sacramentis, nempe ex administratione vel susceptione Baptismi et Confirmationis, XIV, 754. Si præcessit matrimonium, impedit contrahendum, et dirimit contractum. Si sequitur, non dirimit vinculum, et quoad actum matrimonii distinguendum est, 734-580. — Per pœnitentiam non contrahitur proprie loquendo spiritualis cognitio, sed quoddam fœdus cognationi spirituali simile, cujus ratione sacerdos tantum peccat pœnitentem carnaliter cognoscens, ac si esset filia sua spiritualis, 736-581. — Sacerdos non potest audire confessionem mulieris cum qua luxuriæ peccatum commisit. 737-582

Cognatio legalis est propinquitas personarum ex adoptione proveniens, 731-577. XXV, 425; 617. — Cognatio legalis est triplex. Prima inter adoptantem et adoptatum ac adoptati descendentes, et est linea recta. Alia est linea transversa inter adoptatum et filios carnales adoptantis. Alia est quasi linea recta per modum affinitatis inter adoptantem et uxorem adoptati, ac vicissim inter adoptatum et uxorem adoptantis, 425. XIV, 733-579. — Prima cognatio et tertia perpetuo matrimonium impediunt, 733-579. — Juxta leges romanas, in prima et tertia linea, impedimentum erat perpetuum, et soluta adoptione perseverabat. In secunda linea impedimentum tantum durabat, quamdiu durabat adoptio, seu quamdiu filii permanebant sub patria potestate, XXV, 425; 617. — An hoc impedimentum ex sola perfecta adoptione oriretur, an etiam ex imperfecta non conveniunt auctores, 618. — Hanc cognationem legalem, cum impedimento juxta leges civiles inde proveniente, recepit et approbavit Ecclesia, 618. — Ratio cur inter illas personas conjugia prohibeantur, 618.— Cognatio legalis dirimit matrimonium subsequens jure humano Item dirimit sponsalia præcedentia. Sed superveniens matrimonio jam contracto, non impedit petitionem debiti, 425. — Cognatio legalis non oritur inter adoptantem et adoptivi parentes, etc., 425. — Si dubium occurrat an in hoc vel illo casu adsit impedimentum cognationis legalis, ad legum civilium normam controversia est decidenda, 618.— De la parenté légale. XX, 1095

Cognitio triplex distinguitur: *abstractiva*, quæ comparatur non ex rei ipsius contemplatione, sed ex ejus operationibus et effectibus; ad hanc refertur cognitio ex ideis et revelatione. *Intuitiva*, quæ rem speculatur ut in se est et immediate: Hanc speramus in altera vita. *Comprehensiva*, quæ omnes rei alicujus partes et rationes complectitur, II, 205. — Cognitio Dei comprehensiva finitis mentibus non competit, 205. — Sola cognitio abstractiva propria est præsentis status, 205 — Cognitio abstractiva divinæ naturæ, quam habemus in hac mortali conditione, vera est et sincera: seu, ex effectibus naturalibus, ex ideis menti nostræ congenitis, ex creaturarum perfectionibus perfectiones Dei apprehendimus, si non perfecte et quoad modum infinitum, saltem ut in se sunt et quoad speciem, 206. — Cognitio analogica illa est quam rerum contemplatione et cogitatione assequi possumus. Cognitio analogica est revera cognitio. 206, 207

Cognoscitivum principium juris naturæ optimum erit illud, ad quod consequendum omnia dirigantur naturalia præcepta, et a quo certo quodam modo dependeant, XV, 412. — Principium cognoscitivum est propositio sub qua et ex qua reliqua præcepta comprehendantur et inferantur, 412. Vid. Principium.

Cohabitare conjuges ex jure naturali et divino tenentur, XXV, 428. — Conjuges possunt mutuo consensu esse separati quoad thorum, 428. — Uxor non tenetur cohabitare cum viro habenti concubinam etiam extra propriam domum. 4 8

Collatio modus quo ecclesiasticos magistratus et beneficia adipiscimur, V, 1256. — Alio nomine vocatur provisio, XVIII, 697 —Aliter est beneficii a superiore gratuito facta concessio, 696. — Definitur: Concessio beneficii vacantis ab habente potestatem libere facta, V, 1256. — Per liberam collationem confertur beneficium ecclesiasticum, quando illud solo jure prælati libere, sine prævia capitulari electione, vel præsentatione confertur, XVIII, 696.— Dupliciter differt ab electione, V, 1257. — Collatio certorum beneficiorum pertinet ad summum pontificem, 1257. --Collatio, sive ab episcopo fiat, sive a summo pontifice, sive ab ejus legato aut cardinali, non viva voce, sed scripto fieri debet, 1261. — Pontifex dat bullas quarum aliæ dicuntur *in forma gratiosa*, aliæ *in forma dignum*, aliæ *in forma commissoria*, 1261. — Collatio beneficii nulla est, et ipso jure irrita, si fiat excommunicato excommunicatione majori, vel suspenso, aut interdicto, XVIII, 705 — De collatione per concursus. 701

Collatio gallice *Rapport*, est actus quo unus ex hæredibus ad summam successionis refert ea quæ a donatore accepit, ut illa inter omnes ex æquo dividantur. Omnis hæres veniens ad successionem debet referre cohæredibus quæcumque accepit a defuncto per dispositionem gratuitam inter vivos directe vel indirecte, nisi adsit dispensatio expressa donatoris aut lex aliter statuat, XVI, 596, 597. — Alia voluntate donatoris, alia voluntate legislato-

ris a collatione eximuntur, 597, 598. — Collatio fit duplici modo vel in natura, vel minus accipiendo, 599. — Quibus prosint impensæ a donatorio factæ in rebus collationi obnoxiis, 599.—Quibus imputari debeant deteriorationes factæ in rebus donatis quæ collationi subjacent? 600. — Quinam sint effectus collationis? 600

Collatio seu cœnula, XIV, 1277 et seq. - 1003. — Vid. Jejunium.

Collatio est instructio quæ fit per modum dialogi, per quæstiones, ac responsiones. XXV, 171

Collator est omnium beneficiorum suæ diœceseos episcopus, exceptis apostolicis reservationibus, V, 1257. XVIII, 699. — Summus pontifex, cujus potestas fertur in omnes diœceses, omnia beneficia conferre potest; et ideo sibi merito quorumdam collationes reservavit. 697. V, 1257 et seq.

Collectaneum est collectarium, liber qui collectas ad quævis officia dicenda continet. V, 260

Comes, liber comitis, Lectionum liber. V, 260 et seq.

Commeatus, seu salvus conductus, est pactum publicum quo convenitur de justo et perfecto immunitatis præsidio, ad hostis territorium euntibus et redeuntibus præstando. XVI, 77

Commemoratio fidelium defunctorum, die secunda novembris. XV, 370

Commenda a verbo commendandi dicta est, XVII, 563. — Commendæ aliæ sunt temporales, aliæ perpetuæ, 564. — Commenda nihil aliud est quam custodia Ecclesiæ alicui commissa, est proprie dictum beneficium in perpetuum collatum. XVIII, 691

Commendatorii perpetui obligantur ad horas. Habentur nunc pro veris titularibus, et commenda perpetua æquiparatur beneficio. XVI, 1169

Commercium definiri potest jus invicem paciscendi, ac res per pacta transferendi aut acquirendi, XVI, 332 — Res in commercio esse dicuntur, in quibus jus aliquod per pacta acquirere aut transferre possumus, 332. — Extra commercium dicuntur res, in quibus hoc fieri non potest, 333. — Eximuntur aliquæ res humano commercio jure naturæ, aliæ jure gentium et civili, 333. — Res naturæ jure exemptæ, sunt: liber homo, res sacræ, res spirituales, item res de se malæ, vel indifferentes quidem, per pactum tamen ad usus malos expetitæ. 333

Commissionis peccatum est contrarium legi negativæ. XII, 215-172

Commixtio est conjunctio duarum rerum æque principalium ad diversos dominos pertinentium. — Ea conjunctio dicitur commixtio vel confusio, prout res conjunctæ facile, vel non nisi difficillime sunt separabiles. XV, 862

Commodans se obligat in primis ad tradendum alteri rem suam, pro tali tempore ac pro tali usu, XIV, 1061-838. — Ejus obligationes. XVI, 629

Commodatarius, se obligat in primis ad rem bene custodiendam, ac illæsam reddendam, ita ut teneatur de levissima culpa, XIV, 1061-838. — Ejus obligationes, XVI, 630. —Si plures camdem rem in commodato acceperint, omnes tenentur in solidum præstare diversas obligationes. 630

Commodatum quasi utentis commodo datum sine pretio, XIV, 1061-838. — Est contractus quo res primo usu non consumptibilis alicui gratis conceditur ad solum usum, cum onere eamdem in natura restituendi post certum temporis spatium, XVI, 629. — Solum differt a locatione, in hoc quod rei usus gratis alteri datur, 629; XIV, 1061-838. — Differt a mutuo, a deposito, a precario. XVI, 629

Commonitorium S. Vincentii Lirinensis, I, 911 et s.-717

Commune. Quod commune est et publicum, ait Plato, id conjungit et consociat; quod privatum, dividit et dissolvit. II, 430

Communicatio hominum ad invicem est duplex: una quæ fit auctoritate principum; alia fit propria voluntate privatarum personarum. XV, 253

Communicatio idiomatum est mutua. Naturæ divinæ et humanæ ac proprietatum utriusque naturæ de persona Christi prædicatio, VI, 978, *in nota*. — Datur in Christo vera communicatio idiomatum ratione personæ, sed non datur ratione naturarum, sive in abstracto inter naturam divinam et humanam: ideoque natura Christi humana nequit dici ubique præsens, 978. — La communication d'idiomes est une doctrine lumineuse. III, 291

De communicatione idiomatum, IX, 813 et seq.-812. Vid. Christus.

Communicatio fidelium. Vid. Communio sanctorum.

Communicatio politica duplex est: alia *privata* quæ consistit in commercio civili quod homines inter se privatim exercent simul vivendo, manducando, etc.; alia *publica* et *forensis*, eaque sita est in temporalis publicæ rei gubernatione et omnibus quæ huic annexa sunt, ut agere in judicio, testari, etc. XVII, 153

Communio est sumptio Eucharistiæ, seu manducatio corporis Christi. Communiter dividitur sumptio Eucharistiæ in spiritualem tantum, sacramentalem tantum, et spiritualem simul ac sacramentalem, XXIII, 506. — Sumptio spiritualis tantum est quæ fit per solum affectum et desiderium sumendi, 506. — Ejus effectus, 507. — Sacramentalis tantum est qua sacramentum reipsa sumitur, sed sine fructu propter obicem, 506; 474. — Sacramentalis simul et spiritualis est qua reipsa accipitur sacramentum cum fructu, 506. — Addi posset quarto sumptio materialis. Non baptizatus qui sumeret Eucharistiam, et baptizatus qui ignorans etiam comederet ut panem communem, non manducarent eam sacramentaliter, sed per accidens, seu materialiter. 506, 507-516

De subjecto capaci ad suscipiendam sacramentaliter Eucharistiam. Communiter docent theologi catechumenum non esse Eucharistiæ capacem, 508. — Requiritur Baptismus ad recipiendam valide Eucharistiam, 508 - 510. — Item dicendum est de amentibus ab infantia ac de infantibus, 510. — Parvulis necessaria non est Eucharistia, 510. — Variæ theologorum sententiæ, 510. — Sententia communis affirmat parvulos esse capaces Eucharistiæ, et recipere posse gratiæ augmentum per Eucharistiam, 510, 511. — Hæc sententia probatur ex usu antiquo Ecclesiæ dandi parvulis Eucharistiam, 511 et seq. — On donnait la communion aux néophytes, tant enfants qu'adultes, aussitôt après le baptême. Cet usage s'est conservé jusqu'au treizième siècle. De là la coutume de mettre sur l'autel l'enfant nouveau baptisé, XX, 142. — Ad effectum sacramenti in parvulis sufficit voluntas Christi instituentis tali modo illud sacramentum, XXIII, 515.— Amentes qui prius usum rationis habuerunt, non solum sunt capaces Eucharistiæ, sed de facto danda est illis in articulo mortis, si prius voluntatem habuerunt eam accipiendi. Communis est sententia, 516.— Dubitatur qualis voluntas debeat præcedere ante amentiam, 517 et seq. — Dubitari potest an sit vere obligatio non dandi Eucharistiam parvulis et perpetuo amentibus qui nunquam habuerunt usum rationis. Ejus modi præceptum Ecclesiæ non invenitur, 520.— Dubitatur qua ætate danda sit adultis Eucharistia, 520. — Regula certa præscribi non potest, 521. — Dubitatur an pueris, qui peccare possunt, et aliunde Eucharistiam nunquam acceperunt, danda sit pro viatico, si sint in mortis periculo, 521. — Verior videtur sententia affirmans, 522. — An dandum sit viaticum, in mortis articulo, quando dubitatur an puer sit doli capax, et discernat sufficienter Eucharistiam ab aliis cibis, 523.— Obligatio non est nec prohibitio, 525.— Adultis qui debilem usum rationis habent non est neganda Eucharistia, 527.—Facile potuit Indis rudibus annua communio differri per aliquod tempus, 529. —In articulo mortis, licite non datur Eucharistia Indis qui non sciunt eam discernere ab aliis cibis, 529, 530. — Indis vero etiam pœnitentibus qui sufficientem sacramenti habent notitiam, lege ecclesiastica prohiberi potuit Eucharistia in mortis articulo justis de causis. 530 et seq.-534

Energumenis, de quibus olim varii fuerunt usus, propter decentiam negabatur communio. Postea data fuit: quæ consuetudo a theologis approbatur, si cætera requisita adsint. 534

In Eucharistiæ dispensatione attendendum est non solum ad suscipientium utilitatem, sed etiam ad ipsius sacramenti reverentiam, propter quam multa videntur omitti quæ aliquam suscipientium utilitatem impediunt, XXIII, 493. — Des dispositions des fidèles pour communier. XX, 292. — Sévérité avec laquelle on punissait dans l'Eglise, et on punit encore à présent chez les Orientaux, les irrévérences qui se commettent contre le sacrement d'Eucharistie, 293.— Triplex est dispositio spiritualis, scilicet status gratiæ, devotio actualis, et confessio sacramentalis, XXIII, 534. — Status gratiæ necessario prærequiritur ad dignam Eucharistiæ sumptionem, 535. — Hæc obligatio non tam est nec tam stricta, ut in nullo unquam casu liceat alicui hoc sacramentum sumere cum conscientia peccati mortalis, 535. — Communis et vera sententia affirmat aggravari culpam communionis indignæ ex pluribus et gravioribus peccatis præcedentibus, 536 et seq. — Majus est periculum communicantis indigne cum peccatis luxuriæ, quam cum aliis peccatis mortalibus, 537 - 539. — Explicanda non est in confessione qualitas vel numerus peccatorum præcedentium, cum quorum conscientia aliquis indigne communicat, 540. — Qui accipit Eucharistiam contra præceptum aliquod humanum in peccato mortali, unum tantum committit peccatum, et illam circumstantiam in confessione explicare non tenetur, 541.—Communicare cum uno vel pluribus peccatis venialibus non est peccatum mortale. 543-547

Per peccatum veniale actuale non semper redditur com-

munio ipsa mala aut peccaminosa, 543. — Communio tamen potest reddi mala ex concomitantia peccati venialis actualis, 544, 545. — Accedens cum peccatis venialibus habitualibus non semper peccat per ipsam susceptionem Eucharistiæ, 546. — Aliquando susceptio ipsa sacramenti potest esse peccatum veniale propter defectum debitæ reverentiæ. 545, 546

In communicante actualis devotio non requiritur ad effectum Eucharistiæ. Hæc sententia communis est et omnino vera, XXIII, 548 et seq. — Per actualem quidam devotionem melius disponitur homo, et uberiorem effectum sacramenti accipit; sine ea tamen devotione actuali, dum homo sit in statu gratiæ, datur augmentum ejusdem gratiæ ex opere operato, virtute sacramenti, 548, 552. — Cibus Eucharisticus non requirit in rigore operationem sumentis. In adultis exigit aliquam cooperationem, voluntatem scilicet sumendi illum; quæ voluntas est cooperatio multo magis quam devotio præsens. 554

Confessionem esse necessariam iis qui conscientiam habent peccati mortalis, ut digne accedant ad Eucharistiam, hodie apud omnes catholicos certum est, XXIII, 554. — Illa obligatio non inducta fuit a concilio Tridentino, sed est antiquior, 555 et seq. — Illud præceptum præmittendæ confessionis non est mere ecclesiasticum, sed divinum. Sententia communis est, 559 et seq. — Eucharistia per se non ordinatur ad conferendam primam gratiam; per accidens solum et in aliquo casu eam confert, XV, 1022. — Cum deest copia confessarii, et urget necessitas, licitum est accipere Eucharistiam cum peccato mortali, præmissa contritione, XXIII, 563 et seq. — An qui habet peccatum reservatum debeat confiteri sacerdoti potenti absolvere a non reservatis, an vero possit communicare sine confessione, quasi non habens copiam confessarii, 564 et seq. — In prædicto casu necessitatis, juxta cardinalem de Lugo, pœnitens potest et debet adire confessarium inferiorem, a quo possit absolvi directe a non reservatis, 569. — Si pœnitens ille non haberet alia mortalia non reservata, non teneretur ex præcepto ad confitenda venialia sacerdoti inferiori, ut ab iis directe absolveretur, et indirecte a reservatis, 570. — An urgente necessitate communicandi, habens excommunicationem reservatam possit aut debeat confiteri inferiori qui eum a prædicta excommunicatione solvere non potest, 570 et seq. — De necessitate communicandi requisita ut possit sine confessione prævia id fieri. Ad duo capita reducitur: primum est instantis mortis, si quis, v. g., in mortis articulo non possit confiteri, et possit communicare; in quo casu concedunt omnes posse id fieri, 573 et seq. — Secundum caput est infamiæ, aut detrimenti quod incurritur si homo non communicet, 573. — Quod ut vitetur detrimentum, licita est communio absque confessione, sicut in eodem casu sacerdos celebrare potest, 573. — Quid dicendum sit quando urget præceptum communionis paschalis? Communiter docent theologi posse tunc communionem accipi cum sola contritione, 576. — Aliter dicendum est de communione debita ex voto, aut etiam ex præcepto mere humano, 576. — Quomodo intelligi debeat id quod in præsenti doctores dicere solent, posse accipi communionem sine confessione ratione scandali, 577. — Quando non præmittitur confessio ante communionem, omnino necessaria est contritio perfecta saltem existimata; quam sententiam docent omnes theologi, 577. — Quando qui prius confessus fuerat, et postea recordatur peccati quod in confessione oblitus omiserat, nec potest jam confiteri, cum sit in altari, non est in obligatione novæ contritionis eliciendæ, 579 et seq. — In contrarium tamen est praxis et consensus omnium fidelium, qui etiam post legitimam confessionem non audent communicare, nisi prius confiteantur illa peccata quorum de novo recordantur, 580. — An qui in missa recordatur quod sit in peccato, debeat habere contritionem statim; an vero possit prosequi missam et habere contritionem ante consecrationem vel ante communionem, 583. — Communis et vera sententia negat esse præceptum divinum confitendi statim post communionem quando aliquis absque confessione communicavit, 584. — Ex præcepto confitendi quamprimum non obligantur laici communicantes absque confessione in casu necessitatis, 584. — Verius est comprehendi sacerdotem in die parasceves celebrantem, 585 et seq. — Qui ex mera malitia et culpabiliter celebrat sine confessione, non obligatur illo præcepto Tridentini ad postea quamprimum confitendum, 588. — Comprehendi videntur et qui prius quidem confessus fuerat et absolutus, sed postea recordatur peccati non explicati in confessione; et qui habens casum reservatum confitetur inferiori, et ab eo absolvitur directe a non reservatis, 589. — Fatendum est ergo concilium Trid. obligare voluisse ad quamprimum confitendum omnes sacerdotes qui carentes confessario propter urgentem necessitatem celebrandi id faciunt sine ulla confessione prævia ad quam præmittendam jure divino tenebantur; quæ est confessio integra omnium mortalium quorum memoriam habent ante communionem, 592. — Quid intelligatur per illud quamprimum, in verbis concilii, 592 et seq. — Contingere potest quod aliquando obliget illud præceptum sub mortali ad confitendum eadem die. 594

De dispositione corporali ad percipiendam Eucharistiam requisita, quæ reduci solet ad munditiam externam et internam ipsius corporis, et ad jejunium, XXIII, 595. — Quæ munditiies exigatur in corpore, præsertim a pollutione et copula, 595 et seq. — Regula universalis dari non potest, quia totum hoc pendet ex variis circumstantiis, quas maturo judicio ponderare debet prudens confessarius, 598.

Regula quæ in hoc puncto constitui potest, tota desumi debet ex gradu reverentiæ huic sacramento debitæ; qui gradus colligendus est ex aliis materiis, in quibus reverentia eadem exercetur, 600. — De copula illicita idem fere dicendum est quod de pollutione mortali, 601. — Regulariter melius erit abstinere post copulam ea die, nisi subsit causa aliqua specialis. 601

De aliis sordibus corporis. — In universum sordes corporeæ secundum se non impediunt a communione, saltem in occulto, 601. — De jejunio requisito ad communionem. — Du temps des apôtres on ne recevait l'Eucharistie qu'après un repas nommé Agape. De l'ordre qui s'observait dans ce repas, XX, 288 *et seq.* — En quel temps on a fait une règle de communier à jeun. L'époque est incertaine, 290. — Certum est prærequiri jejunium in iis qui Eucharistiam accipiunt, quod quidem præceptum ab ipsis apostolorum temporibus initium habuit, XXIII, 602. — Præceptum exigit jejunium naturale. Parvitas materiæ non excusat a peccato gravi, 604. — Ut violetur jejunium naturale requiritur quod aliquid ab extrinseco sumatur per modum cibi aut potus. Non violat qui abluendo os deglutit guttam aquæ per modum salivæ cui admixta est; nec qui gustando cibum aut jus aliquid per modum salivæ trajicit, 604. — An reliquiæ cibi manentes inter dentes, si trajiciantur die sequenti, impediant communionem. Omnes fere negant impedire, quia illæ reliquiæ pertinere videntur ad cibum diei præcedentis, 604, 607, 608. — Regula aliqua moralis dari potest. Duo requiruntur ut naturale jejunium violetur. Primum est quod cibus vel potus aliquis sumatur, 605. — Secundum quod sumatur aliquid per actionem quæ sit comestio aut potatio, 607. — Violatur jejunium quando quis noctu mittit in os quidquam ex sacchar, si totum ante mediam noctem non fuit liquefactum, 609. — Dies intra quam debet observari jejunium naturale computatur a puncto mediæ noctis, 610. — Quid dicendum de eo qui dubitet an sit jejunus, 610. — Quid quando sunt plura horologia, 612 et seq. — Dubium incidens de nocte Natalis, quomodo in ea observetur jejunium naturale a cardinale celebrante primam missam post matutinum coram summo pontifice; quæ missa solet tota absolvi ante mediam noctem. 616

De la communion des malades. Ils communiaient quelquefois sous la seule espèce du pain, et d'autres fois sous les deux espèces, suivant les différentes circonstances, XX, 277 *et seq.* — Qui in periculo mortis constitutus accipit Eucharistiam pro viatico, si sit periculum in mora, potest accipere non jejunus. XXIII, 617

Communiter theologi concedunt posse post semel acceptum viaticum iterum intra eamdem ægritudinem dari absque jejunio, 620. — Auctores hujus sententiæ non omnes conveniunt in determinanda distantia quæ debet intercedere ut possit iterum dari communio absque jejunio intra eamdem infirmitatem, 621. — In hac doctorum varietate unica regula firma et secura videtur nobis esse consuetudo fidelium, 621. — An sacerdos non jejunus possit celebrare ad dandum viaticum moribundo, alioquin sine Eucharistia morituro. Probabilior et communior est sententia negans, 622. — An sicut potest propter scandalum vel infamiam vitandam aliquis communicare vel celebrare sine confessione, sic possit etiam sine jejunio. Aliqui volunt ut in neutro casu liceat communicare. Oppositum tamen videtur dicendum, 623. — Facultas communicandi sine jejunio in mortis periculo non limitatur ad ægrotos, sed locum habet in iis etiam qui juste vel injuste interficiendi sunt, vel certe sunt in mortis periculo, nec possunt expectare, ut sequenti die jejuni viaticum accipiant, 623. — Judex non obligatur ad differendam mortem delinquentis, ut cras jejunus communicet, 624. — Infirmus debet, quando commode potest, servare jejunium ante viatici sumptionem. 624

Alii casus in quibus licet sine jejunio Eucharistiam accipere. Primus casus est quando id necessarium est ad perficiendum vel consummandum sacrificium, 624. — Secundus casus est quando post calicis ablutionem sumptam inveniuntur reliquiæ, 625 et seq. — Tertius casus est quotiens

oportet Eucharistiam consumere ad vitandam irreverentiam. 630
Alia quæ in sacra Eucharistia administranda observari debent. — Rubrica Missalis præscribit ut non in fine missæ, sed proxime post communionem sacerdotis fiat communio astantium, XXIII, 1195; XX, 272. — De la communion hors les assemblées publiques de l'Eglise. Les fidèles communiaient autrefois dans leurs maisons, 273. — Combien cet usage a duré en Orient, 276. — En Occident, 277. — Decreto sacræ Rituum congregationis, anno 1701, vetitum fuit ne cuiquam astantium in missis defunctorum Eucharistia præberetur. Sed illud decretum non vulgatum fuit, XXIII, 1196. — In missis defunctorum Eucharistia, sive in eadem, sive in alia missa consecrata, distribui potest, dummodo id non fiat ante vel post missam, sed intra eamdem missam post ipsius sacerdotis communionem, 1197. — Sacræ Rituum congregationis decreta vetant ne post mediam noctem Nativitatis astantibus Eucharistia tribuatur, propter gravia quæ unde oriebantur absurda, 1198. — Feria sexta in Parasceve ne cuiquam, exceptis infirmis, Eucharistia tribuatur, vetitum est decreto sacræ Rituum congregationis anno 1622, 1198. — Sabbato sancto non dicitur ea antiphona quæ appellatur communio, quia non fiebat populi communio, quæ ne nunc quidem facienda esset, 1199. — De la communion qui se faisait pendant la célébration des saints mystères, XX, 252. — Avant la communion, le diacre disait à haute voix sancta sanctis, 253. — De l'ordre que l'on observait en donnant la communion, 254. — Dans plusieurs endroits, après que les fidèles avaient communié, on donnait les restes de la communion à de jeunes enfants innocents, 255. — Du lieu où se faisait la communion. La pratique sur ce point n'était point uniforme, 256. — En France, tout le monde, tant hommes que femmes, allaient à l'autel pour y recevoir la communion, 257. — Anciennement les fidèles communiaient debout, 258. — On donnait anciennement aux fidèles le corps de Notre-Seigneur dans la main, 259. — La main des hommes était nue, 260. — Celle des femmes était couverte d'un linge appelé *dominicale*, 261. — La première époque que l'on connaisse du changement est un concile de Rouen tenu sous Louis le Débonnaire; voici les paroles: *Nulli laico aut feminæ Eucharistiam in manibus ponat, sed tantum in os ejus*, 261. — De la manière dont les fidèles recevaient la communion du sang de Jésus-Christ pendant la célébration des saints mystères. On leur présentait le calice dans lequel était le vin consacré, 263. — On se servit ensuite d'un chalumeau pour prendre l'espèce du vin, et empêcher que le sang précieux ne se répandît. Pour y obvier plus sûrement, on établit l'usage de mettre dans la bouche des fidèles un morceau de pain consacré, trempé dans le sang précieux, 264. — Au douzième siècle, on se désaccoutuma insensiblement de donner la communion sous les deux espèces. Deux raisons contribuèrent à ce changement de discipline: d'abord, la crainte de répandre le sang précieux, 266, — ensuite la rareté du vin dans les pays du Nord, qui se convertirent assez tard, 267. — Le concile de Constance en fit une loi, 267. — L'usage de communier sous les deux espèces pendant la célébration des saints mystères souffrait ses exceptions, 267 *et seq.* — Du chant des psaumes pendant la communion. 270
De usu ministrandi Eucharistiam extra missam; qui usus cœpit Hierosolymæ a S. Cyrilli temporibus, XXIII, 1199. — S. Pius V vetuit ne ad moribundos qui non possunt Eucharistiam deglutire sacra particula adoranda deferatur, 1201. — Non licet præbere sub specie vini Eucharistiam moribundo qui eam sub specie panis deglutire non posset, 1202. — Non licet ad falsam confovendam devotionem, unam vel plures particulas vel majoris moduli hostiam præbere, 1203. — Non licet, ad aliquod delictum detegendum, Eucharistiam offerre ei qui suspicione ejusmodi premeretur, 1203. — Non licet hostiam non consecratam pro consecrata peccatori offerre qui paratus sit sacramentum in peccato suscipere, 1205. — Certæ ac firmæ præstitutæ sunt regulæ quas adhiberi oportet ubi publici peccatores Eucharistiam postulant, 1205. — In quibusdam olim regnis, sontibus reis morti deditis propter aliquod perpetratum scelus, Eucharistia etiam eam postulantibus negabatur. Qui usus egregiis pluribus viris non probatur. 1206
De communione sub una specie, V, 1035; VI, 782, 1023, 1024; XX, 269. — Qui sumit unicam speciem, dici potest non sumere integrum convivium Eucharistiæ, XXIII, 60. — An utraque species Eucharistiæ conferat majorem gratiam quam singulæ seorsim, 488 et seq. — *Vide* EUCHARISTIAM. — Communio sub una vel sub duplici specie, non ad fidem, sed ad disciplinam duntaxat pertinet VI, 1024. — Datur præceptum divinum suscipiendi Eucharistiam. Communis est sententia, XXIII, 630 et seq. — Communis sententia docet præceptum Eucharistiæ divinum omnes obligare, etiam non baptizatos, ita ut peccent specialiter contra illud præceptum, 636. — Contra hanc doctrinam difficultas, 637. — Catechumenus bona vel mala fide debito tempore accipiens Eucharistiam non videtur satisfacere præcepto divino, quia illa Eucharistiæ sumptio non est vere sacramentalis sumptio, 638. — Si sumatur Eucharistia sine intentione, vel ab ignorante illam esse hostiam consecratam, non satisfit præcepto, quia illa sumptio non est sacramentalis, 639. — Sed fidelis communicans scienter in statu peccati satisfacit præcepto, 638. — Finis enim præcepti non præcipitur, sed sola substantia rei. Solv. objectio, 639. — Quando obliget hoc præceptum divinum. Per accidens obligari potest homo ad communionem ex natura rei, quando ei necessaria est Eucharistia, 640. — Loquendo de obligatione per se et formali, inter eos qui præceptum divinum admittunt, alii dicunt obligare solum semel in vita. Alii dicunt pro tempore mortis esse specialem obligationem ex hoc præcepto divino, alii secluso scandalo et contemptu, non esse obligationem sub mortali, 640. — Communis sententia, præsertim hoc tempore, et verior duo dicit: primum, dari ex divino præcepto obligationem accipiendi pluries in vita, hoc sacramentum: secundum, dari specialem obligationem accipiendi in articulo mortis. Prima pars probatur, 640 et seq. — Hinc oritur dubium quoties debet accipi ex præcepto Christi. Melior sententia est Christum non determinasse tempus, sed reliquisse determinandum ab Ecclesia, quando fidelium negligentia id exigeret, 641. — Necessitas hujus cibi duplex, alia per accidens et extraordinaria, ac peculiaris aliquorum; alia communis et ordinaria, 641. — Eucharistiæ frequentiam non semper eodem modo determinavit Ecclesia, 642. — Secundo, præceptum divinum obligat specialiter in articulo mortis, 643, 631. — Stante illo præcepto, rationabiliter potest aliquibus negari Eucharistia in mortis articulo propter peculiares circumstantias, 532 et seq. Ecclesia aliquando aliquos in articulo mortis privavit viatico in pœnam delictorum, 530. — Cujus exempla in solo concilio Eliberino reperiuntur fere viginti, 530, 643. — Homo non obligatur ad novam communionem, quando paulo ante mortis periculum communicaverat. Hæc sententia communior, 644 — Præceptum enim est de communione paulo ante mortem præmittenda, 646. — Solv. objectiones P. Vasques, 646, 647. — Qui accipit communionem in statu peccati satisfacit præcepto viatici. Præceptum non obligat ad finem præcepti, sed ad opus, 648. — Transacto periculo mortis, cessat obligatio, 649. — Constat esse obligationem dandi Eucharistiam in articulo mortis, amentibus qui ante amentiam habuerunt explicitam vel implicitam voluntatem hujus sacramenti, quando non est periculum irreverentiæ, et probabiliter creditur quod sint in statu gratiæ, 636. — Utrum debeat vel possit dari viaticum illi qui eadem die ex devotione communicaverat, variæ sunt sententiæ, 649. — Vel in communi vel etiam in particulari negantem sententiam docent doctores omnes qui, dum dicunt etiam illum qui paulo ante communicavit, posse postea, adveniente periculo, iterum communicare, addunt exceptionem: *Nisi eadem die communicasset*, 650 et seq. — Sacerdos jejunus potest bis celebrare eadem die ad dandum viaticum moribundo, 653. — Ob reverentiam sacramenti, prohibetur communio infirmo habenti periculum vomitus, 671. — Nec misericordiæ Dei, nec sacris canonibus, nec principum piorum constitutionibus illi satisfaciunt qui damnatis ad mortem negant sacræ Eucharistiæ communionem, XXVII, 453 et seq. — Duplex est hodie catholicarum ecclesiarum hac in re praxis: altera gallicanæ quæ reis capite damnatis beneficium absolutionis impendit, sed sacram Eucharistiam negat; altera cæterarum, saltem apud Latinos, ecclesiarum: quæ utrumque concedunt, 459 et seq, *in nota*.
Des temps affectés à la communion des fidèles. Variété de discipline sur ce point, XX, 282 — Décret du concile de Latran, 283 *et seq.* — De præcepto ecclesiastico communionis paschalis et annuæ, XXIII, 653. — Præceptum Fabiani papæ quod olim obligabat ad ter in anno communicandum, jam nunc obligat ad semel, saltem in Paschate, 653. — Nomine Paschatis non intelligitur solus dies Resurrectionis, sed quindecim dies a Dominica Palmarum, 654. — Imo in aliquibus locis extenditur tempus ad totam quadragesimam, 654. — Dubitatur an præceptum hoc sit affixum Paschati, ita ut qui tunc non communicavit, non obligetur amplius ad communicandum illo anno. Tres sunt sententiæ, 654. — In hac lege sunt duo præcepta, alterum communicandi semel saltem in anno, alterum communicandi in Paschate, 654. — Elapso termino Paschatis, non extinguitur obligatio communicandi saltem semel in anno, 655 — Sed ulterior dilatio non semper affert novam culpam, 655 — Non manet obligatio communicandi statim post Pascha, sed solum communicandi ante finem anni, id

est, ante finem decembris, 656. — Qui prævidet sibi futurum impedimentum in Paschate, non tenetur prævenire et communicare ante tempus ab Ecclesia assignatum, 657. — Qui propter futurum impedimentum in Paschate anticipavit bona fide communionem, obligatur ad communicandum in Paschate, si cessaverit impedimentum. Ratio est quia satisfecit quidem præcepto communionis annuæ, non vero præcepto communionis Paschalis, 659. — An qui scienter, vel ignoranter communicavit in Paschate in statu peccati, satisfecerit Ecclesiæ præcepto. Negant plures. Contraria sententia communis est. Ratio præcipua est quia præcepta non obligant ad finem, sed ad substantiam præcepti, 660 et seq.

Utrum consulendus sit omnibus fidelibus indifferenter usus quotidianus Eucharistiæ, XXIII, 662. — Sententia affirmans omnibus expedire communionem quotidianam, 662. — Licet aliquando nimia frequentia possit esse culpa venialis, usus quotidianus Eucharistiæ non includit labem peccati lethalis, 662. — Usus quotidianus Eucharistiæ de se laudabilis est et perfectior, quam usus rarior, 662 et seq. — Prior pars veræ et communis sententiæ explicatur. Non expedit omnibus justis indifferenter, cujusque status et vitæ sint. Quotidiana communio, neque eis est utilior, licet alioquin sit illicita, 664 et seq. — Hæc sententia communis scholasticorum fundatur 1° auctoritate Patrum, 668. — Fundatur 2° firmissima ratione, cujus vis ad duo capita spectat : primo, ad sumentis utilitatem, 669. — Nimia frequentia spiritualem esuriem et diligentiam præparationis adimit paulatim, 669, 672. — Secundo ad sacramenti reverentiam, 669 et seq. — Secunda pars communis et veræ sententiæ probatur. Qui in re tanti ponderis errare non vult se suo arbitrio ducere non debet, sed stet judicio prudentis confessarii vel patris spiritualis, 664; 673 et seq. — Solv. objectiones et exponuntur fundamenta adversæ opinionis, 676 et seq.

De ministro Eucharistiæ, XXIII, 681. — Christus Dominus noluit laicos habere hunc cibum, nisi per manus sacerdotis. Nec sufficit quicumque sacerdos, sed requiritur proprius pastor, parochus scilicet vel alius, qui ab eo habeat jurisdictionem delegatam; quod indubitatum est apud omnes theologos. Ad pastorem enim spectat pascere oves suas, 674; 696. — Hic consensus pastoris requiritur non solum ad dandam communionem laicis, sed etiam clericis et sacerdotibus quando extra missam communicant, 696. — Certum est ad ministrandum hoc sacramentum sufficere facultatem aut consensum pastoris expressum vel interpretativum, vel etiam præsumptum. Ministratio Eucharistiæ valida erit, licet fiat invito pastore, 696. — Certum est posse competere facultatem dandi Eucharistiam ex commissione et delegatione iis etiam qui parochi vel pastores non sunt, prout de facto eam habent communiter religiosi ex privilegiis pontificum eorum ordinibus concessis, 696. — Conveniunt fere omnes in hoc quod ad ministrandam Eucharistiam non requiratur approbatio ordinarii. 697

Dubitatur primo, an per bullam Cruciatæ possit qui eam habet accipere Eucharistiam a quolibet sacerdote absque ullo consensu sui Parochi. Plures negant, 697. — Alii concedunt in bulla dari illam facultatem, 697 et seq. — Dubitatur secundo, an Mendicantes per sua privilegia possint ministrare Eucharistiam toto omni tempore. Communis sententia negat eorum facultatem extendi ad diem Paschatis, 700. — Supposita sententia communi, dubitatur tertio quid intelligatur per diem Paschatis in illis privilegiis exceptum. Theologi communiter illa verba non intelligunt materialiter, sed formaliter de communione paschali, quocumque die fiat, nam intentio pontificum fuit illam communionem reservare parochis, 700. — Peregrinis et vagis possunt etiam regulares dare communionem paschalem, quia nullam habent parochiam in qua satisfacere debent, 701. — Dubitatur quarto, an aliquando Mendicantes possint dare viaticum sine licentia parochi, 701. — Communior et verior sententia concedit posse religiosos, imo et sacerdotes seculares ministrare viaticum, deficiente parocho, 702. — Utrum solus sacerdos possit Eucharistiam ministrare. Conveniunt fere omnes potestatem dispensandi Eucharistiam ex officio competere soli sacerdoti; ex commissione vero competere aliquando diaconis, qui olim sanguinem populo ministrabant, et aliquando etiam corpus, 681. — Dupliciter, aliquis potest ministrare Eucharistiam : primo, utendo auctoritate et jure quod habet ad dispensandum; secundo ut merum ministrum et instrumentum alterius, 682. — Laicus qui jussu sacerdotis deferret Eucharistiam infirmo, ut legitur Eucharistia a Serapione missa per laicum ad infirmum, esset merum instrumentum. Idem dicendum de subdiacono et aliis inferioribus clericis, 681, 682. — Sacerdos quoties Eucharistiam ministrat, ut sacerdos est, distribuit illam ex potestate a Christo accepta, 683. — Difficultas tota est de diacono, qui olim sanguinem Christi dispensabat, an faceret ex potestate sua, an ut merum instrumentum, 683. — Videtur diaconus consecrari peculiariter in ministrum immediatum sacerdotum, hoc est, ad ministrandum sacerdoti in rebus superioribus, quarum præcipua est distributio Eucharistiæ, 685. — Hinc discrimen inter diaconum et sacerdotem qui ex alterius commissione ministrat Eucharistiam alienis ovibus, 686. — Hinc secundo, diaconus dans Eucharistiam in statu peccati non peccat mortaliter, 687. — Hinc tertio, sacerdos non habet majorem potestatem dispensandi hostias a se consecratas, quam consecratas ab alio, 688. — Hinc quarto, attenta hujus sacramenti institutione, et seclusa omni prohibitione humana, sufficit diacono ad ministrandam Eucharistiam voluntas præsumpta sacerdotis et pastoris, licet non habeat expressa et formalis jussio, 688. — De facto et attento usu et lege ecclesiastica, dubitatur primo an subdiaconus vel clericus inferior aut laicus possint de licentia sacerdotis ministrare, vel accipere sibi Eucharistiam, 689. — Extra casum necessitatis negant communiter theologi, 689. — Vel in casu necessitatis negat communis theologorum sententia; quia in articulo mortis sacramentum hoc non est necessarium ad salutem, 690, 691. — Dubitatur secundo, an de facto possit sacerdos nunc committere diacono ut ministret Eucharistiam. Potest in necessitate quæ non restringitur ad solum casum dandi viaticum moribundo, sed latius patet, ut si sacerdos impeditus sit et non possit populo Eucharistiam distribuere, 692. — Dubitatur tertio an sacerdos de facto possit licite sibimet accipere Eucharistiam extra missam, 692. — Attenta præcisa institutione sacramenti, et seclusa prohibitione humana, non apparet cur sacerdos non possit extra missam sibi accipere Eucharistiam, sicut dat aliis, 689. — De facto autem, sacerdos extra missam debet sicut cæteri omnes Eucharistiam accipere a pastore, vel de licentia illius. Nam communio sacerdotis extra missam vocatur semper in conciliis communio laica, 693. — Idem dicendum de sacerdote pastore, 694. — Probabile est sacerdotem habentem licentiam sui pastoris, urgente necessitate, non solius viatici, sed etiam devotionis propter festum solemne aut quid simile, de facto posse sibi Eucharistiam sumere extra missam, 695. — In canone 14 concilii Nicæni conceditur diacono ut, absente sacerdote, det aliis, et sumat sibi Eucharistiam ex sacrario; quæ facultas non invenitur revocata, et a fortiori competit omnibus sacerdotibus. 695

Communio sanctorum in bonorum spiritualium mutua communicatione consistit, VI, 997. — Triplex est fidelium communicatio : *pure interna*, quæ consistit in fide et charitate, per quam fideles inter se et cum Christo mystice copulantur; *pure externa*, quæ consistit in fidelium convictu, colloquio, commercio; *media* sive partim interna et partim externa, quæ consistit in orationibus, sacrificiis et sacramentis; res enim ipsæ externæ sunt, sed fructus earum est internus. XVIII, 1401

Communio sanctorum est societas omnium Ecclesiæ membrorum, sive in terris adhuc militantium, sive in purgatorio patientium, sive in cœlo regnantium, tum inter se, tum cum Christo capite Ecclesiæ, VI, 333. — Secundo, significat communionem sacramentorum, 333. — Tertio, significat communionem omnium donorum, v. g., scientiæ, prophetiæ, etc., quæ malis etiam hominibus publicæ militatis causa conceduntur, 333. — Quarto, sanctorum communio significat ejusdem fidei, religionis ac pietatis constantem professionem, 333. — Quinto, communio sanctorum significat sacrum commercium suffragiorum, bonorum operum, meritorum, inter omnia Ecclesiæ membra per unum spiritum vinculo charitatis colligata, 335. — Omnes fideles communionis sanctorum participes sunt, non æqualiter, sed pro fidei suæ, charitatisque mensura, 337. — A communione sanctorum illi omnes excluduntur, qui ab Ecclesia excluduntur, Pagani, Judæi, hæretici, schismatici et juste excommunicati, 338. — Esse sanctorum communionem semper agnovit Ecclesia catholica. 603

Communio bonorum non alium diligentiam exquirit pro alieno quam pro suo. XV, 1058

Communitas est cœtus hominum, XII, 132-122. — Duplex est, imperfecta seu familiaris, et perfecta seu politica, 433-346. — Prior est maxime naturalis, et quasi fundamentalis, 433, 436-346. — Est in se familia perfecta in ordine ad domesticam, seu œconomicam gubernationem, 435-346. — Sed non est sibi sufficiens, 433, 153, 134-435, 123, 124. — Communitas perfecta dici potest communitas politica vel mystica per specialem conjunctionem congregatione morali modo una, 132-122. — Perfecta in genere dicitur quæ est capax politicæ gubernationis, 132, 133-125. — Communitas coalescit, medio con-

sensu, et voluntate singulorum, 443-334. — Potestas dominandi seu regendi politice hominis, nulli homini in particulari data est immediate a Deo. Vi solius juris naturæ est in hominum communitate, 443, 451-334, 338. — Potestas legislativa non exercetur immediate per totam communitatem, 450-338. — *Vid.* Lex. — Sub nomine communitatum religiosarum comprehenduntur quælibet societates et religiosæ et mere ecclesiasticæ. Communitates generatim loquendo habere possunt dominium rerum temporalium. XV, 859

Commutare ex usu communi idem est ac in æquale mutare, XIV, 293-253. — Commutare votum nihil aliud est quam materiam voti in aliam mutare, ut jejunium in orationem. 292-252

Commutatio voti definitur : Substitutio operis honesti loco alterius per votum promissi, eodem voti vinculo remanente, XVIII, 673; XXII, 978, *in nota*. — Commutatio voti dicitur redemptio voti, quando votum transmutatur in pecuniam aut aliquid pretio æstimabile, XIV, 292-252. — Ad commutationem voti in æquale requiritur causa, licet minor quam ad dispensationem, XXII, 978, *in nota*. — Commutatio regulariter loquendo requirit auctoritatem Ecclesiæ, XIV, 293-252. — Superior sine ulla justa causa votum commutans in æquale peccat venialiter; si in rem longe minorem commutet sine causa, videtur mortaliter peccare, saltem si non obliget voventem ad supplendum aliunde quod deest voti materiæ, 292-253. — Quantum fieri potest, conetur commutans servare æqualitatem et proportionem, ita ut commutatio fiat in bonum æquale, 295-253. — Oportet considerare quid deceat, ne scandalum consequatur. Quid expediat et quoad voventem, et quoad proximum, 294-254. — Consideranda est voventis qualitas et conditio, ætas, infirmitas, robur corporis, officium, status, inopia, 294-254. — Quando commutatio non fit in aliquid evidenter melius, auctoritatem commutandi habent ii qui dispensandi habent facultatem sive ordinariam, sive delegatam, 294-254. — Votum jam commutatum potest iterum ab habente facultatem commutari ex justa et rationabili causa, 295-255. — Aliquis sine facultate episcopi, vel confessarii auctoritate propria votum suum in melius commutare potest. In minus bonum aut in aliquid quod est evidenter æquale bonum, non potest, 296-255, 256. — Commutatio securior, in omni votorum genere, erit frequentia sacramentorum. XXII, 978

De commutatione votorum tempore Jubilæi, XVIII, 673 et seq. — Vota quæ commutari possunt virtute bullæ *Cruciatæ* vel jubilæi, XXV, 407. — Commutatio votorum virtute bullæ, vel jubilæi, ut fiat, necessario non requiritur confessio. 409

Commutatio legis, XII, 257. — Commutationes in materia justitiæ, sunt voluntariæ, vel involuntariæ. Voluntariæ sunt, quando uterque actus scilicet dare et accipere, fiunt animo commutandi; et aliquis voluntarie transfert rem suam in alterum, XIV, 363-445. — Commutationes involuntariæ sunt, quando actus, nempe damnificatio, tam ex parte recipientis quam ex parte illam inferentis, non fit animo commutandi, ut scilicet reddatur æquale, sed aliquis utitur re alterius ex invito. 364-446

Comœdias valde turpes et ad libidinem excitantes componere et repræsentare, peccatum est mortale, XXV, 429; XIV, 801-633. — Talibus comœdiis interesse est de se peccatum mortale, ob periculum imminens libidinis et delectationis venereæ, 801-633. — Comœdias componere, repræsentare, vel spectare, in quibus nihil turpe et obscœnum, et eas etiam quæ vulgo *opera* nuncupantur, non videtur peccatum mortale. Sed illæ comœdiæ sunt valde periculosæ, et ideo ab omnibus et maxime ab utriusque sexus juvenibus omnino fugiendæ, 802 et seq.-635. — Inspectio spectaculorum vitiosa redditur, ait S. Thomas, in quantum per hoc homo sit pronus ad vitia vel lasciviæ, vel crudelitatis, 803 et seq.-634. — Donare res suas histrionibus, vitium est immane, ait S. Aug. 807-637

Compassio, seu festum dolorum B. Mariæ, feria sexta post dominicam Passionis, XV, 239. — Hujus festi officium recitatur in tota ditione ecclesiastica; et decreto Benedicti XIII in universa Ecclesia, XXVI, 561. — B. Maria *adfuit* crucifixioni Jesu Christi. Falso a quibusdam creditur mortua ægritudine animi in Calvario. Nunquam dubitavit de Filii divinitate, 561. — Vera interpretatio verborum Simeonis, *Et tuam ipsius*, etc., 562. — B. Virginis constantia. Innocentius III auctor hymni *Stabat Mater*, 563. — De Ecclesia S. Mariæ de Spasmo in Palæstina, 564. — De Spasmo B. Mariæ cardinalis Cajetani sententia, 565. — Improbantur pictores et concionatores qui Mariam prope exanimatam, ac muliercularum similem exhibent, 565. — Quando et cur cœperit recitari hoc officium, 567, XV, 239. — Unde orta imago, qua pictores B. Mariam pingunt septem gladiis transfixam. XXVI, 567

Compensatio in genere est debiti et crediti contributio. Jure nostro est reciproca et fictiva solutio, quæ inter duas personas debito mutuo sibi invicem obligatas, intervenit, XV, 954, 1260. — Duplex distinguitur : alia legalis, seu lege approbata; alia extralegalis, seu a lege neque approbata neque prohibita, 954. — Certum est utramque compensationem, positis quibusdam conditionibus, omnino liberare a restitutione facienda, 954 et seq. — Compensatio excusat a restitutione, ita ut qui usus est non cogatur restituere id quod compensationis causa alteri subtraxit; et is contra quem usus est non cogatur rursus solvere, 820. — De requisita culpa ut debeatur compensatio damnorum ex inexecutione contractus, XVI, 560 et seq. — *Vide* Contractus.

De mora requisita ex parte debitoris ut debeatur compensatio damnorum, 564. — De quantitate compensationis debitæ ob contractus inexecutionem, 565. — Creditor regulariter stare debet taxationi legis pro compensatione damnorum, sive taxatio excedat damnum, sive damnum excedat taxationem, 566. — Compensatio est ficta et reciproca solutio quæ locum habet, quando personæ fiunt erga se invicem debitrices. Duplex est una proprie dicta seu legalis, alia improprie dicta seu occulta, 585. — Certum est utramque compensationem, concurrentibus debitis conditionibus, esse legitimam causam qua extinguuntur obligationes, 585, XV, 954. — Ex prædictis conditionibus aliæ ad justitiam, aliæ ad liceitatem tantum, pleræque tamen ad justitiam compensationis petuntur, 955. — Caute admodum in praxi admittenda est compensatio occulta. 956

Compensatio in genere est debiti et crediti inter se contributio. Alia est legalis, seu lege approbata; alia extralegalis, seu a lege neque approbata neque prohibita. 954, 1259, 1260

Mutua conjugum adulteria compensantur quoad pœnas civiles, non vero quoad pœnam et accusationem criminalem, XXV, 429. — Compensatio non datur in adulterium carnale unius conjugis et spirituale alterius, quoad divortium, nec inter spirituale utriusque conjugis. 429

Competentes erant illi qui urgente Baptismi desiderio, instanter petebant ad illum admitti; unde dicti sunt competentes, a petendo, XX, 18. — Quænam competentibus mysteria exponerentur, et quæ laboriosa ab ipsis exigerentur opera. 42 et seq.; XXI, 515 et seq.

Comprehensio proprie dicta, seu notitia perfecta ea est quæ adæquat omnem rei cognoscibilitatem, sive qua cognoscitur res eo omni modo quo cognosci potest et exigit. VII, 223

Compromissum. Episcopus eligitur per compromissum, quando a capitulo, nemine dissentiente, uni, vel pluribus extra gremium capituli existentibus clericis, electio committitur. V, 1255

Complicis confessarii denuntiatio, XVIII, 1138; 1142. *Vid.* Denuntiatio.

Compositio est distinctorum unio ac consequenter ad compositionem requiruntur simul et distinctio et unio, VII, 121. — Duplex est compositio, physica una, altera metaphysica. Physica est aggregatio plurium physice seu realiter distinctorum. Compositio physica triplex distinguitur : prima essentialis dicitur; secunda integrans; tertia accidentalis, 118. — Metaphysica compositio est adunatio plurium per mentem cum fundamento in se distinctorum. Est etiam multiplex. 118

Compositio cum pontifice excusat a restitutione, quando incertum est quinam sint creditores. Ratio est, quia quando ignoratur proprius bonorum Dominus, hæc restituenda sunt in pios usus, XV, 819. — Si creditores sint noti, non potest pontifex debitorem liberare a restitutione, nisi legitima causa subsit; ea vero supposita, potest. Ratio est, quia pontifex habet supremam potestatem in bonis temporalibus omnium christianorum, licet indirectam, nempe quatenus opus est ad regimen spirituale, 819. — Summus pontifex potest facere compositionem in debitis incertis, ita ut debitor vel minus, vel nihil restituere teneatur, 1253. — Etiam circa debita certa potest subinde pontifex ex gravissimis causis facere compositionem, quamvis hac potestate nunquam utatur, 1254. — Episcopi non possunt facere compositionem in bonis certis, aut etiam in incertis, 1254. — Gallicis theologis non approbantur omnes hæ assertiones. 1253, *in nota.*

Compositio locum habet in remissione gratuita, et in jure certo ac indubitato, et extra omnem litem. Omnis compositio non est transactio; sed omnis transactio compositio quædam est. XVII, 781

Compunctio est quando ex consideratione morum malorum cor interno dolore tangitur. XVII, 1062

Computus, sive liber de computo. Computus, seu computus, notitia erat cursus lunæ et calendarum, sive scien-

tia certificandi tempus secundum solis et lunæ progressum. V, 262

Conceptionis B. Mariæ festum die octava decembris celebratur, XV, 364. — De institutione festivitatis. Hujus vetustas in Oriente, XXVI, 643. — Hoc festum cœptum celebrari primum in Anglia, 644. — Ex Anglia transiit in Galliam ætate S. Bernardi, 645. — Adversus hanc festivitatem exarsit S. Bernardus, quod celebrari videret Apostolica sede inconsulta. Epistola S. Bernardi non est supposititia, 634. — In Romana Ecclesia videtur celebrari cœpisse tempore S. Bonaventuræ. Certe seculo XIV celebrabatur Romæ, 644. — Festivitas celebrari cœpta, quin prius examinaretur quæstio de Immaculata Conceptione. Scotus eam propugnavit. Officium approbatum a Sixto quarto, 635. — Huic officio aliud Pius V substituit. Clemens IX octavam addidit. Clemens XI hunc diem posuit inter festivitates de præcepto. 643

Conceptio alia activa, alia passiva : activa est opus maritale ad corporis formationem ; passiva est animæ infusio et unio cum corpore. De conceptione passiva hic agitur. Variæ theologorum propositiones quibus exprimitur Immaculata Conceptio, cui favet Apostolica sedes. Non est satis dicere B. Mariam in utero sanctificatam fuisse, 633. — Joannis de Montesono propositio adversus Immaculatam Conceptionem ab Universitati Parisiensi confixa. Appellat ad pontificem. Causa sua diffisus furtim elabitur, 636. — Tractatus de B. Mariæ Conceptione scripsit Turrecremata jussu concilii Basileensis. Cum decretum edidit, quo statuitur Imm. Conceptio, jam non erat amplius illud concilium legitimum Conjectura quamobrem Sixtus duas constitutiones ediderit, 637. — Trithemius propugnator Immaculatæ Conceptionis frustra exagitatus. Ad eum defendendum plures universitates exarsere. Decretum universitatis Parisiensis. 638. — Turrecrematæ tractatus a magistro S. Palatii, consentiente summo pontifice, editus est, 639. — Controversia proposita in concilio Tridentino de Immaculata Conceptione. Decretum de peccato originali, 639. — Soave et Launoius decretum illud impetere sunt ausi. Launoii mendacium, 640. — S. Pii quinti sanctio adversus eos qui in concionibus ad populum alterutram sententiam attingerent. Doctis viris ea constitutio concedit de hac controversia disputare, modo neutri sententiæ erroris notam inurant, 640. — Confirmatæ Bullæ Sexti quarti. Decretum Tridentinum. Ea omnia nova constitutione Paulus V confirmat, 641. — Constitutio Gregorii XV tria complectitur. Constitutio Alexandri VII. Frustra Hispaniarum reges petunt a pontifice, ut dirimatur controversia, 641. — Ecclesia Immaculatæ conceptioni favet; nihil tamen definit. Favendi argumenta, 642. — Falso quidam putant a sede Apostolica definitum hunc articulum, 646. — Suares putat ab Ecclesia Conceptionem celebrari ut sanctam et immaculatam. Declaratio auctoris in hac controversia. 647

Conceptio immaculata Virginis fide divina credi posse videtur ab eo cui moraliter constat eam esse implicite in Scripturis revelatam, VI, 1353. — Testimonia in gratiam Immaculatæ Conceptionis, XXVI, 649-673. — De ratione congruentiæ pro Imm. Conceptione. De conceptione filiorum Adæ, 673. — Convenit Deo patri B. Mariam a labe peccati in carne fuisse immunem, 683. — Convenit Christo, convenit Spiritui sancto, 686. — Conclusiones de prærogativa sanctitatis Deiparæ, 688. Speciales dotes Immaculatæ, 690. — Scholium. 693.

Concilium seu synodus in genere definiri solet : congregatio prælatorum Ecclesiæ in unum locum ad causas quæ vel ad fidem, vel ad mores, vel etiam ad disciplinam pertinent, examinandas et definiendas, XI, 41. — Concilii in genere aliæ definitiones. I, 347-271; VI, 943

Non omnium fidelium, sed solum episcoporum et sacerdotum est de fidei controversiis decernere. Non fœminæ, non laici, ut volunt Lutherani, sed soli episcopi et sacerdotes in concilium vocandi sunt, I, 347 et seq.-272. — Patres concilii in fidei causa non modo consiliarii sunt, sed etiam judices, 369 et seq. - 289. — In causis fidei solis episcopis, imprimis summo pontifici, jure divino competit auctoritas judicandi. *Argumentum primum.* Ex Scripturis, IV, 584. — *Arg.* II. Ex monumentis indubitatæ traditionis, 586. — *Arg.* III. Ex consectariis adversantis doctrinæ, et rationibus theologicis, 590 — Solvuntur objectiones. *Objectio prima.* A divina parochorum institutione, 593. — *Objectio secunda.* In synodo apostolorum judicum partes egerunt presbyteri, 594. — *Objectio tertia.* Sederunt in conciliis tanquam fidei judices cum episcopis presbyteri, 600. — *objectio quarta.* Olim communi presbyterorum concilio Ecclesiæ gubernabantur. Hæc sunt verba S. Hieronymi, 604. — Aliæ exponuntur quæ facilius diluuntur objectiones. 607

Vocem deliberativam habent omnes episcopi, illi etiam qui dicuntur in partibus, 608 — Episcopi vero hæretici vel schismatici pertinaces, a jure sedendi inter judices fidei exciderunt. 608

Presbyteri, quibus vocem deliberativam concessit Ecclesia, vere judicant ipsis in causis fidei, non eadem tamen auctoritate qua episcopi, 609. — Quibusnam presbyteris jure ecclesiastico vel consuetudine subministretur ferendi potestas definitivi suffragii, 609. — Eadem potestas diaconis etiam conferri potest, 610. — A presbyterorum etiam ut consultorum sententia et assensu, neque vim suam obligandi hauriunt, neque necessario pendent dogmatica, episcoporum decreta. 610 et seq.

De jure Romanorum pontificum et generalis concilii. Num alterum alteri præstet in materia fidei, III, 1288. *Vide* Pontifex.

Concilium quadruplex distingui solet : generale, nationale, provinciale, et diœcesanum, I, 352-275; XI, 41. — Si prælati ex universis christiani orbis partibus convocantur, præside Romano pontifice, *generale* concilium est ; si ex aliqua natione vel regno, in quo primas, aut patriarcha præsideat, *nationale. Provinciale* dicitur quod coalescit ex episcopis, sive prælatis alicujus provinciæ, quibus præsidet archiepiscopus seu metropolitanus. Concilium ex presbyteris et parochis alicujus diœcesis, cui præest ejusdem episcopus, dicitur diœcesanum. 41

Concilium generale, seu œcumenicum, recte definitur : Congregatio ad quam ex convocatis totius Ecclesiæ episcopis tot ac tales conveniunt, ut Ecclesiam universalem repræsentent, VI, 943. — Quinam convenire debeant ut concilium sit vere œcumenicum, III, 1341. — Concilium œcumenicum complectitur papam, tanquam caput, 1342. — De jure et qualitate suffragii episcoporum et papæ in synodis generalibus, 1343. — Œcumenica concilia a summo pontifice convocanda sunt, 1339. — Non satis est ad generale concilium generalis convocatio, nisi sit etiam generalis congregatio, I, 353-276. Sed ad generalem congregationem non requiritur omnium episcoporum congregatio. *Ibid.*

Quæ requirantur ad constituendum generale concilium, et quæ ad illius infallibilitatem proprius spectent, IV, 550, 550; VI, 808; 944; III, 1339. — Ut clarius innotescat quænam concilia pro generalibus accipienda sint dantur quædam regulæ, VI, 944. — I. Præcipuum, quod ad universale et legitimum concilium requiritur, in eo situm est, ut extra casum schismatis regnet mutua communio potestatis ecclesiasticæ inter summos Ecclesiæ pastores, pontifices et episcopos : scilicet, ut nec corpus sit sine capite, nec caput sine corpore quidquam decernere moliatur ; sed integra debet esse repræsentatio, 944. — II. Ut concilium generale legitimum dici possit, requiritur ut ad illud convocentur totius orbis catholici episcopi, 945. — III. Requiritur ut conveniant tot ac tales episcopi, quot ad repræsentandam Ecclesiam sufficiunt, 945. — IV. Requiritur ut libere ab episcopis causæ Ecclesiæ examinentur, ac decidantur, 945. — V. In dubio, an concilium generale sit, vel ex omni, vel ex aliqua duntaxat parte legitimum, criterium veritatis sufficiens fundatur unanimi Ecclesiæ acceptatione et consensu, 945. — VI. Omne igitur, et solum istud concilium est generale, quod ab universa Ecclesia ut tale fuit recognitum et acceptatum. Cum primum autem de hoc consensu constat, ab omnibus sine ulteriore examine recipiendum est, 945. — VII. Non est de fide catholica, quod definitum fuerit in ullo concilio provinciali, etsi papa eidem per se, vel per legatos præsideat, illudque approbet, quia tale concilium particulare non est Ecclesia universalis, 946. — VIII. Si vero concilia particularia ab universa Ecclesia recepta sunt, fidei regulam constituunt, 946 — *N. B.* Hæ quatuor posteriores regulæ minus rectæ videntur, nec omnibus probantur.

Concilium generale infallibile est in his quæ ad fidem moresve pertinent. *Argumentum primum :* Concilium generale repræsentat universalem Ecclesiam, IV, 551. — *Secundum :* ex verbis Christi, 552. — *Tertium :* ex actibus Apostolorum, 554. — *Quartum :* ex constanti traditione, 555. — Sicut sancti Evangelii quatuor libros, ait S. Gregorius Magnus, sic quatuor concilia suscipere et venerari me fateor, etc., V, 155. — Non omnia quæ decernuntur in conciliis generalibus, de fide sunt, I, 381 et seq., 1325 et seq.-298, 1045. — Nos in dogmate fidei, ait Melchior Canus, et decretis ad salutem fidelium necessariis conciliorum auctoritatem asserimus, in rerum gestarum judicio et ordine non asserimus, I, 406-318 ; IV, 578. — In conciliis etiam generalibus tria sedulo sunt distinguenda 1° res quæ aguntur ; 2° modus quo aguntur ; 3° tenor decreti, 579. — 1° Quoad res : objectum debet esse definibile de fide, 579 ; I, 1327-1047. — 2° De modo quo res in conciliis generalibus geri debeant, cum aliis theologis requirit Bellarminus *ut fiant conciliariter*, id est, more

aliorum conciliorum, IV, 580. — 3° Ut aliquid a concilio generali definitum habeatur tanquam de fide, sedulo attendendus est *tenor decreti;* non sufficit rem esse in argumento fidei *definibilem*, et tractatam fuisse *conciliariter*, sed *decretum debet esse universale*, *propositum toti Ecclesiæ*, 581 et seq.; I, 1327-1048. — Concilium Lateranense V docuit *pontificem esse supra omnia concilia.* Cum autem, ait Bellarminus, dubium sit an hoc concilium rem istam definierit proprie ut decretum catholica fide tenendum, ideo non sunt proprie hæretici qui contrarium sentiunt, sed a temeritate magna excusari non possunt, IV, 585. — Regulæ observandæ ut innotescat, quænam conciliorum decreta sint de fide. I. Ut conciliorum generalium judicia certissimum, ac infallibile veritatis argumentum præstent, divina revelatione semper inniti debent, VI, 946. — II. Si rationes aliunde quam ex Scriptura aut traditione divina sint repetitæ, nec ad fidem spectant, nec infallibili judicio ab Ecclesia proponuntur, 946. — III. Nemo inter catholicos negat quin ad decernendas fidei quæstiones ipsis quoque conciliis necesse sit Scripturas et traditionem diligenter consulere, 946. — IV. Requiritur ut definitio facta sit conciliaris, id est ut concilium veritatem definierit proprie tanquam decretum fide catholica tenendum, 947. — V. Quæ in conciliorum decretis vel explicandi causa, vel per modum proœmii, aut clausulæ aditum canonibus parantis, a Patribus proferuntur, ea non sunt fidei catholicæ judicia, 947. — VI. Ex iis quæ continentur in capitibus conciliorum, id solum et totum est de fide, quod definitur et de fide credendum proponitur, 947. — VII. Quoad ipsos conciliorum canones, illi omnes fidem catholicam annuntiant, quorum objectum est materia fidei divinæ, 947. IV, 581. — VIII. Canones lati in conciliis non nisi eo sensu fidei dogmata creduntur, quo eosdem universa Ecclesia recipit, VI, 948. — IX. Canones, quorum objectum est lex, potestas, traditio et ordinatio ecclesiastica fidem solum ecclesiasticam exigunt, 948. — X. Propositio concilii generalis ab universa et pro universa Ecclesia facta in claro et certo sensu debet esse determinata. 948

Concilium generale, quod auctoritate romani pontificis nec congregatum, nec confirmatum est, errare in fide potest, I, 354-277. — Concilium generale, etiam romani pontificis auctoritate congregatum, sed non confirmatum, errare in fide potest, 355-278. — Verius diceretur talia concilia generalia non esse, deficiente capite, 343-269, in nota. — Concilia generalia quibus præsidet Romanus pontifex, saltem per legatos suos, et ab ipso approbantur, supremam habent in Ecclesia auctoritatem in definiendis iis quæ ad fidem et mores spectant; adeo, ut qui ab eorum definitionibus dissenserit, tanquam hæreticus sit habendus. XI, 41; I, 356 et seq.-278

De synodis provincialibus, ad componendas de fide ac moribus controversias, Necessariæ non sunt, IV, 519. — Concilia quæ *generalia* non sunt, nec summi pontificis, aut universalis Ecclesiæ consensione probata, aut confirmata, errori absolute subjecta sunt, et eorum decreta aboleri aliquando possunt, XI, 41; I, 359-281. — Magna tamen pollent auctoritate, et canones ab iisdem editos parvipendere temeritas est. Quæ temeritas eo gravior censenda est, quo major est episcoporum congregatio, XI, 361, 41. — Concilium provinciale summi pontificis auctoritate firmatum in fide nequit errare, I, 359-281. — Ad concilium provinciale tanquam ad superius a metropolita sede ponitur recursus, XII, 1351-1051. — Ipsa episcopalia, seu diœcesana concilia rarissime in aliquem errorem lapsa sunt, XI, 42. — Per se synodus episcopalis in judicio hæresis non certam, sed probabilem fidem facere potest, I, 361, 363-283. — Si a romano pontifice in decretis fidei confirmetur, certum argumentum veritatis exhibet, 361-285. — Non legatorum præsentia, sed summi pontificis auctoritate concilium valet, 364, 365 285, 286. — Concilii nondum a summo pontifice firmati validitas existere potest, sed innotescere non potest, 366 et seq.-286. — Summus pontifex majoris partis sententiam non tenetur amplecti, 372-291. — quæ sunt de fide et de moribus non Patrum numero judicantur, sed pondere. Pondus autem conciliis dat summi pontificis et gravitas et auctoritas, 373-291. — Discrimen inter Scripturam sacram et concilium, IV, 564 et seq.; I, 375 et seq.-292. — Quo sensu concilium dici potest Scriptura sacra, 379-296, 297. — De Scripturæ sensu et de traditionibus apostolicis judicat concilium, 380. — Conciliorum auctoritas impugnatur, I, 343 et seq.-297. — Refelluntur objectiones, 395 et seq.-308. — Primum argumentum: non synodus Ecclesiæ, sed Ecclesia synodo est regula credendi, 343; 395-268, 308. — Secundum: pontifices adversus Christum impiam sententiam tulerunt, 343; 394-269, 309. — Tertium: non est fidendum episcoporum judiciis, 343, 398 et seq.; 269, 309. — Quartum argumentum: conciliorum auctoritas nullo fundamento nititur, 345; 398-270, 311. — Quintum: concilium Ariminense sexcentorum episcoporum erravit cum Ario, 345; 399-270, 312. — Sextum: sexta synodus apud Trullum erravit, 345; 399-270, 312. — Canones trullani ecclesiasticam auctoritatem non habent. Hæc opinio probabilior et gravior videri solet, 400 et seq., 406-313, 318. — Septimum argumentum: Pighius ostendit acta sextæ et septimæ synodi varios errores continere, 346; 406-270, 318. — Octavum argumentum: concilium constantiense definiit concilium esse supra papam, *ibid.* — Nonum argum.: concilium Basileense decrevit esse hæreticum qui negaverit concilium esse supra papam, 346; 407-271, 319. — Decimum: Augustinus contra donatistas asserit: plenaria concilia sæpe priora a posterioribus emendari, 346; 409-271, 320. — Undecimum argumentum: aut conciliorum dogmata incerta sunt, aut vane congregantur concilia, 346; 410-271, 321. — Postremo, Æcolampadius argumentatur ex concilio Romano sub Nicolao, 347, 410-271, 321. — Aliæ solvuntur objectiones, IV, 557 et seq. — Objectio ex hominum vitiis, 566. — Certo fidelibus innotescere potest conciliorum œcumenicitas, 567 et seq. — Objectio ex decreto a concilio constantiensi prolato de salvo conductu. 570 et seq. 577

Tria concilia apostolica numerantur, V, 123. — Concilia œcumenica habita sunt, ex communiori et veriori calculo, numero decem et octo, nempe octo in oriente, decem in occidente, quæ nomen fere sortita sunt a loco in quo fuere celebrata. 123

Concilia orientis. Primum fuit Nicænum primum, anno Christi, 325-125. — Secundum, anno 381, fuit Constantinopolitanum primum, 126. — Tertium, anno 431, fuit Ephesinum, 126. — Quartum, anno 451, fuit Chalcedonense, 126. — Quintum, anno 553, fuit Constantinopolitanum secundum, 127. — Sextum, fuit Constantinopolitanum III, anno 680 inchoatum, sequenti absolutum fuit, 127. — Septimum, anno 787, fuit Nicænum II, 127. — Octavum, anno 869, fuit Constantinopolitanum. IV, 128

Concilia Occidentis. Nonum, anno 1123, fuit Lateranense I, Romæ in basilica S. Joannis a Laterano, 128. — Decimum, anno 1139, fuit Lateranense II, 129. — Undecimum, anno 1179, fuit Lateranense III, 129. — Duodecimum, anno 1215, fuit Lateranense IV, 129. — Decimum tertium, anno 1245, fuit Lugdunense primum, 130. — Decimum quartum, anno 1274, fuit Lugdunense II, 130. — Decimum quintum, anno 1311, fuit Viennense, 130. — Decimum sextum, anno 1438, fuit Florentinum, 131. — Decimum septimum, anno 1512, fuit Lateranense V, 131. — Decimum octavum, anno 1545 inchoatum, anno 1563 absolutum et confirmatum. 131

Index conciliorum quæ non ab omnibus omnino approbata sunt. Primum, anno 347, fuit Sardicense, 132. — Secundum, anno 688, fuit Constantinopolitanum Trullanum, seu quinisextum, 133. — Tertium, anno 1409, fuit Pisanum, 133. — Quartum Constantiense, anno 1414 inchoatum, anno 1418 finem habuit, 134. — Quintum, anno 1431, Basileense. 134

Index alphabeticus conciliorum particularium, 135-146, 146.

Beza affirmat synodis omnibus, etiam optimorum temporum, quæ ex toto orbe christiano convenerunt, Satanam semper præfuisse. VI, 809

Comparatio Tridentini concilii et synodorum protestantium, I, 1141-900. — Concilio in aliquo casu dispensationem negante, si pontifex dispenset sine causa nova urgentissima, peccat mortaliter, XXV, 429. — Concilio potest derogari sine specifica mentione, quando in casu speciali contra concilii decretum dispensatur. 429

Concionator. Vid. Parochus.

Concio, instructionis genus, est sermo, quo certa quædam veritas norma oratoria evolvitur. XXV, 171

Conclusiones in se consideratæ possunt se habere ut *materiale* ad diversas scientias. Per unum solum medium naturale cognitæ pertinent ad unam solam scientiam naturalem. Per unum solum medium supernaturale cognitæ, pertinent ad unam solam scientiam supernaturalem. Cognitæ medio naturali et supernaturali pertinent ad scientiam naturalem et supernaturalem. Quia ratio et principium cognoscendi conclusionem, habet se ut objectum formale, seu ratio formalis objectiva, I, 1020-804. — Conclusio dicitur theologica si præmissæ sint certæ; aut *doctrina* aliqua problematica, si aliqua sit incerta, quod sæpius videre est; *falsa*, si aliqua propositio, vel argumenti forma falsa sit, quod non raro contingit, respectu tot placitorum in quibus theologi digladiantur, 1319-1041 — *Per conclusiones* theologicas intelliguntur in genere deductiones ex principiis fidei, sive revelatis, 21-21. — Conclusio theologica exacte definitur: Consectarium, seu propositio quæ non est in se immediate revelata, sed ex

uno aut pluribus fidei placitis, hoc est, veritatibus a Deo in seipsis proxime revelatis, certo et evidenter eruitur, 1432-1130. — Triplex conditio requiritur ad conclusionem theologicam proprie dictam. Prima est, ut non sit per se et immediate revelata; jam enim verum esset fidei placitum, *ibid.* — Secunda, ut ex uno aut pluribus fidei placitis, non per meram ac simplicem expositionem, sed per veram ac proprie dictam illationem reipsa deducatur, *ibid.* — Tertia est, ut ex fidei principiis certo ac evidenter eruatur; si probabiliter tantum deduceretur, esset opinio, non conclusio theologica, 1433-1130. — Conclusio theologica, ut vulgo intelligitur, multiplex est. 1° Aliæ sunt quæ licet clare et distincte in seipsis immediate revelatæ non sint, tamen immediate revelatæ sunt obscure et confuse; non sunt proprie dictæ conclusiones theologicæ. Aliæ nec clare nec obscure revelatæ sunt immediate, sed mediate in aliis, 1433-1130. — 2° Aliæ ex præmissis duabus revelatis deducuntur, aliæ ex una præmissa revelata et altera naturali, 25; 1433-22, 1131. — 3° Aliæ sunt quæ habent connexionem intrinsecam cum fidei principio; aliæ quæ tantum extrinsecam, 1433-1131. — Conclusio potest virtualiter contineri in præmissis vel ratione connexionis naturalis, ut proprietas in essentia, effectus in causa; vel ratione tantum significationis, ut pars in toto, singulare in universali, implicitum in explicito, 25-22. — In priori genere conclusionis datur vera deductio, vera proinde conclusio: in posteriori, non stricta conclusio, sed mera terminorum præmissarum explicatio et expositio, 25-22. — Illa improprie seu late dicta conclusio, expositiva potius quam illativa, erit immediate revelata sicut et præmissæ, 25-22. — Conclusiones theologicæ immediate non revelatæ, sive ex una sive ex duabus fidei præmissis eruantur, dupliciter possunt spectari: 1° formaliter, ut sunt conclusiones theologicæ; 2° materialiter, ut sunt simplices propositiones, 1433-1131. — Conclusiones theologicæ formaliter sumptæ, seu proprie et stricte dictæ, non sunt de fide, 1437; 1445-1134, 1140. — Quantumvis legitimæ semper remanent opus rationis humanæ, 26-22. — Conclusiones theologicæ materialiter sumptæ quæ sunt in se immediate revelatæ, licet ex aliis fidei capitibus legitime deducantur, sunt de fide, 1438-1134. — Conclusiones theologicæ materialiter sumptæ quæ immediate revelatæ sunt obscure et confuse, vere sunt de fide, 1438, 1443, 1444-1134, 1139. — An mera conclusio theologica accedente Ecclesiæ definitione, evadat de fide divina? Alii affirmant, alii negant, 1433, 1434-1146, 1147. — Conclusio, quam vel Ecclesia, vel concilium, vel sedes apostolica, vel sancti una mente præscripserunt, catholica veritas censenda est, 744-386. — Conclusio quam firmam uno ore omnes theologi statuerunt, veritas catholica habenda est, 512 in nota, 746-401, 388. — Nulla consequentia certo licet, et evidenter deducta ex propositione aliqua fidei et alia evidenti lumine naturæ, est doctrina fidei catholicæ, 1319-1041. — Nulla conclusio quatenus conclusio est, sufficit fundando catholicæ fidei articulo, VI, 803. — In quibus consentiunt theologi, 1456, 1457-1149, 1150.—De la nature des conclusions théologiques, XXVI, 1115. — La conséquence d'un raisonnement théologique n'est de foi qu'autant qu'elle est elle-même révélée, 1116. — Le conséquent d'un raisonnement théologique qui est tiré de deux prémisses de foi, est lui-même de foi, 1117. — Le conséquent d'un raisonnement théologique qui émane de deux prémisses, dont l'une est plus générale et de foi, et l'autre moins générale et naturelle, mais reconnue comme essentiellement et nécessairement liée avec la proposition générale de foi, est incontestablement de foi, 1117. — Le conséquent d'un raisonnement théologique qui émane de deux prémisses, dont la plus générale est naturelle et dont la moins générale est de foi, fait lui-même partie des vérités chrétiennes, lorsque la plus générale, qui est naturelle, affirme de son sujet un attribut que tout le monde reconnaît lui être absolument essentiel, et si absolument essentiel, qu'on ne peut le nier d'aucun des individus qui sont d'une même espèce avec lui, sans en détruire la notion et l'idée, 1118. — Vid. Quæstio.

Revera sacri canones magna ex parte nihil aliud continent quam conclusiones ex theologiæ principiis deductas, XXIII, 1293

Concordatum initum anno 1801 inter Pium VII et Buonaparte consulem in Gallia, VI, 1206-1216. — Concordata, hoc est, pacta conventa inter sedem apostolicam et potentissimos Europæ principes. V, 1253

Concordia inter catholicorum dogmata et placita protestantium. Demonstratur quam facillime conciliari possent adversantium placita ex sobria et pacifica discussione eorum dogmatum, de quibus tam acriter controvertitur, V, 925 et seq.-1066. — De fundamento fidei, 925. — De regula fidei, 926. — De Scriptura sacra, 928. — De libris canonicis et apocryphis, 931. — De traditionibus, 934. — De perfectione sacræ Scripturæ, 937. — De judice controversiarum, 940. — De perpetua Ecclesiæ visibilitate, 942. — De promissa Ecclesiæ ab erroribus immunitate, 943. — De notis Ecclesiæ, 945. — De primatu S. Petri ejusque successoris, 950. — De ministris Ecclesiæ, 953.— De purgatorio, 954. — De suffragiis pro defunctis, 957. — De veneratione sanctorum, 959.— De intercessione sanctorum, 961. — De invocatione sanctorum, 963. — De scientia sanctorum, 964. — De reliquiis sanctorum, 966. — De imaginibus sanctorum, 967. — De sacramentorum efficacia, 973. — De numero sacramentorum, 975. — De necessitate Baptismi, 976. — De ministro Baptismi, 981. — De Confirmatione, 984. — De Pœnitentia, 985. — De Indulgentiis, 989. — De negatoribus realis præsentiæ corporis et sanguinis Christi sub speciebus panis et vini. 990 et seq.

Appropinquatio reformatorum, 996. — Proponitur doctrina catholica, 1000. — Expenditur ratio mysterii in S. Sacramento, 1006. — Veritas catholica ex verbis institutionis, 1009. — SS. Patres de reali præsentia, 1012. — De transsubstantiatione, 1014. — Doctrina Ecclesiæ Græcæ de S. Eucharistia, 1015. — De sacrificio missæ, 1019. — De antiquitate missæ, per auctoritatem receptam, 1021. — Proponitur sententia catholica de missa, 1022. — Pro missa probationes SS. Patrum per Scripturam, 1026. — De ordine et cæremoniis missæ, 1031. — De adoratione Christi in Eucharistia, 1034. — De communione sub una specie, 1035.—De extrema Unctione, 1036. — De sacramento Ordinis, 1037. — De sacramento Matrimonii, 1038. — De peccato mortali et veniali, 1040. — Deus non est causa peccati, 1041. — De peccato primi hominis. — De peccato originali. — An concupiscentia in renatis sit vere peccatum, 1041. — De malis consequentibus peccatum originale, 1043. — De gratia et ejus partitione, 1043. — De communicatione gratiæ, 1044. — De prædestinatione et reprobatione, 1045. — De libero arbitrio secundum se, 1045. — De libero arbitrio in naturalibus et civilibus. — De concordia cooperationis divinæ cum libero arbitrio, 1046.— De viribus liberi arbitrii in moralibus, 1047. — De viribus liberi arbitrii in supernaturalibus, 1049. — Homo libere consentit gratiæ Dei, 1051. — De justificationis nomine et causis, 1052. — De objecto fidei justificantis, 1053. — De subjecto fidei justificantis, 1055. — Fides quatenus est in intellectu, proprie est assensus, et supponit aliquam notitiam, 1056. — An fides sola justificet, 1057. — An fides possit esse sola, 1058. — De perfectione justitiæ inhærentis. — De justitia tum inhærente, tum donata, tum imputata, 1059. — De justificationis causa formali, 1061. — In quo sit collocanda fiducia, 1062. — De certitudine justitiæ, 1063. — De certitudine prædestinationis, 1064. — De bonis operibus, 1064. — Conclusio. *1066

Concubina. Des concubines et de leur différente condition dans les divers temps. XX, 1110 et seq.

Concubinarius in confessione non est absolvendus, nisi prius concubinam ex domo expellat. Imo priusquam absolvatur, ipsi injungendum est ut eam non videat, et de proposito veritate videnda et experientia, XIV, 680-537; XI, 964. — Idem prorsus faciendum est circa concubinam, XIV, 680-538

Concubinatus est grave fornicationis peccatum: est fornicatio quædam continuata cum fœmina sola determinata, XIV, 680-537. Vid. Fornicatio. — Concubinatum Ecclesia nunquam permisit. Concubinæ improprie dicebantur uxores, quæ nec dotalibus instrumentis, nec solemniter ductæ fuerant. XI, 961 et seq.

Concubitus. Ad conceptionem et generationem natura quinque conditiones requirit. Prima est conjunctio duorum. Secunda identitas specifica naturæ. Tertia, diversitas sexus. Quarta, organorum proportio. Quinta, situs ordinarius. Hinc fit ut quinies peccari possit contra naturam in hac materia pro defectu quintæ conditionis. XVIII, 1028, 1200. — Concubitus viri christiani cum muliere infideli, Turca, vel Judæa, est circumstantia in confessione aperienda, XIV, 681-538. — Multo magis concubitus fœminæ christianæ cum viro infideli, aut Judæo, 682-539. — Concubitus inordinatus est indebitus modus copulæ carnalis, quo semen extra vas effunditur, aut effundendi periculum est, et generatio impeditur. Est peccatum contra naturam, XI, 936. — Est lethale peccatum, simplici pollutione gravius, quoties semen extra vas debitum effunditur, aut ejus effusionis periculum imminet; quoties denique generatio, etiam in usu matrimonii impeditur, 1065. — Concubitus conjugalis verecundia non caret. 1284

Concupiscentia definitur prava hominis lapsi ad omne peccati genus propensio; vere inordinata conversio ad bonum commutabile, quæ ordinatio communi nomine concu-

piscentia dici potest. — Concupiscentia, ait S. Aug., est generale vocabulum omnis cupiditatis, XXV, 727. — Concupiscentia est actus vel passio appetitus sensitivi quo inclinamur ad aliquid prosequendum, XI, 98; 315. — Alia est antecedens, alia consequens, 98. — Sæpe voluntatem directe et indirecte per eumdem actum movet concupiscentia, 98. — Concupiscentia respectu objecti ad quod directe movet voluntatem, non causat ordinarie loquendo involuntarium, nequidem secundum quid, sed potius auget, 98.— Concupiscentia respectu objecti ad quod indirecte movet voluntatem, quandoque minuit voluntarium, 99. — Concupiscentia in actu qui fit ex concupiscentia, minuit rationem voluntarii perfecti seu liberi, 99. — Concupiscentia est causa involuntarii, in quantum considerationem rationis impedit. Quod tripliciter fieri potest, 315 — Concupiscentia triplex est, 702.— 1° Concupiscentia carnis quæ est perversus appetitus rerum quæ carnem delectant; 2° concupiscentia oculorum quæ est tum curiositas, qua concupiscitur quidquid aspectu delectabile est, tum cupiditas stricte sumpta, sive avaritia, qua opes et aliæ res externæ inordinate appetuntur, ita ut in eis quæratur non delectatio carnis, sed possessio aut oculorum delectatio, 702. — 3° Superbia vitæ quæ est honoris et propriæ excellentiæ inordinatus appetitus, 703. — Concupiscentia carnis, voluptatis infimæ amatores significat; concupiscentia oculorum, curiosos; ambitio sæculi, superbos, XVII, 1369. — Concupiscentia uxoris alienæ ad carnis concupiscentiam, concupiscentia aliarum rerum ad concupiscentiam oculorum pertinet, XIV, 1189-937. — Præter concupiscentiam carnis, est alia concupiscentia animalis, eorum scilicet quæ sunt delectabilia secundum apprehensionem imaginationis, 1196-943. — Tres illæ lanceæ sunt quibus diabolus hominum corda petit, XI, 703. — Triplicis hujus concupiscentiæ radix est perversus amor sui, 703; XIV, 1196-943. — Eradicemus e nostris cordibus illas pestilentes concupiscentias, 1199-945 — Concupiscentia, seu naturalis ad malum propensio, in renatis est pœna et effectus peccati, non tamen vere ac proprie peccatum; nec ipsum originale peccatum dici potest, VI, 971; V, 1041. — Concupiscentia, quatenus importat ignorantiam et propensionem in malum, verum non est peccatum, et peccatum originale formaliter non constituit. Est de fide, X, 884 et seq -696.— Principia solutionum, 892-702.— Concupiscentia in renatis non est vere peccatum. Contra protestantes, V, 1041, 1042.—Concupiscentia non tantum residet in carne, hoc est, in parte hominis inferiore, quæ sensualitas dicitur; sed etiam in parte superiore, sive in anima, simile vitium reperitur, 1042. —Concupiscentiam malam coercent duo ultima præcepta Decalogi, XIV, 1184-933. — Utrum lex mosaica cohibeat non solum manum, sed etiam animum. Sententia affirmativa, 1184-933. — Sententia negativa, 1185-934. — S. Thomas egregie controversiam dirimit, 1186 et seq.-935. — De concupiscentia vetita boni delectabilis carnalis, 1192 et seq.-940. — De concupiscentia vetita boni utilis alieni injuste rapiendi, vel detinendi, 1196 et seq.-943. — In concupiscentia quodammodo omnes aliæ passiones concupiscibilis et irascibilis includuntur, 1192-939, 940.— Concupiscentia in *actu primo*, est homini innata vis, sive potentia sese ferendi versus bonum sensibile; in *actu secundo* est actualis hujus potentiæ motus versus bonum sensibile, X, 1053-831. — Concupiscentia materialiter et entitative sumpta, sive quatenus est inclinatio in bonum sensibile, est verum bonum formaliter sumpta; sive quatenus avocat a spirituali bono, malum est naturale, seu carentia perfectionis naturalis; malum vero morale fit per solum liberum voluntatis consensum, 1063 — Vox concupiscentiæ diverso modo accipitur, XXV, 723. — Concupiscentia carnis, quæ contra spiritum pugnat usque ad mortem, non ex Deo est, sed ex peccato et ad peccatum inclinat. Contra Pelagianos. 724 et seq.

Concupiscere quæcumque alterius est cupiditas nefaria et in peccatis gravissimis numeratur, XIV, 1197-944. —Concupiscendi vi Verbum Dei opprimitur, 1198-944. — Ab ea vi concupiscendi omnia peccata emanant, 1198-945. —Concupiscere sapientiam, id sapere est. Concupiscere justitiam, id præclarum est justitiæ documentum, VIII, 1251. — Una ratio ea est assequendi Verbum Deum, lumen bonumque nostrum, instantissime concupiscendo, et ita in illum a nobis penitus deficiendo. 1252

Concupiscibilis. Vid. Appetitus.

Condemnatus. Condemnato juste ad mortem non licet se defendere, XIV, 1164-918. — Injuste condemnatus potest se defendere, 1165-918, 919.— Post sententiam e carcere fugere potest. 1166, 1167-920

Conditiones quædam apponi possunt contractibus quorum defectu fiunt invalidi. Conditio latiori sensu sumpta designat illud, quodcumque sit, sive præteritum, sive præsens, sive futurum, cui partes alligant consensum quoad validitatem vel resolutionis vel obligationis, XVI, 567. — Strictiori sensu sumpta conditio designat eventum futurum et incertum, cui partes alligant consensum vel quoad validitatem, vel quoad resolutionem obligationis, 568. — Conditio proprie dicta recte definitur : qualitas negotio adjecta, qua illius vis in futurum et incertum eventum suspenditur, 437. — Conditio proprie dicta, 1° debet esse possibilis, 438 et seq. — 2° Debet esse contingens, non vero necessaria, 441. — 3° Debet esse futura, non vero præsens aut præterita, 441. — Conditio necessaria conditio improprie dicta est : quæ est triplex, metaphysice, physice, et moraliter necessaria, 441. — Conditio proprie dicta, 1° alia est suspensiva, alia resolutiva, vel resolutoria. 442; 568. 2° Alia positiva, quæ consistit in faciendo, v. g., si uxorem ducas; alia negativa quæ consistit in non faciendo, verb. grat., si uxorem non ducas. 568. 3° Alia casualis, alia potestativa, alia mixta, 442; 568 — Positiva unice pendet a potestate ejus cui adjecta est, hoc est, quæ ab ipso sine animæ periculo impleri potest, 442. — Conditio casualis dicitur, cujus impletio a futuro quodam eventu, vel a fortunæ quodammodo insidiis pendet, 444.— Mixta conditio est quæ partim est in potestate ejus cui adscribitur, partim ex arbitrio alterius aut casu pendet. 444 4° Alia possibilis est quæ non repugnat naturæ, neque legibus, neque bonis moribus; alia impossibilis vel physice quæ repugnat naturæ, vel moraliter quæ repugnat legibus, aut bonis moribus, et tunc dicitur etiam turpis aut inhonesta. 569. 5°. Alia est contraria substantiæ contractus, alia, non contraria. 569

De effectibus conditionis suspensivæ, 569. — De effectibus conditionis resolutoriæ, 570. — De effectibus conditionis potestativæ, 570. — De effectibus conditionis impossibilis, 571. — De effectibus conditionis turpis, 571. — De effectibus conditionis substantiæ contractus contrariæ. 573

Conditio impossibilis affirmative, vel necessaria negative concepta vitiat regulariter omne pactum et contractum cui adjicitur, 444. — Hinc de jure nullum et irritum est pactum in quinque casibus sequentibus, 445 et seq.—Excipi debent triplicis generis dispositiones seu contractus, 1° dispositio ultimæ voluntatis : in hac adjecta conditio impossibilis pro non scripta habetur, 447 et seq. — Excipitur, 2° contractus matrimonialis in hac conditio impossibilis, modo non repugnet substantiæ matrimonii, pro non adjecta habetur, 450. — Excipi debet, 3° contractus sponsalium de futuro. 452

Conditio de futuro necessaria affirmative, vel impossibilis negative concepta, si partes sciant illam necessario futuram, nullatenus suspendit pactum aut contractum, sed negotium illico absolute validum relinquit, ac si conditio de præsenti foret impleta, 453. — Conditio de præterito vel præsenti, sive necessaria sive contingens fuerit, non suspendit pactum et contractum; sed si res ita se habeat, statim pure valet, si vero non, statim nullus est; nec obstat etiam si partes contrahentes tempore pactionis ignoraverint an res ita vel aliter se habeat, modo ejus impletio vel defectus humano modo sit cognoscibilis, 454. — Quamvis pacta et contractus sub conditione proprie dicta et suspensiva tam potestativa quam mixta iniri valeant, sive deinde conditio hæc affirmative, sive negative concipiatur, aliam tamen obligationem ante eventum conditionis regulariter non producunt, 455. — Promissor ordinarie expectare tenetur existentiam conditionis, nec ullus altero invito a pacto vel contractu recedere potest, 455. — Omnis conditio sub qua servo libertas promissa fuit, fingitur impleta, et pro impleta habetur, modo per servum non steterit quominus conditio impleta fuerit, 456. — Generaliter pro impleta habetur conditio, si illam impediat is qui ea impleta in obligationem incideret, cujusque interest eam non impleri, 456. — Impleta a jure fingitur conditio, si per eum cujus interest eam impleri, non stat quominus impleatur, 456. — Conditio casualis affirmative concepta valide apponitur pacto et contractui, et eum donec casus verbis expressus evenerit, suspendit : ea ex quacumque causa deficiente, pactum et contractus penitus corruit, 457. — Conditio casualis debet esse humano modo cognoscibilis, 459. — Contractus sub conditione proprie dicta celebratus impleta conditione evadit purus et absolutus sine novo promittentis consensu, 459. — Excepto contractu reali. 461

Conditiones ordinarie impleri debent in forma specifica, id est secundum rigorem verborum. Possunt tamen adimpleri per æquipolleus, 573 — Adimpletio conditionis aliquando indivisibilis est, 573. — Aliquando dividi potest. 574

Utrum conditio impleri possit ab hæredibus illius cui imposita fuit, 574. — Utrum conditio impleri possit erga hæredes illius in cujus gratiam apposita fuit, 574. — Quo

nam empore impleri debeat conditio, et quandonam defecisse censeatur. 574

Conditiones ad validitatem contractuum requisitæ petuntur vel ex parte consensus, vel ex parte legum, vel ex parte contrahentium, vel ex parte objecti seu materiæ contractualis, 523. — De conditionibus ex parte consensus, 525 et seq — De conditionibus ex parte legum, 540 et seq. — De conditionibus ex parte personarum, 548. — De conditionibus ex parte materiæ, 555. — Prima conditio : ut res sit possibilis tum physice, tum moraliter. Secunda conditio : ut res existat, vel saltem probabiliter futura sit. Tertia conditio : ut res sit determinata quoad speciem, v. g., bos, equus, 555. — Quarta conditio : ut res sit pretio æstimabilis, id est, utilis aut rationabiliter jucunda. Quinta conditio : ut res sit in commercio, id est, acquisitioni vel alienationi obnoxia. Sexta conditio : ut res sit propria dantis. Septima conditio : ut res sit indebita ex justitia accipienti, 556. — Octava conditio : ut res intersit contrahentium. 557

De conditionibus in contractibus circa materiam sponsalium et matrimonii, XXV, 429-439. — Conditio quæ est impedimentum matrimonii est status servitutis stricte dictæ, 604. — Impedimentum non oritur ex ipsa conditione servili, sed ex ejus ignorantia, 604. — Quid censendum est de matrimoniis servorum sine consensu dominorum, et filiorumfamilias sine consensu parentum, 604 et seq. — Diverses particularités touchant les mariages des serfs et gens de mainmorte, XX, 1069 et seq.

Condonatio crediloris valida et libere facta æquivalet solutioni, et debitorem excusat a restitutione. XV, 1255

Conductio est affinis venditioni, XIV, 1058-855 — Conductio et locatio sunt duo contractus correlativi. Vid. Locatio.

Conductoris obligationes erga locatorem. XIV, 1060-857

Confessarius seu minister pœnitentiæ. Solis sacerdotibus, sive episcopi sint, sive non, competit absolvendi facultas, non autem laicis vel diaconis, XXII, 734. — Objectio prima ex verbis S. Jacobi : Confitemini alterutrum peccata vestra, 735. — Objectio secunda ex S. Cypriani epistola, 737 et seq — Refellitur, 740 et seq. — Non sufficit sacerdoti potestas ordinis ut valide absolvat, sed necessario requiritur potestas jurisdictionis, 747 et seq. — An confessarius licite et valide uti possit jurisdictione, non quidem indubia, sed quam vel probabiliter se habere putat, seu in personam, seu in certum pœnitentis peccatum, vel saltem probabilius se habere confidit, 776. — Videatur Jurisdictio.

De defectibus a confessario commissis. Confessarius, quantum ad præsens attinet, quintuplici modo peccare potest : 1° cum ex imperitia, vel humano timore, certo vel dubie indignos absolvit ; 2° cum absolvit sine jurisdictione ; 3° cum positive, vel silentio suo inducit in errorem, unde sequitur præcepti alicujus violatio ; 4° cum restitutionem indebitam præcipit, vel a debita deobligat ; 5° cum male interrogat circa numerum et circumstantias, etc , 920. — Confessarius qui ex gravi culpa, vel ignorantia vincibili, aut gravi negligentia advertendi, dixit pœnitenti eum non teneri ad restitutionem ad quam reipsa tenetur, tenetur ipse dedocere errorem, et aliquando etiam loco pœnitentis ad restitutionem tenetur, 922. — Confessarius qui ex gravi culpa pœnitentem obligavit ad restitutionem, cui non erat obnoxius, tenetur errorem retractare, et ei, si jam restituerit, damnum illud resarcire, 922 — Qui ex omissione graviter culpabili causa fuit cur pœnitens id restitueret ad quod non tenebatur, eidem pœnitenti tenetur de damno. 922

Lis præcipua est an qui ex ignorantia, vel negligentia culpabili solum omittit pœnitenti restitutionem injungere, teneatur restituere in ejus locum, nisi hunc postea admoneat, ut saltem ex charitate debet, si potest, 923. — Opinio affirmans tenenda est multiplicem ob rationem, 924 et seq. — Peccat graviter confessarius qui circa numerum et circumstantias peccatorum, circa obligationes status, circa fraudes in certis professionibus exerceri solitas male interrogat, 926. — Ad quid tenetur. 926-927

Parochus ad audiendas suorum confessiones tenetur non solum paschali tempore vel in articulo mortis, sed etiam quoties parochiani juste et rationabiliter confiteri volunt, 935. — Quilibet sacerdos etiam mere delegatus, imo nec approbatus tenetur ex charitate, etiam cum vitæ periculo excipere confessionem hominis in extrema necessitate constituti, 936 — Tenetur etiam sacerdos cujuscumque in gravis necessitate positi confessionem, etiam cum gravi aliquo damno temporali proprio, excipere. 936 ; 1015, 1016. — Etsi assignari facile non potest quando delegatus sacerdos sub mortali confessiones excipere teneatur extra casum gravis necessitatis, non tamen vacat a culpa vir peritus et prudens, qui ab iis abstinet, cum aliud magna proximi utilitas exigit. Imo periculose agit, qui eas nusquam audire velit, nisi æque, aut magis utilibus incumbat, 937. — Sacerdos jucundius aliquod officium, puta præceptoris, eligens præ confessoris officio, non videtur a gravi excusari posse, nisi ex circumstantiis excusetur, 937 — Si sacerdos ad sacrum tribunal vocatus sese tanto muneri imparem cognoscat, memor sit vix quemquam sua in causa, sive in bonum, sive in malum, tuto judicem esse. 938

Praxis confessarii ad bene excipiendas confessiones, XXII, 939. — Quatuor sunt officia, quæ bonus confessarius exercere debet, patris nempe, medici, doctoris et judicis, 941. — Circa patris officium confessarius, ut boni patris partes adimpleat, debet charitate esse plenus, 941 — Charitatem longe majorem ostendere debet in confessionem excipiendo, 942. — In fine confessionis, maxima cum charitate incumbere debet confessarius, ut pœnitenti suorum peccatorum gravitatem et multitudinem percipere faciat. 942

Circa medici officium. Confessario, ut pœnitentis infirmitatibus remediis opportunis occurrat, cognoscenda est origo, et causa omnium spiritualium ejus morborum, 943. — Cognita morbi origine et gravitate, confessarius procedat ad debitas animæ versiones faciendas, 943. — Melius est paucorum confessiones rite factas audire, quam multorum inordinatas, et sine fructu, 944 — Confessarius tenetur admonere pœnitentem de aliqua illius ignorantia culpabili, sive hæc sit juris naturalis, sive positivi. Secus dicendum de ignorantia inculpabili circa ea de quibus dari potest ignorantia invincibilis, 944 et seq. — Magis cavendum est a periculo peccati formalis quam materialis, quia Deus tantum formale punit, 944. — Pariter omittenda esset correctio de restitutione facienda, si certe prævideatur futurum fore ut pœnitens, qui nunc esset in bona fide, non pareat monitioni, 951. — Monendus esset tamen pœnitens si ex ipsa ignorantia redundandum esset damnum contra bonum publicum ; aut si pœnitens ipse interrogasset, 951. — Post debitas monitiones, disponendus est pœnitens ad absolutionem per actus veri doloris, et propositi, 952. — Si pœnitens, obtenta absolutione, immediate post confitetatur aliud peccatum, ut denuo absolvatur, ei novus actus doloris eliciendus est, cum tunc novum fiat judicium, 952. — Demum incumbendum est confessario ut applicet ea remedia, quæ opportuniora judicabit pro salute pœnitentis, 954. — Justis de causis confessarius potest minuere pœnitentias, 954. — Juvabit aliquando imponere aliquam satisfactionem gravem, sed non sub gravi culpa, 956. — Notanda circa pœnitentias imponendas, 957 et seq. — Remedia quæ insinuari debent pœnitentibus, alia sunt generalia, 960. — Alia particularia. 961

Circa officium doctoris. Ut doctoris officio rite fungatur confessarius, ei opus est ut bene sciat legem, 961 — Excusandus non est confessarius, qui, cursim lecta aliqua brevi summa morali, temere ad excipiendas confessiones se intromittit, 963.—Oportet saltem ut confessarius sciat, 1° Ad quæ sua jurisdictio se extendat, 963 — 2° Distinguere peccatum veniale a mortali. 3° Sciat interrogationes quas facere debet, etc., 963 — In statu damnationis est confessarius qui sine sufficienti scientia ad confessiones excipiendas se exponit. 965

Circa judicis officium, 965. — Multa animavertenda sunt, 966 — De interrogationibus faciendis pœnitentibus rudibus. Circa primum præceptum, 968 et seq. — Eos interrogare debet confessarius an sciant articulos fidei, XIII, 985 et seq.-778. — Pœnitens qui quatuor mysteriorum principalium ignorantia tenetur, nempe Deum esse, remuneratorem esse boni et mali, mysteria sanctissimæ Trinitatis et Incarnationis ac mortis Jesu Christi, est ab solutionis incapax, XXII, 968. — Absolvi non possunt : 1° Qui ignorant Deum esse, et remuneratorem esse boni et mali ; 2° Qui ignorant mysteria sanctissimæ Trinitatis, Incarnationis et Redemptionis ; 3° Qui ignorant ea quæ necessitate præcepti quilibet Christianus nosse debet circa materiam fidei et morum, 1202 et seq — Si pœnitens tam debilis est memoriæ, ut non possit præcipuos fidei articulos memoriæ mandare ac retinere, tunc saltem substantia eorum ei a confessario ante absolutionem proponenda est, simul cum formali motivo fidei, ut pœnitens fidem explicitam de iis actu concipiat, 1204. — 4° Absolutionis incapax est qui quidem novit hominis christiani communes obligationes, sed non firmiter statuit eas omnes sub mortali stringentes in perpetuum observare, 1205 — 5° Absolutionis incapax est qui sine prævia sufficienti conscientiæ discussione peccata sua confessurus se sistit in sacro Pœnitentiæ tribunali. Quod si non possit peccata sua ic

memoriam revocare, confessarius debet defectum examinis interrogando supplere, 1205. — 6° Illi etiam ordinarie non autem semper, censendi sunt absolutionis incapaces qui nullis precibus conati sunt a Deo obtinere donum contritionis, vel ad eliciendam contritionem sufficientem conatum non adhibuerunt, 1206. — 7° Illicite absolvitur qui de peccatis dolet ex puro motivo timoris gehennæ absque aliquo actu dilectionis Dei, 1217. — Illicite absolvitur qui a confessario monitus non vult in praxi recedere a sententiis laxis et practice improbabilibus, 1207. — Si pœnitens sequatur in praxi opinionem faventem libertati, quæ ipsi apparet æque probabilis, etsi non probabilior ac opinio contraria favens legi, non poterit eum confessarius absolvere, nisi ab illius praxi velit recedere, 1208. — Si pœnitens dicat opinionem faventem libertati apparere sibi probabiliorem, imo absolute veram, cum tamen confessario hæc appareat minus probabilis, non potest eum absolvere, saltem per se loquendo, si ab ejus opinionis sequela nolit desistere. 1208

Circa secundum præceptum interroget : 1° de perjuriis, 971, — 2° De votis transgressis, 975, — 3° De blasphemiis. 977 et seq.-987

Circa tertium præceptum. 987

Circa quartum præceptum. 989

Circa quintum præceptum. Interroget pœnitentem si aliquod grave damnum proximo appetiverit aut de illius damno se oblectaverit, 990. — Si in proximum intulerit injurias graves, et an coram aliis, 991. — Si odio aliquem habuerit, et ei signa communia amicitiæ negaverit. 993

Circa sextum præceptum, 994 et seq. XIV, 825 et seq.-652

Circa septimum præceptum. XXII, 999 et seq.-1011

Notanda 1005 et seq.

Circa octavum præceptum. 1011

De interrogationibus adhibendis cum personis diversi status aut conditionis quæ sunt conscientiæ parum meticulosæ, 1012 et seq. — Primo, cum sacerdote, 1013. — Secundo, cum confessario, 1017. — Tertio, cum parocho, 1017. — Quarto, cum episcopo, 1019. — Quinto, cum moniali, 1020. — Sexto, cum judice, 1021. — Septimo, cum medico, 1021. — Octavo, cum pharmacopola, 1023. — Nono, cum mercatore, 1024. — Decimo, cum sartore, 1024. — Undecimo, cum proxeneta, 1025. — Duodecimo, cum barbitonsore. 1026

Ubi agitur de periculo peccati formalis, et præsertim peccati turpis, confessarius, quanto magis rigorem cum pœnitente adhibebit, tanto magis ejus saluti proderit, XXII, 1029. — Qui benigniores sunt, S. Thomas de Villanova vocat impie pios. 1029

Quomodo se gerere debeat confessarius cum iis qui sunt in proxima occasione peccandi, 1027. — Cum habituatis et recidivis, 1032 — Quomodo se gerere debeat cum pœnitentibus qui contraxerunt aliquam censuram, aut casum reservatum, 1043, — Cum pœnitente qui contraxit obligationem denuntiandi, 1050, — Cum pœnitente qui contraxit impedimentum matrimonii, 1054 et seq., — Quomodo cum pueris adolescentibus et puellis, 1059, — Quomodo cum scrupulosis, 1064, — Quomodo cum personis devotis, 1069. — Quomodo cum mutis et surdis, 1070, — Quomodo cum moribundis, 1072. — Quid agere debeat confessarius vocatus ad pœnitentem morti proximum, ignorantia eorum laborantem, quæ scire tenetur, VI, 616. — Quomodo cum capite damnatis, XXII, 1074. — Quomodo cum infestatis a dæmone. 1076

De prudentia confessarii. Summam adhibere debet prudentiam : 1° In seligendis opinionibus, XXII, 1079, — 2° In corrigendis erroribus a se commissis circa valorem sacramenti, 1079, — 3° In custodiendo sigillo sacramentali, 1081. 4° Summe cautus esse debet confessarius in excipiendis confessionibus mulierum, 1083. — Quomodo se gerere debeat in dirigendis animabus spiritualibus. Ante omnia illas disponere debet ad faciendam orationem mentalem, 1085. — Oportet ut confessarius optime sciat modum quo animam, quæ a Deo contemplationis gratia donatur, dirigere debeat, et ab omnibus illusionibus liberet, 1087 et seq. — Oportet ut sit parcissimus in mortificationibus concedendis, 1099. — Quomodo dirigere debeat animas spirituales circa frequentiam sacramentorum scilicet confessionis et communionis, 1101. — Methodus vitæ pro aliqua moniali quæ exposceret dirigi per viam perfectionis, 1108. — Monita in genere pro perfectione, 1109. — De monitis quibusdam magis notatu dignis ad confessarios, 1112. — Ad parochos. 1116

Monita ad sacerdotem assistentem infirmis, XXII, 1126. — Remedia adversus tentationes quibus agitantur infirmi. 1° Adversus fidei tentationes, 1128, — 2° Adversus tentationes desperationis, 1128, — 3° Adversus tentationem vanæ gloriæ, 1129, — 4° Adversus tentationem impatientiæ, 1130, — 5° Quid dicendum iis qui ægre ferunt mori tam immature, 1130, — 6° Adversus tentationem adhæsionis bonis et propinquis, 1131, — 7° Adversus tentationem odii et vindictæ, 1131, — Varia motiva et affectus ægrotis suggerenda. Motiva et affectus fiduciæ, 1132, — Motiva et affectus contritionis, 1132. — Motiva et affectus amoris, 1133, — Motiva et affectus conformitatis, 1133, — Motiva et affectus desiderii erga paradisum, 1134. — Affectus qui infirmo suggeri possunt dum crucifixum deosculatur, 1134. — Affectus qui suggeri possunt sacerdotibus et religiosis infirmis, 1135. — Monita circa ultima sacramenta, et modum quo utiliter recipi possunt : 1° circa confessionem, 1135, — 2° Circa communionem, 1136, — 3° Circa Extremam Unctionem, 1138. — Monita circa agonem et mortem, 1139. — Affectus qui suggeri possunt agonis et expirationis tempore, 1141. — Imminentis mortis signa, 1142. — Preces et actus christiani, 1143. — Benedictio in articulo mortis. 1144

Monita pro confessariis monialium ordinariis, XXV, 1082. — Pro confessariis monialium extraordinariis, 1085. — Sancti Caroli monita ad confessores, XXII, 1149. — Monita generalia. Confessarius sit approbatus, 1149. — Studium confessariis necessarium, 1150. — Vitæ sanctitas confessariis necessaria, 1151. — Confessarii prompti sint et parati ad audiendum pœnitentes, 1151. — Quid agat confessarius ad infirmos audiendos vocatus, 1152. — Ubi audiendæ confessiones, 1152. — Præparatio proxima ad excipiendum confessiones, 1152. — Qui pœnitentes admittendi. 1153

Monitum speciale circa confessionem puerorum, 1155. — Interrogationes quæ confessioni præmitti possunt, 1155. — Quomodo confessarius pœnitentem seipsum accusantem juvare debet. 1157

De cautione adhibenda circa votorum commutationem, absolutionem a censuris, etc., 1158. — Quibus concedenda vel deneganda absolutio, 1158 et seq. — Quid ante absolutionem concedendam agere debet confessarius, 1163. — Forma absolutionis, 1164. — Circa pœnitentiam injungendam, 1164. — Omnis suspicio avaritiæ fugienda, 1165. — De testificatione pœnitentibus danda. 1166

Monita utilissima ad spiritualem profectum pœnitentium, 1166. — Alia monita ad confessarios, 1171. — Monita circa confessionem parochis propria, 1167. — Vid. Parochus.

Quæ in ministratione sacramenti Pœnitentiæ parochus et confessarius observet, XXII, 1176. — De cohortatione et monitione confessarii ad pœnitentem, 1178. — De modo imponendæ pœnitentiæ, 1179. — Pœnitentiæ genera, 1181. — Canones pœnitentiales quorum cognitio parochis et confessariis necessaria est, 1181 et seq., 1196. — Canonum pœnitentialium scientia confessariis admodum necessaria est. 1181-1198

De officio confessarii sacerdotis, qua judicis. Sufficit, et regulariter requiritur in confessario judicium prudens de legitima dispositione pœnitentis, ut eum licite absolvat, XXII, 1199. — In casibus necessitatis non requiritur illud prudens judicium, 1201. — Ex hac regula varia pro praxi momentosa corollaria deducuntur, 1202. — Resolvitur variis assertionibus, qualiter se gerere debeat confessarius circa absolutionem dandam vel negandam versantibus in occasione proxima peccati mortalis, 1212 et seq. — Variis quæstionibus respondetur, 1217 et seq. — Qualiter se gerere debeat confessarius erga consuetudinarios, 1224 et seq. — Erga recidivos, 1229. — Casus practici circa absolutionem consuetudinariorum et recidivorum resolvuntur. 1231

set, si ab eodem monitus fuisset, tenetur ad restituendum, si non injunxerit, XIV, 935 et seq -739. — Cæteri confessarii, si sua lata culpa sint causa cur pœnitens non restituat, tenentur ipsi per se loquendo restituere, maxime si sua sponte se huic ministerio ingerant, 936 ; 937-739 — An peccet contra justitiam et restitutioni fiat obnoxius, qui suadet minus damnum ut evitetur majus, XV, 1137. — An possis etiam cooperari malefico ad minus damnum, si non potest aliter averti majus damnum respectu ejusdem personæ, 1138. — Si fur obfirmatus ad nocendum, alia via non potest impediri, juste suadere potes ut potius aliis ditioribus furetur quam Caio, modo generatim tantum suadeas, nulla determinate nominato persona, 1139. — Si fur, latro maleficus affirmatissime statuit nocere Caio, non juste suaderes ut potius noceat Titio, de quo minime cogitavit, 1139. — Quomodo possit excusari Loth, quando filias proprias obtulit ad stuprum, ut impediret gravius crimen Sodomiæ, 1140. — An si fur, latro vel maleficus deliberat inter Caium et Titium, juste suadeas ut potius inferat minus damnum Caio ? 1140. — An possis æquale damnum consulere ad vitandum æquale ? 1141. — An liceat consulere majus damnum, ut evitetur minus ? 1141.— An, sicut aliquando licet consulere minus malum et peccatum ad evitandum majus, ita liceat etiam facere minus malum ad evitandum majus ? non licet ? 1141. — An peccet contra justitiam qui furi, vel malefico, qui paratissimus est ad hodie nocendum, suadet ut potius cras noceat? 1142. — Qui bona fide vel per errorem inculpatum dedit malum et iniquum consilium, cognita veritate probabilius ex justitia tenetur illud retractare, dum res adhuc est integra, 1143. — Qui sciens dedit consilium iniquum, sed simplex, facta revocatione, non tenetur ad restitutionem, secuto damno, 1143. — Si consilium tuum iniquum non erat simplex, sed vestitum, teneris ad restitutionem, etiam retractato consilio. Vestitum consilium est quando non solum interponis tuam auctoritatem, sed insuper adducis motiva, vel dictamina gloriæ, commoditatis, aut voluptatis, quæ proximum impellere possunt ad injuste nocendum, vel etiam doces artem nocendi, vel pandis secretum magicum ad nocendum, 1143, 1144 — Malus consultor pœnitentia ductus qui abstrahere non potest alterum ab iniquo proposito, debet monere tertium cui damnum impendet, aliquando ex charitate tantum, aliquando ex justitia, 1144, 1145. — An malus consultor teneatur etiam ei qui consilium petiit aut accepit, sarcire damna post modum secuta, 1145. — Ex qua culpa teneatur malus consultor ? 1145

Consulens qui est causa damni efficax, tenetur ad restitutionem, XIV, 929-733. — Quando quis consilio suo adjunxit exhortationes motiva...... tunc non sufficit retractare consilium ante ejus executionem; sed necesse est ut consulens de facto impediat executionem damni, 929-734. — Ad quid tenentur male consulentes dicendo licitum quod est illicitum, 930-734. — Si dedisti consilium falsum vel falso fundamento subnixum sufficit ut postea retractes sententiam et sincere veritatem explices, XV, 748. — Si dedisti consilium verum ostendendo utilitatem vel honorem qui ex opere illicita consequetur, etc., non sufficit revocare et suadere contrarium, sed oportet persuadere, 748. — Impossibile tamen non est consultorem non teneri, si consilium quantum in se est revocet, et contrarium persuadere nitatur quamvis reipsa non persuadeat. 749, 912

Si consulas inferri alicui damnum minus ne eidem inferatur majus, non teneris ad restitutionem. Sed teneris si suadeas latroni ut alteri de quo non cogitabat damnum minus inferat, 750, 910, 911. — Si latro de utroque cogitaret, et anceps esset utri vellet damnum inferre, firmiter volens inferre alterutri posses suadere, in genere, quod minus est, 751. — An qui suo exemplo alios ad damnum alteri inferendum inducit, illud reparare teneatur? 912.— Consulere minus malum, gratia vitandi majoris, quando aliter evitari nequit, licitum est, 931 ; XXV, 446 — Regulariter non licet consulere minus malum inferri uni ad vitandum ne majus alteri inferatur, 446. — Volenti bona mea rapere licet ad illa tuenda consulere ut alterius capiat nulla nominata persona. Nemini licet consulere sibi minus malum, quia potest et tenetur utrumque cavere. 446

Consulere est hortari aliquem aut incitare in aliquid præmonstrato commodo vel incommodo ex usu vel neglectu consilii secuturo, XVIII, 1139. — Consultatio est actus intellectus nempe inquisitio de mediis, finis propositi assecutioni congruis. XI, 514

Consumptio, vitium magnificentiæ oppositum, est indecora et inepta, sive nimia sumptuum profusio. XI, 1226

Contemplatio est mentis in Deum suspensæ elevatio æternæ dulcedinis gaudia degustans, XVII, 1100. — Contemplatio multum differt a meditatione. In contemplatione sine labore contemplatur Deus jam inventus ; in ea operatur Deus, et anima tantum patitur, XXII, 1087 et seq. — Contemplatio est affirmativa, vel negativa, 1091. — Primus gradus contemplationis est recollectio supernaturalis. Secundus gradus est quietis, 1091. — Contemplatio negativa est longe perfectior quam affirmativa, 1092. — Post gradus istos facit Dominus animam ad unionem transire, 1092 et seq. — *Vid.* Unio. — De visionibus, 1095. — De locutionibus, 1096. — De revelationibus, 1096, 1097. — Director, quando ei occurrerit anima cum his communicationibus contemplationis, aut caliginis, aut unionis, non debet ei imponere ut ea rejiciat, sed humiliter recipiat, etc., etc., 1097 et seq. — Quid contemplatio sit, et quomodo ad mentalem orationem comparetur, XVII, 1147. Contemplatio est mentis operatio, 1147. — Contemplatio est delectatio de Deo, quæ in voluntate est, 1148. — Necessario habet conjunctum voluntatis actum, 1152.— Contemplatio hujus vitæ est quædam participatio et imitatio beatæ in patria visionis, 1152. — Totum munus contemplationis est oratio quædam mentalis in gradu altiori, et in illo exercetur actus intellectus et voluntatis, 1154.— Qualis sit proprius actus contemplationis, 1155.— Ad contemplationem semper supponitur discursus aliquis, 1156. — Actus contemplationis est simplex et sine discursu, 1158. —Loquendo de proprio actu contemplationis, non est possibile homini in hac vita diu in illa actione durare, 1160. — De triplici statu seu via orationis mentalis purgativa, illuminativa, et unitiva, 1162. *Vid.* Oratio mentalis.

Contemptus culpam mortalem potest constituere, XXV, 946. — Contemptus est tumor superbiæ ; contemnere est nolle subjici, XII, 650 et seq -515. — Peccare ex contemptu, est peccare ex voluntate non se subjiciendi alteri. *Ib*

Contentio vocatur pugna locutionis non secundum rationem, vel quantum ad rem de qua est contentio, vel quantum ad modum contendendi, XIV, 671-550 — Quandoque est peccatum mortale, quandoque veniale, 671-550. — Ex se non est peccatum quando falsitas oppugnatur. In contentione servandus est modus qui conveniat personis et negotiis, ut sit laudabilis, 671-550. — Communiter non contrariatur charitati sed modestiæ. Contentio specialiter est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Ex genere suo mortale peccatum est, XI, 783. — Contentio lethale peccatum est secundum quod importat impugnationem veritatis, et inordinatum modum, nec personis scilicet, nec negotiis convenientem, 784. — Qui in re gravi, puta in quæstione fidei, etc., ita verbis contendit ut ex ejus contentione audientium subversio probabiliter consequi possit, etc., lethaliter peccat, 784. — Lethale contentionis peccatum incurrunt litigatores, causidici procuratores qui causam injustam dolis, clamoribus tergiversationibus obtinere, imo potius extorquere nituntur, 785. — Lethaliter peccant, qui in disputatione quavis, aut litis prosecutione, verbis improperii disceptant, quibus charitas proximo debita graviter læditur, etc., 785. — Contentio quæ est impugnatio falsitatis cum debito modo acrimoniæ, est laudabilis. Secus, si sit cum inordinato modo, 785; XIV, 671-550. — Contentio de re de qua non est contendendum, est inordinata et perversa ; veniale saltem peccatum est, XI, 785.— Disputationes ad illustrandam et explicandam veritatem minime susceptæ et peractæ, sed solo studio vincendi adversarios et gloriæ captandæ, contentiones sunt et peccata, 786. — Molesta et plena contentionis negotia vir christianus declinare debet quantum potest, 786. — Contentio est quarta inanis gloriæ filia. 785

Continentia simpliciter et absolute sumpta circa concupiscentias delectationum tactus versatur tanquam proprium objectum, XI, 1244. — Est virtus qua homo strenue obsistit pravis delectationibus quæ vehementer ipsum ad malum sollicitant. Ita virtus est, ut quanto strictius accipitur, tanto sit major et perfectior virtus, 1244. — Circa concupiscentias pravas aliarum rerum, non absolute dicitur continentia, sed cum adjecta expressione materiæ, veluti continentia iræ. 1245

Continuum constat ex partibus divisibilibus in infinitum. Est sententia communis, XXIII, 389. — Juxta quosdam constat ex indivisibilibus finitis et immediatis. 389

Contractus et pacta. Pacti etymologia, homonymia et synonymia, XVI, 12 et seq. — Pactum in genere est plurium consensus de aliquo præstando. Aliter definitur : pactum est duorum vel plurium in idem placitum consensus, 15. — Mutuus paciscentium consensus est de pacti essentia, 17. — Ad essentiam pacti requiritur consensus internus, sive animus se obligandi, aut obligationem acceptandi, saltem implicitus, 18 et seq. — Solv. objectiones, 28 et seq. — Ad essentiam pacti non sufficit solus consensus internus utriusque paciscentis, 39. — Sed requiritur etiam consensus externus et quidem mutuus, et consequenter non tantum est conditio sine qua non, sed pars essentialis pacti, 40. — Ad essentiam non sufficit consensus externus mutuus qualiscumque, nec satis est quod iste consensus

mutuus externus qualitercumque ipsis paciscentibus sit intimatus; sed omnino requiritur ut ex intentione ponentium sit illis intimatus, 41. — Solv. objectiones, 42 et seq. — Ad essentiam pacti unilateralis per se sufficit ut donatio vel promissio donatario vel promissario ex voluntate donantis vel promittentis fuerit intimata, atque ab eodem acceptata, nec requiritur ut vicissim donanti vel promittenti acceptatio donatorii vel promissorii intimetur, 54. — Ad essentiam pacti etiam bilateralis per se sufficit ut voluntas, v. g., venditoris ex ejus intentione emptori fuerit intimata, atque ab eo probata seu interius acceptata; neque requiritur ut vicissim etiam venditori illius acceptatio intimetur, sicque etiam pacta bilateralia sine mutua intimatione valida, perfecta et irrevocabilia erunt, 55. — Ut pactum bilaterale tacitum perfectum et irrevocabile sit, non requiritur ut factum, ex quo jura consensum præsumunt, alteri intimetur, 557. — Solv. objectiones.

Pactum varie dividitur, 1° in pactum juris naturalis, gentium et civilis, XVI, 63. — 2° In pactum publicum et privatum, 64 et seq. — Pacta publica in triplici reperiuntur classe, nimirum pax, induciæ, et commeatus, 67. — Pax est pactum publicum quo hostes inter se de bello in totum et in perpetuum finiendo transigunt, 67. — Ad ejus objectum revocanda sunt: pactum oblivionis seu amnistiæ, 67. — Pactum restitutionis captorum vel occupatorum, 68. — Pactum compensationis, quo agitur de compensatione sumptuum et expensarum, in milites, præsidia, annonam, rem tormentariam, munimenta, etc., factarum, 69. — Induciæ et commeatus sunt pacta publica quæ remanente bello cum hostibus ineuntur, 69 et seq. — Princeps supremus in pacto publico fraude, errore aut metu injusto graviter læsus, sive ab exteris sive a subditis suo modo seipsum in integrum restituere potest, 72 et seq. — Quin posset etiam, si pactum hoc jurejurando confirmasset, sibi ipse juramentum indirecte relaxare. 76

3° Pactum cum ratione causæ formalis, vel formæ essentialis dividitur in tacitum et expressum, 76. — Pactum tacitum fieri censetur consensu vel a lege, vel ex facto, vel ex alia causa præsumpto, vel etiam ficto, 76 et seq. — Pactum expressum celebratur vel verbis aut nutibus, vel per epistolam aut nuntium. 81

4° Ratione subjecti pactum dividitur in personale et reale. 84

5° Ratione effectus dividitur in nudum et vestitum. 86. — Pactum nudum est quod in nudis placiti finibus stat, quod neque nomen habet, nec causam, nec ea pollet firmitate, ut actionem efficacem pro foro externo generet, 86 et seq.; XIV, 995-785. — Quo jure pacto nudo efficacia producendi actionem in foro externo adempta fuerit, XVI, 89. — Pactum nudum ulterius dividitur in promissorium, liberatorium, et restitutorium, 90. — Pactum vestitum est, quod licet causam aut nomen speciale in jure non habeat, ea tamen vi et efficacia pollet, ut actionem efficacem in foro externo producat, 91. — Pacti duplex est vestimentum, unum intrinsecum et naturale, alterum extrinsecum et accidentale, 91, 480. — Vestitur multis modis, XIV, 995-785. — Ulterius dividitur in pactum vestitum in specie et contractum, et pactum vestitum in specie dividitur in pactum legitimum, et contractui adjectum, XVI, 91. — Pactum legitimum iterum in promissorium; quod actionem generat, et liberatorium, quod actionem tollit et perimit, 92 et seq. — Nullus est contractus, nullaque obligatio in qua non contineatur pactum vel expressum, vel tacitum ac virtuale. XIV, 994-785

Contractus sumitur latissime, late, stricte, strictissime, XVI, 96. — Contractus proprie dictus definitur ab Ulpiano: Ultro citroque obligatio, 96; XIV, 994-785. — Contractus generaliter, id est late et stricte sumptus, definitur: Consensus duorum vel plurium in idem placitum, signo sensibili expressus, quo unus vel plures erga unum vel plures se obligant ex justitia ad aliquid dandum, faciendum, vel omittendum, XVI, 520, 521. — Aliæ definitiones, 96, 97; XIV, 994-785. — Contractus substantialia dicuntur, sine quibus actus esse non potest; naturalia quæ tacite intelliguntur de natura actus, quamvis nihil sit dictum, XVI, 769. — Illud censendum est substantiale 1° cui utraque vel saltem alterutra pars stricte alligat suum consensum; 2° cujus defectus tollit omne motivum rationabile agendi; 3° cujus defectus rem facit inhabilem ad finem a partibus intentum, 531. — Omnes contractus quoad substantiam et necessarium complementum, quatuor modis perficiuntur, scilicet: re, verbis, scriptura et consensu, XIV, 996-787. — 1° Dividitur contractus divisione analogica in contractum verum, seu proprium, et quasi talem seu improprium, XVI, 98. — Recensentur veri contractus, 99.

2° Contractus verus dividitur in nominatum et innominatum 99 et seq.-522. — Contractus innominati subdividuntur in regulares et irregulares; 106. — Contractuum innominatorum regularium quatuor species recensentur: do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias, 106, 107. — Duo sunt contractus innominati irregulares permutatio, et contractus æstimatorius. 107

3° Dividitur contractus in contractum bonæ fidei et stricti juris. 107

Effectus utriusque contractus, 108 et seq. — An hodiernis Germaniæ moribus ac curiarum stylo in usu adhuc sint differentiæ inter utrumque, 110. — Quænam sit regula ex qua dignosci possit quinam sint contractus bonæ fidei, et quinam stricti juris, per adjectam clausulam doli, transmutentur in contractus bonæ fidei. 113

4° Dividitur contractus in unilateralem et bilateralem. 114-521

5° Dividitur in translativum juris ad rem et translativum juris in re.

6° Dividitur in realem, verbalem, litteralem et consensualem. 120. 522

7° In onerosum, gratuitum et mixtum. 520

8° In principalem et accessorium. 522

9° In solemnem et non solemnem. 522

10° In simplicem et qualificatum. 522

11° In nudum et vestitum. 522

12° In formalem et venialem. 522. — Dividuntur etiam contractus in lucrativos et onerosos, XIV, 995. — Contractus qui vigent apud gentem Gallorum recensentur, XVI, 521, 522. — Ad varios contractus discernendos ea præcipue attendenda sunt quæ ad eorum essentiam, vel naturam, vel accidentia pertinent. 525

Quasi contractus ille dicitur in quo lex supplet consensum ex una parte, cum pars altera ob legitimam præsumptionem consensus gerit utiliter rem alicujus. 522

CONDITIONES ad validitatem contractuum requisitæ petuntur vel ex parte consensus, vel ex parte legum, vel ex parte contrahentium, vel ex parte objecti seu materiæ contractualis, XVI, 523. — De conditionibus ex parte consensus requisitis, 523 et seq. — *Vid.* CONSENSUS.

De vitiis quibus carere debet consensus ad contractum requisitus. Quatuor sunt, nempe: error, dolus, vis seu metus, et læsio, 528. — Error duplex est, alius substantialis, alius accidentalis. Accidentalis est vel incidens seu concomitans, vel antecedens seu dans causam contractui, 528. — Error antecedens potest dare locum contractui positive vel negative. 511, 528; XXV, 494

Error versari potest vel circa substantiam rei, vel circa speciem contractus, vel circa rei qualitates, vel circa personam, seu subjectum, vel circa motivum, XVI, 510, 529. — Quoad objectum error esse potest circa corpus et individuum, vel circa substantiam rei, vel circa qualitates et accidentia, 510, 529. — Motivum est triplex, determinans, excitans seu impulsivum, et finale, 529. — Error substantialis, quicumque sit, sive accidens, sive dans causam contractui positive, aut negative, irritat contractum jure naturali, et consequenter ante sententiam judicis, 529. — Error accidentalis accidens nullum irritat contractum, 529. — Error accidentalis dans causam contractui negative nullum irritat contractum, 529. — Error accidentalis dans positive causam contractui non irritat contractum onerosum, sed bene gratuitum, 530. — Omnis et solus error substantialis irritat contractus onerosos. 530

Contractus initus ex errore circa ipsum contractum nullus omnino est, 511. — Similiter nullum reddit contractum error circa subjectum ab altera parte determinate intentum, 512. — Semper quoque vitiat contractum error circa corpus seu individuum objecti, vel circa materiam, aut substantiam, 512. — Non tamen irritat contractum error in qualitatibus et accidentibus objecti. Nisi forte paciscentes tali qualitati erroneæ consensum suum alligassent, 513. — Conclusiones practicæ. 531, 532

Dolus supponit in uno contrahente intentionem alium decipiendi. Duplex est dolus, alius positivus, alius negativus, 533. — Duos parit effectus, errorem in mente alterius, et injuriam decepto, 533. — Dolus substantialis, id est, causans errorem circa speciem contractus, vel rei naturam, vel qualitatem pretii notabilem, vel qualitatem omnino consensus restrictivam, vel personam quæ causa sit præcipua conventionis, vel denique motivum finale pacti, contractum irritat, 533. — Dolus accidentalis incidens nec irritat nec rescindit ullum contractum, 533. — Dolus accidentalis dans negative causam contractui non irritat nec rescindit ullum contractum, 533. — Dolus accidentalis dans positive causam contractui, non irritat onerosum, sed bene gratuitum; rescindibilem tamen facit onerosum ad nutum partis læsæ, si contractus natura sua sit solubilis, et dolus proveniat culpabiliter ab altero contrahente. 534

Dolus accidentalis incidens nec de jure naturæ, nec de jure positivo vacuum et contractum annullat, 513. — Quam-

vis nec antecedens dolus accidentalis contractum stricti juris irritet; nec contractum bonæ fidei, si dolus a tertio non contrahente commissus fuerit, valde controversum est, utrum, spectato jure positivo, non irritum reddat contractum bonæ fidei, si dolus ab ipso contrahente committatur, 514 et seq. — Metus incuti potest vel directe ad obtinendum contractum, vel ad alium finem a contractu distinctum, v. g., ad ulciscendam injuriam, 536 — Metus levis nullum irritat contractum. Metus gravis, quo stante homo non manet sui compos, quemcumque irritat contractum. Metus gravis, quo stante homo manet sui compos, quando oritur a causa necessaria sive intrinseca sive extrinseca, non dirimit contractum. Metus gravis, quo stante homo manet sui compos, quando oritur ex causa libera sed justa, non dirimit contractum, 536. — Metus gravis, quo stante homo manet sui compos, a causa libera et injusta proveniens, 1° irritat contractus gratuitos, v. g., donationem; 2° contractum indissolubilem probabiliter non irritat jure naturali, sed bene jure civili, quando incutitur in ordine ad contractum, 537. — Metus gravis, quo stante homo manet sui compos si injuste incutiatur ab altero contrahente vel a tertia persona ad contractum obtinendum, eum non irritat, sed rescindibilem facit ad nutum illius qui injuriam passus est, 537. — Metus gravis, quo stante homo manet sui compos, si injuste incutiatur ab altero contrahente, vel a tertia persona sed non in ordine ad contractum, eum nec irritat, nec rescindibilem facit, 538. — Pactum vel contractus metu intrinseco vel a causa necessaria extortus non modo validus est, sed neque ob metum rescindi potest. Haud secus, de metu extrinseco, si justus fuerit; et de metu levi, etiamsi injustus fuerit, 517. — Pactum et contractus, metu gravi injusto extortus, regulariter quidem de jure naturali et positivo subsistit, rescisioni tamen obnoxius est; sive deinde hic metus inferatur ab alterutro paciscentium, sive a tertio; sive inferatur ad extorquendum contractum, sive alio fine. 518

Læsio dicitur adesse quando non servatur æqualitas in contractibus onerosis; hoc maxime intelligendum est de *commutativis*, 539. — Læsio contractum non irritat, sed quandoque rescindibilem facit 539

De conditionibus ex parte legum requisitis ad valide contrahendum, XVI, 540. — Contractus irritus jure positivo, si scienter fiat a principe, validus est, XII, 1381-1090. — De auctoritate quæ competit principi in contractibus, XVI, 541.— Agnoscunt omnes legislatorem humanum 1° prohibere posse quosdam contractus; 2° irritare posse eosdem contractus, saltem pro foro externo; 3° imo posse eos irritare in conscientia post sententiam judicis, 541. — Probabilius princeps potest irritare contractus in conscientia etiam ante judicis sententiam, 541. — Codex civilis in Galliis triplicem potissimus recenset nullitatem. 1° Nullitatem pleni juris; 2° nullitatem juris; 3° rescindibilitatem. Præsertim in articulo mortis, 1117-545.—Leges irritantes non pariunt eosdem effectus in singulis casibus. 544

Regulæ ad discernendam vim nullitatum :

*Prima regula*. Quando lex irritans contractum determinativa est proprietatis contractus nullitate affectus, nullus est ante sententiam judicis. 544

*Secunda regula*. Quando lex irritans contractum sibi proponit impedire actum ordini publico aut bonis moribus contrarium, contractus irritus est in conscientia ante sententiam judicis. 545

*Tertia regula*. Quando lex pure et simpliciter contractum irritans directe et immediate fundatur motivo boni publici, contractus irritus est ante sententiam judicis. 545

*Quarta regula*. Quando lex contractus irritans immediate fundatur motivo boni privati, contractus non est in se absolute invalidus, sed resolubilis in foro conscientiæ, etiam ante sententiam judicis, ad nutum illius in cujus utilitatem lex constituta est, modo iste rescisionem petat intra tempus lege præscriptum. 546

*Quinta regula*. Quando lex irritans sibi tantum proponit attingere instrumentum, contractus nec est nullus, nec rescindibilis, sed validus est pro foro conscientiæ. 546

*Sexta regula*. Quando lex irritans contractum fundatur in præsumptione facti, contractus, deficiente facto, validus est. 547

*Septima regula*. Quando lex irritans contractum fertur in pœnam delicti, ordinarie contractus non est nullus ante judicis sententiam, 547. — Summarium. 548

De conditionibus ex parte personarum requisitis ad valide contrahendum. Ortum ducunt a jure vel naturali, vel positivo, XVI, 548. — Causa efficiens pactorum et contractuum duplex est, una remota, altera proxima, 120. — Causa efficiens remota est jus naturæ. A jure naturæ ortum est jus paciscendi cum popularibus et conterraneis modo consentire possint, 121 et seq. — Causa efficiens remota pactorum ut jus gentium. Jus paciscendi cum exteris juri gentium debetur, 124. — Si pactorum et contractuum causam remotam penitius inspicere velimus, jus etiam civile causa efficiens remota dicendum est. 125

De causa efficiente proxima spectato jure naturæ, 126. —Causa efficiens pactorum et contractuum duplex est, una principalis, altera instrumentalis, 126. — Ex jure naturali, hi omnes et soli qui usum rationis habent, possunt valide contrahere, 548.—Jure naturali contrahere nequeunt, 1° Infantes nondum usum rationis adepti; 2° Perpetuo amentes; 3° Lunatici tempore amentiæ; 4° Ebrii, si ebrietas usum rationis pervertat; 5° Furiosi, dum in furore sunt; 6° Generatim omnes ratione carentes, quamdiu eorum status impedit ne verum et sufficientem consensum præstare possint, 548. — Spectato jure naturæ, omnes etiam rationis incapaces celebrare possunt saltem plerosque quasi contractus, mere passive se habendo; imo etiam quandoque facto ponendo, 127. — Vere contrahere aut pacisci de jure naturæ possunt omnes, qui possunt consentire, et de re quæ venit in contractum libere disponere, vel jus aliquod sibi inde quærendo vel transferendo in alium, 128. — Spectato jure naturæ unus pro altero sine hujus mandato pacisci aut contrahere non valet, 128. — Stando in jure naturæ infans naturaliter talis nulla ratione vere pacisci, aut ex contractu vero obligari potest, bene tamen infans solum civiliter talis, 130. — Amentes et furiosi, quorum integra rationis facultas læditur, dum sunt tales, non modo jure positivo, sed etiam jure naturali a contractibus vere talibus removentur, quia nulla ratione deliberatum consensum ponere valent, 131. — Perfecte ebrius et plene sopitus æque parum ac amentes, tam de jure positivo, quam naturali, capaces sunt ad vere paciscendum aut contrahendum, 132 et seq. — Surdus et mutus, si talis sit qui animi sui sensu per signa aliis sufficienter perceptibilia exprimere non valeat, de jure naturæ contrahere non potest, 136. — Si animi sui sententiam sufficienter certis signis exponere possit, omnes contractus, nisi ubi verba sunt de substantia, celebrare poterit, 137. — Cæcus omnes contractus celebrare potest, tum jure naturæ, tum jure positivo. 137

De causa efficiente proxima, spectato jure civili, 138. — De jure civili ad contractus quasi tales ex parte illius qui mere passive se habet, admittuntur omnes omnino etiam rationis incapaces, cujuscumque sint conditionis, etiam furiosi, mente captus, ignorans, infans, etc., 138. — De jure positivo tum canonico, tum civili possunt contrahere omnes qui possunt jure naturæ, nisi lege inhabiles declarentur, 139-549. — Inhabiles ad contrahendum lege positiva declarantur, 1° minores, 2° interdicti, 3° subjecti consilio judiciario, 4° uxores in casibus jure expressis, 5° civiliter mortui, 6° ii generatim quibus lex nonnullos contractus inire prohibuit, 549. — Stando in jure regulariter nemo pro alio sine mandato ejus pacisci potest, 139 — Infans, juridice talis, etiamsi rationis sit capax, de jure positivo, nec se alteri, nec alium sibi per contractum obligare potest, 141. — Nec auctore tutore valide contrahere potest, vel se alteri, aut illum sibi obligare, 141. — Potest tamen infans juridice talis, sicut etiam naturaliter talis de jure positivo contrahere per tutorem, 142 —Pupillus infantia major, seu potius puer per se solus valide etiam de jure positivo celebrat contractus alienativos rerum suarum, saltem mobilium non pretiosarum, si tutorem non habeat, 143. — Habens tutorem accedente auctoritate tutoris valide cum *aliis* contrahit, modo non res immobiles aut mobiles pretiosas alienet; quamvis etiam hoc casu, si læsus fuerit graviter, in integrum restituatur, 143. — Si habeat tutorem et sine tutore contrahat pupillus infantia major, quandoque contractum simpliciter validum, quandoque simpliciter invalidum, quandoque claudicantem celebrat, 144. — Pupillus infantia major, si sine tutore celebret contractus in quibus rem suam deteriorem facere potuisset, si ditior non sit factus, non obligatur naturaliter quoad effectus ipsi nocivos; obligatur autem naturaliter quoad effectus aliis intervenientibus nocivos, et consequenter pupillus hoc casu simpliciter non obligatur in conscientia, quamvis alii intervenientes non tantum in conscientia, sed etiam civiliter obligentur. 146 et seq.

Minor non habens curatorem potest de rebus mobilibus non pretiosis libere pacisci et contrahere; non potest tamen de rebus immobilibus vel mobilibus pretiosis quidquam detrahere vel alienare, nisi decretum magistratus interveniat, 151. — Minor curatori subjectus valide paciscitur et contrahit etiam sine curatore, quotiescumque se mere personaliter obligat, 152. — De rebus suis paciscens ex contractu quo rem suam deteriorem facere potuisset, naturaliter obligatur quoad effectus sibi nocivos, obligatur tamen etiam naturaliter quoad effectus aliis nocivos. 152

De minoribus non emancipatis. De minoribus emancipatis, 550. — Actus pro quibus minores declarantur inha-

biles non sunt ipso facto nulli, sed, generatim loquendo, rescindibiles in foro conscientiæ, etiam ante sententiam judicis, quando minor læsus fuit. 350

De interdictis, 351. — De subjectis consilio judiciario, 352. — De uxoribus. 353

Contractus alii a donatione, ut venditio, permutatio, valent inter conjuges, etc. XXV, 446

De civiliter mortuis, XVI, 352. — De iis generatim quibus lege prohibitum est nonnullos contractus inire. 354

Filiusfamilias impubes ne quidem auctore patre paciscens obligatur, saltem quoad effectus sibi nocivos, 154. — Filiusfamilias pubes valide contrahit de bonis castrensibus et quasi talibus, uti etiam de bonis adventitiis extraordinariis, ac paciscendo obligatur tam civiliter quam naturaliter, 154. — Filiusfamilias habens peculium profectitium, ut cum illo negotietur, valide paciscitur ejus causa ob generalem et interpretativum consensum patris, 155. — Filiusfamilias pubes sive majorennis sive minorennis sit, de bonis adventitiis ordinariis valide contrahit etiam quoad effectum alienationis, si habeat consensum patris, invalide vero, saltem quoad effectum alienationis, sine omni consensu patris, 155. — Filiusfamilias pubes etiam inscio patre potest se personaliter obligare civiliter quovis contractu, excepto mutuo, non solum operas suas locando, sed et aliquam rem suam ex bonis adventitiis vendendo, etc., ita ut teneatur obligationi suæ satisfacere, saltem postquam sui juris aut bona libere alienabilia acquisierit, 156. — Non potest semper uti beneficio senatusconsulti Macedoniani, 157. — Utrum hujus senatusconsulti beneficio uti possit etiam in foro conscientiæ? 160 et seq.

Religiosus, sive sit capax dominii, sive incapax, valide etiam sine consensu superioris init pactum vel contractum, ex quo nascitur obligatio mere personalis, ut est obligatio legendi missam, etc.; et tenetur tam in foro interno quam externo satisfacere, quamdiu prælatus eam obligationem non facit irritam. Conclusio est certa, 167. — Religiosus, sive dominii capax, sive non, si superior non contradicat, per se valide et licite celebrat contractus in quibus alter tantum obligatur, 167. — Religiosus dominii incapax sine consensu superioris contrahendo de rebus temporalibus, materiam paupertatis constituentibus, invalide omnino agit, nec civiliter, nec naturaliter obligatur, 169. — Solv. objectiones. 170 et seq.

De superioris consensu, 176 et seq. — *Vid.* Consensus.

Prodigus ethice talis ex contractibus a se initis omni jure obligatur, 184. — Prodigus juridice talis, valide init contractus evidenter sibi utiles, 184. — Prodigus juridice talis sine curatore, æque invalide celebrat contractus, in quibus rem suam deteriorem facere potest, ac pupillus sine tutore, aut minor sine curatore, et consequenter nec naturaliter obligatur, quoad effectus sibi nocivos, 185 — Neque obligatur in casu quo promissionem suam juramento confirmaverit, 185. — Etiamsi prodigus ad frugem sit reversus, nihilominus invalide celebrat contractus onerosos, antequam a magistratu ei bonorum administratio fuerit restituta. 186

Servus proprie dictus contrahens nec se alios, nec seipsum civiliter obligare potest, saltem regulariter; potest tamen contrahendo et se aliis et alios sibi naturaliter obligare; potest etiam paciscendo domini conditionem meliorem, non autem deteriorem facere, 188. — Servus improprie dictus per se ex omni contractu naturaliter et civiliter obligatur, et alios sibi obligare potest, 188. — Administrator et procurator generalis, si limites suæ potestatis non excedat, omni contractu dominum et principalem suum absolute obligare potest, 189. — Dominus et principalis etiam obligatur ex mutuo ab administratore sine speciali mandato accepto, licet pecunia in ejus utilitatem versa non probetur, 192. — Ex mutuo ab administratore accepto, nisi pecunia in utilitatem ejus versa probatur, non obligatur Ecclesia, nec civitas, nec pupilli, nec omnes curandi; hi enim ex mutuo, sine speciali mandato aut decreto ab administratore accepto, non obligantur, nisi pecunia in utilitatem eorum versa probetur, 189, 192 et seq. — Modus probandi versionem duplex esse potest, per probationem artificialem et inartificialem, 194. — An bonæ fidei creditori qui versionem nec testibus, nec instrumento, nec præsumptione sufficiente, probare potest, nullum supererit remedium, quo creditam a se pecuniam consequatur, 196. — An hoc quod versionem probare debeat creditor speciale sit mutuo? An vero etiam ad alios contractus pertineat? 198. — An casu quo universitatis, vel Ecclesiæ, etc., administrator, alterius civitatis aut Ecclesiæ administratoribus mutuum dederit, etiam civitas aut ecclesia agens postea ex contractu ad restitutionem mutui, versionem probare teneatur? 200. — An non administrator mutuum accipiens exceptioni, de non facta versione renuntiare possit in instrumento? 201 et seq. — An casu quo administrator ex speciali mandato, vel ipsa Ecclesia aut civitas per se accipiat mutuum, nihilominus exceptio hæc de non facta versione locum habeat, 205 et seq. — An et quomodo magistratus pacisci et contrahere possit, 208 et seq. — An et quomodo Judæus pacisci et contrahere possit, 233 et seq. — Quid circa contractus in specie pro Judæis specialiter in jure statutum? 240

De conditionibus materiæ requisitis ad valide contrahendum, 355. — *Vid.* Conditiones.

De materia seu objecto materiali pactorum et contractuum in genere, XVI, 242. — Materia seu objectum materiale pactorum illud est, circa quod pacta et contractus sub aliqua ratione versantur propter aliud, 242. — Materia contractuum coalescit ex omnibus bonis quæ subjacent dominio hominis, 355. — Objectum materiale pactorum est ens objective considerabile in ordine ad dispositionem humanam inter vivos. Quæ definitio non modo res, sed etiam facta complectitur, 443. — Traditio rei vel dispositio de illa inter vivos *objectum formale quod* pactorum merito appellatur. *Objectum formale sub quo* pactorum est rerum capacitas, quam habent ad traditionem vel dispositionem humanam inter vivos. 243

De natura et veritate rei prout est objectum pactorum, 242 et seq. *Vid.* Res. — In sensu civili et juridico res diversimode, et jam minus, jam magis late accipitur: 1° omne quod non est persona vel actio, complectitur; 2° denotat quidquid non est persona; 3° continet universa quæ sub pecunia non veniunt; 4° significat omne illud quod opponitur facto; 5° latissime accepta non modo personam ac actionem, sed et pecuniam et quælibet facta includit, 243. — Res sola latissime accepta objectum adæquatum jurisprudentiæ et pactorum exhibet, 244. — Definiri potest: ens objective considerabile in ordine ad dispositionem humanam inter vivos. Prout a facto distinguitur definiri potest: ens objective considerabile in ordine ad traditionem humanam inter vivos faciendam, 244. — Res prout est objectivum pactorum et contractuum dividitur primo in corporalem et incorporalem, 296. — Secundo, dividitur res in mobilem et immobilem, 297 et seq. — Spectato jure, quæ referenda sunt ad immobilia, 298. — Quæ ad mobilia, 298, 299. — An pecunia hæreditaria res mobilis habenda sit, 300. — Tertio dividitur in pretiosam et non pretiosam, 302. — Pecunia non est accensenda rebus pretiosis: communis est sententia, 303. — Quanti valoris res esse debeat, ut magni momenti et pretiosa censeri possit, 303. — Quarto dividitur in dividuam et individuam, 305; — Quinto in temporalem et spiritualem. 305

Qualis res in genere sit objectum materiale pactorum et contractuum? 306. — 1° Ut res aliqua in pactum deduci possit debet esse possibilis, 307. — An casu quo materia pacti partim est possibilis, partim impossibilis, partim honesta, partim inhonesta, subsistat pactum et contractus quoad partem possibilem et honestam? 307. — 2° Omnis et sola res illa in pactum deduci potest, quæ aliqua ratione existit, 308 — Si nautæ vi ventorum in navim piscatorum impacti, capturam piscium impediant, sicque nihil capiatur, nihilominus valet contractus, quo de jactu retis conventum fuit, 312. — An qui emit jactum retis, capturam omnium rerum quæcumque illæ sint, sibi comparaverit, an vero pisces duntaxat, si qui prehensi fuerint? 312. — 3° Ut res in pactum venire possit debet esse certa et determinata, seu constare debet, quid, quantum, et quale sit id quod in conventionem deducitur, 313. — 4° Nulla res potest esse objectum materiale pactorum et contractuum, nisi sit pretio æstimabilis, 315. — An etiam in pactum vel contractum venire possit res aliena vel accipientis propria? 316. — Res duplici modo dicitur aliena et propria, nimirum actu et potentia, 316. — 1° Res potentia aliena valide deducitur in pacta et contractus, 316. — 2° Res actu aliena non potest esse objectum pacti et contractus, qui ex dispositione juris ordinatur ad dandum, seu ad transferendum dominium, 320. — Potest tamen esse objectum materiale contractus, qui ex natura sua non ordinatur ad dandum, sed tantum ad tradendum seu transferendum in eo statu in quo tradens habuit. Modo, accipiens rem, non sciat esse alienam, 320. — Magna difficultas esse videtur, qua ratione is qui rem alienam sciens vendidit, locavit, in emphyteusim, feudum, societatem dedit nondum tamen tradidit, ad traditionem illius obligari possit? 322. — Dicendum traditionem hanc licitam esse, et juste a lege præcipi, quia gravi et publica exigente causa legislator pro ea qua non modo in bona, sed etiam in voluntates subditorum pollet, auctoritate, voluntatem domini supplet, 324. — Utrum aliquis possit emere, vel ex alio pacto aut contractu accipere rem de qua dubitat an aliena sit? 325. — 5° Res, quæ accipientis est propria potentia tantum, seu quæ illi ex aliquo contractu

debita et nondum tradita est potest esse materia pactorum et contractuum diversorum ab illis quibus res jam debita est accipienti aut devincta, non vero horum ipsorum iterato initorum, 328. — 4° Res quæ accipientis est propria actu non potest esse objectum materiale pacti vel contractus absolute initi, bene tamen celebrati sub conditione, si ipsius esse desinat, aut in tempus, quo ipsius amplius non erit. Sicut etiam possessio rei propriæ in pactum deduci potest, sub certa conditione, 328, 331, 332. — Quomodo res jure naturæ humano commercio exempta, possit esse objectum materiale pactorum, 332. — Res humano commercio jure naturæ exemptæ sunt : liber homo; res sacræ; res spirituales; res de se malæ, vel indifferentes quidem, per pactum tamen ad usus malos expetitæ. 333

Licet omnes homines noscantur liberi, juste tamen introducta fuit servitus perfecta, et potest homo liber alteri se in servum vendere vel alio ex pacto tradere, 333, 335. An homo liber etiam sine suo consensu ab aliis in pacta alienativa deduci et vendi possit? 336 et seq.

Res sacra uti etiam res spiritualis potest esse objectum pactorum et contractuum unilateralium, in quibus ex altera parte nihil intervenit. Imo, spectato jure naturæ et divino, potest deduci etiam saltem per se in pacta bilateralia, in quibus utrinque datur aut promittitur res sacra vel spiritualis, 339.—De jure tamen ecclesiastico sæpius sine vitio simoniæ res etiam spiritualis pro spirituali in pactum deduci non potest, 340 et seq. — Res intrinsece sacra vel spiritualis non potest esse objectum pactorum et contractuum unilateralium in quibus ex altera parte temporale pretium intervenit, 341. — Idem dicendum de re extrinsece sacra vel spirituali sive deinde rei sacræ aut spirituali fuerit concomitanter connexa et intrinsece conjuncta, 346. — Sive tantum conjuncta extrinsece et consequenter connexa, 347. — Imo, neque res extrincese sacra et spiritualis quæ huic antecedenter annexa est pro pretio temporali in pactum deduci potest, si in concreto accipiatur, 350. — Secus dicendum de extrinsece et antecedenter connexa in abstracto sumpta, 351 et seq. — Utrum ad simoniam necessario requiratur pactum vel contractus, 354 et seq. — Res jure gentium aut civili humano commercio exemptæ aliæ dicuntur simpliciter et absolute tales, aliæ vero secundum quid, 369, 370.—Quamvis res religiosa a nemine privatorum in pactum aut contractum deduci possit, nihil tamen obstare videtur quominus auctoritate ecclesiastica in pactum aut contractum, etiam pro re temporali et profana veniat; neque in tali pacto vel umbra simoniæ apparet, 370. — Res communis ab omnibus iis, quorum interest, in pactum deduci potest, 372. — Res vero sancta sine consensu ejus cujus lege inviolabilis et sancta est, nulliter in pactum aut contractum venit; nec res publica et universitatis sine consensu principis et universitatis in cujus dominio est, 373. — An et quomodo fodinæ metallicæ auri, argenti, item salis ac aliæ in commercio sint? 375. — Inter res secundum quid ob conjunctam qualitatem commercio exemptas est hæreditas. Regulariter non valet pactum acquisitivum de hæreditate unius ex paciscentibus, sive deinde agatur de alterius tantum, sive de utriusque hæreditate sibi vel aliis acquirenda, 377. — Nec minus invalidum est (abstrahendo a moribus hodiernis) pactum omissivum quo convenitur de abstinenda vel omittenda hæreditate, quod uno verbo hodie renuntiatio appellatur, 379 et seq.— Nullum de jure positivo est pactum de hæreditate tertii viventis et certi, nisi tertius ille hoc sciat et consentiat, 383. — Attamen licitum est et validum pactum de hæreditate tertii viventis et incerti; et multo magis de hæreditate mortui, ac jam delata, a quocumque illa proveniat; 385. — An jus accessendi in emptorem hæreditatis transeat, 386 et seq.—Probabilius transit. 388

Ad primum genus rerum secundum quid humano commercio exemptarum, seu quarum commercium solum ob conjunctam aliquam qualitatem interdictum est a jure, reducuntur præterea : 1° res litigiosæ; 2° frumentum publici canonis; 3° res quæ pure vel in diem legatæ sunt vel pro quarum restitutione hæres rogatus fuit; 4° peregrinæ et exoticæ merces; 5° servi fugitivi et criminosi, 389 et seq. Huc etiam reducitur dos et contra-dos, seu donatio propter nuptias. 392

Ad secundum genus rerum secundum quid, seu aliquarum tantum commercio exemptarum pertinent venena, servi christiani, arma. 393

Ad tertium genus rerum commercio humano exemptarum, seu soli principi reservatarum, olim pertinebat purpura, hodie vero res illæ quæ ad privatum principis patrimonium spectant. 395

Ad quartum genus rerum secundum quid commercio exemptarum illæ pertinent quæ sine certis conditionibus alienari nequeunt, cujusmodi sunt res pupillorum et minorum; item res civitatis et Ecclesiæ, 396. — An et quomodo res Ecclesiæ possit esse objectum materiale pactorum et contractuum, XVI, 397. — Quæstio hæc procedit de rebus Ecclesiæ temporalibus et profanis, nec spirituali annexis, ad cultum divinum tamen et pios usus destinatis, 397.—De his non alienandis innumeri *extant* canones, 397. — Alienationis nomen hic sumitur : 1° pro omni actu quo dominium rerum transfertur; 2° non tantum pro actu quo dominium plenum in alterum transfertur, sed etiam pro actu quo solum dominium directum, vel utile aut ususfructus in alterum transfertur; quin etiam nomine alienationis a jure prohibitæ continetur impositio hypothecæ, pignoris servitutis; 3° latius adhuc sumendum nomen alienationis, prout nimirum includit non tantum translationem dominii aut juris in re, sed etiam cessionem juris ad rem, 398. — Libere alienari possunt res Ecclesiæ : 1° si sint res mobiles non pretiosæ, vel quæ servando servari nequeunt; 2° vel immobiles, exigui tamen valoris; 3° aut etiam inutiles et damnosæ, 399.— Res Ecclesiæ immobiles et majoris momenti, ac mobiles pretiosæ, si utiles Ecclesiæ sint, regulariter non possunt sine justa causa et requisitis de jure solemnitatibus alienari per pacta et contractus, 401-407. — Excipi debet donatio centesimæ vel quinquagesimæ, 401.— Utrum vero hæc alienatio rerum ecclesiasticarum æque prohibita sit, si fiat ab una Ecclesia in aliam, merito dubitari potest, 402. — An alienationis prohibitæ nomine etiam veniat repudiatio hæreditatis vel legati qua res immobilis, vel mobilis pretiosa Ecclesiæ relicta est? 407 et seq. — An etiam contractus commodati et depositi de rebus Ecclesiæ alienari prohibitis interdicti censendi sint? 411. — Ut alienatio rerum ecclesiasticarum majoris momenti sit valida et licita, requiritur causa justa, 412, — nec sufficit, si causa sit tantum dubia 413, —vel existimata, 414. — Probabilius summus etiam pontifex indiget justa causa ad hoc, ut bona ecclesiastica alienare possit, 414. — Præter justam causam ad alienandas res ecclesiasticas immobiles vel mobiles pretiosas, requiritur insuper certa juris solemnitas, consistens : 1° in tractatu, consensu et subscriptione capituli, 417; — 2° in consensu, vel potius auctoritate superioris, 419; — imo et sedis apostolicæ. Est communis et certa, 417, 420. — An etiam patroni consensus in alienatione rerum ecclesiasticarum expeti debeat? 419.—Alienatio rerum ecclesiasticarum, sine solemnitatibus enumeratis facta, in foro interno irrita est. 421 et seq.

Quale factum sit objectum materiale pactorum et contractuum, XVI, 423.—Factum in jure diversimode sumitur, 424 — Factum hic sumitur prout opponitur rei specifice acceptæ : non modo factum necdum, sed vel maxime factum prægnans inadæquatum pactorum objectum constituit. Definitur : operatio personalis objective considerabilis in ordine ad dispositionem humanam inter vivos, 424. — Omne factum, sive affirmativum, sive negativum fuerit, in pactum et contractum deduci potest, modo tale sit quod in commercium humanum venire possit, nec jure naturali, divino, vel humano a pactis vel contractibus remotum sit, 426. — Utrum pactum vel contractus de re aut facto turpi nullam omnino obligationem inducat? 427 et seq. — Etiamsi pactum de facto turpi præstito jam inhonesto facto de jure naturæ convalesceret, de jure tamen positivo humano probabilius non obligaret, 431. — Valet pactum in quo solius dantis turpitudo versatur, ita ut non solum datum retineri, sed etiam promissum peti possit, si ex parte promissarii nulla sit turpitudo nec injustitiæ, nec alia, 434. — Ut factum in pactum deduci possit, debet esse certum et determinatum, ac suis qualitatibus vestitum, 435. — Debet esse proprium promittentis, non vero alienum. 435

Forma pactorum et contractuum illud est quod pacta et contractus in esse specifico constituit; sine illa pacta nec esse, nec concipi possunt, XVI, 437. — Forma alia generica, vel specificata; alia absoluta, vel modificata; alia est pactis intrinseca, vel extrinseca, 437. — De forma pactorum et contractuum intrinseca. Et primo, de pacto vel contractu sub conditione celebrato, 437 et seq. — Secundo, de pacto et contractu in diem, sub modo, ex causa vel cum demonstratione celebrato, 461. — Primo quotiescumque dies pacto vel contractui tacite inest, aut dies certus, vel etiam incertus, de quo tantum nescitur quando sit exstiturus, expresse adjicitur, tamquam terminus *a quo*, statim quidem dies cedit, et obligatio nascitur; antequam dies veniat, res promissa peti non potest, 462. — Si vero dies adjectus simpliciter sit incertus, aut incertum sit an sit exstiturus, æquivalet conditioni de futuro contingente, 463. — Adjectus autem sive certus, sive incertus, tamquam terminus *ad quem*, nec obligationem, nec actionem suspendit; nec adventu suo ipso jure perimit, sed exceptione solum elidit, 463. — Secundo, in contractu ce

lebrato sub modo possibili contingente statim dies cedit, et dies venit, hoc est, non solum statim quod promissum est debetur, sed etiam cum effectu peti potest. Hæc propositio certa est, 466. — Modus autem impossibilis pro non adjecto habetur, saltem si non sit contrarius substantiæ contractus, aut de jure impossibilis. Ita communiter, 467. — Modus necessarius contractui nihil omnino afficit, nisi sit necessarius de jure. 470

Forma pactorum et contractuum extrinseca consistit in iis quæ præter formam intrinsecam ad licentiam vel valorem pactorum et contractuum a jure requiruntur, 472.— Forma a lege vel statuto in pactis et contractibus aliquando præscripta potest esse vel substantialis vel accidentalis, 473. — Pactum vel contractus deficiens in forma accidentali per se illicitus, validus tamen est, 474. — Deficiens vero in forma substantiali non solum in foro externo, sed etiam in interno nullus et irritus est, nisi aliunde constat de mente legislatoris, quod formam hanc solum requisiverit ad hæc, ut contractus in foro externo vim habeat, 474. — Et hoc procedit, sive forma hæc a jure communi, sive a statuto vel consuetudine loci a quo contractus celebratur præscripta sit, sive deinde contrahentes fuerint incolæ hujus loci, sive peregrini, 476. — De jure communi ad nullius pacti vel contractus formam substantialem scriptura pertinet, 477 : — nisi pacto speciali contrahentes eam pro forma requirant, 479. — In dubio tamen utrum scripturam pro forma, an facilioris probationis causa expetierint, posterius hoc regulariter præsumendum est, 479. — De forma juramenti. Pactum nudum adjecto juramento non vestitur, nec vim producendi actionem, a jure ablatam, recuperat, 480. — Si contractus jure positivo duntaxat invalidus adjecto juramento non revalidatur, neque promissis, juramento promissorio innexa valet, 482. — Multo tamen probabilius videtur contractum de jure positivo solum invalidum, adjecto juramento convalescere, 484. — Modo juramentum plene liberum, nec metus aut dolo extortum, nec a jure irritatum fuerit. 487

De contrariis pactorum et contractuum, irritatione, errore, dolo et metu, XVI, 507. — Pactum vel contractus initus contra legem simpliciter prohibentem illicitus quidem, non tamen ipso jure invalidus est, 508. — Pactum vel contractus a lege positiva absolute et simpliciter irritatus non solum in foro externo, sed probabilius etiam in foro interno ipso jure irritus et nullus est, ita ut ex tali pacto vel contractu nullum commodum percipere liceat, saltem si non sit pœnalis, 509. — *Vide supra*, de conditionibus ex parte consensus requisitis.

De effectu pactorum et contractuum Effectus in pactis et contractibus duplex est, immediatus et mediatus, XVI, 487. — Ex omni pacto vel contractu valido nascitur obligatio tam naturalis quam civilis promissum implendi, sive fidem datam servandi, modo uterque paciscens communionem habeat juris naturalis, 488. — Ex pacto vel contractu pure celebrato illico obligatio et actio nascitur, 489.—Pactum sub conditione, licet obligatio suspensa maneat donec conditio impleatur, id speciale habet ut obligatio pura et absoluta censeatur, non solum a tempore impletæ conditionis, sed retro a die initæ conventionis, 490. — An is qui factum promisit id præcise præstare teneatur, nec interesse solvendo liberetur, 490. — An ad pœnam contractui adjectam violans contractum teneatur ante sententiam judicis? 492. — Quis sit effectus pacti vel contractus alternativi, 493. — In omni pacto vel contractu dolus præstandus est, et quidem non modo ante judicis sententiam, sed etiam ante exactionem decepti, 497. — In omni pacto vel contractu qui respicit tantum utilitatem illius qui minus principaliter obligatur, et alterum principaliter obligatum habet, regulariter præstanda est sola culpa lata, 497. — In contractibus vero qui in utriusque contrahentis utilitatem cedunt, et in quibus uterque principaliter obligatur, per se præstari debet etiam culpa levis, 498. — In iis demque negotiis, quæ intendunt commodum duntaxat illius qui principaliter est obligatus, non modo culpa levis, sed etiam levissima ordinarie præstanda venit, 498 et seq. — Casus fortuitus in nullo contractu per se præstandus est, sed per casum fortuitum *regulariter* res domino perit, 501.—Quamvis obligatio et actio ex pacto reali personalis sit, utraque tamen ad successores universales seu hæredes transit, 503. — Transit etiam ad successores in regno, principatu, prælatura, dignitate, etiamsi hæredes non fuerint, si pacta nomine principatus aut dignitatis inita fuerint, 504. — Non tamen ad singulares successores transit, nisi hæc ipsa obligatio et actio realis cessa vel in pactum deducta fuerit, 505. —Utrum non subinde obligatio et actio ad alias etiam personas transeat quam successores? 506

De obligatione contractuum, XVI, 557. — *Vid.* Obligatio. —Duplex ex contractu nascitur obligatio : alia directa, alia indirecta, 558. — De obligatione quæ directe nascitur ex quolibet contractu, 559. — *Contractus rite initi obligant ex justitia unum saltem e contrahentibus. Contractus rite initi vim non habent nisi inter personas contrahentes. Contractus rite initi non solum obligant ad id quod pacto exprimitur, sed ad omnia consectaria quæ, attenta conventionis natura, postulant æquitas, lex aut usus.* 559

De obligatione dandi. Diversa est obligatio debitoris et creditoris, 559. — De obligatione faciendi aut non faciendi, 560. — De obligatione indirecta contractuum, seu de obligatione compensandi damna quæ proveniunt ex inexecutione conventionum, 560. — *Vid.* Compensatio. — Triplici ex causa oriri potest contractus inexecutio : ex casu fortuito, ex culpa theologica, ex culpa juridica, 560. — Extra contractum et quasi-contractum nemo tenetur, ante sententiam judicis, resarcire damnum ex culpa mere juridica secutum, 561. — In contractu quilibet tenetur, ante sententiam judicis, reparare damnum ex culpa mere juridica secutum, 562 — In quasi-contractibus nemo, universim loquendo, tenetur, ante sententiam judicis, reparare damnum ex culpa mere juridica secutum, 563.— De mora requisita ex parte debitoris ut debeatur compensatio damnorum, 564.—Quænam debeatur compensatio ob inexecutionem contractuum 1° quorum obligatio est de aliqua re præstanda, 565; — 2° quorum obligatio est de solvenda pecuniæ summa, 566. — Creditor regulariter stare debet taxationi legis pro compensatione damnorum, sive taxatio excedat damnum, sive damnum excedat taxationem. 566

De modificationibus contractuum quæ præcipue sunt naturales. Inter eas eminent conditio, juramentum, modus, causa, demonstratio, 567. — De obligatione conditionali, 567. *Vid.* Conditio. — Contractus sub conditione suspensiva initus considerari potest vel ante eventum conditionis, vel ea adveniente, vel ea deficiente. Ante eventum conditionis suspenditur obligatio contractus. Adveniente conditione contractus fit statim perfectus absque novo consensu, 569. — Deficiente conditione, contractus censetur ab initio irritus, 570. — Contractus sub conditione resolutoria initus, ante adventum conditionis resolutoriæ omnino perficitur; adveniente conditione resolvitur; *deficiente conditione, censetur ab initio fuisse pure et simpliciter perfectus*, 570. — *Contractus initus sub conditione suspensiva mere potestativa ex parte illius qui se obligat ab initio irritus est*, 570. — Contractus sub conditione impossibili initus, generatim loquendo, irritus est jure naturæ et jure civili, 571. — Contractus sub conditione accidentaliter turpi initus validus est, 571. — Contractus initus sub conditione substantialiter mala considerandus est vel ante vel post eventum conditionis. Ante eventum conditionis, ex communi opinione, irritus est. Post eventum conditionis, probabilius videtur etiam nullam producere obligationem, 571. — Contractus initus sub conditione substantiæ contractus contraria omnino nullus est a principio, 573. — Utrum et quandonam valeat juramentum contractui invalido oppositum? 575. — Contractus generatim loquendo non firmatur juramento sub respectu justitiæ, 576. — Contractus jure naturæ nullus juramento non firmatur, 577. — Contractus jure positivo irritus juramento non firmatur, quando lex eum irritat immediate et principaliter ob bonum publicum, 577. — Contractus jure naturali rescindibilis ob injuriam juranti illatam nullatenus firmatur juramento, 577. — Contractus jure positivo rescindibilis juramento non fit irrescindibilis, quando facultas rescisionis alicui conceditur motivo ordinis publici, v. g., minoribus; sed juramento fit irrescindibilis, quando facultas rescisionis introducitur propter utilitatem privatam contrahentium, 577. — Contractus sub modo, v. g., tibi promitto 300 nummos ut celebrentur missæ, statim obligat, etiamsi modus non impleatur, nisi expresse appositus sit sub annulatione pacti. 577

De obligatione ad causam, 578. — De obligatione ad demonstrationem, 578. — De modificationibus contractuum quæ præcipue sunt civiles. Ad has revocari possunt : 1° obligatio ad diem ; 2° obligatio alternativa ; 3° obligatio solidaris ; 4° obligatio divisibilis et indivisibilis ; 5° obligatio cum clausula pœnali, 579 et seq — Contractus quo aliqui se obligant cum certa pœna sub conditione pendenti a voluntate principis non obligat, nec pœna, XXV, 447. — Obligatio contractuum statim cessat ac solvitur vinculum quo una persona tenebatur erga alterum ad aliquid dandum, faciendum aut non faciendum. Vinculum istud solvitur : 1° solutione, 2° novatione, 3° remissione, 4° compensatione, 5° confusione, 6° interitu rei debitæ, 7° nullitate vel rescisione, 8° effectu conditionis resolutoriæ, denique præscriptione. XVI, 583 et seq.

De contractibus in specie, et primo de contractibus gratuitis, XVI, 587. — Inter contractus gratuitos potissimum recensentur promissio, donatio inter vivos aut per testamentum aut causa mortis, commodatum et precarium, deposi-

tum et sequestrum, mandatum et negotiorum gestio, 587. — De promissione. Promissio est contractus quo quis gratuito et libere fidem suam alteri obligat ad præstandam rem licitam et possibilem, 587. — De donatione inter vivos, aut per testamentum, aut causa mortis, 590. — Donatio inter vivos definitur: Contractus quo quis ex mera liberalitate transfert actualiter et irrevocabiliter dominium rei suæ alteri acceptanti, 590. — De commodato et precario, 629. — De deposito et sequestro, 630. — De mandato et negotiorum gestione. 633

De contractibus onerosis, qui sunt commutativi vel aleatorii. Inter commutativos alii sunt principales, ut venditio, emptio, conductio, locatio, societas, permutatio, transactio; alii accessorii tantum, ut fidejussio, pignus, hypotheca, etc. Inter aleatorios præcipue recensentur assecuratio, ludus, sponsio, loteria, XVI, 636.—De venditione, emptione, 636. — De locatione, conductione, 670. — De societate, 676. — De permutatione, 684. — De transactione, 684. — De fidejussione, 685. — De pignore, 687.—De hypotheca, 688. — De assecuratione, 690. — De sponsione, 691. — De loteria, 691. — De ludo, 692. — De mutuo, 695, 765. — De cambio, 756. — De censu, 758. — De honestate et utilitate contractuum per quos pecunia collocatur ad lucrum, 884 et seq. — De contractu lucri minoris certi pro majore incerto, 924 et seq. — De contractu trino, 930. — Contractus trinus vocatur conventio, qua inter easdem personas de eadem pecunia tres contractus, scilicet, societatis, assecurationis, et lucri certi pro incerto, simul conjunguntur, 931. — Argumenta pro contractu trino, 933. — Arg. contra contractum trinum. 937

De contractu censuali, 949 et seq. — De contractu quo exiguntur quinque annua pro centum, passim in Germania, et nominatim per Bavariam usitato, 950, 956; 967-996. *Vid.* Usura *vel* Mutuum. — Contractus connubialis, *Vid.* Connubium.

Contra-dos res est quam maritus in securitatem dotis uxori constituit, et ab aliquibus pignus dotis vocatur, XVI, 393

Contritio a verbo *contero* deducitur. Contritionis nomen per metaphoram a corporeis ad spiritualia translatum est, XXII, 193. — Legitime definitur: Animi dolor ac detestatio de peccato commisso, cum præposito non peccandi de cætero, et voto præstandi reliqua quæ ad rite suscipiendum pœnitentiæ sacramentum requiruntur, 195. — Aliam definitionem refert S. Thomas: Contritio est dolor de peccatis assumptus cum proposito confitendi et satisfaciendi, 195. — Contritio, prout est pars pœnitentiæ, non est tantum in terroribus conscientiæ incussis, est tactus hominis, non mera passio, 196. — Est actio libera et bona 197. — Nulla est vera contritio sine vitæ veteris odio, 197. — Contritio, ut deleat peccata, vera esse debet, 197. — Contritio interior esse, id est, non ab ore tantum, sed ex intimo cordis affectu profluere debet, 198. — Ad contritionem latius sumptam duo concurrunt, principium et motivum, 199. — Contritio, prout ad justificationem intra vel extra sacramentum disponit, debet esse supernaturalis, tum ratione principii, tum ratione motivi, 200 et seq. — Detestatio peccati prout turpitudinem habet oppositam Deo tanquam auctori naturæ potest esse supernaturalis, 203 — Dolor potest esse aut fingi summus vel intensive, vel appretiative, vel extensive. Optanda quidem est contritionis intensio quoad gradus, non tamen est absolute necessaria, 204. - Non requiritur dolor simpliciter intensive summus, 204. — Neque etiam opus est dolore absolute summo. Nec requiritur dolor quocumque alio dolore vehementior. 205

Ad contritionem requiritur dolor apretiative summus, quo pœnitens doleat et detestetur peccatum super omnia detestabilia quæ peccatum non sunt, 206. — Ad veram peccati detestationem necesse non est ut pœnitens magis paratus sit perpeti id quod juxta divinam ordinationem perpeti non debet, quam a Deo per peccatum recedere, 207. — Neque etiam necessum est ut contritio sit summa extensive, sive ratione temporis, sive ratione objecti, quasi peccata singula sigillatim detestari teneatur 209. — Nam momentanea contritio, modo vera sit et sincera, sufficit ad veniam peccatorum quovis tempore obtinendam, 209. — Et absolute sufficit unus contritionis actus qui ad omnia peccata referatur, 210. — Id tamen prudenter intelligendum. Ei qui longa peccati consuetudine tenetur nullo, ut plurimum, tempore opus est, ut ad certam et absolutioni idoneam contritionem deveniat, 210 et seq. — Augenda est pro vario peccatorum gradu contritio, 212. — Contritio in omnia prorsus lethalia, nullo excepto, ferri debet, 213. — Ad contritionem, prout ad justitiam præparat, non requiritur dolor qui in venialia singula cadat, 213. — Fide certum est ad contritionem requiri propositum non peccandi lethaliter de cætero, 215. — Per se et moraliter loquendo necessarium est formale deinceps non peccandi propositum; non tamen est de essentia contritionis, 216. — Propositum non peccandi de cætero debet esse efficax affective; debet et esse absolutum quoad mortalia omnia: imo et quoad venialia quædam, si hæc duntaxat clavibus subjiciantur. 218

An contritio peccatori necessaria sit, an statim a peccato necessaria sit, 219. — Contritio lapsis per se et regulariter necessaria est tum necessitate præcepti seu naturalis, seu divini, seu ecclesiastici, tum necessitate medii, 220 et seq. — Præceptum contritionis per se saltem aliquando obligat, aliquando per accidens, 225 — Urget etiam contritionis aliqualis præceptum, quando menti occurrit peccatum, prout est offensa Dei, 226. — Quisquis studiosus est salutis suæ eam in futurum sententiam sequi practice et aliis consulere debet, quæ contritionis præceptum urgere censet statim ut actus contritionis exeri potest, 226 et seq. — Solv. objectiones. 229 et seq.

De merito contritionis, 234. — Contritio causa est remissionis peccatorum, eamque meretur, non quidem simpliciter et de condigno, sed de congruo, 234. — De contritione perfecta, 235 — Opiniones variæ de ratione contritionis specifice constitutiva, 238. — Contritio perfecta non tantum in casu necessitatis, sed semper hominem Deo reconciliat, antequam sacramentum actu percipiatur, 239 et seq. — Contritio in veteri lege justificabat statim ut erat perfecta, 241. — Solv. objectiones, 241. — Contritio perfecta non est conditio ad sacramentum Pœnitentiæ necessario prærequisita, 251. — Quale sacramenti votum ad perfectam contritionem requiratur. Votum nihil aliud est quam desiderium, voluntas, propositum recipiendi suo tempore sacramenti. Aliud est formale seu explicitum, aliud implicitum et generale, 253. — Votum sacramenti Pœnitentiæ ad perfectam contritionem requiritur. 255

De contritione imperfecta seu attritione, 255. — Solvuntur difficultates quædam practicæ, 567 et seq. — *Vid.* Attritio.

Controversiæ methodus compendiaria, seu modus instituendus ad disputandum cum protestantibus, V, 1066 et seq. *Vid.* Reformatio. — De controversiis inter catholicos agitatis circa auctoritatem summi pontificis, 1139 et seq. *Vid.* Pontifex.

Controverse pacifique entre M. Lefranc de Pompignan, évêque du Puy, et un savant de Genève, sur l'autorité de l'Eglise en général, mais surtout sur ce point: Comment la foi des enfants et des adultes ignorants est-elle une foi ferme et raisonnable. Première lettre, VI, 1070. — Réponse de l'évêque. 1079. — Seconde lettre, 1091. — Réponse de l'évêque, 1121-1160. — Controversiæ judex necessarius, I, 340—266. — De controversiis fidei tractatus generales adversus protestantes. I, 1015-1312.-799-1035.

Contumelia, iræ filia, est honoris alieni violatio per verba injuriosa quæ ipso præsente et audiente proferuntur, XI, 1151; — vel brevius: contumelia est injusta læsio honoris alieni facta præsenti et scienti, XV, 986. — Contumelia fieri potest verbis, factis, scriptis, picturis gallice dictis *caricatures*, et aliis contemptus signis, 986. — Contumelia impetit honorem. Differt a blasphemia, a detractione, XVIII, 1050. — Differt a convicio et improperio; a calumnia; a diffamatione; ab irrisione, 1051; XIV, 1107-873. — Contumelia ex genere suo est peccatum mortale contra justitiam commutativam. In individuo potest esse veniale, 1109 873; XXII, 1317; XV, 986. — Gravius quam furtum, quam detractio, XVIII, 1051. — Tanto gravior est contumelia quanto magis honore digna est res vel persona in quam proferetur seu quæ contemnitur, 1052. — Contumelia in Deum, Eucharistiam, Christum, B. Virginem, sanctos, eorum imagines et reliquias est omnium gravissima, XVIII, 1052. — Contumeliosa verba possunt non esse peccatum, XV, 986. — Regulæ morum circa contumeliam. Contumelia vel convicium est peccatum lethale, si animo honorem proximi violandi proferatur, aut tam gravis sit ut personarum conditione et circumstantiis spectatis ejus honorem reipsa lædat plurimum, quamvis eo fine verbum injuriosum non proferatur, XI, 1133. — Si absque animo lædendi, ex levitate, aut joci gratia, vel causa corruptionis, verba contumeliæ aut convitii dicantur, et secundum se, aut spectata qualitate personarum et circumstantiis, levia sint, vel censeantur, vel ex plena deliberatione prolata non sint, sed ex surreptione, venialia solum et quandoque nulla peccata sunt, 1134. — Quamvis inter convicium, contumeliam et improperium discrimen theologi statuant, promiscue tamen apud vulgus usurpantur, 1135. — Contumeliosi ad restitutionem honoris, quo meliori et convenientiori modo fieri potest, tenentur, 1135; XV, 987; XXII, 998. — Illatas contumelias quandoque repellere homo potest et debet veris justisque verbis aut scriptis, vel etiam actione inju-

riarum, si necesse sit, tum ad reprimendam conviciatoris et contumeliosi hominis audaciam, tum ad suam dignitatem et auctoritatem tuendam; sed tamen animo paratus quisque debet esse ad contumelias patienter ferendas, si propriæ et aliorum saluti expedire conspexerit, XI, 1136; XV, 987. — Audaciam contumeliosi debet, qui læsus est, moderate reprimere, scilicet propter officium charitatis, non propter cupiditatem privati honoris, XI, 1137. — Contumelias contumeliis repellere numquam licet; unde non excusatur a peccato mortali, qui verbis contumeliosis lacessit alterum, etsi ab ipso fuerit provocatus, 1137.—Ea animo tacere ut contumeliosus magis frendeat intusque discerpatur peccatum est, 1139. — In Leodiensi diœcesi contumelia insignis illata sacræ Eucharistiæ aut sacris sanctorum reliquiis est casus reservatus, XVIII, 1052 et seq.

Remedia adversus contumeliam et alia peccata linguæ, XXII, 1319 et seq.

Convenientia. Aliud rei convenit intrinsece, aliud extrinsece. Illud est conveniens intrinsece quod rem perficit et aliqua ratione complet. Illud est conveniens extrinsece tantum quod ad perfectionem et integritatem rei nullo pacto requiritur, sed solum ei affert decorem extrinsecum quo ipsa non indiget. IX, 666-527

Convenire illud alicui rei dicitur, quod ei decorem quemdam affert et ejus est naturæ consentaneum, IX, 666-527. *Vid.* Convenientia.

Conventio qua liberalitatis exercendæ gratia aliquid promittitur inter pacta legitima est admittenda, XVI, 93. — Conventio pœnalis inter mutuatorem et mutuatarium. Pœna conventionalis ea est quæ partibus inter se convenientibus solvenda est a mutuatario, si tempore præfixo mutuum sua culpa non reddat, XVI, 749. — Mutuator, positis quibusdam conditionibus, pacisci potest ut mutuatarius præfixo tempore sua culpa non restituens aliquid ultra sortem solvat in pœnam moræ, etiam si nullum ex dilatione expertus fuerit detrimentum, 749. — An liceat in contractu mutui adhibere pactum *legis commissoriæ*, quo scilicet pignus in securitatem sortis traditur seu *committitur* a mutuatario, ea lege ut sit mutuatoris, si mutuatarius præfixo tempore sua culpa non solverit. 749

Conventus. *Vid.* Monasterium.

Conversatio. Cum his conversare, ait Seneca, qui te meliorem facturi sunt. Illos admitte, quos tu poteris facere meliores. XI, 138

Conversio ad Deum tripliciter fieri potest, corde, ore et opere, XIV, 10-10. — In eos qui conversionem usque ad mortem protrahunt. XXI, 511

Quæ requirantur ut unum in aliud convertatur, XXIII, 228. — Conversio est transitus unius rei in aliam. Conversio ex suo conceptu versatur inter duos terminos positivos : alter dicitur terminus *a quo*, et alter terminus *ad quem*, 229. — Omnis conversio est desitio unius cum successione alterius, 229. — Alia est accidentalis; alia substantialis; alia formalis; alia materialis; alia substantialis totalis, 229. — Ad omnem conversionem requiritur quod detur connexio aliqua inter desitionem unius termini et positionem alterius, 229. — Rursus requiritur quod detur aliquod commune, quod idem perseveret cum utroque termino, et in ordine ad quod uterque terminus repugnet, 230. — Reperitur duplex terminus positivus *a quo*, et duplex terminus positivus *ad quem*, 231. — Requiritur quod desinat saltem terminus totalis *a quo*. 231

An quælibet res possit divinitus in aliam converti, 297. — Dari potest transsubstantiatio angeli in lapidem et e contra, 298. — Deus non potest converti in aliquid aliud, 299. — Creatura in naturam divinam transsubstantiari non potest. 301

Convicium fit quando objicitur quodcumque vitium sive moris, sive naturæ, XVIII, 1051; XIV, 1109-875; XI, 1133. — Convicium ex genere suo est lethale peccatum, 1133. — Levia convicia sunt peccata venialia, 1134. — Convicia conviciis repellere nunquam licet, 1137. — Conviciantis audacia potest moderate reprimi, propter officium charitatis, non propter cupiditatem privati honoris, 1137. — Eo animo tacere ut conviciator magis frendeat peccatum est, 1139. — Quæ dicuntur de contumelia de convicio dicenda sunt. — *Vid.* Contumelia.

Cooperatio dividitur in formalem et materialem. Illa cooperatio formalis est quæ ad malam voluntatem alterius concurrit, et non potest esse sine peccato. Materialis illa quæ concurrit tantum ad malam actionem alterius, præter intentionem cooperantis, XXII, 970. — Dividitur etiam in immediatam et mediatam. Ille concurrit immediate ad damnum alteri inferendum qui simul cum alio ponit actionem per se damnificativam. Ille concurrit mediate qui ponit actiones quæ non sunt per se damnificativæ, sed quibus alter utitur ad damnum alteri inferendum, XV, 916. — Numquam licet, etiam ad mortem vitandam, immediate concurrere ad actionem alteri damnificativam in bonis vitæ, 916. — Numquam licet, etiam ad vitandam mortem, immediate concurrere ad actionem alteri damnificativam in bonis membrorum, seu ad alterius mutilationem, nisi forsan pro avertenda ipsius mutilandi morte, 917. — Non licet generatim, ad vitandum damnum morte minus, immediate concurrere ad actionem alteri damnificativam in bonis fortunæ, 917. — Licet mediate cooperari ad actionem alteri damnificativam in bonis sive corporis, sive fortunæ ob vitandam mortem, aut mutilationem, aut aliud damnum proportionate grave, 919. — *Vid.* Cooperator.

Cooperator ille dicitur qui concurrit cum alio ad damnum alteri inferendum, XV, 903. — Duplici modo aliquis damno alteri inferendo cooperari potest, *positive* et *negative* seu *privative*; *positive*, quando influit in damnum *per positionem alicujus actus*, vel physice, vel moraliter; *negative*, quando influit in damnum per negationem actus ex justitia debiti, 905. — Novem modi sunt quibus damno alicujus aliquis cooperari potest : jussio, consilium, consensus, palpo, recursus, participans, mutus, non obstans, non manifestans. Sex priores modi cooperandi *positivi* sunt, et *negativi* tres posteriores, 905, 745. — Et ideo novem sunt genera personarum quæ censentur ad damnum concurrere, et ad restitutionem tenentur, 745; XIV, 927-732. — Cooperatores positivi non minus ad restitutionem tenentur quam damnificatores simpliciter dicti, XV, 905. — Ut ad restitutionem teneantur, requiritur ut sint causa damni efficax et injusta, 905. — Ut cooperans vel absolute vel conditionate teneatur ad restitutionem totius damni requiritur 1° ut influat physice vel moraliter in totum damnum; 2° ut influat efficaciter, ita ut totum damnum ei moraliter adscribi possit, 1167. — An omnes et singuli cooperantes teneantur ad restitutionem in solidum? Quilibet ex cooperantibus qui concurrit efficaciter, ita ut moraliter ei possit adscribi totum damnum, tenetur ad restitutionem in solidum, vel absolute ,vel saltem conditionate, hoc est, si cæteri non restituant. 1167

Si cooperans influit quidem aliquo modo efficaciter ad totum damnum, ita tamen ut influxus ipsius non sufficiat ad totum damnum, nec etiam, influxu cohibito, vel non succedente alia simili causa, damnum omitteretur, probabiliter cooperans non t netur ad restitutionem totius damni, sed tantum ad aliquam partem, juxta proportionem sui influxus, 1168, 1169. — Si causa principalis per se sufficit, et est paratissima jam ad injustum damnum, et accedit causa minus principalis, e. g., consulens, palpo, consentiens, probabilius ista non tenetur ad restitutionem, quando non apparet ex effectu vel circumstantiis quod causa magis principalis propter hunc concursum alacrius, citius, atrocius aut gravius nocuerit quam alias nocuisset, 1169. — Objectiones, 1170 et seq. — Quo ordine teneantur cooperantes ad restitutionem? Si actio injusta fuit lucrativa, ut furtum et rapina, et res ablata formaliter aut æquivalenter adhuc exstat, ad restitutionem primo loco tenetur qui rem furtivam adhuc possidet, aut ex ejus consumptione factus est ditior, 1172, 1174. — Si actio injusta fuit pure damnificativa, ut incendium, homicidium, detractio, vel si res aliena nec formaliter, nec æquivalenter amplius exstat, ad restitutionem primo loco vel præ cæteris causis tenetur qui fuit causa principalis damni, 1174 — Quando res aliena non amplius exstat in se vel in æquivalenti, mandans ante cæteras causas primo loco tenetur ad restitutionem, 1174. — Si nemo mandavit damnum, et actio injusta non fuit lucrativa, executor injustus primo loco tenetur ad restitutionem, 1174. — Inter reliquas causas positive concurrentes ordinarie non est subordinatio statuenda quoad restitutionem, nec una tenetur ante cæteras, 1175. — Causæ negativæ probabiliter tenentur primum post causas positivas, ita tamen ut nulla sit inter eas subordinatio, saltem ordinarie loquendo, 1175. — Si causa principalis, id est, mandans aut executor restituat totum, ad nihil tenentur reliquæ subordinatæ causæ, 1176.—Causa minus principali totum restituente, non manet immunis a restitutione causa principalis, 1176. — Si plures æquali gradu vel loco, id est, æque principaliter vel æque secundario tenentur ad restitutionem, et unus restituit totum, cæteri tenentur ei satisfacere pro rata, 1176, 1177. — Si injuste læsus condonet debitum restitutionis auctori principali, cæteri qui tantum secundo vel tertio loco tenentur fiunt immunes ab omni debito. Si vero condonet debitum ei qui secundo vel tertio loco tenetur, non ideo fit immunis auctor principalis. Si demum condonet uni ex eis qui eodem gradu tenetur, cæteris adhuc incumbit obligatio totam et integram suam portionem restituendi, 1177. — Objectiones, 1177. — Qui jubet, consulit, consentit, laudat vel refugium præbet executori, ita ut ex hisce causis ille motus fuerit ad damnum inferendum, non ideo excusatur a restitutione, quod alius non defuisset qui jussisset,

etc. Est certa, 745.—Si executor absque illo consilio, consensu, mandato, laude, vel ministerio, æque bene et eodem modo damnum erat illaturus, quamvis nulla alia similis causa esset superventura, tunc cooperatores non tenentur ad restitutionem. Est communis sententia, 746. — Ut quis teneatur in solidum, non sufficit ut sit causa totius actionis, ut hic et nunc fit, sed ulterius requiritur ut actio illa secundum suam speciem, sine tali cooperatione, a tali executore non sit processura, 747. — Utrum is qui aliquo horum sex modorum cooperatur, teneatur in solidum. Quod ad quinque priores modos attinet *consulens, mandans, consentiens*, *laudans* et *receptans*, tenentur ad reparationem totius damni, si totius causa fuere; partis vero, si solum partis damni causam dederunt, 754. — De *participante* difficultas est, 755. — *Vid.* Participans.

Si dubium sit an alios tuo consilio vel laude permoveris, communis fere sententia doctorum est te non teneri ad restitutionem, quia melior est conditio possidentis, 756.— Quo ordine teneantur isti in solidum ad restitutionem faciendam, 756 —Primo loco et ante omnes tenetur is ad quem pervenit res furtiva, sive exstet in specie, sive non exstet, si tamen inde factus sit ditior, 756 — Pari modo tenetur primo loco qui suo nomine fecit, vel rogavit fieri, vel suasit, 757.—Secundo loco tenetur executor quatenus est executor, 757. — Tertio loco, cæteri qui consilium dederunt, qui consenserunt, qui laudaverunt, qui præbuere recursum, et qui præstiterunt obsequium, instrumenta, comitatum, 758. — Unde sequitur primo si executor restituerit, hos nihil teneri ipsi refundere quia tenentur solum in ejus defectum. Probabile tamen est quod cæteri teneantur illi ad aliquid refundendum, si illum induxerunt alias non facturum, et ipse non sua causa executus est, 758. — Sequitur secundo, si executor noluerit, vel non potuerit restituere, teneri istos quia succedunt in defectum executoris, sicut executor in defectum jubentis, 758. — Tertio, si isti solverunt, executorem (secundum veriorem sententiam) teneri illis refundere totum. Quarto, si executor nomine omnium executus est facinus, omnes simul teneri primo loco,758.—Inter causas secundarias quæ tenentur post executorem, videlicet inter consultorem, consentientem, animantem, receptatorem et subministrantem, non videtur esse ordo in restituendo. In defectum principalis omnes hæ causæ videntur teneri æque primo, sic tamen ut alia ad plus, alia ad minus teneatur, 758 —Quando plures sunt causæ damni æque principales, vel æque secundariæ, qui videantur æqualiter contulisse ad totum damnum. Primo singulæ tenentur æquas portiones ad restitutionem damni conferre. Secundo in defectum reliquorum quisque tenetur in solidum. Tertio ei qui prius solvit, tenentur refundere reliqui, singuli pro sua parte, 760. — Si is qui damnum accepit auctori principali obligationem restituendi condonet, qui secundo loco tenebantur manent liberi. Si remittat ei qui secundo loco tenebatur, non ideo liberatur is qui primo loco. Quando plures eodem gradu tenentur, etsi uni perfecta fiat remissio, non ideo cæteri sunt liberi a suarum partium restitutione, 761.— Difficultas est quantum quisque debeat, si id quod superest, in solidum sit compensandum. 761

De cooperatoribus negativis. An qui damno negative cooperantur *mutus, non obstans, non manifestans*, semper teneantur ad restitutionem, XV, 762. — Ut cooperator negativus restituendi obligationem incurrat, tres requiruntur conditiones 1° ut teneatur ex justitia damnum impedire; 2° ut damnum impedire culpabiliter omiserit; 3° ut damnum saltem ordinarie potuerit impediri sine gravi incommodo, 920. — Nullum existit discrimen sub respectu obligationis inter eum qui gratis et illum qui pro stipendio officium aliquod suscipit, 921. — Certum est omnes cooperatores negativos teneri ad reparationem damni quod impedierunt, 921.—Nemo ratione damni non impediti tenetur ad restitutionem, nisi ad hoc obligatus fuerit ex officio, 762. — Omnes qui obligantur ex officio impedire damnum alterius, si id ex culpa gravi negligant, tenentur ad restitutionem Est communis sententia, 764, 765. — Qui fuit causa damni, non impediendo, aliquo horum trium modorum, cum ex officio teneretur, obligatur in defectum aliorum ad restitutionem in solidum, 766 — Utrum inter has causas sit aliquis ordo, non constat, 766. — Hæ causæ non impedientes tenentur post omnes causas positivas, et in defectum earum succedunt, 767. — Ad restitutionem suæ culpæ proportionatam certo tenetur confessarius qui cognoscit pœnitentem ad restitutionem teneri, et illum de restitutione facienda monere negligit, si omnibus serio perpensis haberi debeat tanquam causa positiva cur pœnitens non restituat; quia tunc est causa efficax et injusta damni, 921, 766. — Si attentis circumstantiis, confessarius sit tantum causa negativa cur pœnitens non restituat, non tenetur restituere ob neglectam monitionem, 922 — An confessarii teneantur ad restitutionem quando rudem pœnitentem ex culpa non admonent, et sunt indirecte causa cur iste non restituat? Affirmativa est probabilis; negativa est verosimilior, 1159, 1160. — Quandonam confessarius habendus est causa negativa, vel causa positiva cur pœnitens non restituat, 922. — Utrum superior teneatur ad reparandum damnum ab iis illatum qui sibi subjiciuntur, 922. — Si superior damnum impedire non potuit, ad nihil tenetur, 922. — Si superior damnum impedire potuit, vel damnum illatum est ab illius liberis, vel ab uxore, vel a domesticis, vel a discipulis, vel ab animalibus, variæ sunt decisiones pro variis illis casibus, 922, 923. — Famuli qui non impediunt ne damnum hero suo inferatur, quando cavere debent ex officio, tenentur ad restitutionem; secus vero non tenentur, 923. — An custodes vectigalium mulctas non exigentes in iis circumstantiis in quibus exigere possent, ad restitutionem teneantur erga principem vel erga dominum si vectigalia sint locata? Inter duas opiniones contrarias hæc statuenda videntur: 1° certum est eos teneri ex fidelitate ad exigendas mulctas ac proinde peccare non exigendo, nisi rationabiliter præsumant consensum principis sibi favere; 2° certum est eos teneri ex justitia ad exigendas mulctas in quantum necesse est ad præcavendas fraudes, ac proinde illos teneri ad restitutionem, non quidem mulctarum, sed damni quod exinde obvenire potuit, 924. — Probabilius videtur custodes non teneri ex justitia ad restitutionem mulctarum, 925. — Idem dicendum de custodibus non accusantibus eos qui certo loco venantur, lignantur, pascunt, 764. — Testis qui scienter et temerario falsam depositionem emittit,et causa est cur damnetur innocens ad restitutionem tenetur. Si non fuerit in judicium appellatus, non tenetur ad restitutionem, quamvis illius testimonium esset necessarium ad absolutionem innocentis, 925. — Testis qui legitime citatus coram judice non comparet, aut judici interroganti non respondet, ad restitutionem probabiliter non tenetur, 925. — An reus, qui legitime interrogatus crimen suum negavit, teneatur solvere mulctam, ad quam certo alioquin fuisset damnatus, 926.— Quid, si judex sine causa legitima pœnas pecuniarias relaxet? 929. — Quo ordine novem cooperatores una cum executore damni teneantur ad illud restituendum. XIV, 937 et seq.-740

An restituere debeant cooperantes ad injustum damnum, XV, 1128. — Qui positive cooperatur ad injustum damnum, id est, qui mandato, consilio, precibus, etc., movet alterum ad injustum damnum, aut qui sciens et volens physice participat, agit contra justitiam et tenetur ad restitutionem, si sit efficax causa damni, 1129. — Positive cooperans non eximitur a restitutione per hoc præcise quod, ipso non cooperante, fuisset alius cooperatus, et damnum, ipso deficiente, tamen fuisset secutum, 1129. — Qui negative tantum et indirecte cooperatur ad injustum proximi damnum, sive qui non impedit injustum alterius damnum quod ex charitate tantum impedire debet, non tenetur ad restitutionem, 1130. — Qui negative cooperatur ad proximi damnum quod ex justitia debet impedire, peccat contra justitiam et tenetur ad restitutionem, 1130. — Objectiones, 1131. — An semper sit peccatum cooperari mediate tantum ad alterius peccatum, 1150. — Quænam causa sufficiat ut mediate cooperari possis ad peccatum aut injustitiam alterius, 1150. — An peccent contra justitiam qui barbaris et infidelibus deferunt arma, muniunt castra, subvehunt annonam, 1151, 1152. — An peccent contra justitiam fabri, ferrarii qui promiscue vendunt arma, tametsi sciant aliquos abusuros, 1152. — Peccant contra justitiam venditores veneni, 1152. — Communiter non peccant contra justitiam œnopolæ, qui vinum promiscue vendunt tabernariis aut cauponibus, quos sciunt corrupturos vinum, 1153. — Qui vendit aut ministrat indifferentia, prævidens malum abusum aut iniquam applicationem alterius, non universim excusantur ex hoc capite quod alius eadem venderet aut ministraret, ipso deficiente, 1153, 1154. — An peccet contra justitiam qui cooperatur ad usuras, v. g. mutuatarius, 1154, 1155. —An peccent contra justitiam et teneantur ad restitutionem, qui cooperantur ad usuras ex parte usurarii? 1155. — An peccent famuli contra justitiam, quando comitantur heros ad maleficium, 1156. — An famulus peccet contra justitiam si jussu domini deferat aut scribat litteras mala vel iniqua continentes, 1157. — Quid si famulus sternat equum, aperiat januam, afferat scalas, aut alia ministret ad maleficium, 1158. — Si participatio sit in actione furti, an excusentur a culpa et a restitutione ii qui cooperantur aliquo modo ad illationem damni, ob metum gravis detrimenti, XXII, 972 *in nota*.

Cophtæ nationis et Ecclesiæ Alexandrinæ ritus et errores qui hac ætate grassantur, V, 342 et seq. — Eorum errores

brevius expositi, 605. — Pro adjuvandis Cophtis, sive natione Alexandrina, 515. — Copula habita in loco sacro est sacrilegium, XIV, 746 . — Imo et copula conjugalis etiam in occulto est ibi illicita : illa sanctitas loci violatur, 746- .—Copula vi extorta post matrimonium ratum intra bimestre, consummat illud ; potest tamen sponsa vi oppressa ingredi religionem, manente vinculo matrimonii, nisi fuerit secuta proles, XXV, 447.—Idem dicendum, quando fuerit cognita metu gravi, 447. — Sponsus, invita sponsa copulam extorquens intra bimestre non potest ingredi religionem, si tamen de facto ingrediatur, dissolutum manebit vinculum matrimonii. 447

Cor. Devotio erga ss cor Jesu, VIII, 1477. *Vid.* Christus. — Cordis B. Mariæ devotio initium habuit ante devotionem erga ss. cor Jesu. Ecclesia illam approbavit, VIII, 1484

Corporale, vel corporalis palla, vocatur linteolum in quo corpus Christi consecratur. Corporale longius quondam erat et latius, et totam altaris aream tegebat. E lino esse oportet, XXIII, 896. — Calix novum sepulcrum, quo conditus est Christus; patena revolutum lapidem; corporale sindonem mundam significat, 896. — Dans le rit ambroisien on l'appelle linceul ou suaire. Il y a plus de mille ou douze cents ans qu'on le nomme corporal. XX, 254

Corporis Christi festum, feria quinta post octavam Pentecostes celebratur. Destinandus dies alius videbatur a feria quinta majoris hebdomadæ ad celebrandum corporis Christi solemnitatem, XXVI, 473. — Origo hujus festivitatis, XV, 355; XXVI, 473. — Probatam omnibus festivitatem et officium in concilio habito anno 1246, episcopus Leodiensis coram se jussit celebrari. Agitur apud apostolicam sedem de hac festivitate ad universam Ecclesiam extendenda. Miraculo Volsiniensi commotus, Urbanus IV jubet festivitatem in Ecclesia universali celebrari, 474, 475. — Miraculi veritatem probant scriptores omnes; sed omnium luculentissime ipsum corporale in cathedrali urbis veteris asservatum, 477. — Festivitatem in ipso sui initio intermortuam excitavit Clemens V in concilio Viennensi. Eucharistia cur adoretur, adversus Calvinum, 475, 476. — Probabilissime Urbanus IV etiam Processionem instituit, 477. — Officium quod nunc recitatur, composuit S. Thomas Aquinensis. Græci non habent hanc Processionem Paraguajensium pietas. 478

Corpora dari non solum fides docet, sed et ratio demonstrat, VII, 1335. — Corpus seu *quantum* est naturaliter in loco per commensurationem superficiei suæ cum superficie corporis ambientis. Sed quomodo fieri possit ut sit alicubi, seu in loco, indivisibiliter et spiritualiter, simulque vere et realiter, hoc creatum omnem superat intellectum. VI, 817

Correctio delinquentis est quoddam remedium quod debet adhiberi contra peccatum alicujus, XIII, 1151-910 — Correctio quæ adhibet remedium peccato, secundum quod vergit in nocumentum aliorum, est actus justitiæ, 1152-910.— Quæ adhibet remedium peccato in quantum est malum peccantis, est actus misericordiæ; ista correctio est proprie fraterna correctio, 1152-910. — Correctio fraterna est eleemosyna quædam spiritualis, 1109-876.— Est actus misericordiæ elicientis et charitatis imperantis, 1152-910. — Definiri potest : admonitio charitativa proximi de emendatione proprii delicti, spectando illius particulare bonum, 1152-910. — Correctio fraterna obligat unumquemque sub præcepto et sub peccato mortali, quando concurrunt circumstantiæ et conditiones requisitæ, 1152 et seq -911 — Ad corripiendum delinquentes magis obligati sunt superiores et qui virtute et auctoritate præeminent, 1156-913 — Minor obligatio urget privatos, primo quia privatus non tenetur ut superior, neque debet inquirere et explorare aliorum vitam, sed tantum malum, quod occurrit, corrigere, 1157-914. — Secundo non tenetur per se loquendo saltem sub mortali corrigere proximum de simplici peccato veniali. Aliter dicendum de superiore, 1158-915. — Tertio, privatus communiter non tenetur peccantem corrigere quando ex correptione nullus speratur fructus; secus de superioribus, 1159-915. — Quarto, privatus non tenetur cum gravi suo damno corripere proximum extra necessitatem salutis extremam constitutum; superior vere subditis in gravi necessitate spirituali positis tenetur per correptionem et alia media succurrere, licet id fieri nequeat sine propriæ vitæ periculo, 1159-916.—An omnibus delinquentibus correptio sit adhibenda. Præcipue difficultas est de peccantibus ex ignorantia, 1160-916. — Correctio fraterna pertinet ad unumquemque respectu cujuslibet personæ, ergo ad inferiorem respectu superioris. 1161-917

De circumstantiis et conditionibus requisitis ut præceptum fraternæ correctionis obliget, 1162-918. — Prima est ut proximus indigeat correctione, 1163-919. — Secunda et præcipua circumstantia est ut probabiliter speretur emendatio delinquentis, 1163-919.—Tertia, ut quis possit correctionem fraternam facere sine valde gravi proprio detrimento, 1165-921.— Quarta est temporis opportunitas, 1167-922. — In hac materia raro privati mortaliter peccant, 1167-922 — Ordo correctionis fraternæ est de præcepto, 1168-923; XIV, 113 et seq. — Primus gradus correctionis fraternæ est monitio secreta quæ regulariter præcedere debet denuntiationem, XIII, 1169-923 — Secundus gradus est inductio testium, 1171-925 — Tertius gradus est denuntiatio evangelica superiori tanquam patri facta, 1172-926. — Ordo juxta hos tres gradus in correctione fraterna per se loquendo servandus est de præcepto legis naturæ, et fuit confirmatus in Evangelio, 1173 et seq.-927.

Crapula, *Vid.* Gula.

Corruptio videtur significare desitionem per quam forma educta ex subjecto reducitur ad ejus potentiam. XXIII, 311

Coskinomantia, divinatio ex cribro. III, 429

Cosmogonia Mosaica, VII, 1347. — Mosaica chronologia initium ducit ab hominis creatione, 1348 — Nundum exploratum est penes omnes, num sex dies de quibus est sermo in rerum creatione sint revera sex dies naturales vel potius sex indeterminatæ atque indefinitæ plurium aut dierum aut annorum periodi, 1348. — Neque ex geologicis aut physicis, neque ex astronomicis observationibus quidpiam eruitur, unde Cosmogonia Mosaica infirmari possit, 1350. — Solv. obj. 1354

Creatio duplex distinguitur, prima et secunda. Prima est effectio rerum, quæ antea nullæ fuerunt, et videtur solius Dei esse opus. Secunda dicitur creatio, quæ materiæ primas induxit formas, et ex materia per se bruta et inutili species effecit, II, 306.— Historia creationis traditione confirmatur, 1102. — Ratio cur Deus voce usus dicatur in rerum creatione. Vox illa Dei : *Fiat lux*, et cæteræ, non externæ ac sensibiles erant, VII, 720. — Deus hoc universum ad gloriæ suæ manifestationem creavit, 1368. — Finis creationis per modum causæ a Deo, vel realiter, vel per nostrum cogitandi modum a Deo distinctæ, nullus esse potest, 1368. — Finis creationis qua Deus ex nostro intelligendi modo illam voluit, est bonitas divina, 1368, 1369. —Deus in creatione mundi habuit pro fine *cui* omnium ultimo gloriam suam, 1368; II, 356. — De creatione universi, VI, 73-956.—De creatione angelorum, 76, 957 —De creatione hominis, 82, 962.—Creandi vocabulum non significat productionem e nihilo per se, ac proprie, VII, 921. —*Vid.* Opificium.

Creaturis naturalibus sic providet Deus, ut non solum moveat eas ad actus naturales, sed etiam largiatur eis formas et virtutes quasdam ita ut motus, quibus a Deo moventur, fiant creaturis connaturales et faciles. X, 1031

Credendum est in utroque foro promittenti matrimonium dicenti se revocasse consensum si alter statim non repromittat, etc., etc., XXV, 447. — Credendum illud est quod quis non tantum prudenter potest, sed etiam tenetur credere. Sumitur vel negative vel positive : negative credendum est, quod quis negare non potest : positive credendum est, circa quod quis tenetur elicere assensum fidei. VI, 483

Credere in rebus fidei non significat putare, existimare, opinari, sed certissime assentiri, VI, 14. — Credere est cum assentione cogitare, seu est actus intellectus determinati ad unum ex imperio et pia motione voluntatis, et non ex vi rationum et demonstrationum; seu est assensus obscurus quidem, sed certissimus ob Dei testimonium et revelationem cui innititur, XIII, 925-930. — Credo igitur idem est ac sine ulla dubitatione assentior Deo mysteria sua revelanti, VI, 15. — Deo subjicienda humana mens est, quo uno duce perduci potest ad rerum divinarum et captum rationis superantium cognitionem, 15. — Intellectus merces est fidei. Noli quærere ut credas, ait S. Augustinus, sed crede ut intelligas, 17. — Credere Deo, est credere vera esse quæ Deus loquitur, credere Deum est credere quod ipse sit Deus; credere in Deum, est credendo Deum amare, in ipsum tendere per fidem, 20, 21; I, 311-243. — Credere Deo, dicitur actus fidei prout tendit in Deum ut objectum formale; credere Deum, prout affirmat Deum ut objectum materiale expressum : credere in Deum videtur connotare habitudinem ad Deum, tamquam ad finem ultimum, VI, 439. — Ecclesiam, non in Ecclesiam credimus, quia Ecclesia fidei nostræ finis non est, I, 311-243. — Explicite credere, est credere aliquid in seipso, ita ut illud sit proximum objectum in quod cadit assensus fidei. Implicite credere, est credere in alio tantum, 1041-821. — Æquale crimen est credere quod non est credendum, et non credere quod est credendum, 1084-853. —

Necessarium est omnino nominibus credere, nisi vita pecudum more degenda sit. 399-471

**Creditor** dominium rei acquirit vi solius contractus, etiamsi non tradita fuerit, ac proinde ejusdem rei periculum in se suscipit, nisi debitor sit in mora culpabili, XVI, 559 — Cogere potest debitorem ad præstationem rei, quando illæsa illius libertate, id fieri potest, 560. — *Vid.* **Obligatio.**

**Credibilitas** est meritum extrinsecum ut quid firmissime credatur tamquam a Deo revelatum. — Fundatur in motivis quæ primario et immediate tendunt ad persuadendam existentiam revelationis divinæ, secundario et mediate ad persuadendum illud esse verum, VI, 468. — Credibilitas ista potest spectari vel absolute, vel comparative ac respective ad aliud, 468 — Motiva credibilitatis pro Ecclesia et fide catholica ad tria capita referuntur : primum est triplex doctrinæ quam Ecclesia profitetur conditio : veritas, sanctitas et efficacia, 468 — Secundum est testium auctoritas, consensus ac multitudo. Tertium sunt miracula, et potestas a Christo Ecclesiæ tradita in dæmones, 469. — Credibilitatis evidentia in rudibus et pueris habetur et requiritur, ut possint firmissime credere. 1345, 1346-1352

**Crimen** impedimentum matrimonii. Quare hoc impedimentum fuit introductum, XXV, 624. — Tripliciter contrahitur : 1° ex solo adulterio ; 2° ex solo homicidio ; 3° ex adulterio simul cum homicidio, 624 ; XX, 1068. — Adulterium ab utraque parte formale esse debet cum promissione ab una parte facta et ab alia parte acceptata de matrimonio, vel cum attentatione matrimonii XXV, 624. — Ut ex solo homicidio impedimentum oriatur, requiritur et sufficit ut mors conjugis reipsa sequatur ex machinatione utriusque, sive physice, sive moraliter, 624. — Sufficit ut alteruter adulterorum aliquid machinetur, seu influat in mortem, 625. — Hoc impedimentum non divino, sed solo jure ecclesiastico introductum fuit. In eo Ecclesia dispensare potest, 625. — Ut adulterium cum machinatione mortis sit crimen dirimens, requiruntur quinque conditiones, 448. — Ut adulterium cum fide data de matrimonio post conjugis mortem, vel cum contractu matrimonii de præsenti cum adultera, sit crimen dirimens, sex requiruntur conditiones. 448

**Criticæ** tres regulas sequebantur primi Ecclesiæ doctores in distinguendis veris ac genuinis scriptis a falsis et adulterinis, III, 20. — Regulæ criticæ quibus facto certa fides fieri potest. II, 646

**Crucifixus** sacra facere non licet ad altare in quo crucifixus non ita proeminet, ut sacerdos celebrans ac populus sacrificio assistens eumdem crucifixum facile et commode intueri possint, XXIII, 1242. — Non sufficit crux ita tenuis et exigua quæ sacerdotis et populi oculos pene effugiat, 1237. — Non satis est nudam crucem in altari statuere : imago crucifixi addenda est, 1238 — Sufficit crucifixus in majori tabula vel pictus vel celatus, dummodo primum locum obtineat præ cæteris omnibus quæ in eadem tabula exprimuntur, 1238. — Crux parva cum imagine crucifixi quæ præfigitur tabernaculo in quo asservatur inclusum sanctissimum sacramentum in altari, non est sufficiens in missa, sed poni debet alia crux in medio candelabrorum, 1239 — Cum sacrum peragitur in eo altari, ubi divina Eucharistia non includitur tabernaculo, sed publice fidelium venerationi exponitur, quælibet Ecclesia vel diœcesis suam retineat consuetudinem, 1240. — Cæremoniale episcoporum postquam commemoravit candelabra hæc addit : In quorum medio collocabitur crux.... prælalta, ita ut pes crucis æquet altitudinem vicinorum candelabrorum, 1237. — *Excerpta hæc sunt e Brevi Benedicti.* XIV, 1235 et seq.

**Crudelitas**, quæ a crudo aut a cruore venit, directe opponitur clementiæ, XIV, 674-532. — Est quædam animi atrocitas per quam aliquis fit promptus ad augendas pœnas. *Ibid.* — Differt a sævitia et feritate. Est peccatum mortale pro quanto excessum in puniendo adhibet. *Ibid.*

**Crux** Christi Salvatoris immensa est ipsi gloriæ seges, VI, 205. — Per crucem Christus victor diaboli et mortis exstitit. Crucem Patres appellant *lignum triumphale*, 206. — Crux Christi altare sacrificii, non templi ara, sed mundi, 208. — In cruce universa fidelium Ecclesia cum suo capite Christo, Deo immolabatur, 208. — Crux Christi tribunal judicantis, 209. — Cathedra docentis, 209. — Thalamus sponsi, 210. — Thronus regnantis, 210. — Crux ipsa, cui Christus affixus est, inter reliquias sacras principem locum obtinet, et aliæ cruces quæ ad illius similitudinem configurantur inter imagines sacras computandæ sunt, VIII, 846. — Omni superstitione vacat tum cultus quem catholici cruci dominicæ ejus imagini deferunt, tum usus crucis signi, quod passim ab ipsis usurpatur. Ad fidem catholicam spectat hæc propositio, 847. — Deus ipse crebris miraculis hunc cultum probavit. 848 850 · VI, 206

Crucis effigies in altaribus antiquitus collocabatur, VIII, 849. — Crux dominica omni veneratione digna est, omnique honore, 850. — Neque vera crux Christi, neque ejus imago, per se adoratione latriæ est colenda. Quo sensu Ecclesia canit : *O Crux adoranda*, 850. — Cur non coluntur asinus cui insedit Christus, labia Judæ, etc., 851, 852. — Crux antea dedecoris et pœnæ argumentum erat, nunc gloriæ et honoris est occasio, 852. — Crucis supplicium apud Romanos turpe. III, 656

Crucis signum Tertullianus vocat *signaculum frontium*, VIII, 849. — Signi crucis usus frequens et utilitas, 849, VI, 206 et seq. — Signi crucis usus ex Apostolica traditione, 207. — Fidei nostræ compendium quoddam in signo crucis, 207. — Signum crucis in omnium sacramentorum celebratione adhibetur, 210. — De titulo cruci imposito, XXVI, 323, 324. — De forma crucis dominicæ, XXVII, 218. — Variæ sunt crucis species, 320 et seq. — Crucis variæ formæ, XXVI, 332. — Forma crucis Christi non simplex. Cruci quæ dicitur immissa, affixus est, 333. — An crux Christi prælalta fuerit, an brevis. 333.

Crux pectoralis inter indumenta episcopis propria sæculo XIII numerari cœpit, XXVII, 417 *in nota*. — De lapsu Deiparæ sub cruce. 331 et seq.

**Culpa** in genere considerata etiam debitum includit, et quemcumque actum illicitum, XVI, 494. — Est latissima, latior, lata, levis, levissima, XV, 576, 1050. — Duplex distinguitur, altera theologica, altera juridica, XVI, 494, 495 ; XIV, 920- . — Culpa theologica alia mortalis, alia venialis, XV, 901. — Culpa theologica est culpa malitiæ ; idem est ac offensa Dei, ac proinde peccatum sive mortiferum, sive veniale, XVI, 494, 561 ; XV, 576, 1050. — Dividitur in latissimam et latiorem ; culpa latissima est dolus apertus ; latior est dolus præsumptus, 576, 1050. — Culpa juridica est omissio diligentiæ a jure requisita, sed ante Deum inculpabilis, 576 ; XVI, 495, 561. — Dividitur in latam, levem, et levissimam. Culpa lata est omissio diligentiæ, quam passim adhibent prudentes ejusdem conditionis. Levis, est omissio diligentiæ quam adhibent prudentiores. Levissima est omissio diligentiæ quam adhibent solum prudentissimi, 561 ; XV, 576, 1033, 1050. — De præstatione juridicæ culpæ in contractibus, 1033 et seq. — De præstanda culpa juridica in quasi contractibus et officiis, 1037. — De præstatione culpæ juridicæ extra contractum et quasi contractum seu de quasi delictis et eorum obligationibus, 1039 et seq. — An oriatur obligatio restitutionis ex culpa mere juridica, 1050. — De plebiscito Aquilio. Quomodo lex ista valeat in conscientia, 1051. — Secluso contractu nemo de jure naturali tenetur sarcire damnum ex culpa mere juridica datum, 1052. — Etiam de jure positivo nemo tenetur præstare culpam mere juridicam ante sententiam judicis, nisi forte intervenerit contractus, 1052. — Probabilius judex ex vigore legis Aquiliæ condemnare non potest ob culpam respective levem aut levissimam, 1053. — Probabilius tamen, post sententiam judicis, in foro conscientiæ præstari debet culpa juridica respective lata, quamvis nulla intercesserit culpa theologica, 1054. — Quando nulla prorsus intercessit culpa theologica, non videtur damnificans obligari posse ad excessum quanti plurimi, 1055. — Objectiones, 1055. — De culpa requisita ut debeatur compensatio damnorum quæ proveniunt ex inexecutione contractus, XVI, 560. — Extra contractum et quasi contractum nemo tenetur, ante sententiam judicis resarcire damnum ex culpa mere juridica secutum, 561. — In contractu quilibet tenetur, ante sententiam judicis, reparare damnum ex culpa mere juridica secutum, 562. — In quasi contractibus nemo, universim loquendo, tenetur, ante sententiam judicis, reparare damnum ex culpa mere juridica secutum. 563

Qualis obligatio nascatur ex culpa theologica solum veniali, XV, 1058. — Ex culpa tantum indeliberata non oritur gravis obligatio sarciendi totum damnum, vel partem notabilem damni, 1058, 1059. — Quando culpa tantum est indeliberata, ne levis quidem oritur obligatio resarciendi grave damnum, 1060. — Ex negligentia tantum venialiter culpabili, nec gravis nec levis oritur obligatio restituendi grave damnum, 1061. — Objectiones, 1061. — An ex culpis venialibus, deliberate commissis, vel etiam ex una nasci possit obligatio gravis restituendi, 1065. — Ex culpis venialibus, deliberate commissis, oritur obligatio naturalis sarciendi totum damnum, 1065. — Ex pluribus culpis venialibus, deliberate commissis, oritur obligatio gravis sarciendi totum damnum, 1065. — Lædens injuste, si cognoscit totam gravitatem materialem damni, sed ignorat gravitatem formalem, sub mortali tenetur ad restitutionem, 1066. — Objectiones. 1066 et seq.

Ex qua culpa nascatur obligatio restituendi in contractu, 1070. — In contractibus in quibus dominium accepti non

transfertur in accipientem, accipiens per se non tenetur ad restitutionem ex casu mere fortuito, 1071. — Jure naturali nemo tenetur ad restitutionem ex alia culpa quam respective lata, 1072. — Etiam de jure positivo nemo per se tenetur ad restitutionem ante sententiam judicis, præter quam ex culpa respective lata, 1073. — Nemo per se sub gravi tenetur ad restitutionem in contractibus ante sententiam judicis, nisi ex culpa mortali, tenetur tamen post sententiam judicis, 1074. — Objectiones. 1075

Ex qua culpa nascatur obligatio restituendi in quasi-contractu, 1081. — In quasi-contractu nemo per se tenetur ad restitutionem, nisi ex culpa respective lata, 1081. — In quasi-contractu nemo per se sub gravi tenetur ad restitutionem ante sententiam judicis, nisi commiserit culpam theologice mortalem, 1082. — Per accidens tamen oriri potest in quasi-contractu gravis obligatio præstandi culpam respective levem et levissimam, 1083. — Culpa lata, propter quam officiales obligantur ad restitutionem, non solum contingere potest in administratione, sed etiam in susceptione munerum, v. g., si imperiti homines se ingerant in munera, 1085. — Officialis qui peccavit contra justitiam assumendo vel retinendo munus ad quod erat insufficiens, non tenetur ad restitutionem, si postea tantum assecutus est sua diligentia, quantum doctus assequeretur, 1085. — Quo sensu culpa theologica dicitur infinita, IX, 904 et seq.-715

Cultus nomine venit honor ille qui Deo tribuitur, qui creaturis Dei intuitu ac respectu defertur, VIII, 777. — Tout culte religieux doit se terminer à Dieu, comme à sa fin nécessaire; l'honneur que l'on rend aux saints est appelé religieux, parce qu'il se rapporte nécessairement à Dieu, VI, 735. — Cultus generatim definiri potest actus quo quis alterum veneratur propter ejus excellentiam. Includit actum intellectus, quo personæ, quæ colitur, innotescit excellentia; et actum voluntatis quo veneratio exhibetur, IX, 1135-808. — Dividitur 1° in interiorem et exteriorem. Interior in actibus intellectus et voluntatis consistit; exterior in actionibus externis quibus interior actus manifestatur, et quæ sunt laus et honor, 1135-808; III, 617, 618; XIV, 13, 14; VIII, 772. — Cultus tum internus, tum externus Deo debetur, II, 965. — Ratione animæ Deo debemus cultum internum, 966. — Ratione corporis cultum externum, 967; VI, 905. — Cultus exterior solemnis esse debet ac publicus, id est nomine societatis exhibitus. Id postulat religionis dignitas, societatis gratitudo et utilitas, confirmatque populorum consensus, II, 972 et seq. — Cultus vel honor Deo per religionem exhibitus duplex habet quasi objectum, alterum materiale, alterum formale. Materiale est quodvis officium externum aut internum a nobis factum ad excitandam in nobis aut in aliis talem existimationem, qualem de excellentia Dei habere convenit, XIV, 79-64. — Formale est ea ipsa existimatio proprie conveniens excellentiæ et majestati Dei, *Ibid*. — Dividitur 2° in cultum latriæ et duliæ. Cultus latriæ ille est qui Deo in testimonium supremæ illius majestatis exhibetur, IX, 1135-808. — Cultus duliæ est qui redditur servis Dei propter supernaturales dotes quas ipsis largiri dignatus est. Duplex est, alter qui duliæ nomen retinet exhibetur sanctis; alter qui dicitur hyperduliæ Beatæ Virgini exhibetur, 1136-808; XIV, 64 et seq.-52; VIII, 772. — Soli Deo debetur *latriæ* cultus quo agnoscitur tanquam omnium principium, Dominus et finis. Humanis virtutibus ac dignitatibus respondet cultus qui *civilis* nuncupatur. Mediæ divinam inter et humanam excellentiæ, sanctis cum Christo regnantibus, impenditur ille qui religiosus dicitur cultus, seu *dulia*. Qui defertur Beatæ Virgini, cæteris omnibus sanctis præcellenti, dicitur *hyperdulia*, IV, 700. — Voces latria et dulia servitutem significant, VIII, 772. — Latria profitetur servitutem quam Deo qui fecit nos debemus, XIV, 64-52. — Per duliam servi dominos suos venerantur, 69-54. — Dulia sanctis, hyperdulia Deiparæ, latria Deo soli exhibetur. XIII, 1074-848

Cultus 3° dividitur in absolutum et relativum. Absolutus redditur Deo, Christo et sanctis; relativus cruci et sanctorum imaginibus, IX, 1136-808; XIV, 65-55. — Cultus revelatio necessaria fuit. II, 988 et seq.

Cultus indebitus veri Dei, XIV, 71-58. *Vid.* Superstitio. — Cultus idolis exhibitus. *Vid.* Idololatria. — Cultus sanctorum. *Vid.* Sancti. — Cultus ornatus. *Vid.* Ornatus. — Cultus quinque Christi vulnerum. VIII, 1479, 1488, 1494

Cultus seu religionis disparitas matrimonium dirimit inter duas personas quarum una baptizata est, altera non baptizata. Talia conjugia semper illicita fuerunt, XXV, 625. — Quo tempore cultus disparitas ut impedimentum dirimens haberi cœperit, non satis liquet, 626. — Inductum videtur non tam lege aliqua generali, quæ non reperitur, quam ex diuturna consuetudine sensim introducta, 626. — Rationes cur hujus modi matrimonia irrita habentur, 626. — De l'empêchement de la diversité de religion. En quoi il consiste, quand et comment il s'est établi, XX, 1143 et seq. — De matrimoniis catholicorum cum hæreticis. *Vid.* Matrimonium.

Cupiditas, seu fons omnis peccati, triplex est, XI, 702. — Triplicis hujus cupiditatis radix est perversus amor sui, 703. *Vid.* Concupiscentia. — Cupiditas, vel antecedens est, vel consequens. Antecedens illa est quæ judicium rationis et motum voluntatis antevertit, et eam trahit vel inclinat ad consensum; libertatem minuit. Consequens illa est quæ motum voluntatis sequitur, voluntarium auget, aut certe signum est voluntatis vehementioris, et ad peccatum propensioris. 700

Curator is est, qui assignatur minori, præcipue in curam ejus bonorum. Illius obligationes. XVI, 1247

Curiositas est vitium temperantiæ et studiositati oppositum. Generatim significat superfluam curam circa res cognoscendas, XI, 1249. — Specialiter definiri potest: nimius aut superfluus appetitus sciendi, 1249. — Ipsa cognitio veritatis ex se bona semper ac laudabilis est. Sed ipse appetitus vel studium cognoscendæ veritatis potest habere rectitudinem vel perversitatem, 1249. — Quadrupliciter curiositatis vitium esse potest ex parte cognitionis intellectivæ, 1249. — Duobus autem modis ex parte cognitionis sensitivæ, 1250. — Curiositas ex se est peccatum veniale; sed potest mortale fieri, 1° ratione materiæ; 2° ratione formæ seu modi, 3° ratione medii illiciti, 4° ratione gravis detrimenti, aut pravi affectus consequentis, 1250, 1251. — Peccant aliquando mortaliter, qui inordinato affectu feruntur in studium veritatum, etiam ad intellectualem cognitionem pertinentium, 1261. — Nobis curiositate opus non est post Christum Jesum, nec inquisitione post Evangelium, I, 982-773. — Cedat curiositas fidei. 988-779

Cursus. Diurna officia vulgo olim dicebantur cursus. V, 262

Custodes nemorum se abscondentes, ut transeuntes libere ingrediantur et solvant pœnam, peccant mortaliter; secus si abscondantur, ut possint eos deprehendere semel, ut sic caveant in futurum illuc redire, XXV, 449; XV, 1163. — Custodes saltuum, vinearum, larum, etc., tenentur resarcire damna quæ propter eorum dissimulationem sunt exorta, 1162. — Non tenentur ad restitutionem mulctarum, quas alias certo solvissent ii quos manifestare neglexerunt. 1162

# D

Dæmones. Antiqui patres, inter quos S. Aug., Clemens Alexandrinus, etc., dæmonibus aeria corpora tribuunt. Plerique nidore et fumo victimarum pasci illos arbitrati sunt, VII, 807 et seq. — Revera sunt corporis expertes, 812. — Græcorum recentiorum falsa sententia, 813. — Veteres aliqui dæmones lapsos fuisse ob stuprum cum fœminis falso crediderunt, 813-817. — Alii aliter interpretati sunt, 816. — Invidia illos primum esse lapsos nonnulli prodiderunt, 818. — Invidia ruina posterior fuit, 826. — Superbia primum corruisse diabolum communis fere sensus Patrum omnium est. Quomodo acciderit declaratur, 820-830; XI, 730; VI, 78. — Angelorum lapsus probatur Scriptura, 849, 939

Diabolus Deo æqualis et similis esse voluit, VII, 826. — Dominationis in res creatas cupiditate, et subjectionis odio lapsus videtur diabolus, 829. — Rebellium angelorum princeps, diabolus et Satanas et vulgo Lucifer nominatur, 830. — Unde illi nomen diabolus, 830, 831. — Probabilius est summum illum inter angelos fuisse, 831 et seq. — Luciferi nomen post lapsum ei non congruit, 833. — Aliis omnibus excelluisse videtur, 834. — Idem post lapsum quod in dæmonibus ante ruinam erat, ordinis ac dignitatis mansit discrimen, 835. — Cur caput reproborum dicatur diabolus, et quomodo in peccatum alios traxerit, 835 et seq. — Utrum statim postquam creati sunt, peccaverint, ac subinde etiam post lapsum dejecti fuerint, 836 et seq. — Nemesii locus illustratus, 837. — Utrum uno an pluribus peccatis lapsi sint, 841. — Cur postquam semel peccarunt, negata illis est venia, 841. — Juxta veteres ex dæmonibus alii post lapsum in aere versabantur, 842 et seq. — Alii statim in infernum detrusi sunt, 843. — Scriptura docet omnes statim in infernum præcipitatos esse, 846; VI, 79, 939. — Aliqui in terris versantur, VII, 847. — Diabolus illorum princeps jam alligari in imis inferis videtur, 847. — Non omnes jam ignis inferni pœnas patiuntur; est sententia communis ve-

terum, 848 et seq. — Hoc in extremi judicii tempus reservatur, 853. — Cajetani ea de re sententia. 854

Utrum sempiternæ sint dæmonum pœnæ. Veterum ea de re sententia, præsertim Origenis, 864. — Platonicorum sententia, 865. — Erroris Origenis non obscura relicta sunt vestigia, 868 et seq. De aliis veteribus qui in illum Origenis errorem propensiores fuisse videntur, præsertim Gregorio Nysseno, 872 et seq. — Germani patriarchæ de Nysseno sententia, 875. — Hieronymi et aliorum de re eadem exploratur sententia, 876 et seq. — Gregorii Nazianzeni de eadem quæstione opinio proponitur, 880. — Ostenditur damnatorum sive angelorum sive hominum æterna esse supplicia, tum ex Scripturis, tum ex antiquis Patribus, et illis ipsis qui Origeniano aspersi dogmate videbantur, 881, 889. — Divina et catholica fide creditur pœnas damnatorum esse æternas. VI, 1066

De dæmonum cum hominibus commercio, VII, 891. — Tum ex Scriptura, tum ex Patrum et catholicæ Ecclesiæ sensu constat veros dari dæmoniacos seu a dæmone obsessos, 893. — Solv. objectiones, 895. — Jure merito leges sancitæ sunt adversus superstitiosa cum dæmone commercia, 903. — Solv. objectiones, 909. — Societas cum dæmone ad futura cognoscenda pertinet ad infidelitatem et apostasiam a Deo, ad crimen læsæ majestatis divinæ, XIV, 86-69. — Dæmones, licet non cognoscant certo futura contingentia libera, seu quæ dependent a nostro libero arbitrio, multo subtilius futura et longe plura de rebus futuris aliisque occultis cognoscunt, quam homines. 85-69

Dæmones humana corpora obsidere possunt, VI, 961. — Infensissimi hominum inimici sunt, 969. — Duplici fundamento fulciri videtur diaboli in hominum genus dominatio, divinæ scilicet permissionis et humanæ consensionis, 974. — Quæ miracula facere possunt dæmones, II, 535, 536. — Sua etiam dæmonibus sacramenta sunt aut quasi sacramenta, XIV, 122, 138-98, 110, 111. — Sacramenta divina in idolorum mysteriis æmulantur, I, 1008-795. — Dæmones in omni actu peccant mortaliter. VII, 1601

Dæmoniaci, sive obsessi, sive possessi, illi sunt quos dæmon ita invadit ut in eorum corporibus insideat, eadem moveat et variis modis pro concessa sibi a Deo facultate vexet, VII, 893. — Veteres patres obsessi et energumeni voces usurpabant ad peccatores et infideles designandos, 893. — Dæmoniaci sunt irregulares; et etiam cum a dæmonis vexatione liberati sunt, dispensatione indigent. XVII, 226, 227

Dalmatica, quæ alba etiam dicebatur, communis vestis erat in Dalmatia, unde nomen traxit, inventa. XXIII, 904

Damnati aliquorum notitiam habent, VII, 1600. — Omnis damnatorum cognitio est eis materia tristitiæ, 1601. — Damnati non cogitant de Deo prout est in se, sed tantum prout est punitor: et ex eo prava eorum voluntas et odium Dei, 1601. — Quomodo cognoscunt gloriam Dei, 1601. — Omnis eorum voluntas est mala: in omni actu peccant mortaliter. Non crescit tamen eorum pœna principalis, 1601. — Mala voluntas et peccata ex ea commissa, sunt damnatis pœna et supplicium. 1602

Pœnæ damnatorum sunt æternæ, 865, 881 et seq. 1598. — Divina et catholica fide creditur, pœnas damnatorum esse æternas, VI, 1066. — Æquitas æternitatis pœnarum ostenditur, VII, 1599. — Pœnæ illæ sunt tantum duratione æternæ, 1599. — Juxta S. Thomam damnati puniuntur infra condignum, 1600. — Probabilius in damnatis finitur pœna temporalis peccatis venialibus debita, 1600. — Damnatorum animas precibus fidelium sublevari quidam arbitrati sunt, 889. — De hac opinione, aliena a communi catholicorum sensu, nihil, adhuc certi ab Ecclesia decretum est, 891. — Pœna principalis damnatorum numquam diminuetur, pœnæ vero accidentales, ut vexationes dæmonum diminutionem quamdam habere possunt. 1600

Damnatus ad mortem. — *Vid.* Condemnatus.

Damnificatio, Damnificator, XV, 897-576. — *Vid.* Restitutio.

Damnum in bonis corporis duplex, aliud naturale quod est ipsamet amissio vitæ, membri alicujus, virginitatis, castitatis conjugalis; aliud temporale quod potissimum consistit in suppressione bonorum fortunæ, XV, 962. — Damnum proximo tripliciter inferre possumus: 1° voluntarie sive consulto; 2° involuntarie, omisso legis imperio, quo præcavere jubemur ne quid damni negligentes vel imprudentes conferamus; 3° casu fortuito, et voluntate nullo modo conscia, 1032. — Tres sunt modi per damnum illatum præstationem culpæ juridicæ suscipiendi; prout ipsi injuriam intulimus, vel per personas nobis commissas, vel per res nostras damnum accidat, 1039. — De damno illato per factum personale, 1039. — Delinquens tenetur sarcire damnum propter actum, vel omissionem, qui quoquomodo aliis nocuit 1039

De damno illato per personas nobis commissas, 1040. — Quibus una super est excusatio si probent damno inferendo non occurrere se potuisse, 1040. — De damno illato per res nostras, 1041. — Cujus culpæ tenentur qui in talibus delinquunt? An levissimæ etiam, vel tantum latæ gravisque, 1041. — An et quando debeatur restitutio propter damnum ab animali, servo vel domestico datum, 1042. — Secluso contractu, nemo de jure naturali tenetur sarcire damnum, ab animali datum, absque propria sua culpa, 1043. — Secluso contractu, nemo de jure naturali tenetur reparare damnum a servo datum, absque propria culpa, 1043. — Ante sententiam judicis nemo tenetur ex jure positivo reparare damnum ab animali, servo, vel domesticis sine culpa propria datum, 1044. — Post sententiam judicis in foro conscientiæ datur obligatio sarciendi damnum ab animali, servo, vel domesticis, sine propria culpa datum, 1045. — Asserta de servo non vigent amplius inter christianos, et extendi nulla tenus debent ad famulos, 1046. — Dominus tamen in certis casibus conveniri potest propter delicta famulorum, 1046. — Solv. objectiones. 1047

Novem modi sunt quibus censetur quis cooperari ad damnum alterius, his versibus comprehensi:

Jussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

Sex priores concurrunt ad damnum positive directe; tres posteriores privative, seu negative et indirecte, 745; XIV, 927, 958, 925-732, 738. — Quomodo et quo ordine novem illi cooperatores, una cum executore damni, teneantur ad illud restituendum. 937-740

Quomodo oporteat positive cooperari, ut quis censeatur causa damni, XV, 747 et seq. — Quando consultor ante patratum maleficium revocavit consilium, utrum nihilominus ad reparandum damnum teneatur, 748. — Si mandatarius post revocationem mandati ipsi insinuatam perstet in proposito patrandi maleficii, v. g., occidendi Titii, juxta quosdam mandans tenetur lege justitiæ monere Titium ut sibi caveat, vel aliter impedire effectum; juxta plerosque tenetur solum lege charitatis, 749. — Utrum consulens minus damnum ad avertendum majus, teneatur ad restitutionem, 750. — Utrum is qui vendit arma properanti ad bellum injustum, vel venenum machinanti mortem alterius, censeatur cooperari ita ut teneatur ad restitutionem. 754

Damnum emergens est detrimentum quod mutuator patitur in rebus suis ob mutuum quod alteri præstat, XVI, 735. — Damnum emergens est titulus legitimus accipiendi vel exigendi aliquid supra sortem in mutuo, 734, 809 et seq. — Quænam sint conditiones ut aliquid ratione damni emergentis exigi possit, 734, 812. — Non sufficit possibilitas damni, sed probabilis futuritio ejus, 812. — An compensatio damni emergentis possit excedere eam quæ a lege statuitur, 733. — An sarciri debeat damnum per accidens et ex ignorantia datum vacans operi licito, quando præter intentionem et ex errore prorsus invincibili dat alteri damnum ac lædit ipsius jus, per se non tenetur ad restitutionem, XV, 1084. — Assertio posita locum habet etiam in casu quo lædens habitualiter aut actualiter est ita comparatus, ut vellet injustum causare damnum, si suppeteret occasio, 1084, 1085. — Vacans operi prohibito, quod tamen non est contra justitiam, si, facta sufficienti cautela per accidens causet injustum damnum, non tenetur ad restitutionem, 1085. — Qui vacat operi formaliter injusto, et voluntarie causat iniquum et grave damnum, et per accidens, ac præter omnem intentionem infert aliud damnum quod cum priore per se non connectitur, vel ex eo communiter, ut plurimum, aut valde frequenter non oritur, non tenetur ad restitutionem posterioris damni, 1086. — Auctor injusti damni, si tantum provideat illud damnum sequi posse, sed tamen moraliter certo sibi persuadeat damnum minime secuturum, non tenetur ad restitutionem damno secuto, 1087. — Auctor injusti damni, etiamsi prudenter suspicetur eventurum aliud damnum, si tamen illud non eveniat per se, nec ut plurimum, nec valde frequenter, sed raro, vel si potius ob aliorum malitiam aut ignorantiam eveniat, ordinarie non tenetur ad compensationem illius damni, 1087. — Casus resolvuntur, 1088. — Objectiones, 1090.

An compensari debeat excessus damni invincibiliter ignoratus? XV, 1093. — Qui voluntarie damnum infert contra justitiam, sed invincibiliter existimat damnum esse leve, non tenetur ad reparationem totius damni, 1094. — Qui bona fide credidit damnum esse leve, vel unius tantum aut alterius terunci, non tenetur ad reparationem alicujus gravis damni, 1095. — Qui voluntarie causat injustum et grave damnum, quod tamen bona fide credit esse minus grave quam sit, probabiliter non tenetur ad excessum invincibiliter ignoratum, quamvis iste per se, vel ut plura

num connectatur cum damno volito, 1094. — Objectiones. 1098

DEBITOR tenetur rem tradere tempore et loco convenientibus, ita ut non possit aliam diversi generis, licet æquivalentem substituere, et interea illam tanquam bonus paterfamilias conservare donec tradita fuerit, XVI, 329. — Regulariter non est absolvendus debitor, nisi prius restituat, quando ipsi restitutio est moraliter possibilis, XXII, 1004, *in nota*. — Si pœnitens sit bona fide et confessarius prævideat monitionem restitutionis non esse profuturam, non debet eum monere, 1004. — Quot peccata committat negligens culpabiliter restituere, 1004. — Extra casum quo debitor in extremam necessitatem decidere debeat, in æquali necessitate semper reputanda est melior conditio creditoris innocentis, 1005, *in nota*. — An debitor aliquid donans suo creditori immemor debiti, excusetur a restitutione, 1008, *in nota*. — Debitor sine termino non tenetur statim solvere, sed quando est requisitus a creditore, XXV, 449. — Utrum aliquando liceat vim debitori afferre, si aliter nequeas rem tuam obtinere. XV, 716

DEBITUM duplex est ex parte recipientis : unum ex merito proveniens, et solet appellari debitum seu jus ac meritum personæ. Aliud est debitum secundum conditionem naturæ; nihil aliud est quam exigentia naturalis, et dicitur debitum naturæ, X, 15, 45; 1021-14, 38; 805. — Alia est ratio debiti personalis, alia debiti realis. In debito reali attenditur æqualitas solius rei ad rem. In debito personali, non sufficit ejusmodi æqualitas, tenetur præterea debitor per seipsum satisfacere, nisi jure suo creditor cedat, IX, 881-609. — Debitum naturæ seu naturale multiplici sensu dici potest. VII, 1407

Debitum conjugale. Conjuges, per se loquendo, non tenentur debitum petere, quia nemo tenetur uti jure suo; at tenentur per accidens, XXV, 784. — Tenentur sub mortali injustitiæ peccato debitum reddere dum vel expresse, vel tacite exigitur, nisi aliqua rationabilis causa ab eo reddendo excuset, 786, 787. — Conjuges ad reddendum sibi debitum tenentur de necessitate præcepti sicut ad cætera justitiæ præcepta, et ille actus cadit sub præcepto affirmativo, XIV, 713-563. — Hinc peccat mortaliter conjux qui voluntarie, aut mediis illicitis impotentem se reddit ad sufficienter reddendum debitum, 714-564. — Cum propriæ salutis detrimento conjuges non tenentur sibi debitum reddere, 715-565. — Utrum conjux sanus cum propriæ infectionis periculo teneatur debitum reddere leproso aliove morbo contagioso laboranti, 716-566. — Conjux sanus non tenetur per se debitum reddere amenti, aut in furore vel ebrietate constituto, 717-567. — Utrum excusetur conjux a reddendo debito propter damnum rei familiaris, et ne habeat plures filios, 718-567. — An quoties peccat conjux debitum exigens, peccet similiter illud reddens, vel saltem jure possit debitum negare, 718-568. — Conjux tenetur denegare debitum illud petenti in loco sacro aut publico, 719-568. — Utrum ratione temporis sacri actus conjugalis reddatur tunc illicitus, 719, 720-568, 569. — Conjuges possunt mutuo consensu abstinere a copula, modo absit periculum incontinentiæ, XXV, 787. — Quibus in casibus non liceat debitum petere, 787. — Quibus in casibus petenti debitum reddere non liceat. Dantur communiter tres regulæ, 788; XIV, 720, 721-569. — Finis quo exercendus est actus conjugii est triplex. Primus est prolis generatio ad quam hic contractus per se ordinatur. Secundus est remedium concupiscentiæ ; hic finis est licitus, XXV, 788. — Tertius est affectus quo vir erga mulierem, et uxor erga virum naturaliter afficitur, modo excludatur libidinis deordinatio et excessus qui semper est venialis, 788, 789. — Ut actus conjugii sit licitus exercendus est causa et intentione generandæ prolis. Et quoties conjuges ita illum actum exercent ut ex eo per se generatio sequi non possit, toties mortaliter peccant. Ita communiter, XIV, 705-557. — Conjux debitum petens causa solius delectationis, intra limites matrimonii, peccat tantum venialiter, 706-558. — Utrum conjux peccet venialiter petendo debitum ad vitandam incontinentiam in seipso, 707-559. — Conjuges in actu conjugii multipliciter peccare possunt et quidem mortaliter : 1° ratione affectus inordinati; 2° ratione loci ubi copula exercetur; 3° ratione modi; 4° ratione damni ex copula orituri, XXV, 789. — Actus conjugalis ratione modi aut situs redditur vitiosus. Et tanto gravius est peccatum quanto magis a naturali modo receditur, XIV, 709-560. — Utrum conjuges peccent quando optant prolem non concipi, eaque de causa ab incepta copula se retrahunt, aut ab ea abstinent, 710-561. — Experientia constat plures feminas invitas et nulla tenus excitatas, ac proinde non seminantes, recepto semine virili concepisse, 711-562. — Utrum conjuges frigidi et steriles peccent exercendo actum matrimonii, 711, 712-562. — Uxor cujus vas ita est arctum ut copulæ non sit aptum incisionem pati debet etiam cum aliquo gravi dolore, 712-563. — Exigere debitum ab uxore gravida, si sit periculum abortus, est mortale, si absit tale periculum, nullum est per se peccatum, XXV, 790; XIV, 708-560. — Exigere ab uxore menstruata vel puerpera probabilius est veniale tantum, sed graviter veniale, XXV, 790; XIV, 716, 717-566. — Tactus, aspectus et oscula obscena inter conjuges per se non sunt peccaminosa; sed fieri possunt mortalia, XXV, 790. — Magna cautela interrogandi sunt pœnitentes maxime mulieres, 790; XIV, 721-570. — *Vid.* XXV, 449-458.

DECALOGUS, græca nominis origine, decem sermones significat, XIII, 899-711. — Decalogus est compendium, substantia et flos totius legis naturalis, 915-725. — Omnia legis naturæ præcepta et omnia præcepta moralia veteris legis, in Decalogo continentur, vel ad illum revocantur, 899-711; XV, 41. — Lege Decalogi christiani tenentur, XIII, 901-712. — Lege Decalogi observantiam suadet auctoritas et beneficentia Dei et Christi jubentis, 902 et seq.-713. — Suadet etiam facilitas adimplendi mandata Dei, 905 et seq.-716. — Suadent fructus qui ex illa observantia derivantur, et merces a Deo promissa, 909-718. — In duobus præceptis charitatis cætera continentur, 910-720. — Tota lex est in dilectione Dei et dilectione proximi, 925-729; XV, 44 et seq. — Circa divisionem Decalogi variæ sunt sententiæ, XIV, 475; 1180-373 et seq.; XV, 42, 45; XIII, 921-728. — Sic ordinata sunt Decalogi præcepta, ut tria ad primam tabulam, septem ad alteram pertineant, 912-721; XV, 45. — Convenientia denarii numeri divinorum præceptorum, XIII, 913-722; XV, 945. — Decem præcepta in quatuor versibus comprehenduntur, XIV, 9-9. — Deo tria debet homo : fidelitatem, reverentiam, famulatum; inde tria prima præcepta, 10, 12, 357-9, 10, 267; XIII, 914-722. — Tria prima præcepta sunt de actibus religionis, quæ est potissima pars justitiæ ; quartum est de actibus pietatis, quæ est pars justitiæ secunda : hæc quatuor sunt affirmativa. Alia sex sunt negativa et dantur de actibus justitiæ, communiter dictæ, quæ est inter æquales, XIV, 11, 12-11. — Tria prima præcepta pertinent ad religionem, qua Deo redditur debitum, quartum ad pietatem qua redditur parentibus et superioribus, sex ultima ad justitiam proprie dictam, qua omnibus debitum redditur, 533, 534-437. — Omnia præcepta Decalogi, quippe quorum observantia necessaria est ad salutem æternam, sine dubio obligant sub mortali ex genere suo, XVIII, 1320. — Dissertatio præambula ad decem Decalogi præcepta, virtutes theologicas et vitia illis opposita, XIII, 923-729. — Monitum auctoris. In casuistas invehitur. 917 et seq.-725

Expositio primi præcepti Decalogi, XIV, 61, 136-51, 124. — Primum præceptum est latriæ, id est cultus Dei in se ipso qui non modo religionis christianæ, sed etiam juris naturalis est ac fundamentum, et qui in hoc consistit ut unus Deus credatur et colatur, 63-51. — De adoratione et cultu latriæ soli debito ac proprio, 64 et seq.-52. *Vid.* ADORATIO, CULTUS. — De superstitione quæ est vitium religioni oppositum, et variis illius speciebus, 71 et seq.-57. *Vid.* SUPERSTITIO. — De peccato irreligiositatis quod reperitur in tentatione Dei, 140-112. — Dupliciter tentatio fieri potest, formaliter et expresse, virtualiter et interpretative, 140-112. — Tentare Deum est experimentum facere de ejus potentia, sapientia, bonitate, aut voluntate, sine aliqua necessitate aut utilitate, 140-112. — Non tentabant Deum sancti suis precibus miracula facientes, 142-114. — Qui temere se offerunt martyrio videntur tentare Deum, 144-115. — Deum tentabant qui se monomachia, ferro candenti, etc., purgabant, 144-116. — Deum quasi interpretative tentat qui se non præparat ante orationem, 145-116. — Deum proprie tentare videtur qui imperitus ad concionem habendam non se præparat, sperans sibi a Deo suggerendos esse conceptus, 145-116. — Tentatio Dei est vitium virtuti religionis oppositum. Ex genere suo est peccatum mortale, 141, 146-113, 117. — Tentatio Dei formalis et expressa est semper mortale peccatum, quoties fit cum plena advertentia et deliberatione, 146-117. — Materialis vero et interpretativa est solum peccatum veniale ; ex circumstantiis tamen mortale peccatum fieri potest. 146-117

De sacrilegio. 147 et seq.-117

Expositio secundi præcepti, XIV, 155-356-125-268. — Hujus præcepti expositio in tres quæstiones dividitur : prima est de juramento; secunda de voto; tertia de blasphemia, 156-125. — Hoc præcepto directe prohibetur sola assumptio vana divini nominis per modum juramenti, seu falsa juratio, quæ principaliter perjurium nominatur, 156-125. — De juramento. 159 et seq.-127

De voto, 201 et seq.-160. — De blasphemia. 297 et seq.-236

Expositio tertii præcepti decalogi : Memento ut diem sabbati sanctifices. 337 et seq.-267

Expositio quarti præcepti : Honora patrem tuum et matrem tuam ut sis longævus super terram, 475 et seq.-373. Hujus præcepti observationi additur præmium, 475-376. — Quinque desiderabilia promittuntur : primum est gloria in præsenti, et gloria in futuro; secundum est longa vita 476-377; — tertium est habere filios sibi subditos ; quartum est gaudere bona et laudabili fama ; quintum est habere divitias bonaque temporalia, 477. — Cur hac mercede non gaudeant multi filii parentibus obedientes et aliunde non vitiosi, 476-378. — Quænam parentes filiis præstare tenentur, et vir, et uxor ad invicem, 504 et seq.-399. *Vid.* Parentes et Conjuges. — De officiis superiorum et inferiorum ad invicem, 542 et seq.-429. *Vid.* Filii, Parentes, Uxores, Inferiores.

Sex ultimorum decalogi præceptorum ratio. XIV, 553 et seq.-437

Expositio quinti præcepti decalogi : Non occides. Objectum præcepti, 567 et seq.-447. — De homicidio, 570 et seq.-450. — De affectibus et vitiis quæ ad homicidium quodammodo reduci possunt. 657 et seq.-519

Expositio sexti præcepti : Non mœchaberis, et noni : Non concupisces uxorem proximi tui, 673 et seq.-531. — Hoc præcepto non solum prohibetur adulterium, sed quæcumque carnalis copula extra legitimum matrimonii usum, omnisque membrorum quæ ad generationem ordinata et destinata sunt abusus, 673-533. *Vid.* Adulterium, Luxuria, etc.

Expositio septimi præcepti decalogi : Non furtum facies, 827 et seq.-653. — Prologus de rerum dominio, *Ibid.* — *Vid.* Dominium. — De furto et rapina, 832 et seq.-673. — De restitutione in communi, 904 et seq.-713. — *Vid.* Restitutio.

Expositio octavi præcepti : Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium, 1067 et seq.-843. — Falsi testimonii nomine omnes injuriæ verborum, sive in judicio, sive extra judicium comprehenduntur, 1067. — Hoc præcepto omnis linguæ abusus et oris peccata vetantur, 1068. *Vid.* Mendacium, Judicium temerarium. — De injuriis verborum extra judicium, 1107 et seq.-873. — *Vid.* Detractio. — De injuriis verborum in judicio, 1133-894. *Vid.* Injustitia.

Expositio noni et decimi præcepti : Non concupisces uxorem, neque rem proximi tui, 1185 et seq.-933. — Duo ista præcepta sunt inter se distincta, 1188 et seq.-937. — Concupiscentia uxoris alienæ pertinet ad concupiscentiam carnis; concupiscentia aliarum rerum ad concupiscentiam oculorum, 1189-937. — Omnis concupiscentia aliquo modo istis duobus præceptis prohibetur, et omne desiderium peccandi in quocumque genere, 1191-939. — Quare magis expresse prohibita fuerit concupiscentia uxoris proximi et rerum alienarum, 1191-939. — Decimo præcepto vetatur omnis inordinatus appetitus rei alienæ injuste possidendæ, 1197-943. *Vid.* Concupiscentia.

Decentiæ status notabilis jactura excusat a restitutione statim facienda. XV, 803 et seq.

Decimæ sunt pars decima omnium fructuum juste acquisitorum, Deo in recognitionem dominii sui universalis debita, atque Ecclesiæ ministris quotannis exsolvenda, XVIII, 744. — Qui fraudant decimas, peccant et contra virtutem justitiæ, et contra virtutem religionis, crimenque committunt sacrilegii, 744. — Decimæ secundum substantiam spectatæ, quatenus videlicet sunt necessarium stipendium ministrorum Ecclesiæ, debentur ipsis jure naturali ac divino. Quatenus spectantur secundum quotam sive determinationem suam tempore legis Mosaicæ debebantur jure divino positivo, tempore legis evangelicæ jure ecclesiastico ab Apostolis derivato, 746. — Spectato jure communi debentur decimæ ex omnibus quæ licite acquiruntur, 747. — Decimæ dividuntur in prædiales, seu reales, quæ proveniunt ex prædiorum aut arborum fructibus, in personales, quæ proveniunt ex lucro per industriam acquisito; in mixtas quæ sunt partim prædiales, partim personales, 748. — Decimæ prædiales, subdividuntur in majores ac minores, 748. — De jure communi decimæ prædiales spectant ad ecclesiam parochialem, et sunt persolvendæ rectoribus illarum ecclesiarum parochialium, intra quorum fines prædia illa sita sunt, 749. — Ad quem pertineant decimæ, quoad novalia improprie talia, 750. — Ad quemnam parochum pertineant divinæ carnaticæ seu minores, 751. — De jure episcopi in decimas prædiales, 751. — Laicis mere sæcularibus nullo modo competit, seu concedi potest jus decimarum, quatenus spirituale est ; adeoque nec ipsæ decimæ, prout sunt fructus ecclesiastici, 752. — Nihilominus potest laicis concedi et competere jus percipiendi fructus decimarum, quatenus intelligitur abstractum a titulo et jure spirituali, 752. — Variis modis accidere potest ut quis eximatur a præstatione decimarum, 1° privilegio, non quidem alicujus principis territorialis laici, aut episcopi loci, sed privilegio summi pontificis, 753. — 2° Consuetudine alicubi legitime introducta, dummodo adhuc ex aliis decimis vel redditibus tantum supersit, quod sufficiat justæ sacerdotum sustentationi, 774. — 3° Præscriptione legitima immunitas a solvendis decimis obtineri potest per privatas personas, sive ecclesiasticas, sive laicales, 754. — 4° Compositione ac remissione potest cuipiam competere immunitas a solvendis decimis, 755. — 5° Gravis paupertas, sive tanta ut solutis decimis quis non habeat necessaria ad se suosque sustentandos, excusat interim a solutione decimarum, donec melior fortuna advenerit, 756. — Lex de solutione decimarum apud Judæos, XV, 257. — Frugum ac fructuum omnium decimæ triplices solvebantur : primæ levitis, secundæ tabernaculo; tertiæ tertio quolibet anno pauperibus distribuebantur. 257, 258

Declarationis cleri gallicani primus articulus (Anno 1682). IV, 740

Declaratoriæ litteræ petuntur in solo foro externo, ut caveatur scandalum ; remoto illo, non sunt necessariæ nec obligatoriæ, XXV, 438. — Pius V, anno 1566, declaravit non esse necessariam gradus propinquioris mentionem, sed sufficere remotioris, obtentis tamen postea litteris declaratoriis super propinquiori. 438

Decretales, seu epistolæ S. Pontificibus priorum seculorum adscriptæ, ab Isidoro Mercatore versus finem VIII sæculi collectæ, nunc ab omnibus fere criticis etiam catholicis rejiciuntur, V, 156. — Recensentur nomina Pontificum quibus inscribuntur, XV, 324. — Veterum Pontificum romanorum usque ad Siricium versus finem quarti sæculi, epistolæ sunt suppositiliæ, 325. — Solv. objectiones, 327. — Sanctus Isidorus Hispalensis non est auctor illarum epistolarum, nec earum collector, 338. — Decretalium collector non est alius Isidorus Hispalensis episcopus, 338. — Incertum est quisnam fuerit Isidorus ille Mercator qui decretales epistolas fabricatus est, 339. — Pleræque non sunt Pontificum quibus attribuuntur usque ad Siricium, sed falsæ quoad authenticitatem, genuinam tamen ac veterem disciplinam exhibent, I, 39-47. — Nullæ decretales romanorum Pontificum contentæ in corpore juris canonici, sufficientes sunt, *Fundando articulo fidei catholicæ.* 1321-1042

Decreta Ecclesiæ alia in dogmatibus definiendis, alia in tuenda integritate morum, alia in sanciendis meræ disciplinæ regulis versantur, IV, 819. — Decreta morum mutabilia sunt, et consuetudine abrogantur ; cum tacet Pontifex, censetur ipse abrogare. Decreta de fide immutabilia sunt, nec possunt ullo modo abrogari, I, 1325-1046. — Decretum disciplinæ definitur : Decretum de rebus agendis vel omittendis, nec intrinsece bonis, nec intrinsece malis, IV, 617. — Tres regulæ dantur quibus discerni possunt decreta de fide, 578. — Annotatio circa decreta conciliorum generalium de fide, 578 et seq. — Decretis Ecclesiæ, quibus damnantur propositiones in globo, debetur internum etiam et absolutum obsequium, 628. — Infallibilia sunt Ecclesiæ judicia, quibus damnantur propositiones in globo, 631. — Decretis Ecclesiæ de factis dogmaticis debetur internum et absolutum obsequium, 649. — In decretis Ecclesiæ juris et facti distinctio, 649, 698. — Decreta de mutuo Romæ recenter edita. XVI, 1063 et seq., 1090

Dedicatio Ecclesiarum, dominica post octavam omnium Sanctorum celebratur. Triplex solemnis describitur templi Jerusalem dedicatio, una sub Salomone, secunda sub Esdra, tertia sub Juda Machabæo. Dies anniversaria harum dedicationum solemnis erat, et per dies octo celebrabatur, XV, 371. — Festum Dedicationis Ecclesiæ aliis festis ejusdem generis præferendum est. 371

Defectus. De defectibus quibusdam qui interdum occurrunt in celebratione missæ, et remediis quæ adhiberi debent : ac primo de casibus quibus missa intermittitur, XXIII, 1163. — Nemini licet incœpta missa ab altari recedere et alii sacerdoti committere missam absolvendam, 1165. — Defectus possunt occurrere vel in pane, 1172. — Vel in vino, 1173. — Vel in pane et vino, 1176. — Vel in aqua quæ in calicem infusa non sit, 1177. — Vel in forma consecrationis. 1179

Defensor. Des défenseurs des Eglises. Quand et à quelle occasion ils ont été institués. De leurs emplois et de leur condition, XX, 1093 et suiv. — Des avoués et des vidames qui ont succédé aux défenseurs dans la plupart des Eglises d'Occident, de leurs diverses fonctions ; abus qu'ils font de leurs pouvoirs. Ils sont abolis presque partout. 1097 et suiv.

Defuncti. De suffragiis pro defunctis, V, 957. — *Vid.* Purgatorium, Suffragia.

Degradatio duplex est, verbalis quæ etiam depositio dicitur ; et realis, sive actualis quæ proprie degradatio appellatur, V, 1270. — Olim episcopi degradatio postu-

habet duodecim episcopos, qui præsentes essent, presbyteros sex, diaconos tres, 1276. — Degradatio simpliciter sumpta, quæ etiam realis, actualis et solemnis nuncupatur, est pœna qua clericus privatur in perpetuum et sine spe restitutionis, non solum officio et beneficio, sed etiam privilegio clericali, XVII, 188. — Clericus ille nec a castitatis voto, nec ab horarum recitatione fieret immunis, 189. — Degradatio verbalis, seu depositio, a vicario generali fieri potest, realis a solo episcopo, eoque consecrato, 189, 1276. — Degradatio gravissimum pœnæ genus est, et non infligitur, nisi ex gravioribus criminibus. V, 1277

DEISMUS. *Vid.* DEISTÆ.

DEISTÆ. Deistarum nomine intelliguntur homines qui agnoscunt quidem esse unum Deum, et ejus providentia mundum gubernari, fortasse etiam animæ immortalitatem, pœnasque et præmia post hanc vitam non negant; sed non credunt alia religionis christianæ dogmata, et nulla alia quam legis naturalis præcepta esse observanda arbitrantur, V, 21. — Ad deismum reducuntur philosophismus, libertinismus, indifferentismus et syncretismus, 21. — Deistæ iisdem quibus athei, argumentis debellantur. II, 38

DELECTATIO est quies appetitivæ virtutis in aliquo bono amato, et consequens aliquam operationem: potest esse bona vel mala, XIV, 1192 940. — Delectatio est de bono præsenti, XI, 1175. — Delectatio est quies appetitus in bono possesso: si sit appetitus rationalis, est delectatio spiritualis; si sit appetitus sensitivi, est delectatio sensibilis, quæ sola est passio, 1175. — Motus animæ in bono præsenti complacentis et quiescentis est delectatio, 1175. — Delectationes intellectuales secundum se sunt majores sensualibus, sed quoad nos sensuales sunt majores spiritualibus, 1175. — Quoad nos delectationes corporales sunt magis vehementes propter tria, XIV, 1193-940. — Unde fit quod plures sequantur delectationes sensuales quam spirituales, XI, 1175. — Delectationis causæ sunt plures; plures etiam effectus, 1175. — Delectatio quæ provenit ex charitate est de necessitate spiritualis vitæ, 1150. — Delectationes sensibiles homini non conveniunt, nisi sint juxta rationem, 1259. — Cum homo sustentare corpus debeat, non potest ab omnibus corporis delectationibus abstinere, 1260. — Delectatio sive suavitas, generatim considerata, Jansenii systematis basis est et fundamentum; ex ea enim prodeunt omnes boni aut mali actus, X, 1258-992. — In mente Jansenii, delectatio est actus vitalis voluntatis, quo justitia vel mendacio delectatur, 518, 1258-408, 992. — Dividitur 1° in indeliberatam et deliberatam; 2° in cœlestem et terrenam; 3° in victricem et victam; 4° in victricem absolute et victricem relative; 5° in intellectualem seu spiritualem, et sensibilem, 518, 519, 1278-408, 992. — Necessitas delectationis, 520, 1259-409, 998. — Virtus et modus agendi delectationum, 525, 1300-412, 995. *Vid.* JANSENISMUS.

DELECTATIO venerea, seu libidinosa, dicitur illa quæ in ipsa carne sentitur cum commotione spirituum subvenientium generationi circa partes libidinosas, ad differentiam ejus delectationis qua placet tactus, XXV, 438. — In delectatione venerea completa tria contingunt, XI, 1242, 1243. — Delectatio morosa est voluntaria delectatio de actu malo cogitato, sine voluntate exequendi actum illum malum, XIV, 813-642. — Delectatio dicitur morosa, non ex mora temporis, sed ex eo quod ratio deliberans circa eam immoratur. In instanti aut brevi tempore perfici potest illud lethale peccatum, 813, 814-642, 643. — Qui cogitat de re mala, de duobus potest delectari: uno modo de ipsa cogitatione, alio modo de ipsa re cogitata, delectatio de ipsa cogitatione potest esse sine peccato. 813-643. — Consensus in delectationem peccati mortalis est mortale peccatum, 813-644. — Ut delectatio morosa sit peccatum mortale, sufficit quod judicet intellectus illam esse malam ac illicitam, aut advertere possit esse grave peccatum, 816 et seq.-645. — Cogitatio et delectatio morosa de re venerea est mortale peccatum, quamvis cogitans non habeat voluntatem exequendi opus externum: in confessione explicanda est circumstantia personæ circa quam sumitur delectatio, sicut fit quando opere externo cum illa peccatur, 819-646, 647. — Cogitationes morosæ de actu conjugii præterito aut futuro, quas habet conjux in absentia alterius, non sunt peccata mortalia. Sententia communior est, 821-647; XXV, 438. — Cogitationes et delectationes morosæ in sponsis de futuro circa copulam tempore matrimonii habendam, sunt peccata mortalia, XIV, 823-650. — In viduis tales delectationes circa copulam durante conjugio habitam et apprehensam sub ratione delectabili et affectu venereo, etiam sine periculo pollutionis, videntur in praxi esse peccata mortalia, 824-651. — Voluntaria delectatio de actu conditionaliter licito, v. g., dum quis delectatur voluntarie de copula cum tali muliere, si esset uxor sua, est peccatum mortale, 824-651. — Qui tamen desiderat actum conjugii cum aliqua, si foret uxor sua, seclusis aliis adjunctis, non peccat mortaliter, 825-651. — Quomodo discerni potest quando delectatio est de sola cogitatione, et ideo non peccaminosa, et quando est de re cogitata mala, et ideo peccatum mortale, si res sit mortalis, 825-652. — Quænam regula est assignanda ad discernendum, quando homo dubitat an plane adverterit, an inadvertentia fuerit ita indeliberata ut non sufficiat ad mortale. 826-652; XXV, 438

DELEGATIO est species novationis. Nihil est aliud quam substitutio novi creditoris aut debitoris. XV, 1229

DELEGATUS, nisi principis supremi non potest delegare. Ordinarius potest delegare. Delegata potestas, XXV, 439 et seq.

DELIBERATIO non est de fine ut finis est, sed de mediis ad finem atque adeo in illo non se movet voluntas moraliter; sed solum physice. X, 49-57

DEMENTIÆ tres gradus sunt: primus est quo integra rationis læditur facultas; secundus illorum est qui ratione, quamvis inordinata, utuntur; tertius illorum est qui non omnino carent intellectu, sed quibus obtusior et stupidior aliquanto mens est. XVI, 130

DEMOCRATIA est gubernatio politica per plures et plebeios, XII, 459-357. *Vid.* REGIMEN.

DEMONSTRATIO syllogismus est constans tribus propositionibus evidenter veris, VII, 10. — Triplex demonstratio distinguitur: prima dicitur a priori quando effectus per suam causam probatur, secunda est a posteriori, dum causa ostenditur per effectum; tertia appellatur a simultaneo cum demonstratur res per sui attributum, 10; VIII, 61; II, 175 et seq. — Demonstrationes aliæ sunt metaphysicæ, quæ ex natura et essentia rei aut ex rebus sumuntur spiritualibus; aliæ physicæ, quæ nituntur mediis ductis ex materia, mundo et corporibus; aliæ morales, quæ fundantur motivis quibus homo prudens movetur ad assensum, VII, 12. XV, 402

DENUNTIATIO confessarii in confessione mulierem ad venerea sollicitantis, XIV, 738-583. — Duplex est præceptum denuntiandi, unum naturale, aliud positivum ecclesiasticum, 739-583, 584. — Mulier sollicitata non est absolvenda, nisi denuntiet sollicitantem, 739-584. — Qui sint denuntiandi, 740-585. — Sollicitatio in genere luxuriæ nequit esse levis, 740-585. — Agitur tantum de sollicitatione ad actus turpes in materia luxuriæ, 738 *in not.*-583. — Peccatum sollicitationis semper reservatur episcopo. Obligatio denuntiandi, ut naturalis considerata, ad eos omnes spectat qui sciunt aliquem sacerdotem versari in prava dispositione sollicitandi. 739 *in not.*-583

Per peccatum complicis intelligitur mortale, internum, externum, contra castitatem commissum a confessario cum pœnitente, XVIII, 1138, 1143 et seq., 1147. — Quando denuntiandus sit confessarius ad venerea sollicitans, 1138. — Omnes pœnitentes, tam mares quam feminæ, tenentur per se loquendo sub peccato mortali, denuntiare confessarium a quo prætextu vel occasione confessionis sollicitati vel provocati fuerunt ad libidinem, 1139. — Cui et quomodo denuntiatio facienda, 1140. — Aliquando denuntiatio omitti vel saltem differri potest, 1141. — Corollaria, 1147. *Vid.* SACRILEGIUM.

Denuntiatio est primus modus procedendi jure proscriptus, XIV, 1139-898. — Alia est extrajudicialis, ut si delictum fratris declaretur superiori tanquam patri. Alia judicialis quæ fit inferiori tanquam judici, *ibid.* — Denuntiatio judicialis est mera criminis manifestatio sine aliqua actione, *ibid.* — Denuntiationem præcedere debet secreta monitio fratris delinquentis, quando speratur ex illa fratris emendatio, *ibid.* — Subditus sub præcepto formali interrogatus circa delicta jam nota, nec debet nec licite potest delictum juridice occultum denuntiare, 1140-899. — Præceptum superioris semper intelligitur, salvo juris et charitatis ordine, nempe ut præcesserit correctio fraterna, etc. Excipe, nisi revelatio sit necessaria, etc. 1140, 1141-899

DENUNTIATIONES bannorum. XXV, 463. *Vid.* BANNA. Denuntiatio publica ordinandorum ordinationem præcedere debet, XXIV, 1456. — Quando denuntiare impedimenta matrimonii occulta tenetur qui ea novit. XXV, 463

DENUNTIATOR non obligat se ad probandum, unde non punitur si probare nequiverit. XIV, 1139-898

DEPOSITUM est res solius custodiæ causa, alteri commissa. Depositum, in genere est contractus quo res alteri custodienda committitur, et ab eo suscipitur ut eadem postea reddatur, XVI, 650. — Differt tum a commodato, tum a locatione, tum a pignore, tum a mutuo, 651. — Duplex est aliud proprie dictum quod res mobiles habet pro objecto, et nomen depositi retinet; aliud improprie dictum, quod pro objecto habere potest res vel mobiles, vel immobiles

et vocatur sequestrum, 631. — Depositum proprie dictum est contractus realis quo res mobilis alicui gratis custodienda committitur, et ab illo suscipitur ut eadem munera postea reddatur, 631. — Est vel voluntarium vel necessarium, 631. — Deponens tenetur solvere impensas factas in re deposita conservanda, 631. — Depositum improprie dictum seu sequestrum est species depositi quo res de qua controvertitur, alteri creditur custodienda, ut postea reddatur ei cui adjudicanda fuerit. 633

Depositarius non tenetur nisi de dolo et lata culpa, XIV, 1062-838.—Tenetur rem depositam custodire ea cura quam in rebus propriis adhibere solet. Strictius tamen tenetur in quibusdam casibus, XVI, 632. — Uti non debet re apud se deposita nisi de consensu domini expresso, vel tacito, vel saltem rationabiliter præsumpto, 632; XIV, 1062-838. — Tenetur reddere depositum statim ac repetitur a deponente; quibusdam casibus exceptis, XVI, 632. — Nihil exigere aut retinere potest pro rei custodia, nisi dominus mercedem ei expresse promiserit, 633. — Tanquam depositarii necessarii considerantur caupones et stabularii pro rebus quas hospites et viatores apud eos deponunt. 633

Depositio definitur pœna ecclesiastica, qua clericus, in perpetuum et sine spe restitutionis, privatur omni officio et beneficio, retento tamen privilegio *clericali*, seu *fori et canonis*. Aliquando vocatur degradatio verbalis, XVII, 188; V, 1276. — Depositio a vicario generali fieri potest, XVII, 189

Deprædatio bonorum ad Christianos naufragos pertinentium, est casus quem S. Pontifex sibi reservat, XXII, 799. — Excommunicationem S. Pontifici reservatam incurrunt qui Christianorum naufragantium bona, sive in navibus existentia, sive in mare projecta, sive in littore inventa surripiunt. XVIII, 1364 et seq.

Derisio est verbum aut signum quo quis deluditur ex intentione causandi in eo erubescentiam, XIV, 1129-891. — Fit ore, seu verbo et cachinnis, 1129-890. — Quandoque fit sine peccato et pertinet ad virtutem eutrapeliæ; quandoque est veniale peccatum, quandoque mortale Deus ipse deludet derisores, XXII, 1319.— Derisores excusari non valent defectu intentionis expressæ graviter lædendi proximum. 1321

Derogatio legis, XII, 1281-1012. — Fit legis derogatio, cum pars aliqua legis pro tota communitate aufertur, 1289-1018. — *Vid.* Dispensatio legis.

Desertores conscripti. An peccent et ad restitutionem teneantur. XV, 1004

Desiderium est affectus appetitus concupiscibilis tendens in bonum absens; differt a delectatione quæ est de bono præsenti, et ab amore qui est de bono secundum se et abstrahit a præsenti vel absenti, XI, 1175 — Desiderium est actus voluntatis, XVII, 931. Ipsum tuum desiderium, ait S. Aug., oratio tua est, et continuum desiderium continua oratio. 932

Desperatio passio appetitus irascibilis, est motus recedens a bono arduo adeptu impossibili saltem moraliter, XI, 1176. — Desperatio qua quis animo refugit beatitudinem æternam tanquam bonum arduum impossibile assequi, et sic ab ejus persecutione desistit, est vitium spei oppositum. Spes et desperatio versantur diverso modo circa idem objectum, XIII, 1064-840.—Desperatio, acediæ filia, fuga est ultimi finis, seu vitium quo de ultimi finis assecutione quis desperat, ideoque omnem salutis suæ curam abjicit, vel peccatorum suorum gravitate, vel divinæ prædestinatione arcano judiciorumque Dei severitate perterritus, XI, 1151. — Desperatio est peccatum mortale, 1163 —Est grave peccatum, quod solum a mortali excusari potest ob indeliberationem, XIII, 1065-841.—Desperatio, aliquando quidem, non tamen semper est cum infidelitate conjuncta, XXII, 1338.— Desperatio est peccatum gravius secundum se peccatis quæ opponuntur virtutibus moralibus, sed minus odio Dei et infidelitate, 1338. — Desperatio cæteris peccatis est periculosior, 1339; XIII, 1065-841. — Interdum oritur ex luxuria, specialius tamen ex acedia, XXII, 1339. — An homo cui certo Deus revelaret futuram suam damnationem, posset absque peccato desperare, aut teneretur adhuc sperare, XIII, 1066-842.—Desperatio dupliciter sumi potest; primo positive, prout est actio actui spei directe opposita, 1066-842. — Secundo negative, prout est mera actus spei cessatio, 1067-842. —An homo ille, cui facta esset hujus modi revelatio, et qui id circo vitam æternam amplius non speraret, ligaretur adhuc præcepto spei affirmativo, et non sperando peccaret? Multi affirmant, 1067-843. — Sed plures negant, 1067 et seq.-843. — Remedia adversus peccatum desperationis, XXII, 1339 et seq. — Desperatio futuri sæculi est filia luxuriæ. XI, 1020

Desponsatio B. Mariæ cum Joseph, die 23 Januarii. XV, 558

Destinatio lucrativa intelligitur in eo qui vult sincere in posterum pecuniam suam hoc vel illo legitimo modo fructuose collocare, XVI, 736. — Destinatio lucrativa est titulus legitimus accipiendi vel exigendi aliquid supra sortem in mutuo, 736. — An mutuans possit aliquid exigere in compensationem lucri quod sperabat ex destinatione lucrativa cui renuntiavit ut pecuniam mutuo traderet, 737. — An ille qui bona fide contractum usurarium fecit, pecuniam suam in usum fructuosum impensurus vel alium contractum initurus, si prioris injustitiam cognovisset, possit lucrum perceptum retinere titulo lucri cessantis. 739

Detractio est alienæ famæ occulta et injusta denigratio seu violatio, famam tollit, XIV, 1107-873; XV, 663. — Aliter definitur : famæ proximi exstinctio, vel imminutio injusta, eo absente, dictis aut signis facta, 976. — Detractio dupliciter differt a contumelia, 663; XIV, 1108-873. — Objectum formale detractionis est famæ ablatio injuste facta in absentia ejus dequo detrahitur, 1108-874. — Ut igitur sit detractio, requiritur ut injuste fama lædatur, XV, 664. — Detractio multiplex est pro variis ejus respectibus. 1° Ratione intentionis dividitur in formalem et materialem, formalis ea est quæ fit cum animo alicui nocendi vel saltem prævisione famam ejus minuendi; materialis est ea quæ fit ex loquacitate, animi levitate ac sine prævisione nocumenti, 976. — 2° Ratione materiæ circa quam versatur detractio sive formalis, sive materialis dividitur in directam et indirectam Directa fit quadrupliciter : 1° falsum imponendo; 2° peccatum augendo; 3° occultum crimen revelando; 4° alterius factum sinistre interpretando. Hæc quatuor sequenti versiculo continentur :

Imponens, augens, manifestans, in mala vertens.

Indirecta detractio fit etiam quadruplici modo : 1° negando bonum alterius; 2° minuendo; 3° reticendo; 4° remisse laudando. Hæc sequenti versiculo exprimuntur :

Qui negat, aut minuit, reticet, laudatve remisse,

976, 964; XIV, 1109-875; XI, 1056, 1057.—Materia detractionis toties censetur gravis, quoties aliquid revelatur alteri valde probrosum. Quod ut cognoscatur, attendendum est ad qualitatem personæ detrahentis, ad conditionem personæ de qua detrahitur, ad circumstantias locorum, XV, 977, 978. — 3° Ratione mediorum quibus perpetratur, detractio dividitur in verbalem, quæ fit viva voce, et in scriptam, quæ fit libellis, picturis, cantilenis et historiis, XV, 976. — Ratione personarum de quibus detrahitur, detractio diversa est, 976. — Detractio formalis ex genere suo est peccatum mortale contra charitatem et justitiam, furto gravius, sed levius homicidio et adulterio. In individuo veniale tantum esse potest. Imo detractio omni vacat peccato, si quis justam habeat rationem defectum alterius manifestandi, seu potius tunc non est detractio, quia non est injusta famæ læsio, 977, 664, 665; XIV, 1109 et seq -875; XXII, 1317; XI, 1046 et seq.

Causæ quæ licitam faciunt manifestationem criminis aut defectus alterius, sunt religio, justitia, charitas, necessitas, XV, 978. — Tanta potest esse publicitas criminis alicujus ut tribuat omnibus facultatem narrandi etiam nescientibus, XIV, 1119, 1120-883. — Quando crimen alicujus est publicum, modo potest, modo non potest narrari sine peccato detractionis, 1120 et seq.-883. — Mortaliter peccat qui infamatum in uno genere vitii gravioris, sine causa diffamat in alio minus gravi nullam habente cum altero connexionem. 1122 885; XV, 681, 980

Licet infamare eum qui fictis virtutibus sibi famam paravit, vel qui crimen commisit cui jure infamia est annexa, si simulatio vergat in alicujus detrimentum; si hæc simulatio nemini noceat, non licet eam patefacere, et illam aperire est contra charitatem et probabiliter contra justitiam, XV, 676. — Crimen proximi, quod est publicum in aliqua civitate, revelare eo loco ubi ignoratur, non est contra justitiam, 679, 980. — Detegere crimen eo loco, quo fama communis illud brevi erat perlatura, non est peccatum contra charitatem, saltem mortiferum : quod si fama non erat eo perlatura, aut saltem non nisi post longum tempus, sæpe erit peccatum mortiferum, si ille ibi erat bonæ famæ, 680. — Si is qui olim ob sua crimina fuit infamis, nunc famam honeste vivendo recuperavit, est peccatum contra charitatem illa crimina apud eos qui ignorabant commemorare, 681. — Non est reus detractionis, qui alterius peccatum, seu malum quodcumque alicui patefacit, boni cujuspiam procurandi aut promovendi gratia, modo debitæ circumstantiæ serventur, XI, 1051. — Venialis detractionis tantum reus est qui malum aliquod proximi aperit, sine animo nocendi

sed ex mera levitate. Si tamen verba quæ profert grave vulnus infligant, vel infligere possint, lethale peccatum est, 1055; XV, 663. — Lethalis detractionis rei sunt, qui gravia proximorum peccata, vel etiam levia, vel naturalem aliquem defectum referendo, directe vel indirecte honestam eorum famam et existimationem graviter lædunt, aut huic grave damnum inferunt, XI, 1054. — Lethalis detractionis rei sunt, qui verum crimen alicujus hominis alteri nescienti aperiunt nocendi animo, etiamsi publicum sit, et etiam judicis sententia damnatum et punitum; qui schedulam, in quasi aliquis juvandæ memoriæ causa peccata sua sacerdoti in confessione aperienda descripsit, in vulgus indicant, si peccata illa gravia sint, vel spectata conditione personæ, famam proximi graviter læsura; historici qui occulta principum aut aliorum virorum illustrium vitia litteris consignant, et quicumque verbo vel scripto defunctorum famam lacerant et minuunt, 1055. — An crimen occultum proximi revelare uni soli viro prudenti, qui secretum apud se retinebit, sit detractio gravis, XIV, 1112-877. — Sententia affirmans probabilior videtur, 1113 et seq.-878. — Revelare crimen proximi uni vel duobus, quibus dicere perinde sit ac si nulli diceretur non est peccatum mortiferum, juxta Cajetanum, cujus sententia non videtur tamen universe affirmanda. XV, 677, 979

Qui injuriam sibi ab aliquo factam refert amico, non peccat saltem mortaliter, si faciat ut consolationem accipiat ab amico, sive ut dolor mitigatur; si faciat animo detrahendi ut se hoc modo vindicet, peccatum mortale fieri potest, 678. — Et lethali detractionis peccato non excusatur, qui crimen alienum sine justa necessitate patefacit uni, vel duobus viris prudentibus et fidelibus, arcanique tenacibus amicis, XI, 1057. — Nec qui graves detractiones ab aliis auditas referendo et repetendo suas facit, 1058. — Quandonam audita vel alia quælibet referens absque asseveratione et dubitanter, peccet mortaliter, et teneatur restituere XV, 667, 979; XIV, 1123-886. — Qui audita refert eo modo, vel nominatis iis auctoribus ut audientes merito possint induci ad opinandum malum de proximo, peccat contra justitiam et tenetur ad restitutionem, XV, 668. — Lethalis peccati reus est qui gravem injuriam sibi ab aliquo illatam renuntiat alteri, nulla necessitate compulsus, sed nocendi animo, et ultionis libidine, XI, 1058. — Seipsum infamare, ex genere suo non est peccatum mortiferum, neque contra justitiam, neque contra sui charitatem, XV, 668. — Ratione tamen alicujus circumstantiæ, potest esse peccatum mortale, 669. — Lethalis peccati reus est, qui seipsum infamat, cum ex infamia quod sibi ipsi infert, salutis propriæ vel alienæ, aut etiam vitæ damnum, aut corporalis integritatis detrimentum sequitur; aut cum illius infamia in familiam, societatem, vel ordinem cujus pars est, redundat, aut cum dedecore suo omnino inutilem se reddit reipublicæ vel Ecclesiæ, cui alias utilem operam navare posset, XI, 1059. — Ad vitanda tormenta levia falso sibi crimen imponere, ob quod morte sit plectendus, est peccatum mortiferum; secus si fundatur verum crimen occultum, XV, 670. — Ad vitanda levia tormenta confiteri crimen suum occultum, vel imponere sibi falsum, non est peccatum mortiferum, si nullum aliud gravius malum inde metuitur, 670. — Ad parentem vel amicum a morte vel tormentis magnis eripiendum, non est per se peccatum mortiferum, sine juramento sibi crimen falso impingere, quando in quæstione injuste proceditur, 671. — Ad vitanda tormenta ita gravia ut merito mors velut præoptanda sit, non peccat mortifere qui crimen falsum sibi imponit, quamvis certo ob id sit morte plectendus, 671. — Nec tenetur illud postea revocare, quamvis antea illud perjurio confirmasset, si prudenter metuit se rursum ad tormenta raptum iri, sed potest sine peccato mortifero in eo persistere et mori, 672. — Si religioni vel familiæ, ex confessione falsi criminis sequeretur gravis infamia, prudenter expendendum, utrum tormenta ipsi infamiæ præponderent; an contra, 673. — Ad vitanda gravia tormenta, homo potest alterius peccatum occultum, vel aliud secretum pandere, si nullum aliud incommodum alteri quam infamiæ impendeat; imo potest, etiamsi unde alteri esset periculum mortis, modo illud sine vi et fraude, et extra confessionem acceperit, 673. — Probabile absolute, etiam in casu quo vi aut fraude extorserit homo tale secretum vel crimen alterius, posse illud aperire, ad vitanda gravia tormenta, et si inde ipsi sit vitæ periculum, 674. — Utrum homo possit alterius crimen occultum manifestare, ad impediendum damnum proximo impendens. 675

Lethalis peccati rei sunt libellorum famosorum auctores, et qui ipsos spargunt in vulgus. Gravius peccant qui præsulum, etc., XI, 1061 et seq. — Pœna capitis in libellorum famosorum auctores constituta est apud Romanos, lege duodecim tabularum 1062. — Nulla est capitalior obtrectatio quam eorum qui catholicæ doctrinæ, et ejus prædicatoribus obtrectant, 1063. — Peccat mortaliter qui monasterium infamat, XIV, 1122-885, XV, 979. Lethalis peccati reus est qui alios ad detrahendum incitat, aut gravem obtrectationem lubenter audit, XI, 1066. — Qui non corripit detrahentem cum ad id tenetur ex officio, aut grave periculum ex detractione consequens avertere potest, aut cum metu boni cujuspiam temporalis amittendi abstinet a correptione detractoris quam exercere tenetur et potest, 1068. — S. Thomas assignat casus in quibus lethalis peccati reus est qui detrahentem non corripit aut repellit. 1068.

Qui detrahentem sic audit, ut ei penitus displiceat detractio, et tamen ipsum non corripit, extra casus in superiori regula expositos venialis tantum peccati plerumque reus est. 1069

De peccato detractionem audientium, qui triplicis sunt generis: alii influunt in detractionem; alii in ea complacent; alii non impediunt cum possent. XV, 982

Primi peccant contra justitiam et charitatem; secundi contra charitatem, imo semper peccant; alii vel tenentur ex justitia impedire, vel non, 982, 983. — In primo casu non impedientes peccant contra justitiam, 984. — In secundo casu, non impedientes, peccant tantum contra charitatem vel mortaliter, vel venialiter, 985. — Quandonam detractionis auditio ab omni aut saltem mortali culpa vacat. 985, 663 et seq.

Qui ita detractorem audit ut inducat, vel excitet ad detrahendum, non minus peccat quam ipse detractor; similiter qui detrahentem verbis vel gestibus animat ad prosequendum. Unde tenetur ad restitutionem, nisi detractor ipse restituat, 666. — Qui audiendo detractorem lætatur, sed non inducit nec animat ad continuandum, peccat mortifere; non tamen tenetur ad restitutionem, quia non est causa damni, 666. — Qui nec inducit, nec lætatur, sed audit, nec resistit cum possit, aliquando peccat mortifere, aliquando venialiter, 666. — Quando audiens et tolerans detractionem, peccat mortaliter. XIV, 1124-887 et seq.

Christianus homo alienæ famæ detrahentes impatientius ferre debet, quam suæ, XI, 1069. — Detractionem detractione repellere nunquam licet, nec absque lethali peccato fieri potest, 1069. — Quisquis falsum crimen imposuit alteri, aut verum ejus crimen injuste et contra debitum ordinem prodidit, famam ejus restituere tenetur quo meliori modo fieri potest. Si restituere non possit, famæ damnum exhibitione honoris, commendatione virtutis aut alio congruo modo, secundum viri prudentis arbitrium compensare debet. Nisi ad id præstandum sit paratus, absolvere sacramentaliter non debet, 1071. — Ab alienæ famæ restitutione calumniator seu detractor excusatur, qui sine vitæ periculo restituere illam non potest, nisi calumnia sua alterum in vitæ periculum adduxerit, ex quo aliter eripi non valeat. 1073

Libellorum, carminum, seu canticorum famosorum auctores, et distributores ad famæ restitutionem obligantur, 1075. — Qui uno genere peccati infamem, aspergit alterius criminis infamia, restitutionis lege tenetur, 1075. — Detractores ad restitutionem non tenentur, cum eorum detractione nullum vulnus alienæ famæ inflictum est, etc.; cum infamia oblivione deleta, aut alio modo abolita est, famaque recuperata, 1075. — Justa compensatio detractorem eximat a restitutione famæ, 1076. — Justa compensatio non censetur, si quis famam ejus cui detraxit, in alio genere augeat, aut cum eo familiariter conversetur, 1077. — Justa condonatio restitutionis detractorem absolvit ab obligatione restituendi, 1077. — Prælatus, sive superior, qui detractorem audit communitatis sibi commissæ aut subditorum suorum famam dilacerantem; aut subditum suum alienæ famæ detrahentem, nec illum prohibet, ad restitutionem tenetur, 1078. — Detractor non solum ad restitutionem famæ direptæ vel extenuatæ, sed ad resarcienda omnia damna ex infamia secuta omnino tenetur, 1078. — Hæredes verbis restituere non tenentur famam a detractore discerptam, asserendo quod fuerit mentitus, vel falsum locutus, 1078. — Detractoris hæredes tenentur resarcire damna ex infamia secuta, 1079. — Detractor qui alterius famam lædendo, ipsum impedit ab ecclesiastici beneficii consecutione, ad restitutionem tenetur si jam collatum aut destinatum erat illi beneficium; ad compensationem vero si nondum collatum aut destinatum erit. 1079

De famæ restitutione, XV, 682, 983. *Vide* Fama. — Pœnitens non potest licite nominare complicem peccati ipsi confessario, quando illa manifestatio non est absolute necessaria, XIV, 1116-880. — Nec confessarius potest urgere pœnitentem, ut sibi declaret personam ac nomen complicis, eo fine tantum ut eum corrigere valeat aut curet, 1117-880. — Quidam docent pœnitentem non teneri ad explicandam circumstantiam peccati cum complice com-

missi, cum confessarius complicem novit. Probabilior ac tutior est sententia contraria, 1118-881.— Remedia adversus detractionem. XXII, 1316 et seq. 1319 et seq.

DETRACTOR, *vid.* DETRACTIO.

DEUS triplici potissimum nomine signatur ab Hæbreis *Adonai* Dominus, *Elohim* Deus, et *Jehovah* qui est, XV, 11. — Deus est id quo nihil melius, aut excellentius inveniri, aut excogitari potest; adeoque perfectiones omnes complectitur, nullius extra se boni indigitus, VI, 23. — Deus bifariam spectari potest : 1° ut in se est, et in se immediate attingitur, seu ut est auctor gloriæ; 2° quatenus relucet in creaturis et per eas abstractive cognoscitur, seu ut est auctor naturæ.— Deus, ut in se est, iterum duobus modis spectari potest : 1° entitative, seu objective; 2° communicative, X, 25-22.— Deus ut est auctor gloriæ est ens essentialiter supernaturale, 26-23. — Deus non solum principium, sed etiam primus et ultimus finis, seu summum hominis bonum est, et unice esse potest, 904 — Existit Deus, seu ens summa sapientia, bonitate, justitia præditum, idem auctor et conditor universi, liber in creando, providus in conservando, ens sibi sufficientissimum, necessarium, independens, optimum, perfectissimum, 903.

*Argumenta moralia.* Primum petitur ex utilitate religionis, seu ex securitate sententiæ affirmantis esse Deum, VII, 32 et seq.; II, 16. — Interest hominis esse Deum, 17. — Agnitio Dei nobis aperit ordinem rerum maxime cupiendum; amplificat naturam hominis et auget ejus dignitatem; adjunctam habet securitatem, 17.— Excitat ad omnes virtutes, 18. — Dei metus non affert molestiam, 19.— Agnitio Dei necessarium est societatis naturalis vinculum, 20 et seq. — Sine Deo nulla sunt mutua hominum erga se officia; nullum est inter bonum et malum morale discrimen, 20.—Sine Deo ad officia obligatio nulla est, 21.— Vitii horror, virtutis amor, etc., non sufficienter movent ad officia præstanda, 22 et seq.— Rejiciendus est Atheismus et ex animo Theismus amplectendus, 27. — Indifferentia quælibet circa quæstionem de existentia Dei, Deo injuriosa est et in homine culpabilis, 27. — Est dementia maxima et periculosissima, 27 et seq. — Utilius est homini Deum credere, quam negare, 35 et seq.—Ergo verissimus est Theismus, 37.—Mox dictis quicumque religionis adversarii debellantur,— 38. Doctrina hominibus utilis est vera, 40.— Agnitio numinis status civilis præcipuum fundamentum est, 43.—Deo ablato, nulla vera auctoritas, 43.—Imperfecta legum sanctio; multa officia omnino tolluntur, 44. — Delicta privata impunita. Verba Ciceronis, 45.

Argumentum secundum. Ex consensu nationum, II, 46 et seq.; VII, 34 et seq.—Nulla fuit usquam vel nunc est gens athea. Probatur ex variis gentium historiis, II, 46. — Ex gravissimorum auctorum testimoniis; ex legislatorum institutis, 47.— Objectio Baylii solvitur, 48 et seq.— Consensus generis humani summam vim habet ad persuadendum, 54 et seq.

Argumentum tertium. Ex sensibus naturalibus. Vox naturæ summam habet auctoritatem, 58. — Et illius voce ad Dei notitiam perducimur, 59. —Sensus a natura insiti indicant esse Deum, 59 et seq. — Qui dicunt se non sentire esse Deum, mentiuntur, ait Seneca, 61.—Non timor fecit Deos, VII, 36; II, 62. — Non ignorantia, 63. — Non legislatorum versutia, 65; VII, 35.—Deum esse et eum esse hominum rectorem ac judicem docet naturale lumen, I, 718 et seq.-363.

Argumentum quartum. Ex novitate mundi, II, 65. — Gentium omnium traditiones mundi originem non æternam, sed recentem esse testantur. Idem probant temporum monumenta, 66.—Nulla natio semi iterna, 67.—Artes et scientiæ recenter inventæ, 68. — Celebriores eventus determinatam ætatem habent, 70.—Solv. obj., 70 et seq. — Ex rebus cognitis falso per inductionem concluditur mundi æternitas, 71. — Conflagrationibus et eluvionibus arbitrarie suppositis non refelluntur argumenta positiva, 72. — Pars terræ superior argumento non est eam esse perantiquam, 73 et seq. — *Annotation* Clarissimi Cuvier testimonium, 83 et seq. — Socialis seu moralis ordo existentiam Dei probat, 93 *in nota.*

*Argumenta physica*, II, 93. — Arg. primum. Ex ordine rerum et virium naturalium sapienti temperatione, 94. — Deum esse ostendunt mundi species et apta partium dispositio; cœli majestas, 94.—Sol et luna; terra et montes, 95.— Circumfusus aer, 96 — Aqua terram cingens; ignis qui terram et universa corpora intus alit; plantæ et arbores, 97, 98. — Animantium varietas, 99. — Homo et ejus sensus, 101 et seq. — Ad probandum esse Deum, argumenti ex causis finalibus vis et auctoritas. Finis intentus in opere opificem probat, 107.— Dementis est concursioni fortuitæ tribuere mundi origo, 108. — Certiores sumus Deum esse, quam homines esse ratione præditos Verba Tullii, 109. — Non magis cæteros homines quam Deum cernimus, 110. — Ut corpus mentis, sic mundus Dei domus est, 110.— Omnis sermo atio est quasi oratio naturalis, vel quædam naturæ seu potius auctoris naturæ nobiscum collocutio a Deo instituta et proinde Deum esse probans, 110 et seq.—Nihil ex putrefactione nascitur, 115 *in nota.* —Ridiculæ generationes ab Atheis objectæ, 115. — Objicitur stultæ atomorum collisio, 114 et seq. — Cartesius, Mallebranchius, Buffonis finales impugnant causas quas admittunt plurimi viri illustrissimi, 117 et seq.

Argumentum secundum. Ex viribus naturalibus, motu et cogitatione. 1° Deum esse ostendit corporum motus, 122 et seq. — Absurdum est dicere motus originem et causam nullam esse, 123. — Non inest materiæ naturaliter et essentialiter vis motrix, 124 et seq. — Materia non est æterna; non habet essentialiter motum; essentialis non est materia certa quædam motus quantitas; neque ulla motus determinatio specialis potest materiæ partibus esse essentialis, neque diversa variis ejusdem partibus essentialiter competere, denique his quatuor constitutis quæ in mundo sunt inde non exsurgerent, VII, 29. — Corollaria, II, 129. — 2° Deum esse ostendit animis hominum indita cogitandi vis, 130. — Absurda est Epicureorum sententia, nempe cogitationem ab affectionibus materiæ accidentaliter oriri, 130. — Absurdum est cogitationem esse unam ex affectionibus materiæ, 132. — Absurdum est sentire cogitationem pertinere ad essentiam materiæ. 134

Argumentum tertium. Ex materiæ et animi existentia, 136. — Deum esse ostendunt omnes, quibus constat mundus, substantiæ. Materia et spiritus non sunt substantiæ per se existentes, 136 et seq.— Solv. objectio. Ex nihilo nihil existit eo sensu quod a nihilo nihil effici possit, 139 et seq.

*Argumenta metaphysica*, II, 141. — Argumentum primum. Ab existentia entis necessarii. Existit ens necessarium, seu infinite perfectum, 142. — Ens necessarium continet in natura sua necessitatem existendi, 144. — In idea Dei existentia continetur, VII, 13 et seq. — Demonstratur Dei existentia ab ente necessario, 19 et seq. — Ens necessarium est unicum. II, 145

Arg. secundum. Ab idea entis infiniti et perfecti. Mentibus nostris indita est idea infiniti et perfecti, 145. — Hæc idea a nulla alia causa quam ab ente infinite perfecto oritur, 146. — Confirmat Dei existentiam hujus ideæ constantia, 148. — Si ens perfectum esse potest, revera existit, 148 et seq. — Demonstratio existentiæ Dei inde petita quod solus Deus possit esse causa ideæ infiniti, VII, 77 et seq. — Quo sensu notio Dei est innata, 72. — Non est proprie et stricte innata, 74 et seq. — Idea infiniti est positiva. 75

Arg. tertium. Ex immutabili scientiæ natura, seu æternis rerum ideis et necessariis earum rationibus, II, 151. — Intelligitur a nobis veritas ut res infinita, æterna, universalis, necessaria et immutabilis, quæ posita sit in immutabilibus et necessariis rerum rationibus, 151. — Atqui illa immutabilis, infinita et necessaria veritas, est modus mentis infinitæ, æternæ, universalis, necessariæ et immutabilis, 153, 154. — Hanc sententiam impugnant auctores qui volunt sensum esse idearum et scientiarum originem, 155 et seq. — Cartesius vult essentias a Dei voluntate pendere, 162. — Solv. objectiones. Falso dicitur omnem intelligentiam nihil aliud esse quam sensatio a rebus corporeis excitata, 163 et seq. — Corpora non proprie a sensibus, sed solo intellectu percipiuntur, 166 — Abstractæ rerum ideæ non sunt mera humani animi figmenta, 167 et seq. — Rerum essentiæ a Deo non pendent, 171. — Quæ sunt argumenta quæ habeant vim ineluctabilem, 171 *in nota.*

*Corollaria.* Primum. Existentia Dei demonstratur a posteriori, 172. — Demonstratur per creaturas, VII, 11. — Secundum. Demonstratur a simultaneo, II, 173. — Tertium. Demonstratur a priori, 174. — A causæ alicujus primæ necessitate, VII, 27. — Quartum. Illa propositio : *Deus est*, nota est per se quoad se, II, 174 — Quintum. Nota est per se quoad nos, 174. — Attamen non sine aliquo discursu innotescit, VII, 79. — Sextum. Non datur invincibilis Dei ignorantia, 79.— Non solum a nullo invincibiliter ignoratur Dei existentia, sed revera nulli sunt athei speculativi, sed tantum practici. II, 175

Existentia Dei est primaria veritas. — *Argumentum primum.* Ex primo omnis ratiocinationis principio posito in eo quod cogitemus, XV, 12. — *Argumentum secundum.* Ex ipsa divinitatis idea a creatore nobis impressa, 12. — *Arg. tertium.* Ex natura cordis humani, cujus desideriis prorsus satisfacere res hujus terræ nulla potest, 12. — Ex amore justitiæ et desiderio gloriæ, 13. — *Arg. quartum* Ex animæ et corporis conjunctione, 13; VII, 28. — *Arg*

quintum. Ex lege naturali, quam cordibus nostris infixam advertimus, XV, 13. — *Arg. sextum*. Ex sensu doloris, cui sumus obnoxii, 14. — *Arg. septimum*. Ex spectaculo universi orbis, 14. — *Arg. octavum*. Ex motu rerum creatarum, 15. — *Arg. nonum*. Ex ipsa Dei natura, 15. — *Arg. decimum*. Ex revelatione, 15. — *Vid.* Athei.

De natura Dei generatim, II, 204. — Quomodo natura Dei cognosci possit, 205. — Cognitio abstractiva divinæ naturæ, quam habemus in hac mortali conditione, vera est et sincera; seu ex effectibus naturalibus, ex ideis menti nostræ congenitis, et creaturarum perfectionibus apprehendimus Dei perfectiones, si non perfecte et quoad modum infinitum, saltem ut in se sunt et quoad speciem, 206 et seq. — De attributis Dei generatim consideratis. Alia sunt absoluta, quæ absolute de natura divina enuntiantur et tribus communia sunt personis; alia relativa quæ sunt singulis personis propria, ut paternitas, etc., VII, 80. — Quis sit fons omnium Dei attributorum, 80. — Ascitas seu independentia est differentia Dei specifica, 80 et seq. — Necessitas existendi, inter Dei attributa, illud est quod potiori jure dici debet gradus divinæ essentiæ constitutivus, II, 211. — Quomodo attributa divina inter se distinguantur, II, 209. — De distinctione Dei attributorum, VII, 84 et seq. — Circa hanc quæstionem triplex est sententia: prima est Nominalium qui solam nominum distinctionem admisere inter Dei attributa. Secunda est Scoti quæ pro distinctione reali formali decertat. Tertia est Thomistarum qui distinctionem rationis ratiocinatæ et virtualem admittunt, 86; II, 209. — Inter attributa divina tum absoluta, tum relativa ad essentiam comparata, et absoluta ad invicem, nulla est realis, ne quidem formalis distinctio admittenda, VII, 86 et seq. — Non sufficit distinctio nominalium inter attributa divina, sed virtualis est admittenda, 93. — Quodnam sit fundamentum illius distinctionis virtualis. Illa distinctio est perfecta inter singula attributa, 95. — Essentia et attributa de se invicem prædicantur in sensu reali et identico, non vero in sensu virtuali seu formali, 95. — Sententia Gilberti Porretani, 98. — Aliqua distinctio admittenda est inter essentiam Dei et ejus attributa: sed distinctio realis admitti non debet. VI, 932, 933

Attributa Dei non sunt plura realiter, sed virtualiter tantum, propter suam simplicitatem et unitatem.

De attributis sigillatim consideratis. In tres classes commode tribui possunt: alia sunt incommunicabilia, ut unitas, simplicitas, infinitas, æternitas, immensitas, immutabilitas, independentia, VII, 98; II, 212. — Alia sunt communicabilia, ut vita, scientia, voluntas, potentia, libertas, felicitas. Alia dici possunt moralia, ut sapientia, sanctitas, bonitas, justitia, 212. — Ens necessarium debet esse: 1° æternum, 2° immutabile, 3° independens, 4° immensum, 5° spiritale, 6° creator, 7° summe intelligens, 8° summe felix, 9° liberum, 10° sapiens, 11° bonum, 12° provisor. Omnibus tandem perfectionibus cumulatur et eas complectitur in infinito gradu, VII, 23 et seq. — Necessitas existendi est prima entis necessarii perfectio. Nulla est vera perfectio cum necessitate existendi incompatibilis. Ens cui competit, et quia ipsi competit necessitas existendi, debet habere omnes perfectiones quas habere potest, 23; 81, 82

De unitate seu singularitate Dei. Errores, II, 230 et seq. — De unitate Dei contra gentiles, VII, 98 et seq. — Unicum esse Deum, seu unicam primam omnium rerum causam, sine æquali, ratio evidenter demonstrat, II, 233. — Consensio philosophorum circa unitatem Dei summi, 337. — Consensio nationum omnium, 238 et seq. — Hæc assertio firmatur auctoritate optimorum testium, 238. — Firmatur poetarum auctoritate, 239 et seq. — Mansit in communi omnium gentium fide unum esse supremum Deum omnium rerum parentem, 243 et seq. — Testimonia in toto orbe collecta. Primo, Europæ, 247 et seq. — Secundo, Asiæ, 251 et seq. — Tertio, Africæ, 264 et seq. — Quarto, Americæ, 271 et seq. — Solv. objectio. Dii gentium quinque classibus comprehenduntur, 280 et seq.

De unitate Dei contra hæreticos, VII, 101. — Non sunt admittenda duo summa rerum principia, 102 et seq. — Solv. objectiones, 109 et seq. — Abhorret ab omni ratione doctrina de duobus diis contrariis, quæ tribuitur Manichæis, II, 284 et seq. — Deus eo sensu unicus est, quod solus necessariam et æternam habeat existentiam: nec materia ullo modo in hujus necessariæ existentiæ participationem venire potest, 287. — Unus tantum Deus credendus est. VI, 21 et seq. 249

De Dei simplicitate, VI, 23; VII, 118. — Quomodo Deus sit simplex, 118. — Deus purus est spiritus, omnis corporis expers, 119. — Admitti potest in Deo compositio metaphysica, 121. — Sententia quorumdam veterum de Dei simplicitate. Melito Sardensis, 122. — Audius, 123. — S. Epiphanius, 124. — Lactantius, 126. — Tertullianus. 127

De Dei infinitate, II, 212, 213. — Deus est in omni genere perfectionum infinitus, VI, 950; VII, 130. — Deus est actu et simpliciter infinitus, 131. — Deus continet formaliter perfectiones simpliciter simplices; eminenter vero perfectiones secundum quid: natura autem divina adæquate sumpta continet formaliter perfectiones simplices, sed singulæ personæ non eas formaliter continent, 132. — Nihil deest perfectioni singularum personarum SS. Trinitatis. 133

De Dei æternitate, VI, 23; II, 215. — Deus æternus est, seu principio et fine caret, 215; VII, 134. — Æternitas Dei nullam admittit successionem; non est tempus infinitum, 135 et seq.; II, 215 et seq. — Deus solus est æternus. VII, 137

De Dei immensitate. Variæ sententiæ, II, 217; VII, 138. — Deus est immensus, seu rebus omnibus, tum corporeis, tum spiritualibus, intime præsens est ratione substantiæ, II, 219; 226 et seq. — Deus est ubique substantialiter præsens, VII, 139. — Deus est ubique, totus in seipso, VI, 26, 950. — Per quid Deus sit immensus, VII, 142. — Deus non constituitur formaliter in loco per suam operationem, 143. — Efficaciter probatur Dei præsentia rebus ex sua operatione, 144. — Deus non est extra mundum et in spatiis imaginariis positive, sed est negative, 145. — Deus non est formaliter extensus, seu spatium, quod fingitur infinitum, non est divina immensitas, II, 220 et seq. — Deus est ubique præsens triplici ratione, scilicet per potentiam qua omnia producit, conservat, et operatur omnia in omnibus; per scientiam qua omnia cognoscit, et gubernat; per essentiam sive substantiam qua rebus omnibus intime creditur præsens. Quod Deus ubique sit, scimus; quomodo autem non intelligimus. VI, 950 in nota.

De Dei immutabilitate, VII, 146. — Deus est immutabilis, VI, 24. — Deus est omnino immutabilis, II, 229; VII, 147 et seq. — De concordia libertatis cum immutabilitate. Prima sententia, 150. — Secunda sententia, 153. — Posterior modus conciliandi cum immutabilitate libertatem est admittendus. 153 et seq.

De attributis Dei communicabilibus. De vita Dei, II, 289. — Inter Dei et rerum creatarum tantum est discrimen, quantum inter finitum et infinitum, 290. — Deus solus proprie continet vitam in semetipso, proprie habet immortalitatem. 290, VI, 23

De intellectu Dei et ejus scientia. Scientia Dei est infinita, VI, 27. — Scientia divina, qua Deus in immutabili æternitate sive omni successione omnia sibi præsentia habet, non nisi unica, eademque simplicissima statui debet, 950 in nota. — Multa sunt discrimina scientiæ divinæ ab humana: non est accidens, sed ipsa Dei substantia; non est successiva, sed tota simul; non est discursiva, omnia Deo sunt æqualiter nota; non est præcisiva, sed omnia unico intuitu pervadit; est plane invariabilis, VII, 227. — Scientia Dei est actus quo Deus certo et perfecte omnia cognoscit, 227, 258. — Varia scientiæ Dei objecta. Primo, Deus seipsum perfectissime novit, 227; II, 291. — Secundo, Deus novit omnes rerum essentias, 291. — Tertio, Deus novit omnia entia possibilia, quæ scientia dicitur a scholasticis scientia simplicis intelligentiæ, 291, 292; VII, 228. — Quarto, Deus novit omnia existentia etiam minutissima, et ipsas hominum cogitationes, 228; II, 292. — Quinto, scientia Dei extenditur ad omnia bona et ad omnia mala, VII, 228. — Sexto, Deus novit ab æterno futura omnia, seu necessaria, seu libera. Quæ scientia vocatur in scholis scientia visionis, II, 292, 293. — Solv. objectio. Scientia Dei cum humana libertate consistere potest, 293 et seq. — Dei præscientia libertati humanæ non officit, VI, 28. — Deus certissime cognoscit futura omnia contingentia et libera, VII, 230 et seq. — Deus certissime cognoscit futura conditionata, 234 et seq. — Quadruplex affertur divisio scientiæ Dei. Dividitur 1° in speculativam et practicam; 2° in necessariam et liberam; 3° in scientiam approbationis et scientiam improbationis; 4° in scientiam simplicis intelligentiæ, et scientiam visionis, 238, 239. — De postrema divisione inter se disputant Moliniani, Thomistæ et Augustiniani, 239 et seq. — Quæstio præsens, an scientia conditionatorum medium locum teneat inter scientiam simplicis intelligentiæ et scientiam visionis, prout naturam liberarum sub conditione futurorum respicit, non est controversia de nomine, sed quæstioni maximi momenti est connexa, 242. — Eadem quæstio de scientia inter scientias simplicis intelligentiæ et visionis media, tota est de nomine inter eos qui de natura conditionate futurorum secum conveniunt, 242. — Quidquid de natura objecti scientiæ conditionatorum statuatur, satius videtur hujus-

modi scientiam sub ea quæ dicitur simplicis intelligentiæ, complecti, 243. — Theologi satis unanimiter definiunt Deum semetipsum cognoscere sine medio, res omnes possibiles in essentia et omnipotentia sua; omnes res existentes, in decretis suis et operationibus. Sed quod spectat res futuras in magna sunt dissensione. Non audeam dicere, ait Aug., quomodo Deus novit. II, 295

De usu scientiæ Dei in condendis decretis divinis circa liberas creaturarum actiones, VII, 243. — Decretum divinum est actus quo Deus vult ut aliquid fiat. Multiplex est, 245. — Quid ordine decretorum et scientiarum in Deo, vocibusque *instantium rationis* a se confectis theologi scholæ significent, 245 et seq. — Quid nominibus libertatis, actuum liberorum, gratiæ, et statuum naturæ intelligatur, 247. — Quæstionis de usu scientiæ Dei status amplius declaratur, et principia quædam ad quorum normam varia systemata expendenda sunt, traduntur, 248. — Varia theologorum de usu scientiæ Dei systemata exponuntur, 249. — Primo, systema Thomistarum explicatur, 250, 315. *Vid.* THOMISMUS, PRÆMOTIO PHYSICA. — Usus scientiæ Dei in sententia Thomistarum. 262

Ordo scientiarum et decretorum in systemate Thomistico. 263

Quid de scientiæ Dei mediæ natura et objecto Molina statuat, 282. — Ordo decretorum in systemate Molinæ, 286. — Systema Suaresii de scientiæ Dei usu, auxiliis gratiæ et actione Dei in creaturas. Ipsum est systema Molinæ in quibusdam emendatum, 288 et seq. — Systema Vasquesii cum Suaresiano in multis consentit, in nonnullis differt. 294

Systema Augustinianorum, id est, theologorum qui præmotionem physicam non admittendam rati, gratias tamen de se efficaces, sed morali modo tantum moventes propugnant, VII, 295. — Rigidiorum Augustinianorum sententia, 297. — Expenditur, 374. — Systema molliorum Augustinianorum, 301, 381. — Expenditur singularis opinio Grandini, 302, 381. — Josephi a Vita, Thomassini, etc., sententia, 303. — Expenditur. 383

Systema scholæ Lovaniensis, 305, 385. — Expenduntur varia theologorum systemata de usu divinæ scientiæ in decretis circa liberas creaturarum actiones condendis, 311. — Augustiniani, etc., positis suis principiis, aliquem scientiæ conditionatorum ad sensum Molinæ et Suaresii quantum ad substantiam explicatæ usum in Deo admittere tenentur, quidquid contra obsistant, 312. — Ex variis theologorum systematibus circa actionem Dei in creaturas liberas, et usum ejus scientiæ in formandis decretis ad eas attinentibus, colligitur quam difficilis sit hæc quæstio, 385. *Vid.* GRATIA.

De medio in quo Deus omnia cognoscit, 386. — In quo medio seipsum et res possibiles Deus intueatur, 386. — Cognoscit Deus res possibiles in propriis eorum ideis in essentia sua contentis, cum ordine ad omnipotentiam, 387. — In quo medio Deus videat futura absoluta, 389. — Deus non videt futura libera in suis ideis, 390. — Quibusnam in decretis videat futura libera, incertum est, 391. — Deus in voluntate creata omnibus ad agendum prærequisitis instructa, non potest futura libera certo videre, si ejusmodi prærequisita cum consensu libero infallibiliter connexa non sint, 391. — Deus supposito decreto creandi Petrum, potest videre futuras Petri actiones liberas 1° in seipsis; 2° in reali earum cum æternitate coexistentia; 3° in veritate earumdem objectiva, 391, 392 et seq. — De medio in quo Deus videt futura conditionata, 393. — Sententia Thomistarum de decretis absolutis ex parte Dei et conditionalis ex parte objecti in quibus futura libera conditionata Deus cognoscat, multis difficultatibus obnoxia est. Quæ tamen in hæc decreta specialiter afferuntur, non videntur esse decretoria, 397. — Deus in sua essentia, ut in specie intelligibili in repræsentando infinita, seu in suis ideis, non videt futura libera conditionata seu naturalis, seu etiam supernaturalis ordinis, posito quod gratia per se efficax non admittatur, 400. — Qui motiones et gratias ex natura sua infallibiles non asserunt, teneant necesse est, Deum futura libera conditionata in eorum causis non videre, 401. — Deus futura libera conditionata potest in seipsis et in veritate eorum objectiva certo cognoscere, 401. — Qualis Dei scientia sit causa rerum, 402. — Scientia Dei non est causa rerum effectrix, sed directrix tantum, idque muneris competit scientiæ simplicis intelligentiæ, non scientiæ visionis. 402 et seq.

De Dei voluntate. Definitur propensio in bonum, seu amor boni et mali aversio, II, 296. — Deus summa voluntate seu amore seipsum, et suas perfectiones prosequitur, 296. — Deus voluntate seu amore naturali nihil prosequitur præter semetipsum, 297. — Quotuplex in Deo voluntas, VII, 405. — Alia dicitur 1° voluntas signi, alia beneplaciti; 2° alia antecedens, alia consequens; 3° alia efficax, alia inefficax; 4° alia absoluta, alia conditionata, 406, 421; VI, 951 *in nota*; X, 1206, 1209, 1255-950, 952, 953, 987. — Voluntas beneplaciti est verus et internus actus voluntatis divinæ, qualis est voluntas dandi gloriam electis, VII, 406. — Voluntas signi non est verus et internus actus divinæ voluntatis, sed ejus duntaxat signum aliquod, quod est quintuplex, scilicet præceptum, prohibitio, consilium, permissio et operatio, 406. — Falso generatim asseritur meram esse signi, non beneplaciti voluntatem, quoties ea quæ Deus externis imperat vel consulit, non eveniunt, vel econtra fiunt quæ prohibet, 407. — Voluntas antecedens ea est quæ objectum considerat in se, præcisis circumstantiis; dicitur voluntas bonitatis et misericordiæ. Voluntas consequens ea est quæ objectum suum considerat omnibus vestitum circumstantiis dicitur voluntas justitiæ, 408. — Admittenda est in Deo distinctio voluntatis antecedentis et consequentis, 408. — Voluntas antecedens non abstrahit a circumstantiis generalibus naturæ humanæ in præsenti statu, quale est peccatum originale, sed a particularibus tantum, præsertim consensu vel dissensu gratiæ divinæ, 409. — Voluntas antecedens in Deo vera est et sincera, non figurata duntaxat et metaphorica, 410. — Voluntas absoluta ea est quæ a nulla conditione pendet, sed ab uno Dei libero arbitrio, talis est voluntas creandi mundum. Voluntas conditionata est quæ pendet ab aliqua conditione, qualis est voluntas salvandi omnes. Voluntas efficax semper impletur; inefficax non impletur. 411

Objectum divinæ voluntatis idem est ac divini amoris, et duplex distinguitur: primarium, quod propter se amatur et propter quod cætera amantur, et est Deus ip se; secundarium, quod amatur propter aliud, et sunt creaturæ, 412. — Deus indirecte tantum et per accidens vult mala naturæ, qualia sunt monstra. Vult pariter mala pœnæ indirecte tantum. Nec directe, nec indirecte vult mala culpæ, 412 — Quo sensu Deus dicitur indurare, 413; I, 100 et seq.-76. — Proprietates voluntatis divinæ sunt efficacia, libertas, et ordo decretorum ipsius, VII, 413. — Dei voluntas efficacissima est, et semper impletur, si absoluta sit nullaque ex conditione suspendi velit quem intendit effectum, VI, 51. — In iis quæ Deus operatur sine creaturæ liberæ cooperatione, Dei voluntas semper impletur, neque illi resisti potest, VII, 413. — Datur in Deo voluntas absoluta et efficax, etiam circa actus liberos, quæ semper impletur, 414. — Voluntas Dei conditionata, cujus conditio a solo Deo non pendet, sed a libera creatæ voluntatis cooperatione, non semper impletur. 415

De libertate divinæ voluntatis a necessitate, et indifferentia activa electiva, circa opera Dei ad extra, 416. — Deus est circa creaturas liberrimus, 417. — Posito quod Deus creet, non necessario id producit quod est optimum, 418. — Libertas divina est ipsa volitio Dei quoad entitatem necessaria, prout respectu creaturarum est indifferens, et ad eas terminari potest, vel non terminari, 419. — De ordine decretorum voluntatis divinæ. Nulla est causa divinarum volitionum nec effectrix nec finalis, 419. — Inter divina decreta nullus admitti potest ordo realis secundum prius et posterius, 420. — Sed admittendus est ordo aliquis virtualis et secundum nostrum intelligendi modum. 420

An sit in Deo vera et sincera voluntas salvandi omnes, et Christus pro omnibus mortuus fuerit, VII, 421. — Status quæstionis, 421. — Erraverunt circa voluntatem Dei salvandi omnes, et mortem Christi pro omnibus, Pelagiani et Semipelagiani, Prædestinatiani, Calvinus, Jansenius, 422, 423. — Mens ac doctrina Jansenii circa voluntatem Dei salvandi omnes homines, 424 et seq — Jansenius non omnino negavit omnem in Deo pro salute omnium voluntatem veram et aliquo sensu activam, 426. — Opiniones septem circa voluntatem Dei salvandi omnes homines, 431. — De fide est Deum, supposito etiam originali peccato, velle vera ac sincera voluntate aliquorum aliorum quam prædestinatorum salutem, ita ut illis conferat auxilia vere ac relative sufficientia quibus salutem consequi possint, 440 et seq. — De fide est Deum sincere velle conferre justis omnibus, urgente præcepto, ipsisque reipsa conferre gratias vere sufficientes quibus possint actualem et prementem concupiscentiam superare, et mandata hic et nunc observare, 444. — De fide est Deum sincere velle omnes fideles justificatos salvos fieri, 453. — Deus vera, sincera et actuosa voluntate, supposito originali peccato, suppositis etiam actualis concupiscentiæ gradibus, vult omnium ac singulorum hominum salutem, ac proinde ipsis confert aut saltem præparat gratias vere ac relative sufficientes ad salutem consequendam. Probatur 1° ex Scripturis, 456. — Prob. 2° ex Conciliis, 458. — Prob. 3° ex SS. Patribus, 459. — Prob. 4° ex unanimi ac constanti scholarum consensu, 461 et seq. — Prob. 5° ex momentis theologicis

489 et seq. — Deus solos electos vult salvos fieri, voluntate absoluta, consequente et efficaci, 485, 486. — Objectiones ex Scriptura, 487. — Ex sancto Augustino, 488 et seq. — Ex Ecclesia Lugdunensi, 497. — Ex doctoribus scholæ, 502. — Ex momentis theologicis, 506 ad 532. — Multiplici sensu dici potest omnis Dei voluntas, etiam generalis et antecedens, salutis omnium hominum, semper efficax esse et aliquo modo impleri, 508 et seq. — Opiniones circa voluntatem Dei salvandi parvulos sine baptismo decedentes. Deus vult sincere salutem parvulorum in utero materno decedentium, et eis sufficienter providit media vere sufficientia salutis, 527 et seq. — Voluntas Dei vera et sincera salvandi omnes conditionata est, et aliquid supponit ex parte creaturæ, 329; VI, 54. — Cur omnes homines non salventur, cum Deus omnium salutem velit, 55 et seq. — Quid sentiendum sit de Dei voluntate circa hominum salutem, X, 1206 et seq. — Doctores præstantissimi docent Deum velle voluntate sincera et antecedente omnes homines salvare, absoluta et consequente solos electos. 1204

De affectibus voluntatis divinæ et perfectionibus ei annexis, VII, 544. — Affectus præcipui sunt amor, odium, gaudium, desiderium, spes, desperatio, timor, tristitia, ira, pœnitentia, 545. — Amor et gaudium sunt formaliter in Deo, 544. — Cæteri affectus Deo tribuuntur sensu metaphorico et improprio, 545. — Perfectiones voluntati divinæ annexæ sunt omnipotentia, justitia et misericordia, 546 et seq.

De potentia Dei. Potentia generatim est vis efficiendi, et potentia infinita est vis efficiendi omnia possibilia. Deus habet potentiam infinitam et illimitatam, II, 298. — Potentia in Deo duplex, alia absoluta, alia ordinata vel ordinaria. Absoluta ea est secundum quam Deus potest omnia quæ simpliciter et absolute sunt possibilia. Ordinata vel ordinaria dicitur, qua Deus operatur secundum communem rerum ordinem ab ipso institutum, VII, 1224. — Potentia ordinata est, cum Deus operatur non solum ex sapientiæ, sed et bonitatis, decentiæ ac congruitatis legibus; absoluta, cum operatur ex solis legibus justitiæ, 1408, in nota. — Omnipotentia Dei est vel ipsa efficacissima Dei voluntas, vel ex ea necessario et proxime emanare intelligitur; nam Dei posse, velle est; et non posse, nolle (*Tertull.*), 546. — De omnipotentia Dei, VI, 48. — Omnipotentiæ nomine intelligimus Deum omnia posse, et in omnia potestatem ac dominatum exercere, 49. — Potest Deus omne quod possibile est absolute, sive quod contradictionem non habet, 49. — Quidquid vult potest, 931, *in nota*. — Fidei in Deum omnipotentem utilitas, 72. — De libertate Dei, II, 298. — Deus est summe liber, 299 et seq. *Vid.* supra *Libertas divinæ voluntatis*, VII, 446 et seq. — De concordia libertatis cum immutabilitate. *Vid.* supra. — Immutabilitas Dei, 150 et seq. — De felicitate Dei, II, 304. — Summa est et infinita Dei felicitas. 305

De visione Dei. Intuitiva Dei visio est clara essentiæ divinæ ut in se est notitia, VII, 158. — Deus videri non potest oculis corporis, VI, 368. — Mens creata divinæ essentiæ visionem naturæ viribus consequi non potest, 370. — Deus nulla mente creata comprehendi potest, 371. *Vid.* VISIO, SANCTI. — Deus a nobis comprehendi potest non curiositate et tota mentis acie, sed sanctitate et mentis religiosa sobrietate, VIII, 42. — Deus fecundus est ex plenitudine naturæ suæ perfectæ; in seipso alium seipsum generat, III, 605. — Generat substantialem sui ipsius imaginem. Quæ imago ab intellectu Patris procedens dicitur Verbum, 606. — Pater filium diligit; filius dilectus mutuo Patrem diligit. Quoniam hic mutuus amor substantialis est, ut est cogitatio, tertia prodit persona, quæ est Spiritus sanctus a Patre filioque procedens, 606. — Quæ de Deo et ejus filio Jesu Christo christiani lapides docent, exponuntur. V, 524 et seq.

Creator cœli et terræ Deus est, VI, 73 et seq., 906 et seq. — Quamvis Deus creaturas plurimas ex aliis condiderit, et etiamnum producat, illarum nihilominus creator proprie et vere appellatur, 74, 75. — Creator omnium visibilium et invisibilium, spiritualium et corporalium, 76. — Virtus creandi soli Deo competit, ac proinde Deus omnium auctor est creaturarum, VII, 1207. — Nulla creatura potest donari virtute creandi, nec etiam rationem habere potest instrumenti physici respectu creationis, 1207. — Deus omnium conservator ac rector est, VI, 90 et seq. — Deus summum, absolutissimum et prorsus independens in omnes creaturas habet dominium, ratione creationis et conservationis. De omnibus libere disponere potest prout placuerit. Nec cuiquam fiet injuria: seposita tamen ejus liberali promissione et ordinatione, quæ quamdam inducit obligationem, non quidem justitiæ proprie, sed fidelitatis, seu veritatis, quæ virtus passim in Scriptura justitia vocatur, XV, 477. — Divinum imperium duplex est, aliud physicum seu naturale, cui omnis natura obtemperat; aliud morale in creaturas rationales et liberas per leges morales, II, 310. *Vid.* PROVIDENTIA.

Attributa Dei moralia. Est in Deo providentia perfectissima, et hæc ad omnia singularia, etiam vilissima, extenditur, atque omnia per se regit et moderatur, VII, 549 et seq. *Vid.* PROVIDENTIA. — De divinæ Providentiæ attributis. De sapientia Dei, II, 315. — Scientia Dei versari nobis videtur in rerum omnium speculatione; sapientia vero practica est et versatur in rebus agendis, 316. — Deus in administratione rerum est summe sapiens, seu est in Deo constans seu voluntas utendi omnipotentia sua ad obtinendos fines optimos per optima media, 316. *Vid.* OPTIMISM. — Dei sanctitas est amor rectitudinis et boni moralis in creaturis suis, et aversatio omnis impuritatis, 317, 318. — Dei providentia sancta est, 318. — Dei justitia late sumpta est constans voluntas sequendi immutabilem rerum ordinem. Stricte sumpta est constans voluntas tribuendi unicuique pro meritis præmia vel supplicia, 319. — Dei providentia justa est. Deus justitiam revera exercet in hac vita, quantum rerum conditio patitur, et sanctionibus præmiorum et pœnarum leges suas confirmavit, 319. — Deus est justus, VII, 548. — Stricte loquendo non est in Deo justitia commutativa. — Est in Deo justitia distributiva decernens mercedem meritis proportionatam. — Est etiam in Deo justitia vindex rependens malis debita supplicia. 548

De bonitate Dei, II, 320. — Dei bonitas est constans voluntas nobis benefaciendi, quantum patiuntur fines quos sibi Deus proposuit, 321. — Quando divina bonitas creaturis non merentibus bona dividit, *gratia* est; quando creaturis malis et habentibus mala merita tribuit bona, *misericordia* est; ubi homines malos punire tardat, *longanimitas* est, 321. — Deus bonus, seu benefica voluntate movetur erga omnes suas creaturas, 321. — Non necessitatibus tantum nostris provisum est, usque ad delicias amamur, 321, *in nota*. — Deus summe misericors est et justus, VI, 30. — Deus neminem deserit, reprobat et damnat sine malis meritis, 31. — Misericordia Dei prædestinantis definitur a S. Paulo electio ad gloriam, 951. — In Scripturis frequenter occurrit divinæ misericordiæ commendatio, VII, 549. — Deus malum permittit, non agit, I, 97 et seq.-74. — Omnium motionum causa naturalis est, non causa moralis erroris, 105-80. — Deus non est auctor peccati; non facit iniquitatem; non tentat ad malum, 1265-997. — Cur Deus bonus mala permittit, et quæ mala, II, 322. — Objectiones solvuntur, 322 et seq. — *Vid.* PROVIDENTIA. — De Deo vindice et providente, I, 718 et seq. — Verba Tullii. 718-565

Deus nec per se, nec per alium fallere potest, I, 90 et seq.-68. — Argumenta suadere volentium quod Deus fallere aliquando potest, 87 et seq.-87. — Eadem argumenta diluuntur, 94 et seq. -71. — Deus veritas est et ab eo error est nullus, 555-456. — Circa majestatem Divinitatis tria nobis credenda proponuntur; primo unitas Dei; secundo trinitas personarum; tertio opera divinitatis propria, quorum primum creatio ad naturam pertinet, alterum hominis sanctificatio ad gratiam, tertium beatificatio ad gloriam, VI, 14. — Deus est summum bonum, 29. — Deitas omnium bonorum ubertas et gloria est, VIII, 1253. — Bonus vir sine Deo nemo est, III, 337. — Ex divinis perfectionibus nonnulla colliguntur documenta ad morum informationem, VI, 33 et seq.

Opera Dei ad extra sunt propter finem. XI, 606

DEVOTIO derivatur a verbo *devoveo*, XVII, 1123. — Devotio est pius et humilis affectus in Deum, humilis ex conscientia infirmitatis propriæ, pius ex consideratione divinæ clementiæ, 1098, 1125. — Affectus est spontanea quædam ac dulcis ipsius animi in Deum inclinatio, 1125. — Devotio significat affectum et propensionem voluntatis, 1124. — Devotio perficit orationem, 1124. — Devotio ipsa est actus quidam qui hominem reddit facilem et promptum ad obsequium et cultum Dei. Quod facit ipsa devotio per seipsam formaliter, vel virtute, quamdiu illa permanet, 1130. — Sitne devotio semper actus religionis, et quomodo ad alios actus qui in orationem mentalem interveniunt comparetur, 1132 et seq. — Quas causas vel effectus habeat devotio, 1139 et seq. — Devotio est actus religionis ex parte voluntatis. Est voluntas quædam prompte tradendi se ad ea quæ pertinent ad Dei famulatum. XIV, 14-15

DIABOLUS, est princeps angelorum rebellium. Idem est ac Satanas et Lucifer, VII, 850. — Diabolus est vox græca quæ significat delatorem, calumniatorem, 850, 851. — *Vid.* DÆMON.

DIACONATUS est sacramentum, XXIV, 715. — Communis et certa est theologorum sententia, XXV, 35. — Diaconatus definitur: ordo sacer et sacramentum, quo potestas tribuitur proxime inserviendi presbytero rem sacram facienti, 35. — In diaconatu est externum ac visibile sym-

bolum. In ordinatione diaconatus gratia producitur, 24, 716. — Character imprimitur, 717.—Diaconatui non deest institutio divina, 717. — Proponuntur objectiones, 718. — Eædem objectiones solvuntur, 721. — Materia diaconatus apud Græcos, 745. — Apud Latinos sola impositio manuum non est essentialis materia, 745. — Duplex materia diaconatus in Ecclesia Latina, partialis una et essentialis, quæ est impositio manuum episcopi cum his verbis: *Accipe Spiritum sanctum*, etc; altera quæ est traditio libri Evangeliorum, cum his verbis: *Accipe potestatem legendi Evangelium*, etc., 758 et seq. — Quando confertur character diaconatus. Non duplex confertur, ut in presbyteratu, 759. — Quomodo Evangeliorum liber dicatur materia partialis ordinationis diaconi, 759 et seq. — Si Diacono manus imponitur, cur iterum presbytero manus imponantur? An servandus est ritus quo jubetur diacono solus episcopus manus imponere. 761

Diaconissæ, ut plurimum, e viduis eligebantur sæpe etiam perpetuæ virgines eo munere fungebantur, V, 1288. — Non nisi viduis unius viri, jam ætate provectis inter diaconissas dabatur locus, 1288.— Diaconissarum munera, 1289. — De ætate diaconissarum, 1288, *in nota*. — Diaconissas nullam manuum impositionem accepisse quidam putant, 1289, *in nota*. — Diaconissæ etiam dicebantur diaconorum uxores antediaconatum ductæ. 1290, *in nota*.

Diaconus. De traditione flabelli diacono apud Græcos, XXIV, 1505. — Cur diaconi non unguntur, 1539. — In causis fidei vox deliberativa diaconis conferri potest, IV, 610. — Diaconus græce idem sonat ac latine minister. XIX, 1068

Dialectica sepimenti instar est disciplinis cæteris, ne ab sophistis veritas proculcetur. I, 34-29

Dictamen conscientiæ discursivum est, nitens syllogismo, cujus majorem ponit synderesis, minorem subsumit ratio, conclusionem universalem infert scientia moralis; particularem vero, seu de hic et nunc, prudentia et conscientia. XI, 115

Dictum vetus et vulgare: In necessariis unitas, in dubiis libertas, in omnibus charitas.

Dies in sacris libris interdum tempus lucis significat, interdum indeterminatum temporis spatium, VII, 1348. — Recentiores censent mundum non esse confectum sex dierum spatio vulgari sensu accepto. 1351, *in nota*.

Dierum quænam appellatio et divisio, XXVI, 110.—Dies artificialis quomodo dividitur.— Cui omnium primo diei in horas divisio tribuenda, 110. — Plura dierum genera apud Hebræos, 236. — Apud Romanos dierum distinctio in dies festos, profestos et intercisos. Festi fuerunt diis dicati; profesti hominibus ad administrandam rem privatam et publicam concessi; intercisi, deorum hominumque communes, XV, 161. — Dies artificialis est quasi dimidia pars diei naturalis, non semper æqualis. — Dies naturalis dicitur qui integra solis circulatione perficitur et complectitur noctem cum die artificiali. XVIII, 32

De die dominica, sabbato veteris Legis substituta.—Per præceptum de sanctificatione sabbati homines Deo famulatum ac cultum debitum reddunt, XIV, 337-267. — In tertio mandato præcipitur exterior Dei cultus sub signo communis beneficii, 338-268. — Hoc præceptum litteraliter intellectum est partim morale, partim cæremoniale, 339-270. — Dominica dies in lege nova non est juris naturalis aut divini positivi, sed ex constitutione Ecclesiæ et consuetudine populi christiani. Ita communiter, 341-271, 337, *in not.*-267 — Hinc in ordine ad praxim duo colligenda, 339, *in not.*-269. — Non est ita arcta prohibitio operandi in die Dominica, sicut in die sabbati. 341-271

Sabbatum significabat primam creationem, in die Dominica commemoratur nova creatura inchoata in resurrectione Christi, 343-271.—Diem dominicam et festos in honorem Dei consecratos violare, peccatum est sacrilegii, ex genere suo mortale, 343-273. — Quibus operibus vacare teneantur fideles in diebus dominicis et festivis. Sola Missa est de præcepto, 344-273. — Audiens missam cum reverentia et attentione, etiamsi non sit in statu gratiæ, satisfacit præcepto, 346-275. — Monita ad fideles, 346, 347-275. — De peccato die dominica commissio, 348-276. — Solus cultus interior et cessatio a servilibus operibus cadit sub præcepto. Non omne peccatum in die festo commissum induit malitiam sacrilegii, 350-278. — Multum reprehendendi sunt fideles qui non solum divinis obsequiis non vacant die dominica, sed vacant profanis sodalitiis, choreis, etc., etc., quasi hæc dies potius sit dicata diabolo, quam vero Deo, 351-279. — Licet abstinentia a servilibus et auditio Missæ sufficiant ad vitandum mortale peccatum, tenentur tamen fideles diem expendere in divinis laudibus, saltem eundo ad prædicationem et vesperas, 352-280. — Non convenit inter theologos quale sit objectum totale legis, considerata ut positivæ, de sanctificatione diei dominicæ et festorum. Nec inter eos convenit quale sit peccatum audita missa nulli alteri religionis operi incumbere, *ibid. in nota*. — Sententia affirmans requiri alia pietatis exercitia præter Missæ auditionem ad satisfaciendum præcepto de festorum sanctificatione, 1227 et seq.-965. — Consectaria præcedentis doctrinæ, 1233-970.— Ex præcepto Ecclesiæ non tenentur fideles nisi ad unius Missæ piam et devotam auditionem, 1233-971. — Ecclesia missæ auditionem satis esse ad integrum diem sanctificandum non declaravit. Imo oppositum semper docuit et in jure canonico, et in conciliis, etc., 1234-971. — Non vacare Deo pro majori parte diei peccatum est. 1232-970

Sententia negans fideles ad aliud teneri diebus Dominicis, ultra cessationem ab opere servili et auditionem Missæ. — Conveniens diei Dominicæ sanctificatio postulat ut fideles verbum Dei audiant, etc., etc, 1236-973.— Vi præcepti ecclesiastici, fideles non tenentur diebus dominicis et festis ad actus interiores fidei, etc., 1237-973. — Non obligantur vi præcepti ecclesiastici audire concionem iisdem diebus, licet ex alio capite possint obligari, 1238-974. — Obligantur fideles sub peccato veniali adesse vesperis præfatis diebus, 1239-975 —Confutatur singularis opinio Francisci Hennon. 1240 et seq.-976

Quænam opera animæ sint prohibita in die festo. Nullus spiritualis actus exercitium est contra observantiam sabbati, XIV, 353, 354-281. —Jure ecclesiastico quatuor hæc in die festo exerceri prohibentur, licet non sint opera servilia: placitum seu judicium civile, judicium criminale; sacramentum, seu juramentum publicum; Mercatus, 356 et seq. 283.

Sola opera servilia homo inhibentur in die festo. Opera servilia sunt opera corporalia in quibus unus alteri servit, 353, 354-481. — Triplex opus servile: primum quo homo servit peccato: secunda servitus est qua homo servit homini per opera corporalia; tertia est qua homo servit Deo per opera latriæ. — Opera servilia primo et secundo modo contrariantur observantiæ sabbati, 348-277. — Non omnia opera corporalia sint prohibita. — Opera exteriora in tres classes reponuntur: alia in die festo, 360, 1246-286, 980. — Sunt ex genere suo servilia, ut arare; alia ex genere suo libera, ut componere libros; alia sunt communia liberis et servis ex genere suo ut deambulare, 360-286. — Opera servilia quando transeunt in communia fiunt licita, 361-286. — Saltare et alia similia, 362-287. —Verba sancti Augustini, 352-280. — Consuetudo invaluit ut venatio non censeatur opus servile. 362-288

Causæ exponuntur quibus a peccato excusantur exercentes opera servilia in die festo. Prima est communis huic et aliis præceptis, nempe indeliberatio et ignorantia, 363-288. — Secunda est quoque communis, nempe parvitas operis et exiguitas temporis.— Verior et communis opinio est sufficere unam horam, aut tres quadrantes ad mortalem culpam, 364-289.— Plura pauca opera servilia uno eodemque die festo diversis vicibus facta peccatum mortale constituunt, 364, 365-289. — Tertia causa est consuetudo præscripta. Quarta est religio, 365-290. — Quinta causa est ratio pietatis, 366-291.— Sexta et principalis causa est necessitas propria aut proximi; quia facit ut opera servilia transeant in communia, 367-291. — Hinc primo excusantur qui sunt ita indigentes, ut nisi laborent in festis non possint se suosque sustentare, 367-292.— Secundo excusantur qui præparant ea quæ ad commonem et necessarium victum diei pertinent, ut qui carnes vendunt aut congruunt, 368-292. — Tertio excusantur qui segetes metunt, etc., imminente tempestate, 370-293. — Excusantur similiter qui multos habentes sub se operarios, in festis eos ad computandum convocant, 370-294. — Quinto excusantur ob necessitatem publicæ utilitatis, qui in die festo præliantur, 371-294. — Septima et ultima causa excusans est dispensatio obtenta ab episcopo, quæ ut sit valida aliqualem requirit causam. 371-295.

An opera quæ licite fieri possunt in festo reddentur illicita ex hoc quod fiant propter lucrum? Sententia affirmativa, 372-295.— Sententia negativa, 373-296 — Affirmans opinio est probabilis et tutior. Negans vero est communior et probabilior, 374-297. — Absentes a sua patria tenentur se conformare moribus populi apud quem commorantur. 375-297

De præcepto ecclesiastico audiendi Missam in die festo. *Vid.* Missa.

Dies primus januarii magna celebritate apud ethnicos celebrabatur. 115-92, 93

Diffamatio, si agatur de crimine notorio notorietate juris, id est, quando constat per sententiam judicis, non violat justitiam, nec charitatem, XV, 980 — Idem dicendum, si agatur de crimine notorio notorietate facti, id est, quando patratum est coram multis, adeo ut non possit quaque cautione celari, 981. — Fatentibus omnibus, licet

historicis publica alicujus crimina typis mandare ad instructionem posterorum et veritatis integritatem conservandam. Cœvi non minus indigent instructione et veritatis integritate quam posteri. Fas est scribere et legere folia diurna, ubi quotidie publica describuntur crimina. 981

Dignitas est præcedentia cum jurisdictione. Ea beneficia censentur dignitates quæ habent annexam proeminentiam et administrationem rerum ecclesiasticarum cum imperio et jurisdictione, XVIII, 695. — Dignitas oriri potest ex institutione et ex consuetudine, licet de jure non sit dignitas. 695

Dii gentium. Omnes dii, quos coluit antiquitas certis classibus comprehendi possunt. II, 289

Dilatio solutionis per se non est titulus sufficiens ut mutuans accipere possit aliquid supra sortem, XVI, 746. —Ex plurimis circumstantiis oriri potest titulus legitimus, 746. — An venditor rei frugiferæ, v. g., possit exigere interesse donec ipsi solvatur pretium rei? 747. — Utrum venditor rei non frugiferæ possit carius vendere merces suas ob dilatam solutionem, 748. — An creditor post sententiam judicis possit in foro conscientiæ præcipere usuras a lege præfixas, etiamsi nullum damnum ex dilata solutione passus fuerit? 748

Dilectio Dei non est necessaria ad servanda præcepta legis pure naturalis, XII, 344 et seq.-274. — Nec ad servanda super naturalia præcepta in universum ac per se necessaria est, 346 et seq.-275, 276. — Utrum lex naturalis obliget ad modum operandi ex dilectione Dei, vel charitate. Nomine dilectionis intelligitur naturalis amor Dei ut finis naturæ, nomine charitatis intelligitur charitas infusa. 341-271, 272

Dilectio est plenitudo legis, XIII, 925-729. — Sicut dilectio Dei implet universa debita Deo, ita dilectio proximi implet omnia debita homini, 924-729, 730. — An sufficiat diligere Deum summe appretiative, aut requiratur quod diligatur etiam intensive plus quam cætera omnia sub lite est, 1080-855. — Dilectio est quasi medium inter amantem et amatum. Totalitas dilectionis potest referri primo ad rem dilectam, secundo ad diligentem; tertio intelligi potest secundum comparationem ad rem dilectam, ut scilicet modus diligendi adæquet modum rei dilectæ, 1082-855.—Modus diligendi Deum, est eum sine modo diligere, nec potest in actibus charitatis interioribus reperiri excessus, 1082-855. — Possumus et sub peccato tenemur pluries in vitæ nostræ decursu elicere actus charitatis seu dilectionis Dei super omnia, 1082, 1085-855, 857. — Videtur homo obligari ad dilectionem Dei super omnia quando suscipit Eucharistiam, ante vel post. 1086-858

Aliud est diligere aliquid ut summum bonum, aliud diligere aliquid ut bonum per se amabile : primum est proprium Dei; secundum communicatum est ab ipso Deo omni bono honesto. Licet bonum honestum creatum propter se ametur. Non amatur ut ultimus finis, sed talis amor natura sua tendit in Deum tali bono non fruitur homo, sed utitur. XII, 345-273

Ad proximum potest esse aliqua specialis dilectio præter dilectionem charitatis quæ fundatur in Deo, X, 1107-871

Diligentia dividitur in latam, exactam, et exactissimam. XI, 104

Diluvium universale a Moyse descriptum exstitit, II, 1106. — Probatur ex totius antiquitatis traditione, 1107.— Probatur ex statu hodierno terræ. Monumenta diluvii, ingeniose dicta sunt *les médailles du déluge*, 1107. — Fuit in orbe nostro repentina et universalis inundatio. Inundatio illa circa tempora diluvii Mosaici accidit, 1109. — Diluvii historia, nihil quod fidem non pariat, involvit, 1110 et seq.

Dimissoriæ litteræ a verbo latino *dimittere* dicuntur. Dimissoriæ propriæ sunt quibus episcopus clericum suum alteri cedebat, et jus omne quod in eum habebat, ad alterum transmittebat, XXIV, 1041. — Dicuntur etiam *pacificæ*, *commendatitiæ*, *formatæ*, *canonicæ*. 1040 et seq.

Dimissoriarum quibus episcopus clerici sibi subditi ordinandi licentiam alteri episcopo concedere solebat, meminit Augustinus, 1039. — De litteris dimissoriis ex antiquo Ecclesiæ usu, 1033. — Præsumpta et tacita episcoporum consensio aliquando sufficere ad ordinationem visa fuit viris quibusdam piis et sanctis, 1035. — Sed legitima minime censetur, 1036. — Licentia ab alio recipiendi ordines scripto tradi debebat, 1037. — Illa licentia signata esse ab ordinario debebat et ejus signo munita, 1038. — Aliæ notæ dimissoriarum litterarum, 1038. — Quomodo dimissoriæ antiquorum a nostris differebant, 1042. — Dimissorias litteras non nisi rogati antistites olim concedebant, 1045. — Variæ formulæ dimissoriarum referuntur, 1045 et seq. — Dimissorias litteras proprie dictas solus episcopus dare poterat, 1048. — De litteris dimissoriis ex jure communi et novo, per Tridentinum et alias recentiores constitutiones inducto, 1049. — Aliæ sunt generales, aliæ speciales, 1049. — De clausula : *Clerum ac populum habente* in dimissoriis generalibus scribi solita, 1050. — De quibusdam cautionibus in generalibus dimissoriis litteris concedendis, 1052. — Litteras dimissorias solus ordinarie ac regulariter episcopus concedit, 1053. — Olim exempti ab episcopis, iis qui sui corporis seu collegii et societatis essent litteras dimissorias dabant, si facultatem istam consuetudine præscripsissent, XXIV, 1054. — Non licet capitulis Ecclesiarum, sede vacante, infra annum a die vacationis, litteras dimissorias concedere, 1056. — Non omnibus neque passim, neque sine prævio examine, dimissoriæ concedendæ sunt, 1059 et seq. — Ubi ex litteris dimissoriis constat ab episcopo proprio fuisse aliquem examinatum, an iterum examinari possit aut debeat, tutius est episcopum, etiam ad quem dimissoriæ diriguntur, examinare ordinandos saltem quoad doctrinam et eruditionem, 1063. — Variæ aliæ cautiones circa dimissorias litteras, 1064. — Quot modis litteræ dimissoriæ extinguantur, 1065. — Formulæ litterarum pro informationibus committendis, ac dimissoriarum. 1066

Diptycha erant tabulæ ecclesiasticæ continentes nomina præcipua orthodoxorum episcoporum sive mortuorum, sive vivorum, quæ recitabantur inter missarum solemnia. V, 138, 886

Disciplina generatim duplex distinguitur. Apostolica, quæ originem ducit ab apostolis; ecclesiastica quæ initium sumit a successoribus apostolorum. Ecclesiastica est vel universalis quæ ubique viget; vel particularis, certis quibusdam determinate locis affixa. Universalis alia est quæ ab antiquo ubique viget, alia quæ de novo introducitur, I, 1417-1118. — Disciplina tribus modis spectari potest : 1° Stricte, et est simpliciter de rebus agendis; dicitur mera disciplina; 2° late, et respicit agenda, sed alicui dogmati connexa, I, 1417-1118; 3° latissime et valde improprio sensu, res ea dicitur disciplinæ, quæ licet in se ad dogma pertineat, nondum tamen expresse ab Ecclesia definita fuit, 1418-1118. — Meræ disciplinæ tres sunt præcipuæ proprietates, prima, varietas in praxi; secunda, libertas sentiendi; tertia, inter dissentientes communionis vinculum, 1418-1118. — Accurata hæc est legis disciplinæ notio : Decretum de rebus agendis vel omittendis, nec intrinsece bonis, nec intrinsece malis. Hinc meræ disciplinæ decreta possunt immutari, vel etiam revocari, IV, 617; I, 1417-1118. — Judicii dogmatici a disciplinæ lege discrimen ex quinque potissimum capitibus repetitur, 1418-1118. — Per legem disciplinæ possunt irrogari delinquentibus pœnæ; quarumdam usu propositionum eadem potest interdicere, potest obsistere quibusdam vocibus ac terminis, quibus aditus aperiatur ad contentiones et scandalum, IV, 617; I, 1419-1119. — Triplex distinguitur genus ecclesiasticarum regularum de disciplina; primum illarum quæ ad ordinem servandum sunt necessariæ; secundum illarum quæ sunt tantum utiles; tertium illarum quæ privatas Ecclesias spectant. IV, 643

Discipulorum erga præceptores officia, XIV, 532-421. — Eis tum interius, tum exterius honorem et reverentiam exhibere debent, 533-421. — Cætera discipulorum officia. 533-421

Discordia, inanis gloriæ filia, est dissensio et discrepantia voluntatum circa bonum Dei vel proximi, in quod bono consentire tenetur ex præcepto quo Deum et proximum diligere debet. Dissensio voluntatum dicitur, non opinionum duntaxat, XI, 791. — Discordia importat disgregationem voluntatum aliquando bonam, aliquando malam, XIV, 669-529. — Discordia bonam concordiam potest tollere per se et per accidens, 670-529. — Per se discordat aliquis a proximo cum scienter et ex intentione dissentit a bono divino et a proximi bono, in quo debet consentire, 670-529. — Discordia quæ per se concordiam tollit ex genere suo mortale peccatum est propter contrarietatem ad charitatem. Sed potest esse solum veniale propter imperfectionem actus, ut in primis motibus, 670-529; XI, 791 et seq. — Discordia est per accidens quando contingit præter intentionem, seu cum unus æstimat hoc esse bonum, alius autem habet contrariam opinionem. Talis discordia non est peccatum, nec repugnat charitati, nisi conjuncta sit cum errore circa ea quæ sunt de necessitate salutis, vel pertinacia indebite adhibeatur, 793; XIV, 670-529. — Discordia quandoque cum peccato unius tantum, puta, cum unus vult bonum, cui alius sciens resistit, quandoque est cum peccato utriusque, puta, cum uterque dissentit a bono alterius, et uterque diligit bonum proprium, XI, 795. — A proximo discordare in malo, est laudabile, tantum abest ut sit peccatum. 793

Discretio major videtur desiderari ad sanctam Eucha-

ristiam quam ad confessionem. XXIII, 521. — Quo tempore infantes perveniunt ad annos discretionis non potest certe definiri.

Discussio ut actus intellectus est consultatio, deliberatio, inquisitio, XVIII, 1331. — In discussionibus, maxime circa ea quæ non sunt de fide magna est adhibenda moderatio. I, 752 577

Disparitas cultus seu religionis matrimonium dirimit inter duas personas quarum una baptizata est, altera non baptizata, XXV, 623. *Vid.* Cultus.

Dispensatio. De dispensatione in genere, XIX, 11. — Dispensatio latissime sumpta est justa distributio rei communis in singulos. Stricte sumpta est juris communis relaxatio, facta cum causa justa et rationabili ab eo qui jus habet dispensandi, 13. — Justæ causæ dispensationis. 14, 15

Dispensatio dicitur legis mutatio partialis, XII, 1281-1012. — Vox dispensatio applicata est ad significandum actum quo quis ab obligatione legis eximitur, 1285, 1291-1015, 1020. — Hæc definitio videtur sufficiens: Dispensatio est legis humanæ relaxatio, 1286-1016 — Dispensatio est verus actus jurisdictionis, 1301-1028. — Dispensatio differt a derogatione et abrogatione, 1281, 1289-1012, 1017. — Ab interpretatione, 1282, 1283-1013. — Ab absolutione, sive a censuris, sive a peccatis, 1287-1018. — A licentia, 1288-1018. — A privilegio. 1289-1019

De origine dispensationis, XIX, 16. — Variæ dispensationis divisiones. Alia dicitur debita, 17. — Alia prohibita, alia concessa, alia permissa seu arbitraria, 18. — Alia dicitur voluntaria; alia rationabilis et necessaria, 18 — Alia logis; alia hominis; alia mixta, 19. — Alia justitiæ, alia gratiæ, alia mixta — Alia collativa, alia restitutiva, 19. — Alia excusabilis, alia laudabilis, alia fidelis. — Alia magna, alia major, alia maxima, 19. — Alia generalis, alia particularis, 20. — Alia propria, alia impropria, 20 — Quadruplex est, semiplena, plena, plenior, plenissima, 20. — Alia tacita, alia expressa, 20; XII, 1311, 1306-1032. — Tacita est, quando princeps sciens concessit officium inhabili, vel Papa sciens beneficium, XIX, 20. — Expressa illa est in cujus litteris narratur defectus impetrantis, et in illis Papa utitur verbo *Dispensamus*, 21. — Alia dispensatio dicitur præventiva, alia præservativa, 22. — Dividitur in eam quæ est boni publici, et eam quæ est boni privati. — Alia est voluntaria, alia necessaria seu justa; alia debita, alia non debita, sed justa, XII, 1363, 1364-1077. — Alia, attenta ratione legis, ab intrinseco necessaria vel justa est; alia solum per extrinsecam causam justa est, 1367-1079. — Alia valida et justa; alia valida licet injusta; alia nulla seu invalida. 1395-1102

Verbum *Dispensamus* in dispensatione non semper requiritur, XIX, 22. — Quando dispensatio vel amplianda vel restringenda sit, 24-30. — Dispensatio non suffragatur, nisi litteris expeditis, 30. — Regula tamen limitationes admittit. 32

De variis dispensationibus; et de potestate vicarii generalis, episcopi et summi pontificis quoad dispensationes, XXV, 463-477. — Dispensatio dari potest in lege humana, XII, 1282-1012. — Dispensatio humana non aufert ligamen legis naturalis, sed positivæ, 1283-1014. — De effectibus dispensationis legis humanæ, 1291 et seq.-1020. — De materiali causa dispensationis. Materia versatur circa rem et circa personam, 1297-1025. — Aliud est vinculum legis positivæ; aliud vinculum contractus sub quo promissiones, sive ad Deum, sive ad hominem comprehenduntur: Utrumque vinculum est dispensabile, 1298-1026. — Quoad legem positivam duplex est materia dispensabilis; una a vinculo legis divinæ, altera a vinculo legis humanæ, 1299-1026. — Regula generalis est omnem materiam necessariam tantum ex lege humana, a quocumque puro homine, vel hominum congregatione lata sit, esse materiam dispensabilem per potestatem hominibus datam, 1300-1027. — Materia circa personam, 1300-1027. — Omnis persona subdita est capax dispensationis, 1301-1028. — Sed dispensatio non necessario versari debet circa personam subditam. Pontifex, reges, legislatores sunt dispensationis capaces, 1301 et seq.-1028

De forma dispensationis in lege humana, 1305 et seq.-1031. — Ad expressam dispensationem regulariter requiruntur et sufficiunt verba ore prolata, et ut materia dispensationis sufficienter exprimatur, XII, 1306 et seq.-1023 — Nulla petitio vel supplicatio necessaria est in rigore ad formam et valorem dispensationis, sed potest a prælato proprio motu concedi. 1309 et seq.-1034

De dispensatione tacita, 1311 et seq.-1036. — Dispensatio potest esse tacita, et ex justa causa, 1313-1037. — Quibus modis vel signis tacita dispensatio sufficienter præsumitur, 1314-1038. — Triplex rati habitio distinguitur, de futuro, de præterito et de præsenti. 1315 et seq.-1039

Habet ordinariam potestatem dispensandi qui legem tulit, 1321-1043. — Non potest episcopus dispensare in lege pontificis, vel concilii, nisi in casibus sibi concessis, 1322 et seq.-1044. — Nonnulla dubia circa potestatem inferiorum ad dispensandum in legibus superiorum explicantur, 1328 et seq.-1049. — Quæ confertur ex vi muneris potestas est ordinaria, 1328-1049. — Respectu singulorum episcoporum leges latæ in concilio provinciali censentur a superiore latæ, et in illis solum possunt dispensare, quatenus illis concessum est expresse, vel tacite, aut consuetudine, 1330-1051. — Idem sentiendum de archiepiscopo, 1331-1051. — Episcopus potest dispensare in constitutione synodi, sicut in sua propria, 1333-1053. — Nec indiget consensu, vel consilio sui capituli. 1334 et seq.-1054

Utrum habentes potestatem ordinariam ad dispensandum in legibus habeant etiam ad commutandum. Talis potestas est in summo pontifice et cum proportione in quolibet principe supremo in suo ordine, 1336-1055. — Videtur etiam extra controversiam positum, episcopos et alios inferiores legislatores posse dispensare in suis legibus per modum commutationis aut compensationis, 1337 et seq.-1056. — Episcopus non potest sine causa mutare obligationem legis, et aliud opus loco illius imponere, ut in votis fieri potest, 1341-1059. — Non potest commutare cujuslibet legis obligationem. 1342-1060

De potestate delegata ad dispensandum in legibus humanis, 1343 et seq.-1061. — Delegatio dispensationis quæ fit media facultate data alicui supplicanti ad eligendam personam quæ secum dispenset, est odiosa et stricte intelligenda, 1346-1063. — Quoties conceditur facultas ad dispensandum cum aliquo in particulari, sive fiat delegatio ad petitionem partis, sive ad petitionem delegati, sive fiat determinatæ personæ, sive electio personæ committatur dispensando, stricti juris est concessio, seu delegatio, aut dispensatio, 1347 et seq.-1064. — Delegatio potestatis dispensandi in aliqua lege generaliter facta quoad personas sine illarum expressione, favorabilis est, et late interpretanda. 1350-1067

Utrum ad justam dispensationem causa justa necessaria sit, 1352 et seq.-1068. — Legislator, etiamsi princeps supremus, vel summus pontifex sit, non potest licite dispensare in lege sua sine causa justa, vel proportionata legi, in qua dispensat, 1354-1070. — Suarezius censet in principe esse peccatum mortale ex genere suo, dispensare in lege sua sine causa, 1357-1072. — Subditus sine causa dispensationem petens, modo venialiter modo mortaliter peccat, 1359-1074. — Haud secus, si subditus mala fide procedat, et decipiat prælatum falsam causam allegando, 1360-1074. — Qualis esse debet causa justa ad licitam dispensationem sufficiens, 1361-1075. — Prudentis arbitrio definienda est causa gravis quæ ad licitam dispensationem sufficiat, 1362 et seq.-1076. — Non omnis dispensatio, quæ potest licite concedi, est debita ex justitia, vel præcepto, 1364-1077. — Aliquando potest esse debita ex præcepto et ex justitia, 1365-1078. — Dari potest justa causa dispensationis, quæ per se non sufficiat ad excusandum ab observatione legis. Et tunc non tantum requiritur petita dispensatio, sed etiam obtenta, ut tollatur vinculum legis, 1366-1079. — Dispensare in lege sine causa justa, non solum est malum, quia prohibitum, sed ex se et ex natura rei, ac subinde semper est malum. 1368-1080

Dispensatio sine justa causa ab inferiori in lege superioris data, est illicita et invalida, 1368-1081. — Dispensatio principis in lege sua data sine justa causa videtur semper esse nulla, 1369-1081. — Valida tamen est talis dispensatio, et habet illum effectum ad quem datur, 1371 et seq.-1083. — Injusta esse potest; sed non inde consequitur illam esse nullam, 1369, 1374-1082, 1083. — Hæc dispensatio excedit potestatem juris, non facti, 1370, 1375-1082, 1086. — Subditus tali dispensatione utens non peccat contra legem in qua cum illo dispensatum est, 1370, 1375 et seq.-1083, 1086. — Probabilior videtur in usu talis dispensationis nullum esse peccatum, per se loquendo, ac secluso scandalo, 1377-1087. — Legislator ipse non potest secum dispensare valide in sua lege sine causa justa, 1370, 1378 et seq.-1082, 1088 — An dispensatio sine causa data a superiore in lege inferioris; valeat, necne. 1381-1091

Utrum cessante causa dispensationis, cesset dispensatio, vel aliter interdum amittatur, XII, 1382 et seq.-1092. — Triplex est status, in quo potest dispensatio existere, 1383-1092. — Postquam effectus dispensationis est consummatus, cessante causa non cessat effectus, 1383, 1384-1092, 1093

Quatuor modis dispensatio vim suam amittit, 1384-1093. — Primo, per mortem concedentis. Dispensatio jam facta, licet executioni nondum mandata, non amittitur propter mortem concedentis, 1384-1093. — Secundo, per revo

cationem concedentis revocari potest dispensatio, quamdiu non est executioni mandata, 1385-1094. — Tertio, dispensatus dispensationi sibi concessæ potest renuntiare, vel expresse, vel tacite, 1386 et seq.-1094. — Quamvis mandatum, seu facultas dispensandi concessa fuerit ex legitima causa tunc existente, si causa interim cessavit ante concessam dispensationem, cessat etiam usus talis facultatis, nec potest dispensatio actualis juste aut valide fieri; si tamen causa rediret, dispensatio posset concedi, 1390-1098. — Si dispensatio jam fuit concessa, etiamsi ante ejus executionem causa cesset, non cessat dispensatio, sed licitum est ea uti. 1392 et seq.-1099

Quibus modis potest esse nulla dispensatio, 1395-1102. — Triplex est defectus, ex quo dispensatio fit invalida: defectus potestatis, defectus justitiæ, et defectus voluntatis. Ex quocumque defectu illorum, et ex illis solis potest nullitas dispensationis oriri. 1396-1102

Defectus potestatis, 1396-1102. — Defectus justitiæ non semper irritat dispensationem, 1397-1105. — Defectus voluntatis potest esse sine defectu potestatis, aut justitiæ, 1397-1105. — Dispensatio subreptitia, id est, quando reticetur verum, est nulla; a fortiori dispensatio obreptitia, seu quando allegatur falsum, 1399-1105. — Dispensatio jam petita et denegata, quæ iterum, tacita priori denegatione, petitur et obtinetur, propter illam taciturnitatem non est subreptitia, nec invalida, 1399 et seq.—1105.— Multi jurisperiti affirmant secundam dispensationem obtentam sine mentione alterius antea concessæ esse subreptitiam et invalidam. Quæ sententia variis modis limitatur ac declaratur, 1403 et seq.-1108 — Dicit auctor hanc sententiam solum habere locum vel in casibus in jure expressis, vel quando necessaria est commemoratio prioris dispensationis, 1408 et seq.-1112. — Afferuntur exempla. 1411 et seq.-1115

Dispensationem in uno vinculo, tacitis aliis, obtentam, validam esse quoad effectum simpliciter affirmat prima sententia, 1417-1119. — Secunda generaliter affirmat esse irritam et subreptitiam dispensationem unius impedimenti, tacitis aliis quæ erant cum illo conjuncta, 1418-1119 — Hæc posterior sententia securior est, 1419 et seq.-1120. — Regula observanda est, ut, per se loquendo, valeat dispensatio unius sine expressione alterius, nisi gravitas unius non possit satis sine alia explicari, 1424-1124. — Curialis, sollicitator aut scriptor, qui ut facilius dispensationem impetret, mutat narrationis substantiam incurrit pœnas falsarii. XXV, 449

Praxis dispensationis super bigamia, XIX, 37-117. — Supplicationis formula, 40. — Verba primæ partis supplicationis explicantur, 42 et seq. — Praxis clausularum secundæ partis supplicationis, 49 et seq. — Formula litterarum dispensationis, 61. — Prima litterarum verba explicantur, 62 et seq. — Narratio earumdem litterarum explicatur, 69 et seq. — Prima pars dispositiva earumdem litterarum, 78. — Secunda pars dispositiva, 80 et seq. — Expeditio earumdem litterarum, 103. — Supra taxas pro litterarum expeditionibus recipiendas Julii II constitutio, 105. — Qui pro dispensatione obtinenda aliquid promittunt, dant, vel accipiunt, excommunicationem incurrunt. Constitutio Gregorii, XIII, 108. — Pontifex novus facit reviviscere litteras, quæ jam extinctæ erant per obitum pontificis, 114 et seq. — Praxis dispensationis cum reiterantibus baptisma, 117. — Formula supplicationis, 120. — Formula litterarum apostolicarum. 121

De dispensatione super irregularitate ex defectu corporis et animæ, XIX, 121-176. — Praxis dispensationis cum illegitimis ad ordines et beneficia, 121, 145. — Formula supplicationis, 126. — Formula litterarum apostolicarum, 128. — Praxis dispensationis cum expositis ad ordines et beneficia, 143. — Formula supplicationis, 144. — Formula litterarum apostolicarum, 146. — Praxis et formula legitimationis quoad honores et successiones, 149. — Praxis dispensationis ad beneficia cum filiis hæreticorum, 154. — Praxis dispensationis cum illegitimis regularibus, 157. — Praxis dispensationis cum corpore vitiatis, 160. — Formula supplicationis, 163. — Formula litterarum apostolicarum, 166. — Formula dispensationis cum eunucho quoad ordines, 162. — Praxis dispensationis cum neophytis, 171. — Formula supplicationis, 172. — Praxis dispensationis super defectu libertatis. 173

De dispensatione super irregularitate proveniente ex defectu ætatis et temporis, XIX, 173-290. — Praxis dispensationis super defectu ætatis ad ordines et beneficia, 173. — Formula supplicationis. 185

Praxis dispensationis super defectu ætatis ad matrimonium requisitæ, 198. — Litteræ apostolicæ. 203, 203

Praxis dispensationis de promovendo extra tempora, 206. — Formula supplicationis. 209, 211

Praxis dispensationis de promovendo in temporibus et intra annum. Formula supplicationis, 212 et seq. — Praxis dispensationis cum male promotis extra tempora. Constitutio Pii II, 255. — Supplicatio. 257

Praxis dispensationis cum male promotis ante ætatem, 257. — Supplicatio. 258

Praxis dispensationis cum male promotis sine litteris dimissoriis. Constitutio Urbani VIII, 262. — Suplicatio. 263

Praxis dispensationis cum male promotis sine titulo. 269

Praxis dispensationis cum male promotis per saltum, 271. — Supplicatio, 272, 276. — Litteræ apostolicæ, 273, 277. — Decretum sacræ congregationis regularium. 278

De dispensatione super irregularitate ex quocumque homicidio proveniente, XIX, 279, 426. — Praxis dispensationis super homicidio et delicto, 279. — Supplicatio. 282

Praxis super defectu lenitatis perfectæ. Supplicatio. 290, 291

Praxis dispensationis patrocinandi in causis civilibus, 298. Supplicatio, 300. — Litteræ apostolicæ, 302. — Declaratio S. congregationis concilii ad clericos qui terras patrimoniales per laicos colunt, emunt et vendunt. 305

Praxis dispensationis cum presbyteris ad studendum jure civili, 306.— Litteræ apostolicæ. 310

Praxis dispensationis super residentia et de percipiendis fructibus pro canonicis, 314.— Supplicatio, 321. — Litteræ apostolicæ, 332, 339. — Praxis dispensationis super residentia pro curatis, 344. — Constitutio Pii V, 346. — Praxis dispensationis super residentia pro episcopis, 352. — Praxis dispensationis cum simoniacis simonia reali, 355. — Supplicatio. 358

Praxis dispensationis cum confidentiariis in re simoniaca, 360. — Supplicatio. 361

Praxis dispensationis cum simoniacis et confidentiariis occultis. 366

Praxis formulæ absolutionis et dispensationis cum simoniacis. 371

Praxis dispensationis ad ordines cum apostatis, 374. — Praxis dispensationis cum ejectis a religione, 378, 400. — Praxis dispensationis, sive licentiæ pro mulieribus ad egrediendum et ingrediendum monasteria monialium, 400. — Litteræ apostolicæ. 415, 416, 419, 421

Praxis dispensationis ad beneficia secularia pro regularibus, XIX, 425. — Litteræ apostolicæ. 433

Constitutio Gregorii XIII. — Praxis dispensationis, sive retentionis beneficiorum et pensionum pro clericis societatis Jesu, 441. — Praxis dispensationis beneficialis per viam commendæ, 446. — Supplicatio. 448

Praxis clausularum ejusdem commendæ. 452

Praxis dispensationis super matrimoniis contrahendis prohibitis. 463, 642

Raro primorum sæculorum episcopi dispensationes matrimoniales concedebant, XX, 1136. — Epistola S. Ambrosii 1140

Praxis impedimentorum ad matrimonium contrahendum, XIX, 463. — De causis dispensationum matrimonialium sine copula, 477. — 1ª causa, propter angustiam loci, 478. — 2ª causa, propter angustiam locorum. 3ª causa, propter angustiam cum clausula: *et si extra*, etc., 478. — 4ª causa, propter incompetentiam dotis oratricis, 479. — 5ª causa, propter dotem cum argumento, 483. — 6ª causa, pro indotata. 7ª causa, quando alius auget dotem, 483 — 8ª causa, propter lites super successione bonorum, 486. — 9ª causa, propter dotem litibus involutam, 487. — 10ª causa, lites super rebus magni momenti, 487. — 11ª causa, propter inimicitias, 488. — 12ª causa, pro confirmatione pacis, 490. — 13ª causa, pro oratrice filiis gravata, 491. — 14ª causa, pro oratrice excedente 24 annum, 491. — 15ª causa, quando locus est ad littus maris. — 16ª causa, pro Belgis. 17ª causa, pro Germania, 495. — 18ª causa, ut bona conserventur in familia, 498. — 19ª causa, pro illustris familiæ conservatione, 500. — 20ª causa, ob excellentiam meritorum, 500. — 21ª causa, ex rationalibus causis, 504.—De causis dispensationum matrimonialium cum copula, vel sine illa ob infamiam. 22ª causa, cum copula *scienter*, de contrahendo, 510. — 23ª causa, de scienter contracto, 510. — 24ª causa, de ignoranter contracto, quando oratores, detecto impedimento, abstinuerunt a copula, 511. — 25ª causa, de ignoranter contracto, quando oratores, detecto impedimento, perseverarunt in copula, 511. — Alia insuper causa, pro oratrice patre orbata. 511

Praxis impetrationis et commissionis earumdem dispensationum, 517. — Motus proprius Pii V super expressione veritatis in supplicationibus, 518. — Constitutio ejusdem Pontificis, 519. — Supplicatio. Litteræ apostolicæ, 522. — Si ante litterarum præsentationem episcopus obierit, nova commissio petenda est; formula supplicationis, 529. — Litteræ apostolicæ. 543, 546, 548, 551

Praxis narrativæ litterarum dispensationis matrimonialis, cum causa et sine copula, 555. — Supplicatio, 571. — Sup

plicatio, 572. — Arbores consanguinitatis, 575 et seq. — Praxis dispositiva earumdem litterarum, 581.— Instructiones pro examine illorum testium qui indicuntur pro contrahendis matrimoniis, tam in curia E. cardinalis urbis vicarii, quam in aliis curiis cæterorum ordinariorum, 587. — Supplicatio. 596

Praxis derogationis obstantium cum sequentibus, etc., 604. — Causa dispensandi super denuntiationibus, 610, 611. — Quisnam parochus oratores in matrimonium conjunget, 614. — Qui duas parochias habet quoad matrimonium, coram parocho utriusque matrimonium contrahere potest, 615. — Constitutio Pie V, 623. — Formula litterarum in forma *Perinde valere*, 630. — Decretum dispensationis. 636

De dispensationibus matrimonialibus cum copula scienter et ignoranter, nec non de scienter et ignoranter contracto, XIX, 641-822. — Praxis dispensationum cum copula scienter, 641. — Formula litterarum apostolicarum, 644. — Supplicationum formulæ. 648, 649, 650, 652, 658

Praxis narrativæ earumdem dispensationum, 659. — Praxis dispensationum de scienter contracto, 670. — Constitutio Clementis VII, 673. — Constitutio Pauli IV, 674. — Supplicatio. 676

Praxis dispensationis matrimonialis de ignoranter contracto, 693. — Formula dispensationis, 693.— Supplicatio, 710. — De dispensatione cum copula in forma pauperum formula dispensationis, 710. — Perinde valere in forma pauperum, super nova copula. Supplicatio, 725. — Perinde valere super gradu, 731.— Reformatio descripti petenda est sequentibus formulis. 736

Praxis imponendi a delegato pœnitentiam in eisdem litteris dispensationis injunctam, 742. — Clausula *Deinde* in dispensationibus pro Gallicis in forma pauperum. Formula pro executione dispensationis. 761

Praxis dispensationis matrimonialis super impedimento publicæ honestatis justitiæ, 762. — Motus proprius Pie V de sponsalibus invalidis, 763. — Supplicatio, 769. — Non constat summum pontificem non posse solvere matrimonium ratum non consummatum, ut priori vinculo soluto possint aliud matrimonium contrahere, 771. — Brevis Urbani VIII, super dissolutione matrimonii contracti per procuratorem, non consummati, 776. — Supplicatio. 778

Praxis dispensationis super impedimento cognationis spiritualis, 779.— Constitutio Pii V, 780.— Praxis dispensationis super impedimenta criminis, 787. — Supplicatio, 788. — Litteræ apostolicæ. 792

Praxis dispensationis super impedimento voti, 794. — Litteræ apostolicæ, 795. —Supplicatio pro parte defuncti, 803. — Litteræ commutationis cum clausula *Audita prius oratoris sacramentali confessione*, 811, — Cum quis tenetur ob delictum ad urbem accedere, ab hoc accessu eximitur per impedimenta, sive perpetua, 803. — sive temporalia, 807.— Constitutio Gregorii XIII contra pasciscentes, seu dantes, etc., pro utroque foro, 820.—Ex eo quod taceat Ecclesia de variis dispensationibus a summo pontifice concessis pro impedimentis matrimonii, vel de extraordinariis facultatibus quas concedit missionariis, non sequitur pro indubitata habendum singulas esse validas. « Ces matières de dispense, » ait Bossuetius, « se règlent souvent par de simples probabilités, et on n'est pas obligé d'y rechercher la certitude de la foi, dont elles ne sont pas toujours capables. » IV, 646

De dispensatione super alienatione bonorum ecclesiasticorum, in forma Si in evidentem, XIX, 821-938. — Praxis prohibitionum alienandi bona ecclesiastica, 821. — Constitutio apostolica, 824. — Decretum sacræ congregationis concilii, 826. — Praxis supplicationis Si in evidentem, 834.—Prima pars litterarum in forma Si in evidentem, 841. — Secunda pars earumdem litterarum, 851 — Praxis dispositivæ earumdem litterarum, 875. — Praxis suppletionis defectuum in eisdem litteris, 900. — Praxis derogationis obstantium in eisdem litteris, 912. — De decretis Papæ in eisdem litteris, 922.— Praxis venditionis Si in evidentem, 931.—Praxis permutationis, Si in evidentem, 942.—De decreto pro executione litterarum in forma Si in evidentem. 949

De dispensatione sive licentia testandi de redditibus ecclesiasticis, pro personis a jure prohibitis, XIX, 957-1014. — De prohibitione testandi de redditibus ecclesiasticis, 957.— Constitutio Pii V, 963. — De licentia testandi de redditibus ecclesiasticis pro cardinale, 969.—De clausulis licentiæ testandi de redditibus ecclesiasticis, 979. — De licentia testandi pro archiepiscopis et episcopis, etc., 988. — Constitutio Gregorii XV, 989. — Constitutio Gregorii XIII. 1002

Praxis registrandi in camera litteras apostolicas. 1005 et seq.

Dispositiones aliæ ad validam, aliæ ad licitam et utilem sacramentorum susceptionem requiruntur, XXI, 80.—Dispositiones ad validam susceptionem: sunt intentio, fides et sanctitas, 80 et seq. *Vid.* Subjectum sacramentorum.— De dispositionibus requisitis ad licitam et utilem susceptionem sacramentorum, 92 et seq.— Dispositio triplex spiritualis ad Eucharistiam prærequirur: status gratiæ, devotio actualis, et confessio sacramentalis, XXIII, 534 et seq. — Dispositio corporalis duplex requiritur ad Eucharistiam: mundities externa et interna corporis, et jejunium naturale. 595

Dispositio legum est modus acquirendi possessionem. XV, 474

Dissertatio de spiritu philosophico, VI, 1367. *Vid.* Philosophia.

Dissimulatio seu ironia oppositum jactantiæ vitium est quo quis asserit de seipso aliquid vile quod in se non agnoscit, aut negat de se aliquid magnum, quod tamen in seipso esse percipit, XI, 772.— Non est mentiendum ut superbia vitetur. 773

Distillatio est fluxus humoris seminalis imperfecti. Est humor medius inter semen et aquam seu urinam. Homini potest accidere *naturaliter*, id est delectatione libidinosa aut carnis rebellione; et *voluntarie*, dum sequitur aut comitatur concupiscentiam et voluntariam obcœnam delectationem, XVIII, 1339.—Naturaliter eveniens non est peccaminosa, 1339. — Voluntaria, est peccatum mortale, sed non reservatum, 1340. — Distillatio non est vera pollutio, 1333. — Est mortale procurare illam notabilem, aut causam ejus etiam notabilem. Idem inter conjuges. XXV, 477

Distinctio negatio est identitatis. Duplex est, alia rea lis quæ rebus inest independenter a mente et antecedenter ad quamlibet mentis operationem; alia rationis quæ rebus non inest, sed fit a mente et se tenet ex parte mentis, VII, 84, II, 209.—Distinctio realis triplex distinguitur: major, minor, minima. Realis major seu simpliciter, quæ est inter diversas substantias, ut inter corpus et animam, etc.; realis minor seu modalis, quæ est inter rem et ejus modum; realis minima, quæ dicitur formalis, et quæ est inter diversas ejusdem entis formas seu perfectiones. Realis formalis est scolistica. Ubi distinctio realis dicitur sine addito, intelligi solet realis major, 209, VII, 85. — Distinctio mentalis seu rationis duplex est, una rationis raciocinantis quæ fit per mentem sine ullo in ipsa re fundamento, est illa nominalium distinctio : alia rationis ratiocinatæ quæ fit a mente cum vero in re fundamento vel extrinseco, quod est varietas effectuum; vel intrinseco, quod est excellentia virtutis vario producentis effectu. Hæc distinctio Thomistica appellatur, et cum spectatur a parte rei, dicitur distinctio virtualis. *Ibid.*—De distinctione specifica et numerica peccatorum, XXII, 1550. *Vide* Peccatum.

Diurnum, et diurnus liber, et diurnale, sunt horæ diurnæ, matutino excepto. V, 263

Divinare est usurpare modo indebito futurorum prænuntiationem aut occultorum cognitionem, sine proportione rei cognoscendæ ad medium, per quod ejus cognitio procuretur, vel sine Dei revelatione. XIV, 84-68

Divinatio apud Ciceronem, sic definitur : Est earum rerum quæ fortuita putantur prædictio et præsensio, II, 544. — Divinatio est inquisitio cognitionis soli Deo debitæ, scilicet rerum quæ naturaliter hominibus ignotæ esse debent, XXII, 830.—Vanitas omnis ethnicæ divinationis, III, 427.—Divinatio apud veteres duplex erat, artificialis una, altera naturalis. Artificialis ea erat qua ex certis signis res proxime futuræ prædicebantur, 428.— Artificialis divinationis primum genus ex hominibus vel ex rebus ad hominem pertinentibus petebatur, 428. — Secundum genus erat ex arte factis, 429.— Tertium genus erat petitum ab elementis aut corporibus elementaribus, 430. — Quartum genus ex animalibus repetebatur, 431. — Quintum genus fuit astrologia, 431.—Divinatio ex conjectura ea erat quæ subito, observatione ac notatione eventuum fieri poterat, scilicet ex quadam analogia, 432. — Naturalis divinatio in somniis et vaticinationibus erat posita, 428, 432.—Futura dupliciter prænosci possunt, in suis causis, et in seipsis. Causæ futurorum tripliciter se habent, XIV, 83, 84-67, 68. — Divinatio est usurpatio modo indebito prænuntiationis futurorum eventuum, quod est Dei proprium, 83 67. — Fit ope dæmonis, et in hoc consistit ratio formalis divinationis. Intervenit enim pactum cum dæmone initum explicitum, vel tacitum et implicitum, 84-68 — Divinatio hæc superstitiosa ex genere suo est illicita, et omni jure damnata, 85 et seq.-69. — Cognitio futurorum vel occultorum ope dæmonis est ultimus finis, ex quo sumitur generalis ratio divinationis. Cujus duplex est species : prima qua expresse dæmon invocatur, secunda qua tacite invocatur. Hæc est iterum duplex : alia quæ fit per solam con-

siderationem dispositionis vel motus alterius rei; alia dum aliquid fit ut manifestetur occultum. Unde generaliter triplex est species divinationis. Prima pertinet ad necromanticos, secunda ad augures, tertia ad sortes, et sub qualibet istarum, multæ aliæ continentur, 88-71. — Ad pactum expressum pertinent 1° præstigium; 2° divinatio per somnia; 3° necromantia; 4° divinatio per pythones; 5° vocatur vel *geomantia*, vel *hydromantia*, vel *aeromantia*, vel *pyromantia*, vel *aruspicium*, vel *oraculum*, 89-72. — Ad tacitam dæmonis invocationem pertinent astrologia judiciaria, seu genethliaca; augurium, aruspicium, omen, chiromantia, spatulomantia, motoposcopia, physiognomia, onirocritica. Ad tertium genus divinationum, in quo est tacita dæmonum invocatio, pertinent *omnia quæ sortium nomen habent.* 90-72, 73

Regulam generalem tradit S. Thomas ad quam semper recurrendum est quoties dubium est an pronuntiatio futurorum sit ex speciebus divinationis illicitis et superstitionis; nempe quod divinationis, quæ *ex opinione falsa vel vana procedit*, ingerit se operatio dæmonis, ut animos hominum implicet vanitati aut falsitati, 90, 91-73. — Censet Cajetanus divinationem esse ex genere suo peccatum mortale, in quantum dæmoniaco nititur auxilio; sed posse veniale tantum esse propter imperfectionem actus, vel quia actus dœmoniacos non putatur adesse, 91, 92. — Divinatio est casus reservatus. Ad incurrendam reservationem sufficit tacita dæmonis invocatio, XXII, 850. — Astrologia naturalis non est prohibita, XIV, 92, 93-74, 75. — Conjectura quæ desumitur ex astris et ex aliis causis naturalibus non est semper illicita, 93, 96 et seq.-75, 77 et seq. —Illicita est divinatio quæ fit per astra, seu astrologia judiciaria, per quam quis vult divinare ex aspectu cœlorum præterita, futura, etc., 94 et seq.-76. — Divinatio quæ fit per somnia, per auguria, omina, et alias hujusmodi observationes exteriarum rerum, est illicita, 98 et seq -79. — Divinatio quæ fit per sortes, non observatis requisitis conditionibus, est illicita, 103 et seq -85. *Vid.* Sortes.

Divisibilitas subjecti duplex est. Alia entitativa, et in ordine ad se, quod nihil aliud est, quam habere entitative plures partes. Hanc divisibilitatem, quæ non provenit formaliter a quantitate, retinet corpus Christi in Eucharistia. Altera extensio est in ordine ad locum, per quam una pars non est ubi est alia. XXIII, 320

Divisio bona datur, et mala: quæ fit a bono semper mala est, non quælibet divisio est bona, quæ fit a malo I, 1232-972

Divites de superfluis status tenentur subvenire pauperibus communem etiam necessitatem patientibus, quales sunt qui ostiatim mendicare solent, XXII, 1332. — Non tenentur statim dare omnia superflua sua pauperibus, sed sufficit quod ex illis faciant eleemosynam tempore et loco, etiam in necessitatibus communibus, 1333. — Non excusantur a mortali, qui nihil omnino dant, aut tam modicum pro suis divitiis, ut pauperibus communibus deesset subsidium, si alii divites eumdem modum servarent, 1333; XIII, 1136 et seq. *in nota*, 898.

Divortium dicitur vel a diversitate mentium, vel quia in diversas partes eunt qui matrimonium distrahunt, XXV, 477. — Divortium dupliciter usurpatur, primo ut importat dissolutionem matrimonii quoad torum et cohabitationem; secundo, ut importat dissolutionem quoad vinculum, 477. — Repudium olim fuit licitum Judæis ex dispensatione Dei in lege naturali; gentilibus vero nunquam: et post legem Evangelicam, nec Judæis, nec gentilibus est licitum, 478. — Divortium ratione adulterii non solvit matrimonii vinculum, 478. — Divortium potest celebrari ratione adulterii, 478. — Divortium non potest peti ob solam voluntatem fornicandi, etc., 478. — Non est justa causa divortii, quando infidelis ad fidem conversus infidelem repudiavit, licet repudiatus infidelis ad aliud matrimonium transeat, 476. — Divortium non potest celebrari, quando uxor fuit violenter cognita, licet causam violentiæ, dedisset, etc., 479. — Divortium potest peti ratione impotentiæ, etc., solus judex ecclesiasticus est competens ad cognoscendum de adulterio, ut ratione illius divortium celebretur, etc., 479. — Inter infideles principi christiano subditos, solus judex sæcularis est competens. Si alter est fidelis, et alter infidelis, actor debet sequi forum rei, 479. — Divortii causa acta non potest transiri ad accusationem criminalem adulterii, etc., etc., 479. — Conjux innocens non potest propria auctoritate ab adulterii habitatione divertere in foro externo, quando adulterium est occultum, 479. — Ob nullum crimen aliud a fornicatione carnali vel spirituali, licet conjugibus divertere, si conjux illo implicitus alterum non inducat ad peccandum; sed causa correctionis aliquando licet discedere, 480. — Divortium celebrari potest, quando conjux innocens remisit adulterium remissione mente retenta, nec signo externo conjugi nocentis expressa, 480. — Ebrietas sæpe repetita cum periculo vitæ uxoris est justa divortii causa, 481. — Datur compensatio, quando ante sententiam divortii uterque conjux adulterium commisit, 480, 481. — Divortio facto, attento jure codicis, filii usque ad primum triennium apud matrem educandi; majores triennio facti apud patrem, nisi aliud judex arbitretur expedire, etc. 481

Docere, privatim patrum familias, publice sacerdotum et prophetarum olim munus erat, I, 41-34. — Necessario admittenda est auctoritas docentis infallibilis, 1148 et seq.-906. — Docere, non laicorum, sed pastorum munus est. IV, 229, 241

Docilitas, pars integrans prudentiæ, ea est qua quis paratum et promptum se exhibet ad aliorum consilia et monita de rebus agendis capessenda, XI, 1206. — Sine docilitate non est prudentia, 397. — Docilitas proprie ad prudentiam pertinet. 401

Doctores cum Ecclesia recipiendi sunt, non cum doctoribus Ecclesiæ fides deserenda (Vincentius Lirinensis), I, 938, 939-740, 741. — Illi doctores audiendi sunt qui constanter in Ecclesia vixerunt, 957 et seq.-754. — Alii non sunt recipiendi doctores, quam quos Christus instituit, 991-782. — Ex communi tamen Ecclesiæ usu sub nomine SS Patrum proprie sumpto veniunt viri ecclesiastici, qui doctrina eminent, sanctitate florent, antiquitate vigent, et expressa vel tacita Ecclesiæ designatione gaudent, VI, 927. — Doctorum et Patrum Ecclesiæ index alphabeticus, V, 147-182. — Communia doctorum ecclesiasticorum præjudicia non aliter sunt accipienda, ac si omnium fidelium essent communes conspirantesque sententiæ, I, 574-451 — Docent Patres puritatem mentis theologo esse necessariam, 63 et seq.-50. — Patres in fidei quæstione non semper afferunt causas necessarias, sed interdum verosimiles. 447-350

Patrum auctoritas impugnatur, 465-365. — Eadem adstruitur, 469-368.—Apud Patres quædam ad philosophiam, quædam ad fidem et theologiam referenda, quædam ad quæstiones quæ ignorari possunt ante Ecclesiæ definitionem, ut Spiritus sancti processio, 467 et seq -366.— Sanctorum auctoritas tantum pollet, quantum ratio naturæ consentanea persuaserit, 469-368. — Unius aut duorum sanctorum probabile argumentum, non firmum, subministrare possunt, 470-368. — In eorum operibus non omnia probanda, 470-369. — Plures, non ideo spernendi more hæreticorum, erraruntcirca dogmata non definita, 470 et seq -369. — Patres mala fide arguuntur credidisse Deum materialem, II, 946. — Et docuisse duo principia et materiam æternam, 949 et seq. — Plurium sanctorum auctoritas, reliquis licet paucioribus reclamantibus, firma argumenta theologo præstare non valet, I. 474-372.—Omnium sanctorum auctoritas in his quæ ad fidem non pertinent, probabilem non certam fidem facit, 474 et seq -372 — In expositione Scripturæ sacræ communis omnium sanctorum sensus est sensus ipse Spiritus sancti et certissimum theologo præstat argumentum, 476-496; 374-389. — Probatur traditione, 479 et seq.-376. — Probatur ex conciliis et ipsa Scriptura sacra, 485 et seq.-379. — Ratione probatur, 488 et seq.-383. — Scripturæ sacræ sensus, omnium Patrum sententiæ contrarius, est erroneus, 477 et seq.-374. — Ab omnibus simul sanctis communi et una mente idem sentientibus vera intelligentia verbi Dei recedere non potuit, 490-384. — Sancti simul omnes in fidei dogmate errare non possunt, 492 et seq.-386. — Doctrina SS. Patrum et Ecclesiæ traditio non sunt dissocianda, 494-388.—Antiqua SS. Patrum consensio non in omnibus divinæ legis quæstiunculis, sed solum in fidei regula nobis certe est sequenda, 496 et seq.-389 — De consensu SS. Patrum in explicatione scripturæ sacræ, 1044, 1284-823, 1013. — De eorumdem consensu in rebus fidei et morum, 1044-824 — De Patrum testimoniis, IV, 1130.—In controversiis de fide ac moribus certissimum præstat argumentum unanimis Patrum consensus, 1133.—Solv. objecta, 1136.—Si Patres inter se dissentiant, tum illis adhærendum qui omnibus ponderatis auctoritate antecellant, 1138.—Qualis doctoribus auctoritatem conferat Ecclesiæ commendatio, vel approbatio, 1139. — De Patrum auctoritate in doctrina fidei, VI, 927 et seq. — De eorum auctoritate et usu in morali theologia, XI, 44 et seq.—Quædam animadversiones circa usum SS. Patrum in rebus moralibus, 49 et seq. — De auctoritate SS. Patrum et Doctorum, egregia verba S. Vincentii Lirinensis, V, 182. — De studio Patrum et Doctorum, I, 50-41. — Qua dispositione legendi sunt, 51-42. — Quænam sint cautelæ et regulæ pro intelligentia, quinam canones pro usu theologico SS. Patrum, 499 et seq. *in not* -391. — Generales notationes circa usum SS. Patrum, 1059 et seq.-835.—Circa SS. Patrum auctoritatem in doc-

trina fidei et morum regulæ, VI, 929, 930.—Octo regulæ, XI, 45 et seq. — Diligenter observandum est utrum ut dogma certum tradatur Patrum aliqua sententia, an tantum ut explicatio solvendis hæreticorum objectionibus utilis. IX, 944-746

Dallæi respondetur argumentis, quibus constat ipsius liber primus *de vero Patrum usu*, XXVI, 1007. — Dallæi solvuntur argumenta, quibus constat ipsius liber secundus *de vero Patrum usu*, 1033. — Nota in Dallæi opus *de usu Patrum*, 1055. — Joannis Dominici Mansi nota in Basnagium causæ a Dallæo peroratæ patronum. 1056

Doctrina omnis, seu lumen et naturæ et fidei, quorum altero naturalia altero supernaturalia videre dicimur, a Deo est. Non minus a Deo falleremur, errantes in naturæ lumine, quam si per fidei lumen erraremus, I, 333-436. —Doctrinæ christianæ quanta profunditas, 62 *in nota*-49. —Doctrinæ catholicæ notæ sunt divinæ legis auctoritas et Ecclesiæ catholicæ traditio, 913-720. — Ubi diversitas doctrinæ illic scripturarum et expositionum adulteratio, 1006-794. — De doctrinæ christianæ præcellentia et divinæ originis notis in ea elucentibus, III, 274. *Vid.* Religio. — Prima nota doctrinæ christianæ : præstantia Novi Testamenti, 601-632. *Vide* Evangelium. — Secunda nota : Integritas morum introducta per ejus prædicationem in homines, 633.—Tertia nota doctrinæ christianæ : Pernix lataque ejus propagatio, 644 et seq.—Sola Dei virtute ita propagata est, 651 et seq. — Ethnicorum religio, 652 et seq.—Christiana religio, 655 et seq —Persecutiones, 658 et seq. — Quibus modis propagabatur Evangelium, 662 et seq. — Humani modi ad finem assequendum idonei non fuissent, 665. —Ergo Evangelii propagatio non fuit opus humanum sed divinum, 667. — Quarta nota doctrinæ christianæ. Martyres qui eam defenderunt, 669. — Primo testimonium Apostolorum, 669 et seq.—Secundo testimonium cæterorum martyrum, 674 et seq.—Fortitudinis martyrum fons primus fuit Deus, ergo ipse est religionis auctor. 688 et seq. Quinta nota : Miracula, 691, et seq. *Vide* Miracula.— Sexta nota : Prophetiæ, 737 et seq. *Vide* Prophetiæ — Evangelica demonstratio, 780 et seq.— Doctrinæ catholicæ expositio, auctore Bossuetio. Operis scopus. VI, 749 et seq.

Dogma fidei nihil aliud est, quam doctrina, et veritas divinitus revelata, quæ publico Ecclesiæ judicio fide divina credenda ita proponitur, ut contraria ab Ecclesia tanquam hæretica doctrina damnetur, VI, 882. — Ut doctrina sit fidei catholicæ dogma, necesse est primo, ut sit revelata a Deo per Christum. Prophetas, Apostolos, seu auctores canonicos, 882.—Secundo necesse est, ut dogma ab Ecclesia universa, vel in conciliis generalibus repræsentata, vel in orbe dispersa omnibus sit propositum fide divina credendum, 884.— Nova dogmata non procuduntur in Ecclesia, sed vetera repetuntur, obscura explicantur, defenduntur que eadem quæ Christus tradidit, 886.—Quotquot sunt veritates divinæ et catholicæ, tot etiam numerantur fidei divinæ et catholicæ dogmata, quorum alia sunt omnino fidelibus scitu necessaria ; alia ex parte scitu necessaria ; alia utilia, 889. — Rursus alia in mera contemplatione versantur et fidem tantum modo postulant ; alia actionem quoque recipiunt, 889. — Omnium dogmatum unicum fundamentum est divina revelatio, 889.—Nemo tenetur ad quodcumque dogma, etiam vulgatissimum amplectendum et sustentandum, quod ab omnibus omnino catholicis non creditur, nec habetur tanquam fidei divinæ et catholicæ articulus, 792. — Præcipua dogmata tradita sunt disertis verbis, seu expresse, directe et immediate a Deo revelata sunt. Alia vulgo, a theologis implicite, mediate, aut virtualiter revelata dicuntur, 890-893, *in nota*.

Dogmata de uno Deo in natura, 949 et seq. — Dogmata de Deo trino in personis, 953 et seq. — Dogmata de Deo creatore, 956.— Dogmata de peccatis, 967. — De peccato originali, 969. Dogmata de verbo Dei incarnato, seu Christo redemptore, 972.—Dogmata de Christo mediatore, 981 et seq. — Dogmata de Christo legislatore, et novi fœderis institutore, 991. — Dogmata de invocatione et intercessione sanctorum, 987 et seq. —Dogmata de gratia Christi, 997. — Dogmata de sacramentis in genere, 1006 — Dogmata de Baptismo, 1012.—Dogmata de sacramento Confirmationis, 1016. — Dogmata de sacramento Eucharistiæ, 1019.— Dogmata de sacrificio Missæ, 1029.— Dogmata de sacramento Pœnitentiæ, 1034.—Dogmata de indulgentiis, 1044.—Dogmata de sacramento Extremæ Unctionis, 1046. — Dogmata de sacramento Ordinis, 1048. — Dogmata de sacramento Matrimonii, 1050. — Dogmata de justificatione et merito bonorum operum, 1055. — Dogmata de consecutione salutis post vitæ humanæ exitum, 1061 et seq.— Dogma catholicum tribus modis dici potest : 1° generice et late ; et sic nihil aliud est quam doctrina quæ licite et sine censura in catholica docetur Ecclesia; 2° minus late; pro doctrina quæ sit cunctis fidelibus, proposita cum obligatione credendi, sed non tanquam de fide divina ; 3° dogma catholicum proprie dictum, veritas est fidei divinæ quæ cunctis fidelibus, ut talis credenda proponitur, I, 1464-1155. — Non omnia fidei dogmata, seu non omnes catholicæ fidei veritates, sed solæ principales, et primariæ sunt articuli fidei proprie dicti. 1466-1156

Dolor potest esse aut fingi summus vel intensive, vel appretiative, vel extensive, XXII, 203.— Dolor intensive summus, vel is est, quo nullus vehementior in ullo pœnitente reperiri possit, et is *simpliciter* intensus dicitur ; vel is est quo pœnitens vehementiorem concipere nequit ; et is summus *absolute* dicitur ; vel is est, quo pœnitens de peccato vehementius dolet, quam de alio, quocumque malo, etsi plus doleret, si secundum totam gratiæ suæ latitudinem doleret, et is dicitur summus comparative, 203. —Dolor appretiative summus ille est, quo quis de peccato magis dolet quam de alio quocumque malo, ita ut malum quodvis subire malit quam peccare, licet id faciat aversione remissa et conatu debiliore, 203. — Dolor extensive summus is est qui multum durat, vel melius qui semper durat, quantum moraliter fieri potest, 203 Dolor a detestatione differt,206.—Non ideo suspectus videri debet dolor pœnitentis, quod patris, uxoris, amici mortem aut infamiam doleat vehementius, non sensu solum, sed et interna mentis amaritudine, quam peccatum sensibilibus enim longe magis afficimur quam spiritualibus, 206. — Certus figi non potest doloris gradus, ad contritionem necessarius, 206. — Dolorum Mariæ festum, XXVI, 561. — *Vid* Compassio.

Dolus, vitium prudentiæ oppositum,ad astutiam pertinet. Dolus est executio astutiæ per verba, vel per facta. Differt a fraude, quæ est executio astutiæ per sola facta. XI, 1210, 868. —Dolus est furti species quo dominus rei in venditionibus, aut emptionibus, aut aliis modis decipitur, XV, 991. — Dolus alius est verus, alius præsumptus : verus dicitur quando patet manifestis indiciis ; præsumptus, quando talaciæ indicia latent, XVI, 511. — Dolus qui versatur circa rei qualitates dividitur in eum qui dat causam contractui et in eum qui tantum in contractum incidit. 511

Dolus est omnis calliditas, fallacia, aut machinatio ad alterum decipiendum adhibita; supponit in uno contrahente intentionem alium decipiendi, 533.—Calliditas fit tacendo, fallacia mentiendo, machinatio arte verborum, XV, 576.— Duplex est dolus, alius positivus, cum aliquid aut dicitur quo alter in errorem inducatur, alius negativus cum aliquid simulatur, aut culpabiliter reticetur. Dolus positivus parit errorem in mente alterius et injuriam decepto. XVI, 533

Iterum duplex est dolus, alius substantialis qui parit errorem circa speciem contractus, vel rei naturam, vel quotitatem pretii notabilem, vel qualitatem omnino consensus restrictivam, vel personam qui causa sit præcipua conventionis, vel motivum finale pacti. Alius accidentalis causans errorem circa rei qualitates. 533

Dominium in genere duo includit ex una parte potentiam quamdam et auctoritatem in rem vel personam, ex altera parte subjectionem rei vel personæ talem ut ipsa dicatur esse alterius, XV, 459 — Dominium in genere nihil videtur aliud esse quam jus gubernandi vel disponendi de re aliqua tanquam sua, 460. — Duplex est dominium *jurisdictionis* quod est potestas gubernandi suos subditos ; et dominium *proprietatis* quod est jus disponendi de re aliqua ut sua in proprium commodum, 460. Dominium *jurisdictionis* duplex est, aliud *sæculare*, quod in rebus sæcularibus gubernat; aliud *ecclesiasticum*, quod in rebus sacris et in recte vivendi ratione dirigit, 460. — Dominium *proprietatis* dividitur in plenum seu perfectum, et semiplenum, seu imperfectum Perfectum continet proprietatem rei et commodorum ejus. Imperfectum habet tantum vel proprietatem rei sine emolumentis, et tum dicitur *directum;* vel emolumenta sine rei proprietate, et tunc dicitur *utile*, 826-460 ; XIV, 831-656. — Dominium apud veteres Latinos dicitur mancipium. XV, 461

Dominium proprietatis nihil aliud est quam jus in re, 826. — Dominium proprietatis plenum et perfectum, continens in se dominium directum et utile, recte definitur facultas seu jus disponendi de re tamquam propria in suum commodum, quoad omnes usus a lege permissos, XIV, 827-653 ; XV, 461-826. — Secum importat fractionem, exclusionem, dispositionem, 827. — Dominium imperfectum est legitima potestas disponendi vel de re, vel de ejus fructibus in omnem usum lege vel pacto non prohibitum, 827 — Quando dominium ab uno in alium transfertur, ad acquisitionem domini ordinarie duo requiruntur, titulus et traditio, 462 et seq, — Quando dominium non transfertur ab uno ad alterum, ad acquisitionem ejus sufficit apprehensio; sic acquiruntur dominia earum rerum quæ nullius sunt, 464. — Dominium soli naturæ rationali con-

venit scilicet, Deo, angelis, hominibus, 476. — Deus summum, absolutissimum, et prorsus independens in omnes creaturas habet dominium. De omnibus libere disponere potest prout placuerit; nec cuiquam fiet injuria : seposita tamen ipsius liberali promissione et ordinatione, quæ quamdam obligationem inducit, non quidem justitiæ proprie, sed fidelitatis, seu veritatis, quæ virtus passim in Scripturis justitia vocatur, 477. — Angeli proprie non videntur habere dominium, nisi suarum actionum, 477. — Omnis et solus homo capax est dominii in res creatas maxime in res sublunares, 477, 828 ; XIV, 831-637. — Dominium quod creaturis communicatur essentialiter dominio divino subordinatur et ab eo dependet, XV, 477. — Parvuli ante usum rationis et amentes sunt dominii capaces, 478, 828; XIV, 832-637. — Filii familias sunt dominii capaces, XV, 829. — De dominio uxorum, 833. — De dominio clericorum, 488, 836. — De dominio religiosorum, 482, 839. — De dominio beneficiariorum, 486; XIV, 835 638. — De dominio servorum, 832-637 ; XV, 480. — Dominii objectum sunt omnes res usibus humanis accommodatæ : quæ respectu hominis, vel exteriores sunt, vel interiores. Exteriores sunt vel corporeæ, vel incorporeæ. Corporeæ sunt vel mobiles, vel immobiles. 841. — Interiores sunt vita, fama et libertas, 842. — Ut res objectum dominii censeatur tres conditiones requiruntur : ut natura sua sit apprehensibilis, ut alicui usui esse possit, ut possessionis exclusivæ sit capax, 842. — Omnes res externæ sub hominis dominium jure naturæ cadunt, 498. — Habet homo de jure naturæ dominium in omnia bruta animalia, 438. — Homo potest cadere sub dominium alterius hominis, non jure naturæ, sed jure gentium et civili, 498, 499, 843. — Commercium nigrorum, quamvis in se lugendum absolute licitum est, 844. — Homo habet dominium utile, non dominium directum in vitam et membra sua, vitæ et membrorum est tantum custos et usurarius, 499-842. — Neque princeps, neque respublica dominium directum habet in vitam et membra suorum subditorum, 500, 845. — Solus Deus est Dominus vitæ et membrorum hominis, 499-845. — Homo plenum dominium habet in famam suam. Illud tamen dominium restringitur. 500, 501-845

De origine dominii. Omnia bona in prima rerum origine fuerunt communia. Quædam bonorum divisio etiam a primæva ætate facta fuit, XV, 827. — Prima rerum divisio seu distinctio dominiorum facta est partim occupatione, partim sortitione, 501, 502. — Post peccatum hæc dominiorum divisio non solum fuit licita, sed etiam salutaris generi humano, 503-827. — Hæc divisio facta est non jure divino, non proprie jure naturali, sed jure gentium, 504; XIV, 828, 846-634, 668. — Dominium in homines acquiritur jure belli, nativitate, justa condemnatione, et emptione, XV, 505. — Modus acquirendi dominium est relatio moralis seu lege fundata qua objectum dominii subjecto ligatur. Acquiritur dominium vel per contractum, vel extra contractum, 845. — Legitima translatio dominii definitur : transmutatio rei ab eo qui prius eam legitime possidebat, in alterum qui illius incipit esse legitimus Dominus, XIV, 846-668. — Dominia rerum quæ sunt alicujus transferuntur vel volente priore Domino, vel invito : volente Domino, ut donatione, ultima voluntate, contractu ; nolente Domino tripliciter, 1° jure gentium, 2° auctoritate legis, 3° sententia judicis, 846, 847-668; XV, 528. — Dominium per actum internum transferri non potest, quia hæc translatio per traditionem fit, XXV, 481. — Inter varios modos quibus dominium acquiritur extra contractum præcipue distinguuntur occupatio, inventio, accessio, et præscriptio, XV, 845. — Occupatio, servatis quibusdam conditionibus, est modus legitimus acquirendi primo occupanti dominium rerum quæ nullius sunt, 845. — In Galliis omnia immobilia quæ nullius sunt in territorio ad gubernium pertinent, 846. — Inventio, 852. — Accessio, 860. — Præscriptio est modus in conscientia legitimus acquirendi dominium. 863-528.

De præcipuis speciebus dominii semi-pleni, 874. — De modificatione dominii quoad jus disponendi, 874. — De modificatione dominii quoad jus fruendi, 875. — De modificatione dominii quoad jus excludendi, 877. — Maritus in suæ uxoris dotem civile dominium acquirit, vi cujus eam administrare potest, XVI, 302. — Maritus contra dotis dominium naturale retinet; uxor vero dominium ejus civile sine usu fructu et administratione, acquirit, 305.

Dominus vocatur qui habet aliquid suum, de quo possit disponere, vel in quod auctoritatem exercere, XV, 459. — A dominio proprietatis quisque dicitur rei suæ dominus, sive ille sit persona privata, sive publica, sive communitas, 460. — Domini tenentur 1° gerere curam salutis famulorum et famularum, XVI, 1248; — 2° tenentur alimenta congrua præbere, et tempore statuto mercedem justam solvere, 1249; — 3° tenentur eos non aspere ac superbe tractare, sed benigne tanquam fratres in Christo et cohæredes vitæ æternæ, quos debent tanquam seipsos diligere; 4° tenentur curare ut in eorum morbis ac infirmitatibus auxilia temporalia et spiritualia eis non desint ; 5° tenentur famulos expellere, qui liberos aliosve domesticos, verbis vel moribus pravis corrumpunt, si reprehensione non emendentur, 1249. — Officia dominorum erga servos eadem fere sunt ac officia *patris familias* erga filios. Primo, servorum saluti spirituali prospicere debent, etc. XIV, 543-429. — Secundo, cura hujusmodi consistit in correctione et punitione delictorum, 544-430. — Tertio, curare debent ut servi otio non vacent, 544-430. — Quarto, non debent nimis delicate servos sustentare, sed illis alimenta subministrare necessaria et convenientia, etc., 545-431. — Quinto, tenetur dominus sub mortali solvere famulis justum stipendium, 546-431

Donatio in genere est concessio gratuita et spontanea alicujus rei. Triplici modo fieri potest, nempe inter vivos per testamentum, vel causa mortis, XVI, 590. — Donatio inter vivos definitur contractus quo quis ex mera liberalitate transfert actualiter et irrevocabiliter dominium rei suæ alteri acceptanti, 590. — Capacitas donandi inter vivos oritur a jure naturali : communis est sententia sed magna lis est, ex quonam jure oriatur capacitas donandi per testamentum, 592. — Capacitas donandi ad eos omnes pertinet qui lege non declarantur inhabiles ad donandum, 593. — Declarantur inhabiles ad dandum sive inter vivos, sive testamento, sive causa mortis : 1° civiliter mortui, 2° menti capti, 3° interdicti, 4° cessores bonorum intra decem dies quæ præcedunt declarationem decoctionis, 5° minores, 6° uxores, 7° subjecti concilio judiciario, 593. — Capacitas accipiendi tribuenda est iis omnibus qui lege declarantur inhabiles ad accipiendum, alii absolute, alii relative, inhabiles sunt, 593. — Ad accipiendum relative sunt inhabiles 1° civiliter mortui, 2° nondum concepti, 3° non nati vitales, 4° uxores, 5° surdi muti a nativitate nisi scribere sciant, 593. — Ad accipiendum relative sunt inhabiles 1° tutor, 2° filii naturales seu spurii, 3° incestuosi et adulteri, 4° medici, chirurgi, pharmacopolæ, et ministri divini cultus, qui, cum operam alicui in ultimo morbo præbuerant, nihil ab eo accipere possunt titulo gratuito, 5° seminaria, xenodochia et alia publicæ utilitatis instituta, 594. — Quotitas disponibilis ea est bonorum pars quam unusquisque pro nutu suo dare potest etiamsi descendentes vel ascendentes habeat, 595. — Dominium est jus utendi et abutendi re sua, quibusdam tamen limitibus coarctatur facultas donandi. Pars de qua disponere non licet, olim legitima dicebatur, nunc reservatio, id est, portio hæredibus vi legis necessario reservata, 595. — Reservatio diversa est pro diversis hypothesibus. Qui habet solum collaterales, omnia bona sua aliis modo habilibus donare potest. Si quis habeat solum ascendentes, vel eos habet in utraque linea, vel tantum in una, 595. — Si quis habeat descendentes, varia reservatio pro numero filiorum quos habet, 596. — Reservatio est pars hæreditatis : proficit hæredibus, si unus ex illis quibus concessa fuit huic renuntiet, 596. — Reservatio in natura, non in æquivalenti solvi debet. 596

De collatione (*du rapport*). 596 et seq.

De reductione donationum, 600. — Quinam reductionem postulare possint? 601. — Adversus quos reductio donationum postulari possit. Quo tempore fieri debeat reductio. Quo ordine facienda sit reductio, 601. — Quinam sint reductionis effectus, 602. — Quænam sint formalitates requisitæ ad validitatem donationis inter vivos, 602. — An donationes requisitis formalitatibus destitutæ irritæ sint in foro conscientiæ, 603 et seq. — Generatim donationes formalitatibus destitutæ vim servare videntur in foro conscientiæ, 603. — Cum donatio sit contractus, perfecta non est nisi a donatorio acceptata fuerit. Quomodo acceptari debeat donatio, 605. — A quibusnam acceptari debeat? Quandonam fieri debeat acceptatio, 606. — Quamvis donatio inter vivos facta et perfecta sit ex natura sua irrevocabilis, potest tamen in quibusdam casibus lege recognitis revocari : 1° quando donator stipulatus est se ad sua bona reversurum, 606 ; — 2° quando donatarius non implet conditiones donationi appositas ; — 3° quando donatarius ingratum animum in donatorem manifestavit actibus externis; 4° quando donatori post donationem supervenit proles legitima aut etiam illegitima quæ matrimonio subsequenti legitimetur, 607. — Testamentum definiri potest, actus essentialiter revocabilis quo testator de bonis suis vel de quadam illorum parte disponit pro tempore mortem ejus subsecuturo, 591. — De regulis testamento specialibus, 608. — Donatio causa mortis est dispositio qua quis ex mera liberalitate alteri acceptanti transfert actualiter dominium rei suæ, sub conditione quod res sibi restituatur si eam petat, et ad illum pertineat si ipse moriatur absque revocatione prioris voluntatis, 591. — Hæc omnia pensanda sunt verba, ne cum donatione causa mortis confundantur variæ dis-

positiones inter vivos vel testamentariæ, 621. — An donationes causa mortis sub jure novo agnoscantur, 622 —Quænam formalitates requirantur in donationibus causa mortis, 623. — Donationes cum onere restituendi, seu substitutiones, illæ sunt in quibus donatarius bona sibi data aliis transmittere tenetur, 624.— Duplicis sunt generis; aliæ in quibus donatarius bona sibi data aut aliquam eorum partem alteri statim remittere debet; quæ licitæ sunt et validæ; aliæ, quæ dicuntur fideicommissariæ, in quibus donatarius bona sibi data aut certam eorum partem aliquo tempore conservare, et deinceps alteri tradere tenetur; illæ sunt prohibitæ, 624. — Ut substitutio incidat sub legis prohibitionem, *donatario imponere debet onus rem servandi et deinde alteri restituendi*, 625. — Quæ substitutiones fideicommissariæ valeant, 626. — De partitionibus in favorem descendentium, 626. — De donationibus quæ sponsis fiunt a tertia persona in contractu matrimoniali, 627. — Sponsi sibi invicem donare possunt, sive per contractum matrimonialem, sine per alium contractum, durante matrimonio. Regulæ communes, 627. — Regulæ speciales. 628

Donata a consanguineis conjugum, et ab amicis illorum, censentur utrique conjugi data, etc., XXV, 481 — Donatio inter conjuges, vel sponsos, quædam est simplex; quædam vero ob causam. Donatio simplex inter virum et uxorem non est valida quatenus ad libitum potest revocari a donante, etc., etc., 482 et seq. — Donatio propter nuptias vel ante nuptias non est in usu hodie; successerunt loco illius arrhæ, 483.— Donatio gratuita est titulus legitimus ad aliquid supra sortem retinendum in mutuo, XVI, 743. — Conditiones requisitæ sunt, 1° ut donatio sit *sincera*, et non ad palliendas usuras; 2° ut sit *libera* et *spontanea*; 3° ut sit acceptata tamquam vera damnatio, 744. — Quomodo dignosci possit an donatio lucri a mutuatario facta debitis vestiatur conditionibus, 744. — Donatio seu potius conventio qua liberalitatis exercendæ gratia aliquid promittitur inter pacta legitima est admittenda, 93. — Ut dicatur donatio revocata, requiritur evidenter constare de revocatione; at non requiritur revocatio traditionis, XXV, 484. — Donatio remuneratoria quæ vere et proprie talis est, nec dicitur donatio simplex, non exigit merita ex justitiæ lege mercedem poscentia; sed sufficiunt ea merita quæ obligent lege gratitudinis ad antidorum, 485. — Donatio remuneratoria quæ non est debita lege justitiæ, non minuit legitimas ascendentium et descendentium, 485.— Donationes minutæ et eleemosynæ factæ prudenter a parentibus pertinent ad sumptus ordinarios et ad bonorum administrationem. 485

Quandonam donatio rei æquivalentis excuset a restitutione, XV, 1257. — *Vid.* LEGATIO REI.

DONATISTÆ, seu Donationi, hæretici quarti sæculi. Nomen et errores hausere a duobus Donatis, altero, Casarum, Nigrarum in Numidia episcopo velut auctore; altero episcopo Carthaginensi, velut promotore, V, 42 — Donatistorum, præcipui errores sunt sequentes. 1° Contendebant Ecclesiam in sola Africa inter Donatistas remansisse. 2° Nullum baptismum validum habebant, nisi qui apud ipsos conferebatur, et baptismum a catholicis collatum iterabant. 3° Prætextu martyrii, sponte aliis se occidendos tradebant, sibi ipsis violentas manus inferebant se martyres existimantes. Qui hoc furore correpti erant Circumcelliones appellati fuere, 42. — His erroribus plura impiissima facta adjungebant. Donatum Melchiades papa damnavit. 43

DONUM quod opponitur debito dici potest gratuitum, vel quatenus opponitur debito personæ duntaxat, vel quatenus opponitur debito tantum naturæ, vel prout utrique opponitur, X, 45-38.—Donum ut gratuitum, quatenus excludit debitum personæ duntaxat, non est supernaturale, 46-38. — Quatenus excludit debitum non omni, sed alicui tantum naturæ, proprie et simpliciter dici non potest supernaturale, 46-38. — Quatenus opponitur debito tum personæ, tum naturæ creatæ et creabilis, vere et proprie est supernaturale; et vice versa, 46-38. — Dona Spiritus sancti, 1463 et seq -1155. *Vid.* SPIRITUS SANCTUS.

Dona sunt habitus a virtutibus distincti, 1464-1156. — Quæ conferuntur cum virtutibus theologicis, eisdem virtutibus sunt inferiora, 1465-1156. — Quæ conferuntur cum aliis virtutibus, sive intellectualibus, sive moralibus, præstantiora sunt. 1466-1157

Dormiens et ebrius nunquam potest amittere gratiam, nec admittens homicidium antea prævisum. XXV, 481

Dos et contra-dos, seu donatio propter nuptias, est secundum quid humano commercio exempta, XVI, 388, 392. — Maritus dotem administrare, a quocumque vindicare, ac fructus illius percipere, sed nec alienare, nec obligare seu oppignerare potest, 392.—Idem dicendum de contradote, hoc est, de illa re quam maritus in securitatem dotis uxori constituit, et ab aliquibus pignus dotis vocatur, si in re immobili consistat. 393

De pactis dotalibus. 377

Dos profectitia, dos adventitia, 377, 378. — Pacta dotalia in simplicia et mixta dividuntur. Priora sunt quæ fiunt per modum contractus; posteriora, quæ per modum ultimæ voluntatis, 378. — Quoties fas est parentibus exhæredare ob causas jure permissas, immunes sunt ab obligatione dotandi filias, etc., etc., XXV, 485 et seq. — Dos tradita viro bonam habenti fidem per mulierem consciam nullitatis matrimonii, non est restituenda, soluto matrimonio, 486. — Dos potest integra recuperari, soluto matrimonio, 487. — Dotis non solutæ causa uxor non potest e domo expelli, vel in illam non traduci. 487

DOTALIA bona sunt ea quæ uxor tradit marito ad sustinenda matrimonii onera. XV, 835

DOXOLOGIA, seu glorificatio, qua idem Patri, Filio, et Spiritui sancto honor, eademque gloria defertur, triplici præsertim modo antiquitus terminabatur, VIII, 505 *in nota*. — Hic ritus antiquissimus est. 505

DUALISTÆ dicuntur qui duos deos, et duo principia, unum bonum, malum alterum statuunt, VI, 950 *in nota*.

DUBITANS ob contrarietatem rationum probabilium periculose se determinaret, et si operaretur peccaret, XI, 179 et seq. — Dubitans de deliberatione requisita ad promittendum, tenetur implere promissionem, XXV, 487. — Depositarius vel commodatarius dubitans æqualiter an sua culpa depositum vel commodatum perierit, immunis prorsus est a restitutione, 488. — Dubitans an sit impositum præceptum divinum naturale vel humanum de aliqua re, non obligatur. Dubitans post factam diligentiam sufficientem an habeat ætatem requisitam ad jejunium, non tenetur jejunare, 488 — Dubitans an audita fuerit hora noctis duodecima, edens vel bibens, non potest die sequenti ad Eucharistiam accedere. Potest tamen edere carnes, licet dies sequens sit jejunii, et cœnare, etc., 489. — Dubitans de valore matrimonii bona fide utriusque initi, ante diligentiam adhibitam ad assequendam veritatem, tenetur reddere, et petere minime; ea tamen sufficienter adhibita, potest petere et reddere, 489. — Dubitans uterque conjux, de valore matrimonii ab utroque bona fide initi, non potest petere nec reddere ante adhibitam diligentiam ad vincendum dubium, et quando alter tantum dubius est, et petit a non dubitante, potest conjux non dubius, conscius dubii, negare debitum. 489

DUBITATIO est hæsitatio mentis non magis uni parti quam alteri adhærenti. XV, 987

DUBIUM est suspensio assensus circa utramque partem contradictionis, XI, 1297.—Differt ab incertitudine, 1298. — Aliter definitur: dubium est suspensio judicii ob defectum vel insufficientiam motivorum quibus mens determinetur ad alterutram contradictionis partem. Suspensio judicii ob defectum rationum est dubium negativum. Suspensio judicii ob insufficientiam cognitam rationum est dubium positivum, 1484. — Dubium positivum dividitur in speculativum et practicum, 1489. — Speculativum est dum dubitatur de aliqua re, sitne bona vel mala; vel de propositione, sitne vera, vel falsa? Practicum illud est, quo dubitatur an hic et nunc liceat sibi facere actionem vel omittere, 322, 1489. — Ex dubio speculativo oritur practicum, tanquam effectus ex causa. Dubitans enim an liceat laborare die festo, per se loquendo etiam dubitat, an hoc die festo laborare valeat, 332. — Licitum est operari cum dubio speculativo, XXV, 990. — Propositio dubia ea est cui mens nec assentire, nec dissentire audet, XI, 1320. — Sacris congregationibus semper fuit veluti axioma: *In dubiis via tutior est eligenda*, 1506. — Explicatur commune effatum: *In dubiis tutior pars eligenda*, 1297 et seq. — Explicatur aliud effatum: *Lex dubia non obligat*, 1299 et seq. — Efficere id quod incertum est an sit peccatum, certum peccatum est, ait S. Aug., 1410. — Opinio dubie damnata non est tuta in praxi, 189. — Positive dubius an actio aliqua sit lege divina positiva prohibita, actionem dubiæ honestatis ponere nequit eo prætextu quod si detur lex, non sit sufficienter promulgata, 190 — Dubius positive, an detur lex positiva, v. g., jejunii, non potest agere contra illam eo prætextu quod quamvis lex detur, et sit sufficienter promulgata, non sit sufficienter promulgata dubitanti, 191. — Si probabilius alicui sit dari legem, v. g., prohibitivam contractus, quæ revera datur, respectu illius, lex est sufficienter promulgata, 192. — Positive dubius de honestate ac inhonestate actionis, nequit illam ponere eo prætextu quod lex prohibens, si detur, ignoretur invincibiliter, 198. — Positive dubius in æquali utrinque probabilitate, an res quam possidet sit sua, vel alterius, non potest eam rem, saltem integram, sibi retinere, sub hoc prætextu præcise quod de jure naturæ melior sit conditio possidentis, 201. — In materia justitiæ humanæ potestati subjecta melior conditio possidentis, 203. — In dubio melior est conditio possi-

dentis, non solum in materia justitiæ, sed etiam in aliis a justitia virtutibus. In æquali dubio tenetur judex sententiam ferre pro possessore, etc., XXV, 487. — Assistens moribundo qui existimat se peccare sive ægrum deserat, sive sacrum omittat, quidquid egerit, non peccabit, nemo enim peccat in eo quod vitare non potest, XI, 322. — Si sis dubius in materia justitiæ, num, v. g., res sit tua, vel alterius, et præter rationes tibi cum alio æquales, tu possessione certa gaudeas, melior est conditio tua, qui certo possides, 323. — Cum rationes, ait S. Antoninus, sunt ad utramque partem quasi æquales, peccatum grave est se exponere tali dubio ubi est mortale. Est aliud dubium, ubi scilicet ex levi suspicione timet quis esse in aliquo actu peccatum, ubi non est, et istud ad consilium boni viri deponendum est. 324

*Casus primus.* Judex dubitat de jure partium litigantium, 324. — In dubio absolvendus est reus accusatus de delicto, quia tutius est, nocentem absolvere, quam innocentem, damnare et punire. 325

*Casus secundus.* Qui propter rationes æquales occurrentes de probitate, aut improbitate proximi, vel an commiserit aliquod delictum, vel non, positive dubitans, positive judicat proximum commisisse delictum, secundum qualitatem materiæ peccat mortaliter vel venialiter. 325

*Casus tertius.* Advocatus de justitia causæ clientis dubitat. Tenetur diligenter inspicere causam, et si videat esse injustam, nullo modo suscipiat, multo minus partem ad litigandum inducat. 326

*Casus quartus.* Quidam dubitat, an judicium, quod habuit de proximo, sit mortaliter peccaminosum. Illum quem indignum non nosti, dignum debes æstimare : ad cautelam tamen et remedium licitum est, se ita gerere exterius, ac si esset, quod suspicaris, 326. — Licitum est dubia in deteriorem partem interpretari, quando agitur de bonitate, vel malitia rerum et operum. Idem licet interpretari, per quamdam suppositionem, quando agitur de bonitate vel malitia personarum ; quia dum debemus aliquibus inconvenientibus obviare, ad hoc ut securius remedium apponatur, prudentia dictat expediens esse ut supponamus id quod deterius est, XIV, 1106-872. — Supposito quod tunc dubitans velit exire in actum judicandi, tenetur in meliorem partem dubia interpretari, ac in favorem proximi declinare, 1106-872. — At non tenetur homo statim illud dubium positive in meliorem partem interpretari, judicium ferens de bonitate talis personæ, sed potest suspendere actum in nullam partem declinando, immotus permanens in illo dubio, 1106-873. — In dubio melior est conditio possidentis adhuc suam famam. 1106-873

*Casus quintus.* Mendicus in morbo admodum periculoso dubitat de veritate alicujus medicinæ. Melius remedium dubium quam certa mors. In extremis extrema sunt adhibenda remedia, si certa desint et probabilia. XI, 326

*Casus sextus.* Confessarius omnibus consideratis, de debita dispositione pœnitentis in articulo mortis dubitat. Talem sub conditione absolvere debet.

*Septimus casus.* Miles de justitia belli dubitat. Si principi bellum indicenti subditus sit, tenetur bellare. Nam suscipiendi belli auctoritas et consilium penes principes est. 327, XVI, 1275

*Casus octavus.* Subditus dubitat, an superior recte vel quidquam præcipiat. Subditus tenetur superiori mandanti obedire. XI, 328

*Casus nonus.* Professor dubitat de veritate sententiæ: tenetur diligenter studio et aliis modis veritatem inquirere. 328

*Casus decimus.* Dubitat pœnitens post annum integrum, an voverit, an vere simpliciter proposuerit quædam opera pia continuare, 328. — In dubiis non licet adversa sententes temere ac leviter condemnare, I, 309-400. — Ubi variæ sunt doctissimorum hominum discrepantesque sententiæ, a rebus incertis certam assensionem cohibere debemus. 309-399

In dubio de sensu legis sequentia attendi debere monent doctores communiter, XI, 308. Benigna interpretatio est facienda. 308

Duellum, quasi duorum bellum idiomate Græco dicitur monomachia, seu pugna unius tantum cum altero, XVIII, 1079. — Quatenus censuris ecclesiasticis subjicitur, XIV, 644-509. — Duellum est pugna singularis, deliberata ex utraque parte, sponte et ex condicto suscepta, statuto loco et tempore, cum periculo occisionis, mutilationis aut vulneris, XVIII, 1585; XIV, 644-509. — Dividitur primo ex parte modi in proprie et improprie sumptum. Duellum proprie sumptum est periculosum, duorum certamen initum ex condicto cum designatione loci et temporis. Improprie sumptum illud est cui deest eorum aliquid, videlicet aut condictum, aut periculum, etc., XVIII, 1079, 1585. — Dividitur secundo ex parte formæ in solemne et simplex : solemne habet quasdam cæremonias, ut armorum delectum, etc., simplex caret ista solemnitate, 1079-1585. — Tertio, dividitur varie ex parte finis, pro varietate causarum ob quas assumitur, 1079. — Ignorantia priorum sæculorum in diversis locis, etiam publicis legibus, duella receperat ad veritatis alicujus indaginem et finem controversiarum, 1079. — Duellum regulariter seu per se loquendo, graviter peccaminosum est. Idem sentiendum de provocatione ad duellum, 1585. — Duellum auctoritate publica est raro licitum, XIV, 645, 646-510. — Quicumque prætendatur finis, excepto casu rariori, gravissime est prohibitum jure naturali, canonico, civili; edictis principum; S. Pontificum et conciliorum decretis ac censuris, 644 et seq.-509; XVIII, 1080.

Quid de duello decreverit concilium Tridentinum. In hoc concilio de solo duello solemni sermo est, 1586. — Gregorius XIII, constitutione, *Ad tollendum*, quod de solemni statuerat concilium, ad privatum seu simplex extendit, 1586 et seq. — In concilio et in Bulla sermo est de solo duello proprie et rigorose sumpto, videlicet quod ex condicto, statuto tempore et in loco convento commissum fuerit. Quare duorum aut plurium conflictus, qui ex subito iracundiæ fervore aut rixis nascitur, non est duellum de quo pontifex loquitur, 587. — Multiplices sunt pœnæ duellantium : aliæ spirituales, ut excommunicatio latæ sententiæ, suspensio, interdictum ; aliæ corporales ut perpetua infamia, et privatio sepulturæ ecclesiasticæ, *si in ipso conflictu decesserint*, 1080, 1586. — Quinam incurrant pœnas duellatorum, XXII, 800 ; XVIII, 1587, 1589. — Privatio sepulturæ ecclesiasticæ incurritur ante sententiam judicis, saltem si sit notorium duellantem mortuum esse in conflictu. Si delictum non sit notorium, et nihilominus publice constet duellantes vel eorum alterum in conflictu mortuum esse, parochus rem ad episcopum vel ejus vicarium referat, 1589. — Ex constitutione Clementis VIII, absolutio excommunicationis quam incurrunt duellatores S. Pontifici reservatur, 1588. — In omni diœcesi casus proprie episcopalis est duellum illicitum et improprie sumptum, secuto ex alterutra parte effectu mortis, 1083. — Duellum proprie sumptum et illicitum, ubivis reservatur specialiter saltem si delinquens a censura non excusetur ob ignorantiam, etc., idque sive duellum sit simplex, sive solemne, sive publicum, sive occultum, sive secuta morte ex altera parte, sive non secuta, 1083. — Constitutio Benedicti XIV, qua damnantur quinque de duello propositiones, et novæ pœnæ in duellantes decernuntur. VI, 744 et seq.

Dulia vox servitutem significat, VIII, 772. — Per duliam servi dominos suos venerantur, XIV, 66-54. — Dulia sanctis, hyperdulia Deiparæ, latria Deo soli exhibetur, XIII, 1074-848. *Vid.* Cultus.

Duratio creata est essentialiter successiva, et seipsa fundat relationem distantiæ ab aliis partibus durationis, XXIII, 163. — Deus quia habet durationem indivisibilem, habet illam totam simul. 164

Duratio mundi ex Talmude. II, 846

Durities erga pauperes ac miseros est una ex avaritiæ filiabus, XXII, 1334. — Remedia assignantur. Primum remedium est solida refutatio prætextuum, quibus divites a præcepto eleemosynæ conantur sese eximere, 1334. — Alia remedia, 1335. — Nihil efficacius esse potest ad duritiem divitum corrigendam, quam seria consideratio verborum Christi judicis. 1336

Dux. Quandonam belli duces graviter peccent, et ad restitutionem teneantur. XVI, 1275

# E

Ebionitæ, seu Ebionæi, hæretici primi sæculi. Docebant Christum esse purum hominem, circumcisionem et alia legalia post Christum adhuc esse servanda. Virginitatem a suis cœtibus repellebant. Uxorum pluralitatem permittebant. V, 32

Ebrietas, gulæ species, est inordinatus bibendi appetitus, sive immoderata in potu delectatio, XI, 1081. — Recte describitur : potatio abundantior causans defectum rationis, XXII, 1305. — Spiritualia et temporalia damna gravissima ebrietas infert, 1306; XI, 1083 et passim infra. — Ebrietas, ait S. Basilius, est rationis interitus, roboris pernicies, senectus immatura, mors momentanea, 1083. — Ebrietas est voluntarius furor et intermittens amentia, XVIII, 1042; XVI, 132. — Alia est perfecta et enormis, alia imperfecta et levis. Enormis est qua sensus omnino obnubilantur ; imperfecta seu levis est, quæ relinquit adhuc tantum rationis usum, ut bonum a malo discerni possit, 132. — Ebrietas lethale peccatum est, cum quis vim potus cognoscens, et ultra modum bibens, inebriatur, XI, 1092. —

Culpa ebrietatis consistit in immoderato usu et concupiscentia vini. — Hoc contingit tripliciter, 1093. — Ebrietas frequens et assidua gravius peccatum est ebrietate in quam semel quis incurrit: quamvis et ista lethale sit peccatum. 1094 et seq.

Clericorum ebrietas gravius est peccatum, quam laicorum, 1097 et seq. — Ebrietas turpius est graviusque peccatum in principibus, magistratibus, senibus, juvenibus et mulieribus, quam in viris plebeis, 1099. — Lethalis peccati rei sunt quicumque modum in cibo vel potu scientes et volentes plurimum excedunt, etiamsi rationis usu non excidant; multo magis si usque ad vomitum cibo et potu se ingurgitent, 1100. — Ut quis per ebrietatem mortaliter peccet, non requiritur ut expressevel directe intendat aut velit se inebriare, sed sufficit si advertens, vel facile potens advertere potum esse immoderatum et inebriantem, nolit interim a tali potu abstinere; similiter ut quis provocando alios graviter peccet, satis est si prævideat aut facile prævidere possit illos fore inebriandos, XXII, 1305. —Lethalis peccati rei sunt, qui in compotationibus et conviviis bibunt, et alios bibere cogunt ad æquales potus, sive in ebrietatem incidant, sive solum illius periculo se vel alios exponant. Clerici vero hujus peccati rei, nisi a superiore commoniti satisfecerint, suspensione ab officio et beneficio plectendi sunt, XI, 1103. — Qui alterum non cogit, sed amice invitat ad bibendum, existimans quod non sit inebriandus, nec ultra metas necessitatis bibiturus, excusatur a peccato lethali, 1106. — Ebrietas non excusat a peccatis ex ea consecutis, nisi sit omnino involuntaria: imo, si voluntaria sit, peccati gravitatem auget, 1106. — Peccata ex genere suo mortalia quæ in ebrietate committuntur, imputantur ebrio ad culpam gravem, tanquam voluntaria in causa, quando fuerunt prævisa, aut facile prævideri potuerunt ex ebrietate secutura, XXII, 1305 — Comedere et bibere usque ad satietatem, ob solam voluptatem, peccatum est, XI, 1107. — Quibus signis colligi possit aliquem formaliter ebrium esse sive abundantiori potu rationis usu privatum, XXII, 1306. — Ebrietas imperfecta, qua alteratur quidem sensus, sed non aufertur, relinquit locum casui reservato, in quem incurrunt blasphemi et perjuri, XVIII, 1042. — De ebrietate perfecta et perfecte voluntaria, quatenus causa est blasphemiæ aut perjurii, vel directe intenti, vel prævisi, alii negant eam casui reservato locum relinquere. Et hæc sententia est probabilis. 1042 et seq.—Alii oppositam sententiam docent, 1044. — Ebrietatis remedia, XXII, 1306. — *Vid.* Gula.

Ebriosi compotationibus patrimonium suum exhauriunt, debita contrahunt, et familiam suam ad extremam adigunt egestatem, XI, 1083. — Ebriosi non sunt absolvendi, nisi cum mala ebrietatis consuetudine viriliter pugnent 1096

Ebrius, æque parum ac amens, capax est ad paciscendum aut contrahendum, XVI, 132 et seq. — Furioso nemo habetur similior, nec proximior, quam ebrius. 152

Ecclesia. Tractatus Ecclesiæ apud protestantes impossibilis est, IV, 10, 11. — Nullus olim de Ecclesia tractatus, quia necessarius non erat. 14

Ecclesia, vox græca, juxta vim nominis est evocatio seu vocatorum cœtus. Nobilius est nomen Ecclesiæ quam synagogæ, quæ est congregatio; nam pecora congregari, non nisi homines convocari solent, 15; 53 I, 286, 287-224. — A veteri synagoga differt in multis Ecclesia Christi, IV, 1098. — Nominis Ecclesiæ multiplex est acceptio. Prima latissima est, et quoslibet hominum conventus complectitur, 15. — Secunda latior est et complectitur omnes fideles et ipsosmet angelos. Verba S. Aug., 16. — Tertia acceptio est lata, et sumitur pro collectione fidelium omnium in terris, ab initio mundi usque ad ejus finem, 16.—Quarta acceptio cœtum populi Dei designat sive ante legem datam, sive tempore legis, usque ad Christum, 17. — Quinta acceptio stricta est et propria; designat fidelium cœtum sub Novo Testamento, a morte Christi. — Hoc sensu intelligitur vox Ecclesia, quotiescumque simpliciter et sine addito sumitur, 17. — Vox Ecclesia sic sumpta primo non raro designat Ecclesiæ præpositos, prout a populo fideli distinguuntur: quæ dicitur etiam Ecclesia docens, 17. — Secundo, designat aliquando plebem fidelem prout a præpositis distinguitur, et hæc dicitur Ecclesia audiens. — Tertio, frequentissime pastorum et fidelium cœtum designat. 18

Duæ supersunt nominis Ecclesiæ, una propria, sed valde stricta, ubi vox cum additamento et restricte sumitur ad designandas aliquas partes Ecclesiæ notabiles. Sic dicitur Ecclesia Occidentalis, Ecclesia Gallicana, Ecclesia Aurelianensis, 18. — Altera impropria est et metaphorica, ubi nomen Ecclesiæ pro ædibus Deo consecratis sumitur. 19

Prima et omnium antiquissima Ecclesiæ divisio est in Latinam et Græcam. Latina non solum Romanam et alias Occidentis Ecclesias, sed etiam Africanam, quæ lingua latina utebatur, designat. — Græca omnes Orientales Ecclesias complectitur, quibus, paucis exceptis, græca lingua communis est. XIX, 1094

Ecclesia in Scripturis sacris vocatur: 1° Domus Dei; 2° Domus magna; 3° Civitas Dei; 4° Civitas supra montem posita; 5° Regnum cœlorum, regnum Dei, regnum Christi; 6° Castrorum acies ordinata, terribilis; 7° Semen Abrahæ; 8° Corpus Christi; 9° Ovile Christi; 10° Sponsa Christi; 11° Regina, circumdata varietate. Dicitur etiam columba, Jerusalem, hortus conclusus, paradisus, etc., IV, 19, 20. — Domus fundata super petram. 51; VI, 308, 309

Ecclesiæ septem præsertim fuerunt figuræ seu typi, in libris Veteris Testamenti. Primus est paradisus terrestris. Secundus Eva. Tertius arca Noe Quartus fœcunditas sanctarum uxorum, IV, 21. — Quintus typus, ipsa gens judaica, quæ magnus quidam propheta fuit Christi et ejus regni. Sextus, templum Jerosolymitanum. Septimus lapis abscisus de monte sine manibus, qui factus est mons magnus et implevit universam terram, 22 — Arca in eo potissimum Ecclesiæ typus est, quod extra eam nullus servatus est, non in eo quod omnes intra illam facti sunt salvi, I. 324-153; VI, 319; IV, 1069. —In libris Novi Testamenti tres sunt Ecclesiæ typi. Primo duplex piscatio jussu Christi facta, 22. — Secundo, tunica Christi inconsutilis. Tertio, vas illud quod de cœlo descendens vidisse fertur S. Petrus, 23. — Ecclesiam in Scripturis delineant parabola areæ, parabola convivii, parabola retium, parabola pascuorum, parabola agri. 23, 24

Ecclesiæ membra, pro diverso eorum statu, distribuuntur in tres partes, quarum una militans, altera patiens, ultima triumphans vocatur. — Militans Ecclesia fideles in terris adhuc militantes complectitur; patiens, animas in purgatorio patientes; triumphans, electos et angelos sanctos in cœlo regnantes, IV, 16; VI, 306. — In Ecclesia, ut in corpore humano considerari possunt corpus et anima, IV, 1061. — Militans Ecclesia generaliter sumpta triplici sub respectu considerari potest, nempe vel quoad corpus, vel quoad animam, vel quoad utrumque.—Ecclesia interna, quæ dicitur Ecclesiæ anima, definitur: cœtus sanctorum et præsertim electorum qui viva fide, quæ per charitatem operatur, præditi sunt. — Ecclesia externa seu visibilis quæ Ecclesiæ corpus vocatur, est cœtus hominum veræ fidei professione, vero sacramentorum usu, et politia a Christo instituta colligatus et coadunatus. — Ecclesia adæquate sumpta, prout ex anima et corpore constituitur, recte definitur: Cœtus hominum partim sanctorum et electorum, partim peccatorum et reproborum, veræ fidei christianæ externa professione et visibili sacramentorum communione colligatus sub regimine pastorum, IV, 25 —Illæ definitiones vario sensu a catholicis et a protestantibus accipiuntur, 26.—Finxerunt Ecclesiæ definitiones hæretici, 53 — Notio specialior veræ Ecclesiæ, 26 et seq —Variæ Ecclesiæ militantis definitiones, 17; 25, 26, 27; 29, 30; 51; 1098, VI, 305, 306; I, 1223-965. — Recte definitur vera Christi Ecclesia: Cœtus hominum ejusdem fidei christianæ professione et eorumdem sacramentorum communione conjunctus, sub regimine legitimorum pastorum et præcipue Romani pontificis, 306, 307.—Genuina est hæc Ecclesiæ definitio contra protestantes, IV, 29 et seq. — Solv. objectiones, 32 et seq. — Fusior definitio: Ecclesia est hominum fidelium societas ejusdem fidei professione unita sub regimine legitimorum pastorum, quos Christus et Spiritus sanctus in omnem fidei et morum veritatem ita dirigit, ut universim nihil docere, et consequenter etiam fideles universi nihil credere possint, quod doctrinæ Christi contrarium sit, VI, 941. —Brevius definitur: Cœtus fidelium legitimis pastoribus adunatus; sive ut loquitur S. Cyprianus: Ecclesia plebs sacerdoti adunata, et pastori suo grex adhærens. 305

De origine Ecclesiæ. Ecclesia traditionibus, non Scripturis divinis primum fundata est, VI, 920. — Quatuor causæ Ecclesiæ assignantur: causa efficiens seu Christus; causa materialis, seu fideles; causa formalis, seu unio fidelium inter se; causa finalis duplex est, proxima quæ in sanctificatione fidelium sita est; et remota quæ est salus et felicitas æterna. IV, 38, 39

Christus est caput Ecclesiæ, IX, 1000-791. — Solus Christus, ut Deus, est auctor Ecclesiæ, potestate independentiæ et supremæ auctoritatis; et solus Christus, ut homo, potestate excellentiæ et ministerii principalis, IV, 39. — Christus est fundamentum Ecclesiæ primarium et essentiale. Apostoli fundamenta secundaria, propter eorum ministerium quo Deus usus est, 41. — Fides Petri est Ecclesiæ fundamentum, III, 984 et seq. — Illa Petri fides quæ Ecclesiæ fundamentum dicitur, est fidei doctrina quam prædicavit, 992. — Sacramenta concurrunt ad Ecclesiæ formationem et conservationem in genere causæ efficientis instrumentalis. IV, 41

Ecclesia vera, pia quia mater, I, 1002-861. — Ecclesia

catholica, mater christianorum verissima, XI, 38. — Per episcopos et pastores nos generat Christo fideles; per ipsos nos nutrit; per ipsos nos docet quæ credenda a nobis sunt, quæ agenda, quæve vitanda, ne a salutis via aberremus, 39 et seq. — Sua omnes fideles officia et veritatem docet. Apud eam omnis variorum animæ morborum medicina est, 38. — In sola Ecclesia catholica datur et accipitur remissio peccatorum, VI, 342 et seq. — Salus extra Ecclesiam non est, I, 1088-858. — Deum patrem habere non potest, qui Ecclesiam non habet matrem, 1087-857. — Culpabiliter in hæresi vel schismate, vel incredulitate ex hac vita decedentibus nulla salus esse potest, VI, 1245 et seq. — Male ergo consulunt saluti qui effutiunt probi hominis non esse deserere eam religionem, in qua unusquisque natus est et enutritus; qui dubio laborantes, omnem diligentiam non adhibent in veritatis inquisitione, 1251. — Solv. obj. 1261

Ecclesia maxime diligenda est et observanda, 328. — Ecclesiæ malis compatiendum, 330. — Ad mortem pro Ecclesia subeundam parati esse debemus, 330. — Eos qui ab Ecclesia separati sunt, urgere debemus ut ad ejus unitatem redeant; eos qui nobiscum intus sunt, ad Dei et Ecclesiæ amorem accendere, 331. — Unusquisque christianus in domo Christi, zelo domus Dei comedatur, 332. — Ecclesiæ ministri ipsius utilitatibus servire debent propter ipsam duntaxat et propter Christum ejus sponsum, non propter temporalia commoda. 332

De notis Ecclesiæ veræ quæ sunt unitas, sanctitas, catholicitas, apostolicitas, IV, 249 et seq.; V, 945 et seq. — Unitas est nota veræ Ecclesiæ, I, 1275-1004. — Ecclesia Christi una est, 334-337-261-264. — Ecclesia Christi ita est una et individua societas, ut ab ejus communione excludatur quodcumque genus hæreticorum et schismaticorum, VI, 996. — Argumentum ex Scripturis, IV, 254. — Argumentum ex symbolis fidei, 255 et seq. — Argumentum ex unanimi Patrum testimonio, 259; VI, 349 et seq. — Argumentum ex derelicto ab adversariis veræ unitatis principio, IV, 261. — Argumentum ex absurdis quæ ex adversariorum systemate sequuntur, 262. — Argumentum ex fundamentalium articulorum distinctione, 264. — Regula erronea Jurieï, 263. — Solv. objectiones ex Scripturis. Primo, ex prophetiis, 268. — Secundo, ex decem tribuum schismate, 270. — Tertio, ex Epistola prima ad Corinthios, 271. — Aliæ objectiones, 274-297. — Ad unitatem Ecclesiæ caput visibile requiritur, scilicet Romanus pontifex, S. Petri successor, VI, 523 et seq. — Quanti facienda sit unitas Ecclesiæ, I, 1225-967. — Non est particeps divinæ charitatis, qui hostis est unitatis, 1239, 1212-1087. — De unitate catholica Epistola De Maistre, V, 1195. — Qua via invenienda sit unitas Ecclesiæ, I, 1238 et seq.-993. — Unitas Ecclesiæ vel est fidei, vel est charitatis, vel est obedientiæ. Hæresis dividit unitatem fidei; schisma unitatem charitatis; hæretici et schismatici, unitatem obedientiæ, 1225, 1224-966, 967. — Via unitatis et veritatis, via secura et tuta; doctis et indoctis plana. 1239-994

Sanctitas est secunda Ecclesiæ veræ nota, IV, 297. — Sancta dicitur Ecclesia Christi, primo, quod Deo consecrata et dedicata sit, VI, 314. — Secundo, sancta est ratione capitis Christi, Sancti sanctorum et ratione Spiritus sancti, 314. — Sanctitas membrorum Christi, in hac vita non est plena et consummata, 315. — Tertio, sancta est Ecclesia ratione sacrificii et sacramentorum; et extra Ecclesiam nemo sanctus esse potest, 315. — Quarto, sancta est ratione doctrinæ, 316. — Sanctitas Ecclesiæ invicte probari potest, ducto ex miraculis argumento, IV, 299 et seq. — Miracula probant Ecclesiam esse veram et sanctam, et Ecclesia approbat miracula, 310, 311. — In quo stat Ecclesiæ sanctitas. I, 327-333

Catholicitas tertia veræ Ecclesiæ nota, VI, 316. — Ecclesia Christi est vere catholica, id est universalis, IV, 312. — Solv. objectiones, 313-321. — Ad Ecclesiam triplex attinet extensionis genus, 269, 270. — Ecclesia Christi catholica dicitur, primo, ratione locorum, quia toto orbe terrarum est diffusa, et prædicatio Evangelii omnibus gentibus destinata est. VI, 317

Secundo, catholica dicitur ratione temporum, 318. — De antiquitate Ecclesiæ, IV, 41. — Ecclesia Christi, seu cœtus fidelium in Christum credentium ita antecessit nativitatem Christi, ut tempore etiam legis naturæ et legis scriptæ sanctos extitisse christianæ religionis cultores merito asseratur. Probatur 1° ex Eusebio; 2° auctoritate SS. Patrum, 42. — Probatur 3° argumento theologico, 43 et seq. — Tempora variata sunt, ait S. Aug., non fides, 44. — Ecclesia sumpta pro cœtu fidelium ante Christum videtur incœpisse ab Abel, qui primus in statu gratiæ sanctificantis obiit, 48. — Discrimen status Ecclesiæ ante et post Christum, 1° quantum ad fidem; 2° quantum ad politiam seu regimen; 3° quantum ad sacramenta; 4° Quantum ad privilegia et prærogativas. 49, 50

Tertio, Ecclesia dicitur catholica ratione doctrinæ fidei, in quam fideles omnes ubique et semper sine ulla prorsus variatione consenserunt, VI, 318. — Ecclesia secundum essentiam suam spectata, ab initio mundi fuit, 307. — Ecclesiæ catholicæ fidem laudat Vincentius Lirinensis, I, 938-739

Quarto, dicitur catholica quia universaliter perfecta est, VI, 319. — Postremo, quia omnes qui salutem æternam consequi volunt, eam amplecti debent, eique adhærere, 319. — Quo sensu Ecclesia catholica dicatur, I, 337-264. — Satis est Ecclesiam semel in totum mundum esse fusam, ut etiamnum vere catholica dicitur, 339-265. — Vera Christi Ecclesia est vere catholica non impedientibus idololatria, Mahumetismo, hæresibus et christianorum vitiis, IX, 415 et seq.-328. — Sola catholica Ecclesia est quæ verum cultum retinet, VI, 320. — Ecclesia catholica sola corpus est Christi. 322. — Catholicum nomen Ecclesiam veram inter sectas discriminatam semper fecit. IV, 13.

Apostolicitas quarta veræ Ecclesiæ nota. Una est Ecclesia ab Apostolis prima, ex qua omnes, I, 991-782. — Vere Apostolica est Ecclesia quæ ex Apostolis vel viris Apostolicis ducit originem, 1001, 1261-789, 995. — Apostolica dicitur quod a Christo per Apostolos fundata sit et propagata; et quod ejus doctrina, ab Apostolis olim tradita in universum orbem disseminata sit, et episcoporum continua successione ad nos traducta, VI, 327. — Ibi, apostolica est Ecclesia, ubi est Apostolorum doctrina. Ibi doctrina Apostolorum est, ubi est legitima episcoporum successio ab Apostolorum temporibus ad nos usque, 328. — Apostolica ea est Ecclesia, primo quæ ab Apostolis ducit originem. IV, 321. — Secundo, quæ perpetua ministerii ecclesiastici successione pollet. Contra hæreticos. Primum argumentum, ex natura Ecclesiæ, 322. — Argumentum, ex Scriptura sacra, 324. — Argumentum tertium, ex Patribus, 325. — Arg. quartum, rationibus theologicis, 325. — Tertio, apostolica est Ecclesia cujus pastores legitima missione muniuntur, 326. — Quarto, oportet ut Ecclesia doctrinam Apostolorum profiteatur. Porro doctrina Apostolorum non est nova, 327. — Nec ullius veræ mutationis argui potest, 329 et seq. — Solvuntur objecta. Objectio prima: fides eadem non semper fuit, 332, 337. — Propositio prima: ab initio generis humani eadem semper fuit implicita fides, 334. — Propositio secunda: sunt multa dogmata quorum explicita fides non semper fuit æqualis, 335. — Propositio tertia: explicita fide crediderunt Apostoli quæcumque divinitus Ecclesiæ revelata sunt, et quæ non pendent a quibusdam factis decursu temporum contingentibus, 336. — Propositio quarta: publicæ omnis revelationis thesaurum suis discipulis et matribus Ecclesiis commiserunt Apostoli, 336. — Quidquid Apostolis revelatum est, quidquid Ecclesiis ab ipsis conditis credendum tradiderunt, id semper, subsecutis temporibus, explicite et implicite creditum est. 337

Objectio secunda: ad indicandam veram Ecclesiam nihil confert pastorum successio; talem enim sibi vindicant Græcorum, Syrorum, etc., societates. Resp: longam pastorum seriem præbere non possunt hæretici, 338, 339. — Objectio tertia: ad asserendam apostolicitatem, asseri prius oportet perpetuitatem doctrinæ. Resp: ad asserendam apostolicitatem, satis est ut ostendatur Ecclesiam quæ habenda est apostolica, unitatis vinculum non abrupisse, 340. — Ecclesiæ apostolicæ facile noscuntur. I, 1005-792, 793.

Ecclesiæ Romanæ competunt veræ Ecclesiæ notæ, unitas, sanctitas, catholicitas et apostolicitas. Unitas competit, si quidem in Ecclesia Romana consensio est circa fidei professionem, circa debitum legitimis pastoribus obsequium, circa sacramentorum communionem, IV, 342. — Solvuntur objecta. Ex necessitate et conditionibus principii quo constituitur unitas, 343. — Objicitur factum Victoris Romani pontificis de Paschate, 345 et seq. — Objicitur factum S. Cypriani de baptismo ab hæreticis collato, 350 et seq. — Objicitur factum S. Meletini, Sebastani episcopi, 355 et seq. — Objicitur factum Euphemii et Macedonii, 330 et seq. — Objicitur magnum schisma Occidentale, 365 et seq. — Obj. ex conciliis Constantiensi et Basileensi. 368 et seq.

Sancta est Ecclesia Romana, 373. — In ea reperiuntur exempla sanctorum, 373. — In Ecclesia Romana est doctrinæ sanctitas. Fieri potest ut male vivant qui bene credunt. Ab Apostolorum ætate veram fidem certissime secuta est Ecclesia Romana. Eam impietatis et idololatriæ falso arguunt protestantes, 376. — De Romanæ Ecclesiæ doctrina statuendum non est ex variis privatorum hominum opinionibus, 373. — Sanctitatem Ecclesiæ Romanæ miracula confirmant, 379. — Solv. objectiones ex Jurieu, 381. — Vere catholica est Romana Ecclesia, 386 et seq. — Catholici ab antiquis temporibus Romani dicebantur. VI, 327

Vere apostolica est Romana Ecclesia, 1° originem suam ad Apostolos, ad Christum referre merito potest, IV,

389, — 2° Successionem pastorum non interruptam jure sibi vindicat, 390, — 3° Legitimam obtinent missionem Romanæ Ecclesiæ pastores, 391, — 4° Ecclesia Romana profitetur doctrinam a doctrina Apostolorum non abhorrentem, non degenerem, 392, 399. — Romana Ecclesia ab Apostolis continuata serie ad nos usque semper visibilis pervenit, VI, 1168. — Illam Ecclesiam saltem olim fuisse veram Christi Ecclesiam negare non possunt protestantes, 1168 — Romana Ecclesia semper impugnata, semper invicta, I, 438-343. — Sola nunc apostolica dicitur, 440-345. — Romana Ecclesia laudatur a Tertulliano, 1005-792. — Romana Ecclesia est vera juxta prima protestantium fundamenta, 1074-847. — Vera est juxta praxim protestantium, 1075, 848. — Vera est juxta protestantium doctrinam de articulis necessariis, 1077-849. — Vera est ex comparatione errorum, 1079-850. — Ecclesia Romana mater omnium Ecclesiarum, 428-336. — Est magistra, columna et firmamentum veritatis, VI, 324. — Conciliorum testimonia quibus Ecclesiæ Romanæ vis et auctoritas comprobatur, I, 433 et seq.-340. — Ejusdem auctoritas traditione et usu confirmatur, 439-344.

Unitas, sanctitas, catholicitas, apostolicitas, maxime si conjunctim sumantur, nulli præter Romanam Ecclesiam societati congruunt. Non congruunt protestantibus, IV, 399 et seq. — *Vid.* PROTESTANTES. — Eisdem notis carent alii tum hæretici tum schismatici. 426

Quatuor illæ notæ dotibus omnibus induuntur: ad veras Ecclesiæ notas requisitis. 1° Notæ illæ sunt propriæ, non communes. 2° Demonstranda notiores sunt Ecclesia, 427. — 3° Præviæ sunt rei demonstrandæ. 4° Cognitu sunt faciles, 428 et seq. — Rudibus ad Ecclesiam veram facilis via est, 431 et seq. — Verba Fenelonii. 434, VI, 311

Ecclesia visibilis est et manifesta, VI, 309. — Prophetiæ de veræ Ecclesiæ visibilitate. Quomodo credimus Ecclesiam si sit visibilis, 310. — Clariora prophetarum vaticinia de Ecclesia quam de Christo, 311. — Ecclesia extingui vel obscurari non potest, 311. — De perpetua Ecclesiæ visibilitate, V, 942. — Ecclesiam manifestam et cognitam esse fidelibus necessum est, I, 293; 296; 319, 320-229, 231-150, 151. — Semper visibilis est. 1270-1002

Miracula sunt notæ veræ Ecclesiæ, 1274-1006. — Diffusio fidelium per universum mundum est nota veræ Ecclesiæ, 1275-1006. — Continua doctorum in Ecclesia successio sic est veræ Ecclesiæ nota, ut ubi ea successio non est, ibi nec vera Ecclesia reperiatur, 1276-1007. — In tuenda Ecclesia sua singularis Christi prudentia, III, 213. — Effusio donorum Spiritus Sancti et eorum in Ecclesia continuatio, 214. — Prima donorum spiritualium effusio. Dona externa Spiritus Sancti in apostolos largiter effusa, in reliquos discipulos minore mensura divisa sunt, 215. — Ex testimoniis vetustissimorum scriptorum constat Ecclesiam in morte Apostolorum iis donis privatam non fuisse. 218

Secundi seculi miracula, 220. — Tertii seculi miracula, 222. — Quarti seculi miracula. 223

Ecclesiæ stabilitas divinæ Christi virtuti tribuenda. 263

De auctoritate Ecclesiæ. Ibi est vera Christi Ecclesia, ubi viget in rebus divinis major auctoritas: ubi autem ea vigeat facile potest innotescere, IV, 248. — Nusquam firmior est magisque veneranda Ecclesiæ auctoritas, quam in dogmatibus sanciendis. Ecclesia fidei dogmata definire solet vel per episcopos cum invisibili in terris capite, legitimo Romano pontifice unitos, et in synodo generali congregatos; vel per eosdem extra concilium in idem consentientes, VI, 943. — Non est speranda certitudo fidei, et communicatio fidelium sine auctoritate Ecclesiæ verbum Dei proponentis, I, 1259-994. — Tria sunt media quibus Ecclesia depositum doctrinæ intactum conservat, conciliorum definitiones, decreta summorum pontificum, et documenta Sanctorum Patrum, XI, 40. — Ecclesiæ auctoritate dirimendæ sunt spectantes ad religionem controversiæ, IV, 63. — Argumentum primum Ex instituto divinitus pastorali et publico in Ecclesia ministerio, 63. — Argum. secundum. Ex ipsa Ecclesiæ natura et constitutione, 65. — Argum. tertium. Ex necessitate habendi controversiarum supremi judicis, et necessariis ejus dotibus, 68. — Arg. quartum. Ex notitia universali et perpetua Ecclesiæ praxi, 70. — Patrum testimonia, 73 — Argum. quintum. Ex analysi et proprietatibus fidei, 76 — Arg. sextum. Ex incommodis quæ nascuntur et ingravescunt rejecta in dirimendis controversiis auctoritate Ecclesiæ, 78 et seq. — *Vid.* JUDEX CONTROVERSIARUM.

De l'autorité de l'Eglise, VI, 784. — Sentiments des messieurs de la Religion prétendue réformée sur l'autorité de l'Eglise, 785. — De auctoritate Ecclesiæ in doctrina fidei, 931, 940. — De auctoritate Ecclesiæ, in qua tum Scripturæ, tum divinæ traditiones conservantur, XI, 34. — Ecclesiæ propositio vel declaratio medium est ordinarium a Deo institutum, ut certo sciamus quænam ipse revelaverit et a fidelibus credenda voluerit, I, 1424, 1131-1124, 1129. — Ab Ecclesia est determinandum quisnam liber sit canonicus; et illius auctoritas certa regula est ad libros vel in sacrorum numerum recipiendos, vel etiam ex eo numero rejiciendos, 115-88 — Eadem omnino est Spiritus Sancti in Scriptura et Ecclesia auctoritas, 800-630. — Ecclesia prior est et antiquior Scriptura, et ipsius auctoritas quodammodo major est, 800-631. — Quibus argumentis Ecclesiæ auctoritas impugnetur, 277, 286-215, 223. — Eadem argumenta confutantur, 316, 342-247, 268. — Quænam sit Ecclesiæ catholicæ in fidei dogmate auctoritas, 297-232 — Ecclesiæ fides deficere non potest, 298-233. — Ecclesia in credendo errare non potest, 299-234 — Scripturæ interpres, 738, 739-581, 582. — Supremus divinæ revelationis interpres, ac judex infallibilis est sancta mater Ecclesia, XI, 33. — Evangelio non crederem, ait S. Aug., nisi me Ecclesiæ commoveret auctoritas, I, 1421-1123. — Ecclesiæ doctrina tenenda est, ait S. Aug., etiamsi nec ratione indagari, nec sermone explicari possit, X, 972-765. — Semper custodiet verbum et spiritum verbi, I, 739-583. — Apostolicæ traditionis certior testis nemo est quam Ecclesia, quæ est columna et firmamentum veritatis. 740

De forma regiminis ecclesiastici a Christo Domino constituta. Quæ Febronii mens fuerit in ea quæstione, *num Ecclesia status est?* Puffendorfius perperam ab illo explicatus, ne Lutheranis theologis assensisse videretur. Catholico nefas est Ecclesiæ rationem status negare. Ecclesia scilicet cœtus externus est, inæqualibus constans membris, ac sui plane juris, XXVII, 541. — Optati sententia de Ecclesia in republica exponitur, et ab abusibus cum protestantium tum regalistarum catholicorum vindicatur, 562. — Præcipua quæstio proponitur, penes quem ecclesiastici status potestas sit. Potestas clavium neque universæ Ecclesiæ seu cœtui fidelium, neque toti Ecclesiæ, quam Febronius *regentem* vocat, fuit a Christo seu promissa, seu tradita, sed soli Petro. Probatur ex S. Matthæo et S. Joanne, 567 — Claves supremæ potestatis uni Petro a Christo creditas probatur ex aliis duobus celeberrimis Evangelii locis. Effugia Febronii intercluduntur, 594. — Monarchicum a Christo regimen fuit Ecclesiæ suæ præstitutum, 608. — Cujusmodi illud sit, 615. — Febronius cum Gallis comparatur et quantum ab his discrepet ostenditur, 616. — Nonnulla adduntur ad confutandam Gallorum doctorum opinionem, 619 — De P. D. Zalwein judicium fertur, 623. — Quæ adversus monarchiam ecclesiasticam Febronius objicit repelluntur. Hierarchia recte dicitur Ecclesiæ status, licet monarchicus sit, 625. — Despotismi periculum inane esse demonstratur, 627. — Quid de cædibus et aliis gravissimis damnis, quæ ex usurpata pontificum romanorum potestate profecta fuisse Febronius deplorat, cordato et catholico viro sentiendum sit. 628, 636

Ecclesiæ regimen vere est monarchicum, licet aristocratia temperatum. IV, 917; 1050. — Ecclesia monarchia est, 1053 : XII, 765-605. — Utrum in regimine ecclesiastico valeat populus christianus, IV, 824. — In communitate fidelium, tanquam in subjecto non est spiritualis potestas, neque hanc ab illa mutuantur pastores Ecclesiæ, 825. — Probatur Scriptura sacra, 825, — Constanti traditione, 826, — Et momentis quibusdam theologicis, 828. — Consectarium : populi christiani consensus expressus vel tacitus necessarius non est ut valeant auctoritatis ecclesiasticæ statuta, 830. — Solv. objecta, 831. — In consortium gubernationis Ecclesiæ jure divino vocati non sunt presbyteri, 834. — Solvuntur objecta, 839 et seq. — Petrum suum in terris vicarium et caput totius Ecclesiæ Christus constituit, eique et ejus successoribus contulit jurisdictionis primatum, VI, 994. — Suam potestatem quam Christus Apostolis dedit, ad eorumdem successores pertransire et in Ecclesia perpetuo permanere voluit, 994. — Suprema in Ecclesia potestas in romano pontifice Petri successore residet et ejus auctoritati omnium episcoporum jurisdictio subjecta est, XIX, 1071. — De Romano pontifice, IV, 845. *Vid.* PONTIFEX. — De fide est obediendum esse præpositis Ecclesiæ, VI, 993. — Reverentia et obedientia Ecclesiæ pastoribus debetur, quamvis sine crimine non sint, 329. Adhortatio ad obsequium Ecclesiæ præstandum.
I, 1150 et seq.-907

De Ecclesiæ potestate. Fides divina per oracula Prophetarum et Apostolorum evidenter nos certos reddit Ecclesiam judaicam et leges cæremoniales veteris Testamenti fuisse abrogatas, VI, 991. — In locum abrogatæ mosaicæ religionis nova successit Deum colentium societas a Christo legislatore instituta, 992. — Ecclesiæ a se fundatæ Christus contulit potestatem legislativam, 992 — Potestas Ecclesiæ duplex est, humana et divina. Humana dicitur quam habet Ecclesia secundum se considerata, seu ut est congregatio hominum unam rerum divinarum doctrinam

perpetua traditione profitentium; quæ auctoritas humana longe major est quam quæ tribuitur historicis. Divina est quæ Ecclesiæ debetur propter assistentiam Spiritus Sancti specialem illi promissam ac infallibilitatem in proponendis fidei mysteriis. 329

De ecclesiastica potestate in constituenda et sanciendа disciplina, IV, 767. — Potestas Ecclesiæ, et ipsæ Ecclesiæ leges accurate discerni debent. Potestas generalis legislativa Ecclesiæ divini juris est. Leges Ecclesiæ, quorum objecta non sunt revelata, seu divinitus determinata, non fidem supernaturalem et divinam, subjectionem tamen debitam et internum etiam assensum exigunt, VI, 993. — Leges Ecclesiæ obligant in conscientiam, I, 1281-1011. — Apostolica prudentia differre solet, cum statuendum est de definitione dogmatica nova in materiis practicis, III, 1080. — Jurisdictionem veram et divinitus acceptam obtinet in spiritualibus Ecclesia. Probatur 1° ex Scriptura, IV, 768; — 2° Ex constanti traditione, 769; — 3° Ex testimonio theologorum et canonistarum, 772; — 4° Ex regiis constitutionibus et declarationibus, 773; — 5° Ex momentis theologicis, 775. — Solv. objecta, 776 et seq. — In Christi Ecclesia vera inest instituendorum rituum potestas, XIX, 1036. — Hujusmodi potestas cum auctoritate ferendi leges conjuncta est, 1038. — Veram condendi leges potestatem obtinet divina institutione Ecclesia, IV, 784. — Solv. obj. 788 et seq. VI, 844

Potestas circa sacra a Deo Ecclesiæ concessa non inest in seculi principibus, XIX, 1060. — Potestas erga sacra sive jus ferendi leges ad Dei cultum et Ecclesiæ disciplinam pertinentes a Christo Ecclesiæ suæ collatum in solis episcopis residet, qui jure divino presbyteris et aliis ministris superiores sunt, 1063. — Ecclesiæ pastores soli in rebus fidei sunt judices infallibiles, I, 303-340-138, 236. — Pastores non soli omnes et in errore versantes, nec tempore Moysis, 310-247. — Nec tempore prophetarum, 318-249. — Nec Arii tempore, 320-230. — Nec in fine seculorum, 321-251. — Cum Ecclesia doctores recipere debemus, non vero cum doctoribus Ecclesiæ fidem deserere, 938-740. — In Ecclesia est potestas ferendi censuras, XVIII, 1404

In spiritualibus suprema est et soli Deo subjecta potestas Ecclesiæ. Argumentum primum, instar fundamenti habendum. 1° Pendere a temporali potestate auctoritatem Ecclesiæ, non postulat hujus auctoritatis natura et conditio, IV, 793. — 2° Positiva et divina institutione gubernationi Ecclesiæ præpositi non sunt principes, 794. — 3° Nulla Ecclesiæ concessione subjacet principibus ecclesiastica potestas, 794. — 4° Nulla præscriptione spoliari potest Ecclesia auctoritate sibi propria et a Christo derivata. 796

Argum. secundum. Ex ipsa religiosorum principum confessione, 797. — Argum. tertium. Ex consectariis doctrinæ contrariæ: 1° Ex ea consequitur utriusque perturbatio, et jure divino reprobata confusio, 800; — 2° Disjungerentur quæ Christus voluit esse conjuncta, 801; — 3° Dicendum esset Ecclesiam prioribus seculis aut caruisse auctoritate fidelium gubernationi necessaria, aut eamdem temere et injuria sibi arrogasse, 802; — 4° Ecclesiæ suæ incolumitati et gubernationi Christus pro sua in eam charitate et sapientia non consuluisset, 803; — 5° Approbandum esset ac fovendum Henrici VIII, regis Anglorum, nefarium schisma; nec non lugenda Ecclesiæ Anglicanæ servitus, 803; — 6° Vix posset Ecclesia legem ullam constituere qua christianorum tota societas obligaretur, 805. — Palmare principium quo solvuntur objectiones: humano ratiocinio definienda non est auctoritatis essentialiter Ecclesiæ competentis natura et latitudo, neque subjectum in quo residet, sed utrumque determinandum est ex Scriptura et traditione, 807. — Objectio prima. Ordini publico ac tuendæ paci invigilare tenentur seculares principes, 807. — Obj. secunda. Protectoris munere in Ecclesiæ negotiis etiam spiritualibus defungitur princeps, 809. — Objectio tertia. Ecclesia est corpus politicum; est in regno, 812. — Objectio quarta. Incidere potest de limitibus utriusque potestatis, ecclesiasticæ et politicæ, contentio; cujusnam auctoritate componendum erit dissidium, 814. — Objectio quinta. In variis collectionibus juris civilis, occurrunt leges quæ versantur in informanda disciplina ecclesiastica, 815. — Objectio sexta. Secularem potestatem invocant ipsi pastores Ecclesiæ ad accersendam decretis suis auctoritatem, 818. — Objectio septima. Gallorum in regno admittuntur appellationes tanquam ab abusu, appel comme d'abus, et in illis dijudicandis dirimuntur a judice seculari causæ spirituales. 821

Potestas civilis institutiones divinas non attingit. VI, 1173

De potestate Ecclesiæ in temporalia, IV, 713. — Conclusio prima. In temporalia potestatem nullam, institutione sua, seu divino jure, obtinet Ecclesia, 716 et seq. — Momentis quibusdam theologicis confirmatur assertio, 720. — Solv. objectio. 721 et seq.

Conclusio secunda. Nullam Ecclesiæ dedit Christus potestatem reges ac principes deponendi, aut eorum subditos a fide et obedientia illis debita eximendi, 731. — Probationis primum genus, desumptum ex institutionibus Christi et apostolorum, et ex agendi ratione christianæ societatis vel persecutionum temporibus, 732. — Refellitur quoddam Bellarmini responsum, 733. — Refellitur altera quæ fingitur cavillatio. 737

Secundum probationis genus, desumptum ex suprema dignitate et nulli obnoxia principum in temporalibus auctoritate. 738

Probationis tertium genus, desumptum ex perniciosis sententiæ oppositæ consectariis, 740. — Solv. argumenta quæ ex Scripturis opponuntur, 741. — Solvuntur quæ ex monumentis historiæ ecclesiasticæ obtenduntur, 744. — Solvitur argumentum ex facto, seu factis Gregorii VII, 747. — Solvitur argumentum desumptum a depositione Frederici II, in concilio generali Lugdunensi, ab Innocentio IV, 751. — Solvitur argumentum desumptum ex concilio Lateranensi IV, sub Innocentio III, 759. — Solvitur argumentum desumptum ex conciliis Constantiensi et Basileensi, 764. — *Vid.* Pontifex.

De infallibilitate Ecclesiæ generatim spectatæ. Ecclesiæ infallibilis nomine pastorum omnium cum suo capite Romano pontifice idem sentientium cœtus intelligitur. — Hæc sententia est omnium catholicorum, II, 929. — Ecclesiæ infallibilitas duplex est: altera activa ac judicii, altera passiva ac professionis. Utraque tuta et facilis regula est, XI, 36. — Ecclesia nunquam errorem probatura est, 38. — Non magis ab Ecclesia damnari potest veritas, quam falsitas approbari, IV, 624. — De promissa Ecclesiæ ab erroribus immunitate, V, 943. — Fundamentum infallibilis auctoritatis Ecclesiæ consistit in promissionibus Christi, VI, 940. — Ecclesia sive per orbem diffusa, sive in conciliis œcumenicis congregata est infallibilis: 1° in tradenda Christi doctrina; 2° in definiendis fidei et morum dogmatibus; 3° in decidendis fidei et morum controversiis; 4° in exponendo S. Scripturæ genuino sensu a Christo et Apostolis tradito; 5° in cognoscenda et declaranda divina traditione, VI, 949, 941. — Ecclesiam erroris expertem ex liturgiis patet, V, 290. — Errare non potest Ecclesia in his quæ ad fidem moresve pertinent, IV, 433. — Ex unitate Ecclesiæ necessario consequitur ipsius infallibilitas, 434. — Cum Ecclesiæ sanctitate, catholicitate et apostolicitate, conjunctum est infallibilitatis privilegium, 435. — Infallibilitas ei competit ut judici controversiarum, 436. — Ecclesiæ infallibilitas probatur ex apertis Scripturæ testimoniis, 436 et seq. — Argumentum ex constanti traditione et ipsius universalis Ecclesiæ testimonio, 441. — Argumentum ex rationibus theologicis, 444. — Solvuntur objecta. Objectio desumpta ex antiquo synagogæ statu, 445. — Secunda objectio, qua ipsorum Apostolorum infallibilitas impugnatur, 449. — Tertia objectio, ducta ex comparatione apostolorum cum eorum successoribus, 452. — Quarta objectio ex difficultate certo cognoscendi infallibilitatem Ecclesiæ, 453. — Aliæ quædam objectiones. 454.

Ecclesia in morum doctrina eorum qui ad salutem necessarii sunt, errare non potest, I, 386 et seq.-302. — In moribus qui ad privatos homines vel ecclesias referuntur, errare per ignorantiam Ecclesia potest, non in judicio solum rerum gestarum, sed in ipsis etiam privatis præceptis et legibus, 390 et seq.-303. — Judicium Ecclesiæ nonnunquam opinionem sequitur, quam et fallere sæpe contingit, et falli. Verba sunt Innocentii III, 391-306. — De articulis morum ab Ecclesia catholica propositis, 1034-815. — Frustra culpantur catholici, quod fidant Ecclesiæ testimonio, 1144-903. — Qui S. Scripturam admittit, secure adhæret testimonio Ecclesiæ, 1146-904. — Ecclesia habet promissiones non errandi in necessariis, 1148-905. — Necessario admittenda est docentis auctoritas infallibilis, 1148 et seq.-906. — Sine auctoritate Ecclesiæ verbum Dei proponentis, non est speranda certitudo fidei, 1259-994. — Ecclesiæ promissum est ut non erret, 1270 et seq.-1003. — Doctoribus Ecclesiæ, sive conciliis generalibus, promissum est ut non errent, 1272-1004. — Ab Ecclesia petenda est S. Scripturæ intelligentia, 1282-1012. — Ecclesiæ competit judicium de vero sensu et interpretatione S. Scripturæ, 1283-1013. — Alioquin sensum suum pro sua virili quisque defendet, 739-582. — Ecclesiæ infallibilitas non se extendit nisi ad doctrinam fidei et morum determinandam, certoque proponendam; non autem ad facta particularia, quæ ex aliis principiis ducuntur, XI, 36 et seq. IV, 708. — Infallibilis non est Ecclesia in docendis recte veritatibus, quæ ratione tantum ex revelatis, licet evidenter, concluduntur; nec quando homines damnat tanquam hæreticos

qui falsam doctrinam tradiderunt, VI, 941. — Infallibilis non est in factis dogmaticis ; nec quoad leges, præcepta, praxes et cæremonias mere ecclesiasticas. 942

In conflictu hæreticorum victoria manet apud Ecclesiam catholicam. I, 1083-840

De infallibilitate Ecclesiæ dispersæ, IV, 457. — In causis fidei et morum definiendis infallibilis est Ecclesia dispersa, 458. — Solvuntur object. *Objectio prima*, 462. — *Objectio secunda*, 467. — Cui opponuntur quinque principia. Primum : Christus absolute ea indefinite apostolis et eorum successoribus fore promisit, ut illos non deserat, 468. — Secundum : Deus accommodat ad finem necessaria subsidia. — Tertium : ipso Ecclesiæ decreto, non decreti rationibus inducitur obsequendi necessitas, 469. — Quartum : a consensione pastorum inter se pendet decretorum certitudo. — Quintum : exteriori episcopatus definitioni confidenter et indubitanter adhærendum, 470. — *Objectio tertia.* 471

De auctoritate majoris notorie numeri episcoporum decreto romani Pontificis adhærentium, 472. — In decretis de fide et moribus errare nunquam potest major notorie numerus episcoporum romano conjunctus Pontifici, 473 et seq. — Solv. objecta. Ex facto S. Cypriani, 476 et seq. — Solvitur objectio ducta ex progressibus quos olim habuit Arianismus, 482. — *Propositio prima* : Ante Ariminensem synodum, Arianismi partes consectatum esse majorem romano cum pontifice episcoporum numerum, argumento nullo probari potest, 483 et seq. — *Propositio secunda :* Tempore Ariminensis synodi, notorie majorem episcoporum numerum romano cum Pontifice Arianam comprobasse hæresim, nullo modo asseri potest ; imo jure ac merito negatur, 487 et seq. — *Propositio tertia :* Ab hæresi Ariana immunes fuerunt Patres Ariminensis synodi, 491. — *Propositio quarta :* Temporibus Ariminensem synodum subsecutis, prolapsum esse in Arianam hæresim majorem episcoporum numerum merum est commentum, 495. — Solv. objecta quæ spectant ad impugnandam Patrum Ariminensis synodi orthodoxiam, 496 et seq. — Solv. objecta ad episcoporum numerum spectantia, qui sese ad Arianorum partes adjunxerunt, 501. — Solv. objectio desumpta ex facto Honorii. 504 et seq.

De tacito episcoporum consensu. Definitio dogmatica a romana sede profecta, ad universas Ecclesias directa, et sufficienter proposita, censetur ab episcopis approbata hoc ipso quod non reclamaverint, 511 et seq. — Solv. objectiones, 515 et seq. — Ecclesiæ pastorum consensioni et unioni alligatam voluit Christus infallibilitatem. 516

Ex consuetudine seu traditione practica, notoria firmiter et aperte cum dogmate connexa, quam universa moraliter Ecclesia censeatur approbare, certo colligitur tenenda doctrina, IV, 522. — Probatur ex quatuor principiis. Primo, Ecclesia, quæ sunt contra fidem aut bonos mores, nec tacet, nec facit, nec approbat. Secundo, quod universa frequentat Ecclesia, quin ita faciendum sit disputare, insolentissimæ insaniæ est. Tertio, regente Spiritu Sancto fieri nunquam potest ut disseminatæ per orbem Ecclesiæ conspirent in consuetudinem, quæ erronea inficiatur doctrina, 524. — Quarto, ad ætatem omnem Ecclesiæ referenda est ipsius indefectibilitas et inerrantia. 525

Consectarium primum. Rebaptizantibus merito S. Stephanus, contrariam opposuit consuetudinem, tanquam regulam quam sequi constanter oportet, 526. — Consectarium secundum. Matrimonium a duobus contractum infidelibus dissolvitur, cum unus ex his, christianam amplexus fidem, secundas celebrat nuptias, altero vel cohabitare abnuente, vel non sine creatoris injuria parato commorari, 529. — Solv. objectiones. 530 et seq.

Consectarium tertium. Minister Confirmationis extraordinarius simplex est sacerdos, 541. — Solvuntur objecta. 544 et seq.

De infallibilitate Ecclesiæ congregatæ. In definiendis fidei morumque controversiis errare non possunt concilia generalia, 550 et seq. *Vid.* Concilium. — In causis fidei solis episcopis (quo nomine imprimis intelligitur summus Pontifex) jure divino competit auctoritas judicandi, 584 et seq. — De infallibilitate Ecclesiæ in condemnatione propositionum in globo, 615. — Propositiones *respective*, ut aiunt, *et in globo* damnare potest Ecclesia, 626. — Decretis Ecclesiæ, quibus damnantur propositiones in globo, debetur internum etiam et absolutum obsequium, 628. — Infallibilia sunt Ecclesiæ judicia, quibus damnantur propositiones in globo, 631. — Solvuntur objecta, 632 et seq. — Consectarium de infallibilitate Ecclesiæ in disciplina generali. 642, et seq.

De infallibilitate Ecclesiæ in factis dogmaticis, IV, 648. — Decretis Ecclesiæ de factis dogmaticis debetur internum etiam et absolutum obsequium. Probatur ex decretis conciliorum generalium, 649. — Ex decretis dispersæ universalis Ecclesiæ, quæ eadem auctoritate pollent quam conciliorum generalium judicia, 652 et seq. — In dijudicandis factis dogmaticis errare non potest Ecclesia, 655 et seq. — Solvuntur objectiones quibus impugnantur allatæ probationes, 661, 664 et seq. — Alia quædam paucis explicantur, 684. — Solv. obj. quæ ad ipsam rei substantiam, genuinamque explicationem maxime pertineant, 685 et seq. — Solv. objectiones ex virorum aliquot catholicorum opinionibus, 694 et seq. — Expenditur sententia Bellarmini, 695. — Expenditur sententia Baronii, 697. — Exponitur sententia Pallavicini, 699. — Ecclesiæ decreta non sunt infallibilia in factis dogmaticis. VI, 942

De infallibilitate Ecclesiæ in canonisatione servorum Dei, 699. — In canonisationis judicio infallibilis est Ecclesia, 702. — Solv. objecta, 704. — In canonisatione sanctorum opus non est revelatione, ut infallibili judicio religiosum cultum apte decernat Ecclesia, 704. — Non certo constat hanc infallibilitatem ad fidem divinam pertinere, 707. — Infallibilitatis donum non habere videtur Ecclesia, in beatificatione causa, 710. — De infallibilitate Ecclesiæ in approbatione religiosorum ordinum, 712. — In approbandis iis ordinibus errare non potest Ecclesia. 713

De membris Ecclesiæ. Hæreticorum opiniones de Ecclesia. Soli electi de Ecclesia sunt. Nulla est in Ecclesia auctoritas. Episcoporum et presbyterorum, imo laicorum et mulierum æqualitas, VI, 802. — Quæritur utrum habeantur Ecclesiæ militantis membra catechumeni ; utrum soli et omnes prædestinati, utrum saltem soli justificati ; num inter illa computentur quidam hæretici, schismatici, excommunicati. — Catechumeni proprie et actu non sunt in Ecclesia, IV, 1061. — Ad Ecclesiam pertinere solos prædestinatos docuerunt Wicleffus, Joannes Hus et Calvinus. Non omnes, non soli prædestinati versantur in Ecclesia Christi, 1063 et seq. — Ad Ecclesiam pertinere solos perfectos docuere Pelagiani ; insigniores peccatores excludebant Donatistæ, quorum sententiam amplexi sunt confessionis Augustanæ Lutherani, 1068. — Non ex solis justis, multo minus solis ex perfectis constat Ecclesia, multos complectitur manifestos etiam peccatores. Probatur, 1° ex Scriptura, 1068 ; — 2° ex traditione, 1069 ; — 3° rationibus theologicis, 1071. — Solv. objecta. 1072 et seq.

De hæreticis. *Propositio prima :* Ad Ecclesiam non pertinent hæretici notorii, nec notorii schismatici nec propter diversam ab hæresi et schismate causam excommunicati, 1080. — Solv. objecta. 1081

*Propositio secunda.* Jurisdictione non destituuntur notorii hæretici. Hæc sententia a gravibus multis impugnatur theologis, 1084 et seq. — Solv. objecta. 1087

De schismaticis, 1090. — Ad Ecclesiam non pertinent notorii schismatici, 1091. — Hæretici et schismatici declarati extra Christi Ecclesiam sunt, VI, 1215 et seq. — Solv. objecta. 1218

De excommunicatis, IV, 1092. — *Conclusio prima.* Ab Ecclesia excluduntur notorii excommunicati, 1093. — *Conclusio secunda.* Ad Ecclesiam pertinent hæretici, schismatici, et excommunicati occulti, 1095. — Qui inter hæreticos et schismaticos sunt Ecclesiæ veræ membra, 251, 252, 295. — Ecclesia membris coalescit non solum justis, sed etiam malis, I, 291 et seq., 324. — Aliter in Ecclesia nulla remaneret auctoritas, 296, 512 et seq. — Aliud est partes Ecclesiæ esse, aliud esse Ecclesiæ membra. Nomen partis latius, nomen membri contractius est. Improbi partes quidem Ecclesiæ sunt, membra Ecclesiæ aut Christi non sunt. Sunt autem diaboli membra, 532, 533. — Peccatores sunt vere et proprie veræ Ecclesiæ partes, IV, 28, 29. — Ecclesia bonos et malos complectitur. Sed aliter in ea sunt boni, aliter mali, VI, 312. — Mali ad Ecclesiam pertinent secundum corpus, non secundum spiritum spectatam. Multi de Ecclesia non sunt secundum præsentem justitiam, qui de illa sunt secundum præscientiam, 313. — Pravi mores et abusus in Ecclesia corrigendi, 1172. — Non est membri alicujus privati et particularis totum corrigere, toto reclamante. 1172 et seq.

Ecclesia Gallicana. — *Vid.* Gallicana.

Ecclesiæ, seu templa solemni et publico Dei cultui destinata, sunt res sacræ. Vel consecrantur per unctionem parietum cum oleo sacro ; vel saltem per ablutionem parietum interius et exterius cum aqua benedicta benedicuntur, XVI, 249. — Ritus et cæremonias vel consecrationis vel benedictionis tanquam superstitiosa deliria rejiciunt acatholici, 249. — Quæ tamen a Deo dictata fuerunt non modo in lege naturæ et scripta, sed etiam a temporibus Apostolorum in lege gratiæ, 240 et seq. — Quinque modis polluitur ecclesia : 1° per effusionem injuriosam sanguinis humani ; 2° per homicidium injuriosum ; 3° per voluntariam seminis humani effusionem ; 4° per sepulturam hominis excommunicati ; 5° per sepulturam hominis infidelis, XXIII, 820-823. — Nomine Ecclesiæ in hac materia

non intelliguntur oratoria in domibus privatis. — Polluta ecclesia censetur pollutum cœmeterium illi contiguum; non econtra. Nomine ecclesiæ intelligitur quidquid est intra tectum et pavimentum ipsius, 822. — De eremitoriis, hospitalibus et similibus, alii affirmant, alii negant, 822, 825. — Polluitur Ecclesia per homicidium in ea voluntarie et injuriose factum. In ea, id est in qualibet ejus parte quæ vere sit locus sacer, a tecto interiori usque ad pavimentum, XVII, 190. — Violatur Ecclesia, si quis in ea recipiat lethalem ictum, etiam sine effusione sanguinis, unde extra moriatur, 190. — Polluitur Ecclesia per humani sanguinis effusionem injuriosam, sive per vulnus, in ea percussione inflictum citra mortem, sed cum sanguinis effusione, 191. — Violatur ecclesia per quamcumque seminis humani effusionem in ea voluntarie factam, sive in copula carnali, sive non, 191. — Polluitur ecclesia, vel cum in ea etiam ignoranter sepelitur excommunicatus denuntiatus, vel si paganus aut infidelis in ea tumuletur, et tunc parietes radi debent vel dealbari, 192. — Ecclesia de novo consecrari debet cum vel omnes parietes simul renovantur, vel major earum pars; secus si successive, ecclesia non polluitur per facta occulta; sola facti notorietas sufficit ut ecclesia censeatur violata. Cœmeterium ecclesiæ contiguum polluitur, cum polluitur ecclesia. Tutius est ut ecclesia non censeatur per supervenientem sacrificii oblationem reconciliata. Mortalis peccati reus esset, sed non irregularis, qui sine consensu episcopi in ecclesia violata celebraret, 192. — Ecclesiæ solum benedictæ reconciliatio ab episcopo vel vicario generali committi potest simplici presbytero. Ecclesia per episcopum consecrata reconciliari non debet per simplicem sacerdotem, nisi de consensu summi pontificis; et tunc utendum est aqua per episcopum benedicta, quæ *Gregoriana* dicitur, 192. — Forme des églises en Orient. XX, 258

Ecliptica ab astronomis vocatur linea illa seu orbita quam sol anno suo cursu apparenti percurrit, VII, 1353, *in nota*. — Motus eclipticæ non est progressivus, sed undulatorius, seu oscillatorius, 1352, *et in nota*. — Vanæ incredulorum difficultates adversus Mosaicam cosmogoniam, 1353, *in nota*.

Effectus a voluntate procedit, primo tanquam a voluntate immediate et proxime elicitus, sive positive, sive interpretative; secundo tanquam a voluntate imperatus ab ipsa immediate non procedens, sed ab alia potentia executiva voluntatis imperio subjecta; tertio, tanquam consequens ex actu per voluntatem imperato, XI, 77. — Ut effectus in causa sive positiva, sive negativa censeatur voluntarius, tria communiter requirunt doctores: 1° quod fuerit prævisus saltem in communi et confuse, 77; — 2° quod causam vitare possis, aut positam auferre; 3° ut tenearis actionem omittere, sive causam non ponere, aut positam auferre ad effectum illum impediendum; alias effectus solum censetur voluntarius permissive, 78. — Effectus aliqui ex actione nostra vel omissione tripliciter consequi possunt, 1° ex pura aliorum malitia sine ullo concursu nostro, ut scandalum mere passivum; 2° ex natura actionis, quæ de se nata est illos effectus producere; 3° ex aliorum fragilitate vel ignorantia, 78. — Circa effectum malum rursus considerandum, 1° quanta sit gravitas malitiæ in effectu; 2° quanta sit verisimilitudo, quod effectus malus ex illa causa sit secuturus; 3° quam malitiose se fiosla causa in effectum influat; 4° an huic personæ in particulari non incumbat specialis obligatio vi cujus præ aliis teneatur cavere effectum malum; 5° qualis et quanta sit ratio non prætermittendi causam, 78. — *Regula prima*. Quanto pejor est effectus. Vel speciali titulo a tali persona impediendus, tanto magis est cavendus, proindeque et cavenda ipsius causa; quapropter effectus potest esse indirecte voluntarius, quantumvis raro sequatur ex causa voluntarie posita. 79

*Regula secunda*. Quanto propinquius causa nata est influere in effectum malum, tanto gravior ratio requiritur ad eam ponendam, ut effectus non reddatur voluntarius ponenti causam. 80

*Regula tertia*. Dum causa aliqua secundum se licita habet duos effectus, unum bonum, alterum malum, potest quis tum licite ponere causam intendendo bonum effectum, et permissive se habendo ad malum, 81. — Illud tamen non est generaliter verum. 82

*Regula quarta*. De effectibus malis actionem nostram consequentibus non per se, sed ex communi hominum infirmitate, vel ignorantia, pariter philosophandum ac de illis qui sequuntur per se ex naturali conditione actionis nostræ. 86

*Regula quinta*. Requiritur causa rationalis non prætermittendi actionem, ex qua effectus malus ex aliena malitia secuturus prævidetur, ut non censeatur ponenti causam indirecte voluntarius, 87. — Effectus etiam positivus, qui per se ex voluntaria omissione sequitur est voluntarius, si ab omittente futurus prævideatur, etiam præcisa quacumque obligatione ac debito omittentis, evitandi talem effectum, 89. — Ut effectus per accidens consequens omissionem indirecte voluntariam sit voluntarius et consequenter culpabilis, requiritur quod omittens illum effectum non impedierit, et impedire debuerit. 89

Effractio templorum, aut ædium sacrarum cum spoliatione est sacrilegium, et casus episcopo reservatus, quamdiu effractor non est publice denuntiatus: cum censura *excommunicationis ipso facto*. XXII, 825

Egressio e monasterio. Egressio nocturna ac furtiva e monasterio seu conventu, etiam non animo apostatandi facta, est casus reservatus in Clementis VIII constitutione, XVIII, 1242. — Reservatur egressio nocturna et furtiva copulative, non copulative. Reservatur egressio nocturna et furtiva animo apostatandi facta, 1243. — Quænam censeatur egressio nocturna, 1243. — Quænam censeatur egressio furtiva, 1245. — Quid intelligatur nomine monasterii seu conventus, 1247. *Vid.* Monasterium.

Quousque debeat processisse religiosus ut censeatur egressus e monasterio seu conventu, 1249. — An egressus furtivus et nocturnus possit venialis esse ex parvitate materiæ, 1251. — In casum præsentem incidere non videtur religiosus, qui titulo iniqui gravaminis fugit e monasterio, inscio vel invito superiore, alium superiorem adeundi gratia. 1252

Elcesaitæ, hæretici qui affirmativum fidei externas confitendæ præceptum non esse asserebant. XIII, 904-785

Electi. Utrum major sit electorum an reproborum numerus, præsertim ex catholicorum cœtu incertum est. VII, 1525 *in nota*.

Electio. De sacris ordinationibus, XXIV, 165. — Electio est idoneæ personæ ad ecclesiasticum magistratum, aut dignitatem vacantem canonice facta vocatio. Ea propria pertinet ad majores Ecclesiæ dignitates, ad summum pontificem, ad episcopos, ad prælatos, sive seculares, sive regulares qui aliis præficiuntur, V, 1250. — Romanum pontificem ab antiquis temporibus eligunt cardinales, de quo multæ sunt editæ constitutiones, 1250. — Episcopos in Ecclesiæ primordiis ipsi apostoli constituerunt. Vita functis apostolis, Petri successorum proprium erat episcopos constituere, 1251. — Lapsu temporis, episcoporum electio metropolitis, synodis provincialibus, clero, capitulis, commissa est, nihil detracto de jure summi pontificis. 1251, 1252

De electione ipsa ordinandorum a clero ac populo antiquitus facta. Varia antiqui istius ritus testimonia, 249 et seq. — Des élections des évêques dans les cinq et six premiers siècles de l'Église, XX, 821. — Élection de S. Basile, 824. — Assez communément on publiait solennellement sur l'ambon l'élection qui venait de se faire; et cette publication était suivie des acclamations du peuple, 827, 828. — De ce qui s'est observé dans l'Église touchant les élections des évêques, depuis le sixième siècle jusque vers la fin du onzième, 828. — De ce qui s'est passé dans l'Église au sujet des élections ou promotions des évêques, depuis la fin du onzième siècle jusqu'à ces derniers temps. Du serment que les évêques prêtaient avant leur sacre, 834 et seq. — In Ecclesia viguit ut episcoporum electio irrita censeretur quæ inconsulto fieret populo, XXIV, 258. — De l'élection des prêtres et des diacres, que le peuple y prenait part dans les premiers siècles. Il est resté des traces de cette discipline, XX, 812 et seq. — Post editas regulas cancellariæ, generatim summo pontifici servata est electio et collatio omnium cathedralium ecclesiarum, XXIV, 1252. — Ob hanc rem turbæ in Ecclesia factæ sunt quas sustulerunt concordata, 1253. — De episcoporum electionibus quæritur, num a romanis pontificibus subdole et injuste fuerint metropolitanis synodisque provinciarum ereptæ, XXVII, 1031 et seq. — Omnium episcoporum confirmationem juris esse pontificii, et nihil aut synodis aut metropolitanis a romanis pontificibus, qui ejusmodi confirmationes sibi servarunt fuisse detractum, frustra obnitente Febronio demonstratur, 1044 et seq. — Episcoporum translationes quo jure romani pontifices sibi solis adscripserint. Innocentii III hac de re decretum a Febronii criminationibus iterum vindicatur, 1051. — Judiciaria Romani pontificis potestas in omnes etiam sine appellatione, sive deponendos, sive absolvendos episcopos adversus Febronium asseritur, 1069. — Episcopi electio facienda est intra tres menses; lapso hoc tempore jus eligendi devolvitur ad proximum superiorem. V, 1254

Tribus modis electio perficitur, per scrutinium, compromissum et *quasi inspirationem*, 1254, 1255. — Electio rite absoluta electo mox offerenda est, ejusque consensus petendus, quem intra mensem, ne cadat jure suo, debet

emittere, et intra menses tres a superiore petenda est confirmatio, 1255. — Electus confirmatus prælatus dici potest, non episcopus, XXIV, 1413. — Per confirmationem episcopus consequitur jurisdictionis potestatem, V, 1255. — Hæc ad episcoporum electiones pertinent. Prælati cæteri, vel seculares, vel regulares aut a principibus nominantur ut eos pontifex confirmet, aut eliguntur a collegio illorum quibus præficiuntur, 1255. — Electio canonica esse debet ut vim habeat; et ut canonica sit, duo præsertim spectare decet, primum, qui eligere, alterum qui eligi possint. 1255

Nunquam constanti lege aut generali consuetudine, quæ vim legis obtineret, obstricti fuisse videntur episcopi ut suffragium cleri populique in ordinandis diaconis præsbyterisque expeterent, XXIV, 257. — Nunquam irrita habebatur presbyterorum vel diaconorum ordinatio quæ inconsulta plebe vel invita celebrata fuisset, præsertim si absolute sine titulo ecclesiastico ordinati essent. Si quos enim decebat a populo eligi, ii solum qui populo præficiebantur, non autem ii qui ab omni cura populi immunes erant, eligi videbantur, 258. — Major erat necessitas consensus populi, ut legitima ordinatio censeretur. 258

Electione potestas jurisdictionis et ecclesiastica beneficia acquiruntur, V, 1250. — Ut per electionem valide acquiratur et conferatur beneficium ecclesiasticum, necesse est quod ea sit canone celebrata et facta a majori atque saniori parte capituli, sive eorum quibus jus eligendi competit, XVIII, 093. — An valida sit electio ad quam excommunicatus vitandus cum aliis concurrit, disputatur, XVII, 152. — Electio est primus titulus regiæ potestatis. XII, 450, 452

Electio æterna sine meritis, salus ex meritis. Qui sanctos elegit ab æterno sine meritis, dat illis unde coronentur ex meritis, VI, 99. — Electionis et perseverantiæ suæ incertus est quilibet christianus. 847

Electio definitur: Acceptatio discretiva unius medii præ alio ad finem consequendum. Electio est substantialiter actus voluntatis includens et præsupponens actum intellectus, XI, 514. — Electio non est de fine ut finis est, sed tantum de mediis, 514, 515. — Electio non convenit brutis. Non est de medio impossibili, 515. — Quo sensu verum est quod electio sit semper de meliori, 516 et seq. — Electio conjungit voluntatem cum volito affective tantum et in ordine intentionis. — Electio versatur circa medium in ordine intentionis, ut est futurum, et effectus finis, 520. — Electio mala ex bona intentione non cohonestatur; ejus tamen malitia minuitur secundum quid, 551. — Electio bona, ut electio, sordescit ex mala intentione, et intentio mala non rectificatur ex bona electione, 552. — Pravus finis potest non esse causa totalis et adæquata cur eligatur bonum opus, sed propria ipsius operis honestas potest etiam movere et propter se appeti. 554

Eleemosyna ab Ἐλεος, quod est misericordia, derivatur. Dare eleemosynam proprie est actus misericordiæ. Et quia misericordia est effectus charitatis, dare eleemosynam est actus charitatis, misericordia mediante, XIII, 1114, 880. — Actus ille pertinere potest ad liberalitatem et ad pœnitentiam, 1115-881. — Eleemosyna prout est actus virtutis definiri potest: Opus quo datur alicui indigenti ex compassione propter Deum, 1115-881. — Eleemosyna sine charitate facta, vere et proprie est eleemosyna; est actus solius misericordiæ, 1115-881. — Eleemosynæ sunt duplicis generis: corporales et spirituales. Eleemosyna corporea est boni temporalis erogatio facta pauperi; spiritualis, quæ etiam diviti, mentem ejus pascendo, impendi potest, XVIII, 648. — Corporales septem numerantur: Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo. — Septem pariter spirituales: Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora, XIII, 1116-881. — Eleemosynæ spirituales secundum se absolute præeminent corporalibus, 1116-882. — Datur præceptum affirmativum faciendi eleemosynam obligans sub peccato mortali, 1117-883. — Ad quartum decalogi præceptum pertinet, 1118-883. — Hoc præceptum est etiam naturale, XXII, 1332. — Eleemosynæ largitio vocatur redditio debiti. Qui eleemosynam non erogat, non peccat contra justitiam sed contra charitatem.
XIII, 1117-883

Ut præceptum eleemosynæ obliget, duo requiruntur: superfluum in dante, et necessarium in recipiente, XXII, 1332. — Triplex datur necessitas: extrema, gravis et communis. Extrema dicitur quando est evidens mortis periculum. Gravis sive urgens quando mors non quidem valde probabiliter imminet, sed probabili conjectura timetur. Necessitas communis ea est qua laborant qui sunt in statu et numero pauperum, 1332. — Ex communi omnium doctrina, in necessitate extrema omnia sunt communia, et qui eam patitur, potest sine furto rem alterius sibi usurpare, XXII, 1122-886. — Duplex est necessitas extrema, alia simpliciter, alia secundum quid, 1122-887. — Duplex est superfluum: naturæ et status. Superfluum naturæ est sine quo potest quispiam sustentare se et suos, ut sunt parentes, uxor, filii, non vero servi. Superfluum status est sine quo potest quispiam convenienter vivere secundum statum seu conditionem suam.
XXII, 1352; XIII, 1118 et seq.-884

Prima radix obligationis faciendi eleemosynam est necessitas illius qui accipit, 1120 et seq.-885. — Secunda radix obligationis faciendi eleemosynam est superfluitas bonorum ex parte dantis, 1126-890. — Bonorum divisio inordinata foret ac injusta; si non esset facta cum ista conditione tacita et virtuali, ut superflua divitum erogarentur in eleemosynas, 1130-893. — Solvuntur objectiones, 1131-895. — Doctrina de eleemosyna reduci potest ad tria principia de quibus saniores theologi conveniunt. 1° De superfluis naturæ, licet necessariis statui, tenemur sub mortali eleemosynas facere patienti extremam necessitatem, 1136 in not.-898. — 2° Gravi necessitate proximi tenemur sub mortali illi subvenire de aliquo modo necessariis statui, 1137-898 in nota. — 3° In necessitate communi quilibet tenetur aliquando, pro loco et tempore facere eleemosynam de superfluo status, 1137-898 in nota. — Impossibile est regulam assignare ex qua absolute judicetur quænam quantitas superflui sit eroganda ad strictam impletionem præcepti. 1138-899 in not.

Corollarium momentorum de episcopis et beneficiariis, 1137 et seq.-899. — Episcopis et pastoribus incumbit obligatio inquirendi pauperes quibus eleemosyna detur, XXII, 1333. — Lethalis peccati reus est qui pauperibus in extrema necessitate constitutis non erogat eleemosynam, tum ex superfluis naturæ, tum ex necessario personæ seu status, XI, 917 et seq. — Lethalis peccati reus est qui pauperibus in gravi necessitate constitutis eleemosynas non erogat ex iis quæ suæ suorumque sustentationi superflua sunt, tametsi ad status seu conditionis suæ decentiam sint necessaria, 923. — Mortalis peccati rei sunt qui pauperibus communem necessitatem patientibus superflua non erogant, id est ea quæ suæ ac suorum sustentationi, atque status sui ac dignitatis decentiæ conservandæ non sunt necessaria, 924. *Vid.* Obsecratio contra misericordiam. — Eleemosyna facienda est de substantia propria, non de aliena, nisi in duobus casibus, puta si adsit consensus domini expressus aut rationaliter præsumptus, vel proximus sit in extrema necessitate, in qua omnia sunt communia, XIII, 1141-901. — Quid statuendum de bonis inique acquisitis non contra justitiam, sed contra alias virtutes, 1142-902. — Necesse est ut dans plenum jus in re habeat, nempe dominium et liberam administrationem, 1145-905. — Ille qui est in potestate alterius constitutus eleemosynam facere potest de bono secundum quod potestati superioris non subest. Bona alia dispensare debet non aliter quam ei a superiore fuit commissum, 1145-905. — De uxore subjecta marito, 1145 et seq.-905. — De filiofamilias, de minoribus et pupillis, de servis, 1148-907. — De religiosis prælato subditis, 1149-908. — Ipse superior non potest ad libitum facere eleemosynam ex superfluis redditibus monasterii, 1150-908. — Quibus, in qua quantitate, et cum quibus conditionibus facienda sit eleemosyna, 1150-908 et seq. — Dare eleemosynas de superfluo est in præcepto, et dare eleemosynam ei qui est in extrema necessitate. Alias eleemosynas dare est in concilio, 1120-885. — De eleemosyna præscripta ad lucrandum Jubilæum, XVIII, 648 et seq. *Vid.* Jubilæum.

Emancipatio fit vel pleno jure per matrimonium, vel per patrem, aut defectu patris, per matrem, post completum annum 15; vel defunctis patre et matre; per concilium familiæ post completum annum ætatis, 18; XV, 829. — Duplex distinguitur: alia legalis, quæ fit ipso jure per matrimonium; alia voluntaria, quæ fit a patre, vel, eo mortuo, a matre superstite, vel tandem, patre et matre defunctis, a concilio familiæ per declarationem expressam coram judice competente, gallice dicto *juge de paix*. Art. 476 et sequentibus Codicis civilis, XVI, 550. — Mancipatus versari potest quoad capacitatem contrahendi, aliquando sine assistentia curatoris, etc., etc. 550

Emile ou de l'éducation. Censure de la faculté de théologie de Paris contre ce livre, II, 1111. — De Dieu et de la loi naturelle, 1117. — De la possibilité et de la nécessité de la révélation, 1138. — Des caractères de la révélation, 1144. — Des moyens de connaître la révélation, 1152. — Des miracles et des prophéties, 1187. — De la doctrine révélée, 1202. — De l'intolérance que professe la vraie religion. 1217

Emptio est comparatio rei pro pretio, XVI, 1033. *Vid.* Venditio-emptio. — Emptor bonæ fidei non dicitur ille qui emit ab illo qui communiter vendit res furtivas, nisi præmisso examine constet venditorem juste vendere,

XXV, 488. — Emptor potest emere infra pretium infimum, quando occurrunt rationes quæ faciunt rem minoris pretii in communi hominum æstimatione, quia tunc restituitur æqualitas, XVI, 648, 649. — Præcipua emptoris obligatio spectat integram pretii solutionem, tempore et loco præfixis. Si nihil de solutionis tempore et loco fuerit determinatum, emptor debet pretium solvere in eodem loco et tempore quo res tradenda est, 658. — Accessoriæ emptoris obligationes. 659; XIV, 1047-836

ENCÆNIA, hoc est templi dedicationes quater diversis temporibus antiquitus celebratæ fuerunt, XXVI, 111, 112. — Festum Encæniorum in memoriam dedicati templi, per octiduum celebrabatur, mense novembris. 112

ENCRATITÆ seu continentes, hæretici seculi secundi, a nuptiis abstinebant, et carne vinoque non utebantur, quæ aiebant profluxisse a principio malo. Vinum non adhibebant in Eucharistia. V, 34

ENERGUMENI et obsessi voces usurpabant veteres Patres ad peccatores et infideles designandos tanquam diaboli potestate detentos et vinculis obstrictos, VII, 895. — Energumeni, seu arreptitii, dicuntur qui a malo dæmone vexantur, et ideo sui compotes non sunt. Irregulares sunt. XVII, 226

ENTHUSIASTÆ, seu extatici, vel illuminati, animo sibi fingunt immediatas revelationes, IV, 56, 57. — Orta est anno circiter 1555 fanatica Enthusiastarum secta, auctore præsertim Nicolao Storkio. 57

ENTITAS supernaturalis alia est supernaturalis secundum substantiam, alia solum quoad modum, XXIII, 192. — Male fingitur a pluribus scholæ theologis substantialis quædam entitas modalis naturæ superaddita, in qua entitate rationem subsistentiæ reponant. IX, 747-501

ENUNTIATIVE dicuntur verba quando proferens intendit affirmare quod verba sonant; quod etiam dicitur significative, seu formaliter ea proferre. XXIII, 450

EPIKIA, seu æquitas, est emendatio legis, seu justi legalis, XII, 299-317. — Ad illam spectat contra verba legis humanæ agere in particulari, quando illam servare esset contra naturalem æquitatem, 110-89. — Non dubium est in legem committere eum qui verba legis complexus, contra legis nititur voluntatem, 110-90. — Epikia, seu æquitas, respicit finem legis remotum, sed magis intentum a legislatore tanquam proprium objectum; et prætermissis verbis ipsius legis, aliquando eam interpretatur et sequitur secundum quod postulat æquitatis ratio et communis utilitas, XIV, 561-445. — Epikia bonum commune procurat præter regulas communes, aliter interpretando voluntatem legislatoris quam ejus verba sonant, 561-444. — Propria epikia non habet locum in aliquo præcepto naturali, ut naturale est, seu secundum se spectato, XII, 397-316 et seq. — Si præcepta naturalia spectentur ut per legem positivam constituta sunt, tunc recipiunt exceptionem epikiæ, præsertim in ordine ad intentionem legislatoris humani, licet secundum se et ut naturalia sunt, illam proprie non admittant, 405-322. — Epikia juxta Aristotelem, *est directio legis*, utique ne a recto deficiat. Locum habet quando lex peccat, 1252-989. — Lex peccaret non solum præcipiendo quod non debet, sed etiam quando, vel quomodo non debet, 1255-992. — Epikia locum habet non solum quando lex præcipit rem iniquam, sed etiam quando præcipit rem acerbam et nimis difficilem, 1256-992. — Epikiæ munus est, prætermissis verbis legis, intentionem legislatoris sequi, 1256-993. — Tres rationes utendi epikia distingui possunt, propter cavendum aliquid iniquum, propter vitandam acerbam et injustam obligationem, propter conjectatam legislatoris voluntatem, 1257-993. — In lege irritante actum, ipso facto et ante sententiam judicis, non habet locum epikia, 1105 et seq.-873. — Actus irritatus per legem simpliciter et absolute non potest valide fieri contra verba legis, per solam epikiam. 1107 et seq.-874

Quomodo de excusatione occurrente constare debeat ut, sine recursu ad principem, liceat epikia uti et legem non servare, 1258 et seq.-994. — Quando certo constat materiam legis factam esse iniquam, seu contrariam alteri præcepto, aut virtuti magis obliganti, cessat obligatio legis et propria auctoritate potest omitti sine recursu ad principem, 1259-994, 995. — Quando certo constat legem non obligare etiamsi possit sine peccato servari, subditus propria auctoritate potest illam non servare, 1259-995. — Qui probabiliter judicat legem non comprehendere casum illum securo potest excusari ab obligatione legis, etiamsi formidet, vel utrinque habeat rationes probabiles dubitandi, 1260 et seq.-995. — In casu dubio in quo judicari non potest probabiliter an casus comprehendatur sub legis obligatione nec ne, recurrendum est ad superiorem si fieri possit, vel si non possit, lex servanda est. 1263 et seq.-999

EPILEPSIA sæpe curatur et omnino recedit in iis qui pubertatem attingunt. XVII, 227

EPILEPTICI dicuntur qui morbo comitiali, seu malo caduco, ita corripiuntur ut interclusis sensibus statim cadant quasi exanimes, XVII, 226. — Epileptici vere sunt irregulares. 227

EPIPHANIA, græce [illegible], id est manifestatio. Tres hac die manifestationes Christi simul honorantur. Fit enim commemoratio adorationis Magorum, Baptismatis quod Christus ab Joanne suscepit, et conversionis aquæ in vinum, XV, 349; XXVI, 162. — Olim in die Epiphaniæ celebatur memoria miraculi multiplicationis quinque panum. 162

Totius tractationis partitio. De adventu Magorum in Bethlehem, 163. — De Magis Christi nascentis adoratoribus, VIII, 1560. — Stella quæ apparuit Magis erat nova stella ex elementari aliqua materia miraculose formata. — In Oriente apparuit Magis. — Probabilius est hanc stellam Magos duxisse ab Oriente in Jerusalem, 1561. — Chalcidius de sidere quod post Christum natum apparuit, III, 562. — De stella quæ Magis monstravit iter variæ sententiæ, XXVI, 164. — Stella non ante illuxit quam Christus natus esset; quod probatur ex S. Matthæo. 194

Magi tres fuisse vulgo creduntur, VIII, 1563; XXVI, 164 et seq. — Quæ Magorum fuerint nomina, 166. — De Magorum qualitate, 167. — Magos reges fuisse qui credunt, non putant id esse fidei articulum, quod calumniatur Beza. — Magi reges fuere, id est Dynastæ, 168. — Locus Juvenci, et ipsamet Ecclesia hanc probant sententiam, 169. — Scriptorum magni nominis, et Melchioris Cani de hac re sententia. — Cur Evangelista sileat regiam Magorum qualitatem; Cani conjectura, 170. — Aliæ aliorum rationes asserendæ regiæ Magorum qualitatis, 171. — Magos non fuisse magicis artibus et dæmonum invocationibus addictos, sed philosophos, sapientes et siderum scientiæ peritos, qui in Oriente vocantur Magi, communior et probabilior est sententia. VIII, 1562

Certum est ex Evangelio Magos venisse ex Oriente, respective ad Jerusalem, 1563. — De tempore adventus Magorum, 1563. — Magi advenerunt Jerusalem, subinde Bethlehem die decimo tertio post Christi nativitatem, hoc est sexta januarii, 1564. — Solv. objectiones, 1565 et seq. — An Magi sexta januarii die Bethlehemum venerint. Variæ scriptorum sententiæ, XXVI, 189. — Magi tredecim post diebus a natali Christi die venerunt Bethlehemum, 189. — Magi unde profecti, 190. — Ex Arabia profecti, tredecim post dies Bethlehemum facile pervenire potuerunt, 191. — S. Augustinus idem sentire videtur, 192. — Argumentum adversus communem sententiam, 192. — Solutio ejus argumenti. Proprius significatur vocis *ecce*, 193. — Nihil ex Evangelio eruitur quo inter adventum Magorum et Christi nativitatem duo anni interponendi sint, 194. — Cur Herodes Infantum cædem distulerit, et eos a bimatu interfici jusserit. 193

Ubi Christus repertus sit a Magis, 171. — Christum in præsepi repertum a Magis probabilius est ex S. Hieronymo. 172

De cultu quo Magi Christum adoravere. — Ejus divinitatem habuere cognitam. — Quod constat ex qualitate munerum, 173. — Idem Patres ex qualitate munerum affirmant. 174

De Baptismo Christi, 175 et seq. *Vid.* BAPTISMUS JOANNIS. — In Gallia Baptisma Christi cum octava Epiphaniæ celebratur die 13 januarii. XV, 349

De miraculo in nuptiis in Cana Galilææ. Primum illud fuit Christi miraculum; ab ipso nullo signo exteriori editum. Aqua non videtur in rubrum vinum conversa, XXVI, 183. — Sponsus in iis nuptiis non fuit Joannes Evangelista, sed vel Simon Cananæus, vel Nathanael. De hydriis in convivio illo adhibitis. 184

An eodem anni die terna illa miracula contigerint, quæ in die Epiphaniæ recoluntur. — Christus sexta januarii die Baptismum suscepit, 186. — An eadem januarii sexta die contigerit miraculum aquæ in vinum conversæ. Baronii sententia, 187. — Incertum quo die contigerit. 188

De celebritate et vetustate hujus festi. — Epiphaniæ festum multis illustratum miraculis, 196. — Fontes quidam in die Epiphaniæ vino manantes, 197. — In Orientali Ecclesia Epiphania simul et Nativitas Christi celebrabatur, 198. — Quædam alia quæ ad hoc festum pertinent. 198

EPISCOPATUS est apex hierarchiæ ecclesiasticæ, VII, 746. — Episcopatus est ordo et sacramentum; canonistæ et recentiores theologi prope unanimes affirmant, XXIV, 711. — Veteres scholastici negabant, XXV, 34. — Episcopatus definiri potest: Ordo supremus et sacramentum quo presbyteri potestas tribuitur conferendi sacramenta confirmationis et ordinis, regendique Ecclesiam sibi commissam, 34. — Episcopatus duplici potestate constat, ordinis et jurae-

dictionis. Quæ duæ potestates a se invicem sejungi possunt. Contra Febronium, XXVII, 637 et seq.—De proxima potestatis episcopalis origine et causa disseritur. Hæc potestas a Romano pontifice velut a proxima causa proficiscitur. Nulla est episcoporum cum apostolis quorum successores dicuntur, quod ad hanc rem attinet, comparatio. Aliæ Febronii hallucinationes, 641 et seq. — Falso Febronius æquales inter se jurisdictionis auctoritate episcopos omnes constituit. Celebris Cypriani locus perpenditur, 655. — Episcopatus jura circumscripta sunt, et pontificis romani legibus obnoxia, 660 et seq. — Nullum jus est episcopis omnibus in alienas diœceses. Febronii fraus. Scripturis et Patribus abutitur, 676 et seq. — Episcopatus quoad territoria sunt inæquales; idem nunc augetur, nunc minuitur, vel unus in duos dividitur, vel ex duobus unus fit, XII, 706-706. — Episcopatus quamplurimos sua auctoritate Petrus erexit: alii etiam Apostoli per concessam sibi a Christo potestatem Ecclesias erigebant. 771-609, 610

Excluduntur ab episcopatu minores annis triginta, etc., V, 1234. — Episcopatus non dirimit matrimonium jure naturali nec divino, sed solum ecclesiastico, ratione voti castitatis annexi. Episcopus confirmatus et nondum promotus ad sacros ordines, potest transire ad nuptias. Castitas episcopatui annexa est de jure ecclesiastico, XXV, 491. — De episcopatu primorum Reformatorum et Orientalium. I, 1199-946

Episcopus græce idem est ac latine superinspector, speculator, V, 1212; XIX, 1065.—Différents noms donnés aux évêques, XX, 821.—Quæ exigantur ut quis erigatur episcopus, V, 1234. — Ordo hierarchicus episcoporum, archiepiscoporum, et patriarcharum, non sine auctoritate Petri institutus est, XII, 771-610. — De la promotion des évêques, ou de la manière dont se sont faites les élections de tout temps dans l'Eglise, XX, 820 et seq. *Vid.* Electio. —Episcopo mortuo, et exequiis celebratis, Metropolitanus, quando commodius erat, ad electionem et ordinationem omnes provinciæ episcopos per litteras convocabat, XXIV, 1083. — Metropolitanus qui electioni episcopi adesse non poterat visitatorem mittere solebat, 1084. — Et e provincia sua quem volebat episcopum committere poterat ad consecrationis munus peragendum, 1086. — Quænam consecratis ab alio quam a Metropolitano obligatio imposita, vel quæ circa eos peracta fuerint, 1086. — Decretum electionis episcopi ad Metropolitanum et ejus suffraganeos pro ordinatione mitti; et aliud decretum a Metropolitano et suffraganeis ad clericos et populum civitatis reddi solitum, 1087. — Talium decretorum formulæ, 1088. — Sæculo sexto electionum et ordinationum jura a regibus turbata fuere, 1074, 1090. — Quis absentis Metropolitani, suspensi vel demortui locum teneret, 1091 et seq. — Electus confirmatus prælatus dici potest, non episcopus, 1413. Antistites electi et confirmati ante consecrationem jurisdictionis potestate præditi sunt, 1420. — Bona Ecclesiæ ante consecrationem episcopi cujus sint, et a quo administrentur. 1422

Ordinatio electi antistitis quantocius est peragenda, nisi causa rationabilis obstet, 1405.— Quæ pœnæ ob non acceleratam ordinationem, tam metropolitanis negligentibus ordinare, quam episcopis ordinari, inflictæ sint, 1405. — Juxta praxim recentiorem tres menses ab obitu ad electionem, et ab electione ad consecrationem tres alii menses conceduntur, 1407. — Quænam excusationes afferri possint dilatæ ordinationis. Non alia a concilio Chalcedonensi profertur quam inevitabilis, seu gravis et urgens necessitas, 1407 et seq. — Excusationes quæ minorem difficultatem continent, ut electio illegitima, etc., 1409. — Ecclesia, dum differtur ordinatio episcopi, viduata dicitur; et cur. 1411, 1421

De ordinatione episcopi. Vetus regula fuit ut episcopi a Metropolitano, tanquam a præcipuo consecratore, et a reliquis provinciæ episcopis tanquam adjutoribus et assistentibus, in unum omnibus collectis, ordinarentur, XXIV, 1068-1082; XX, 855. — De patriarcharum ac primatum quorumdam in ordinationibus episcoporum auctoritate, XXIV, 1105 et seq. — Comprovinciales episcopi ordinationibus episcoporum suæ provinciæ interesse debebant, 1082. Metropolitanus electus et confirmatus, etiam antequam pallium obtinuisset, imo antequam consecratus esset, gaudebat jure committendi ad episcopi suffraganei ordinationem; non vero jure ordinandi, 1096. — Ab ordinatione excludebantur comprovinciales, qui vel in hæresim, vel excommunicationem quamcunque minimam incidissent, 1099. — Comprovinciales ex justa causa absentes litteras excusatorias mittere debebant, et aliquando legatos. Istarum epistolarum formulæ, 1100.—Finitimi etiam episcopi alienæ provinciæ aliquando ad ordinationem vocabantur, 1104. — Non tantum convocatio episcoporum ex aliena provincia licita erat, sed etiam... sufficiente numero comprovincialium, necessaria et præscripta. Quibus in casibus limitandi episcopi episcoporum consecrandorum jus habebant, 1108 et seq. — De jure et consuetudine Romani pontificis in consecrationibus episcoporum, 1129 et seq. *Vid.* S. Pontifex.—Tres saltem episcopi ex antiqua consuetudine et ecclesiastica lege ad unius consecrationem convenire et cooperari debent, 951 et seq.; XX, 806 et seq. *Vid.* Ordo.

Episcopi intra provinciam in sua vel metropolitana ecclesia ut plurimum consecrabantur a metropolitanis vel a primatibus, XXIV, 1511 et seq.—De ordinationibus episcoporum extra provinciam factis et quas ob causas, 1546. — Prioribus Ecclesiæ sæculis, probabile est, quod, quamvis diebus ut plurimum dominicis sacrarentur episcopi, aliis tamen nonnunquam septimanæ diebus fuerint consecrati, 1389. — Ordinarius, ac lege postea præscriptus dies consecrandi episcopi fuit dominicus; ita tamen ut a vespera sabbati præcedentis olim consecratio inchoari potuerit, 1390. — In usu postea fuit, ut non solum diebus dominicis, sed etiam majoribus festivitatibus, iis præsertim quæ in honorem SS. Apostolorum celebrari solerent, episcopi consecrarentur, 1391. — Consecratio episcoporum sine sacrificio Missæ celebranda non est, nec olim nisi in publica et solemni populi synaxi, hora tertia. Nunc fieri solet horis matutinis, et parum referre censetur, qua potissimum hora perficiatur, 1392. — Non solum ipse dies consecrationis episcopi festivissimus esse solebat, sed etiam anniversarius dies, quo consecrationis memoria singulis annis recolebatur, 1392. — Dies etiam anniversarius ordinationis episcoporum mortuorum, qui sanctitatis laude floruissent, celeber olim fuit ac festivus, 1394. — Dies anniversarius episcoporum viventium festivus ac celeber a populis habebatur, 1395 et seq.—Plura notatu digna circa hunc diei anniversarii festivitatem, 1398, 1399.—Publici fructus plurimi ex ea festivitate percipiebantur. 1400

Ordinationis idea generalis, XXIV, 1447.—Des rits de la consécration épiscopale dans l'Eglise latine. On tâche d'y découvrir l'origine de chacune des cérémonies qui s'y pratiquent à présent, XX, 847. — De quelques autres cérémonies qui s'observaient dans quelques églises, 852. — Après la consécration, le nouvel évêque était intronisé avec solennité, 854. — Solides instructions que l'on donnait au nouvel évêque, 857.—De l'ordination des évêques chez les Grecs et les Orientaux, 858. — Abus intolérables des Nestoriens au sujet de l'ordination de leur patriarche. 862

Quænam sit apud Græcos ordinationis episcopalis materia, XXIV, 742. — Apud Latinos, materia istius ordinationis est impositio manuum, 751. — Probabile est traditionem libri Evangeliorum in manus episcopi consecrandi esse alteram materiam partialem episcopalis ordinis, 751 et seq. — De impositione libri Evangeliorum episcopo consecrando, 1506. — De traditione annuli episcopo consecrato apud Latinos, 1509. — De traditione baculi pastoralis, 1512. — Baculi pastoralis mysticæ significationes, 1513. — Quo ritu ungatur episcopi, 1533. — Discrimen inter presbyterorum et episcoporum unctionem, 1534. — Cur episcopi chrismate unganiur, cur illis etiam caput, 1539 et seq. — De origine juramenti ab episcopis ordinandis jam præstari soliti. Hujus juramenti formula, 465. — Speciatim examinatur promissio, qua se episcopi obstringunt ad invisenda limina Apostolorum, 469. — A quo tempore forma jurisjurandi episcoporum jam usitata recepta sit, 472. — De promissione obedientiæ in consecratione episcoporum. 473

Episcopi munus est curare divinum cultum, etc., etc., V, 1212. — Episcopus altero quoque anno diœcesim visitare debet aut per seipsum, aut per alium, ubi justo impedimento tenetur, 1212.—Cuncta quæ in visitatione sunt gesta ac reperta congregationi concilii significanda sunt. 1213

Episcopus in episcopatu suo residere debet, 1213. — Tenetur ad residentiam personalem de jure naturali et divino, saltem loquendo in genere, ac in circumstantiis ubi jus positivum abesse non concedit, XVIII, 707; XVI, 1199. — Peccat mortaliter contra jus divinum naturale, si notabili tempore sine gravi et justa causa absint. Justæ causæ absentiæ sunt: christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, et evidens Ecclesiæ, vel reipublicæ utilitas, 1200. — Episcopus extra tempus Adventus, Quadragesimæ ac solemniora festa potest abesse ab Ecclesia sua per duos, vel ad summum tres menses, sive continue, sive interrupte, sine alia superioris approbatione; etiam causa duntaxat relaxandi animum, XVIII, 708. — De interrogationibus faciendis episcopo peccata confitenti. XXII, 1019

Episcopi sunt presbyteris superiores jure divino, XXV, 39 et seq. — Solv. objectiones, 42 et seq.; XX, 902, 907. —Les églises n'ont jamais été gouvernées par un sénat de prêtres revêtus d'une égale puissance, mais par un seul

évêque, 910. — On explique les différents sentiments des docteurs scholastiques sur le même sujet, 916. —Episcopi habent potestatem ordinandi, quæ non est illis cum presbyteris communis, XXV, 56 et seq. — Potestas circa res sacras in solis episcopis residet, XIX, 1063. — Jure divino presbyteris et aliis ministris superiores sunt, 1065 et seq ; VI, 1050. — Confirmationis et ordinis ministri sunt, 1050. — Que les évêques ont eu de tout temps, privativement à tout autre, le pouvoir de conférer les ordres majeurs, XX, 894. — Règles qu'ils devaient suivre dans l'exercice de ce pouvoir ; comme de ne point faire d'ordination hors de leurs provinces ; de n'en point faire seuls et sans être assistés de quelques-uns de leurs confrères, 895 *et seq.* — Episcopus Carthaginiensis ex tota Africa clericos ordinare potuit, XXIV, 1029. — Ad solos episcopos pertinet in causis fidei judicandi potestas, et ea quidem infallibilis, IV, 583 et seq.—Vocem deliberativam habent omnes episcopi, illi etiam qui dicuntur *in partibus*, 608. — Episcopi vero hæretici vel schismatici pertinaces, a jure sedendi inter judices fidei exciderunt. 609

Episcopis ordine pares, jurisdictione et imperio superiores sunt patriarchæ, primates, metropolitæ, V, 1228.— De la subordination des évêques les uns aux autres. Origine des métropoles et des principales dignités de l'Eglise primitive, XX, 932 *et seq.* — Episcopi soli sunt proprie Apostolorum successores, IV, 586.— Præstat episcoporum potestas divina institutione presbyteris, et dividitur in ea quæ sunt ordinis, in ea quæ sunt jurisdictionis et in ea quæ sunt legis diœcesanæ, V, 1213 et seq. — Ut episcopus habeat ordinis et jurisdictionis potestatem, habere debet ordinationem et legitimam missionem, 1211. — Legitima missio non divini, sed humani juris est, et datur ab eo cui subsunt episcopi, id est a summo pontifice, 1212 —Ordinis potestatem consecratione acquirit episcopus ; semel acceptam nunquam amittit, et eam alteri delegare non potest, ut recte delegat potestatem jurisdictionis, 1214. — Episcopi jurisdictio fertur in totam diœcesim ; sed quidam beneficio sedis Apostolicæ ab ea sunt exempti, 1214.—In iis quæ ordinis sunt, in episcopo inest plenitudo potestatis, quæ a Deo ipso per sese, sive immediate, ordinatione tribuitur. 1211

Quando et quomodo accidentia desinant continere Christum, XXIII, 383. — Certum est desinere Christum esse sub speciebus, cum ad eum gradum, corruptionis perveniunt, ut non essent aptæ continere substantiam panis nec vini ; tunc autem non desinere Christum simpliciter in suo esse, sed quoad esse solum sacramentale, 383. — Certum est non desinere Christum esse sub speciebus, nisi in iis casibus in quibus desineret substantia panis vel vini, cujus loco subrogatus est, 384. — Primo casu quo corpus vel sanguis Christi non esset alibi nisi in Eucharistia, an corruptis speciebus, desineret simpliciter esse in rerum natura, an vero maneret cum præsentia naturali, 384. — Secundo, an per commixtionem specierum consecratarum cum aliis rebus, v. g., cum alio vino non consecrato, deperdatur consecratio et præsentia Christi. Negat communis sententia, 385. — Dicendum videtur per mixtionem specierum cum alio vino sive specie, sive numero diverso, sive potentiori, sive debiliori, consecrationem non perdi, 387. — An quando continuantur species consecratæ cum vino non consecrato, sit sanguis Christi in puncto continuativo utriusque quantitatis, 389. — Quid faciendum de vino cui admiscetur gutta aliqua specierum consecratarum, 390. — Tertio, an quando miraculose apparet caro vel puer in Eucharistia, censeatur desinere Christus sub speciebus? Communis sententia affirmat manere adhuc Christum, 390. —Quanto tempore durent species sacramentales in stomacho antequam corrumpantur ita ut non possint jam amplius continere corpus aut sanguinem Christi. 390

De forma sacramenti Eucharistiæ. De la consécration des espèces, XX, 248 et seq. — Supponit auctor verba consecrationis esse formam hujus sacramenti, et quidem non extrinsecam, sed intrinsece illud componentem. Supponit etiam, cum communi sententia theologorum, Christum consecrasse iisdem verbis quibus nos docuit consecrare, XXIII, 391. — An necessaria sit aliqua oratio post verba Christi ut fiat consecratio Ratio dubitandi oritur ex ritu celebrandi quem servat Ecclesia græca, 391. — Orationes quæ sequuntur verba Christi in liturgiis Græcorum sequentem sensum habent : ille panis, et ille calix, hoc est, corpus et sanguis Christi, fiat nobis in salutem et remissionem peccatorum, 393 et seq. — Solvuntur objectiones, 398. — Cur antitypa corporis et sanguinis Christi Eucharistiam dicat S. Basilius, 399. — Quæ verba sint essentialiter necessaria ad consecrationem corporis Christi, 404. — Verba illa antecedentia canonis : *qui pridie quam pateretur*, etc., non sunt necessaria ad consecrationem, 405. — Verba illa : *accipite et manducate*, quæ sunt verba ipsius Christi ; et particula *enim*, nullo modo sunt necessaria essentialiter ad valorem consecrationis, 408. — Nec concurrunt ad valorem et effectum consecrationis, 408 et seq. — De verbis necessariis ad consecrationem calicis. Verba quibus utitur Ecclesia Romana hæc sunt : *Hic est enim calix sanguinis mei, Novi et Æterni Testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Prima sententia affirmat hæc omnia requiri ad consecrationis valorem, 414. — Sententia negans validissima habet argumenta, 414 et seq. — Ex dictis facile erit judicium ferre de aliis sententiis mediis. Aliqui primo dicunt illa verba, *Novi Testamenti*, esse essentialiter requisita cum illis, *hic est sanguis meus;* cætera non requiri essentialiter, 424 — Alii secundo, dicunt illa verba etiam, *mysterium fidei* esse essentialia, 425.—Alii tertio, dicunt verba illa, *qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, esse essentialia; illa vero alia intermedia, *Novi et Æterni Testamenti, mysterium fidei*, non esse essentialia, 425. — Quarto denique, alii multi dicunt illa sola verba : *hic est sanguis meus*, esse essentialia; cætera, quæ sequuntur, esse solum substantialia, et pertinere ad formam, ac concurrere ad effectum, ut partes integrales ejusdem formæ, 425 et seq.

An verba consecrationis dicantur recitative, an vero enuntiative. Recitative, seu materialiter dicuntur aliqua verba, quando proferens nihil intendit affirmare per illa, sed solum historice referre quid alius dixerit, XXIII, 429. — Enuntiative dicuntur verba quando proferens intendit affirmare quod verba sonant; quod etiam dicitur significative seu formaliter ea proferre, 430. — Prima sententia docet prædicta verba solum dici a sacerdote recitative et materialiter, seu formaliter, 430. — Tertia sententia docet verba non proferri materialiter et recitative seu affirmative. Primo non dicuntur recitative et materialiter, 430 et seq. —Secundo, verba dicuntur solum formaliter et assertive, 432 et seq. — Sed magis communis est secunda sententia quæ docet ea verba de facto utroque modo dici a sacerdote, 435 et seq. — (Formæ aliorum sacramentorum possunt etiam proferri recitative simul seu materialiter et significative seu formaliter, 441.) — Verba sunt vera de præsenti in toto rigore, pro ultimo, instanti prolationis verborum, 441 et seq. — Quid significent pronomina *hoc* et *hic* posita, in verbis consecrationis, 453 et seq. — Utrum per plures formas consecrationis simul possit consecrari eadem materia. Primo, fit valide ; secundo, dubitatur an fiat licite. Nunc fit licite inordinatione sacerdotum, 457 et seq. — Conficiendæ, seu consecrandæ Eucharistiæ potestas et ministerium ita solis sacerdotibus convenit, ut nulli alteri qui sacerdos non est, in quacumque necessitate committi possit. VI, 1028

De effectibus Eucharistiæ circa animam. Hoc sacramentum confert gratiam sanctificantem ex opere operato. Per se loquendo supponit primam gratiam in subjecto, XXIII, 464. — Sacramentum Eucharistiæ ex se non remittit peccatum mortale, seu non producit primam sanctificantem gratiam, sed eam in suscipiente supponit, VI, 1027. — An saltem per accidens Eucharistia conferat aliquando primam gratiam. Prima sententia affirmat in casu quo quis inculpabiliter accedat ad Eucharistiam, XXIII, 464. — Secunda sententia negat in universum Eucharistiam causare per se vel per accidens primam gratiam in aliquo casu, 464. — Tota hæc controversia non excedit terminos opinionis probabilis, sed sententia negans videtur probabilior et magis consona doctrinæ quæ de hoc sacramento communiter tradita est. Probatur primo et secundo 463 et seq.— Probatur tertio, 470 et seq.—Quando gratiam sanctificantem conferat Eucharistia sumpta absque obice. Difficile est assignare tempus vel instans quo Eucharistia confert gratiam. Quidam volunt id fieri cum primum est in ore, quia jam dicitur vere manducari, 474. — Alii dicunt gratiam conferri quando sacramentum trajicitur, 475. — P. Suarez, impugnatis aliis dicendi modis, tentat varias vias ad hoc explicandum, 475 et seq. — An Eucharistia causet gratiam quamdiu in stomacho perseverat. Prima sententia docet solum causare gratiam, dum primo comeditur in tempore sequenti, 480. — Communis sententia docet ad fructum sacramenti non requiri actualem devotionem, sed solum voluntariam susceptionem sacramenti, et statum gratiæ habitualis. Eucharistia causat gratiam per modum cibi nutrientis; ergo dum est in stomacho potest operari. — Alioquin nisi adveniat ex parte subjecti nova vel major dispositio, non erit novus effectus

sacramenti, 480 et seq. — Si homo acciperet Eucharistiam in statu peccati, licet in ipsa sumptione peccaverit, non teneretur sub obligatione novi peccati mortalis ad contritionem statim procurandam, 486. — An utraque species Eucharistiæ conferat majorem gratiam quam singula seorsim, 488. — An sacerdoti accipienti utramque speciem correspondeat diversus effectus pro sumptione hostiæ, et diversus pro sumptione calicis. Communis sententia negat, 488. — Secunda sententia, quæ auctori probabilior videtur affirmat, 488 et seq. — In quo differant isti effectus secundarii cibi et potus spiritualis, 490. — Objectiones contra hanc sententiam. 491

In hujus sacramenti dispensatione attendendum est non solum ad suscipientium utilitatem, sed etiam ad ipsius sacramenti reverentiam, etc. 495

De aliis effectibus spiritualibus Eucharistiæ primus effectus est remissio peccati. Eucharistia venialia peccata directe, mortalia quasi per accidens remittit, I, 851-862-614-680. — Difficultas est quomodo hic effectus proveniat ab Eucharistia, an immediate an mediate aliquo actu, quo homo disponatur ad peccati remissionem, XXIII, 494. — Secundus effectus est præservatio a mortalibus, quem effectum multipliciter tribuit Eucharistia : primo, quatenus confert abundantem gratiam gratum facientem; secundo, quatenus virtute hujus sacramenti anima spirituale dulcedine delectatur, fitque minus sensibilis ad tentationes; tertio, quatenus fugat dæmones; quarto, quatenus qui recipit hoc sacramentum, accipit speciale lumen a Deo, quo lumine mediante, pravi motus et tentationes minuuntur et sopiuntur, 495. — Quinto, fit hæc præservatio diminuendo fomitem, et impediendo vel debilitando motus carnis, excitandoque contrarios, 476 — Tertius effectus est adeptio gloriæ, 497. — Quartus effectus est actualis dulcedo et delectatio, 498. — Hæc dulcedo impediri potest etiam in homine existente in statu gratiæ, 499. — Dubitari potest an hæc delectatio specialis sit solum de ipso Christo præsente, 499. — Dubitari solet de pœna temporali, an remittatur ex opere operato per hoc sacramentum, non solum ut sacrificium, sed ut sacramentum est. 501

Circa corpus quadruplicem effectum Eucharistia operatur. Primus ex eo quod unitur per aliquam veram et realem unionem cum nostro corpore, 501. — An detur unio corporalis et vera inter Christi corpus et nostrum, 513. — Hæc unio non est hypostatica aut continuativa, nec ulla alia physica et propria. Sed intercedit aliqua unio non solum quatenus corpus Christi suo contactu sanctificat corpora nostra, sed etiam alia unio moralis cum corpore digne communicantis, 506. — Secundus effectus provenit per hoc quod immediate et directe operetur aliquid in ipso corpore, 501. — Difficultas est an immediate etiam et directe aliquid operetur circa corpus, 501, 502. — Tertius in genere causæ efficientis immediate per hoc quod aliquid operetur in anima ex cujus redundantia resultet aliquid in ipso corpore, 501. — Quartus resurrectio corporis, 501, 502 et seq., 87. — Quomodo hic sit Eucharistiæ effectus potius quam aliorum sacramentorum. 503

De usu Eucharistiæ et de subjecto capaci ad eam suscipiendam, XXIII, 505. *Vid.* Communio. — De divers usages de l'Eucharistie chez les anciens. Les évêques se l'envoyaient les uns aux autres en signe de communion, XX, 295. — A Rome, le pape l'envoyait à toutes les églises titulaires, 297. — A cet usage on substitua celui d'envoyer des pains bénits appelés *Eulogies*, 296 *et seq.* — On réservait des espèces consacrées du sacrifice précédent pour le suivant, 298. — On portait l'Eucharistie dans les voyages pour servir de sauvegarde, 294. — On continue de parler des divers usages de l'Eucharistie dont quelques-uns peuvent être appelés abusifs, 301. — Elle était réservée pour être consommée par les prêtres et même par les évêques pendant les quarante premiers jours qui suivaient leur ordination; pour la communion des morts; pour être enterrée avec les morts, 302. — On souscrivait quelquefois la condamnation des hérétiques avec une plume trempée dans le sang du Sauveur, 304. — On se servait encore de l'Eucharistie pour découvrir les vols, pour la dédicace des églises. On faisait serment sur l'Eucharistie, 304, 305. — De quelques usages abusifs de l'Eucharistie, et en particulier ceux qui ont été introduits dans les derniers temps. Du soin qu'ont eu les prélats de les supprimer, 537 *et seq.* — On portait le Saint-Sacrement pour apaiser les vents et les tempêtes, 338. — On s'en servait pour éteindre les incendies, en le jetant au milieu des flammes, 339 *et seq.* — On le portait aux malades dans leurs maisons pour le leur faire adorer seulement. On le portait avec soi quand il s'agissait de prouver son innocence, en passant par le feu. 342

De lieu et des vaisseaux dans lesquels on réservait l'Eucharistie, tant pour la communion des malades, que pour la plupart des autres usages dont il a été parlé, XX, 305 *et seq.* — Autrefois, en Orient et dans les églises des Gaules, on avait coutume de réserver l'Eucharistie dans une espèce de tabernacle fait en forme de colombe qui était suspendu sur l'autel, 306. — On la réservait aussi dans des boîtes de différentes matières plus ou moins précieuses et dans des espèces de ciboires faits en forme de tour, 307. — Les tabernacles suspendus en forme de coupe converte, ont succédé à ces tours dans plusieurs églises, 309. — Les ciboires ou tabernacles dans lesquels on renfermait l'Eucharistie étaient de différentes formes suivant les temps et les lieux. Il y en avait d'or, d'argent, de pierres précieuses, de verre, de cristal, d'ivoire, et même de bois, 309. — En Italie on ne suspendait pas l'Eucharistie, 307. — La plus ancienne manière de conserver l'Eucharistie était de la mettre dans des petites chambres qui étaient à côté des églises, et que l'on appelait chez les Grecs παστοφόρια, chez les Latins *thalami* ou *sacraria*, 309. — Les statuts synodaux de Verdun, qui sont du sixième siècle, disent que si les facultés de l'église le permettent, il doit toujours y avoir devant l'Eucharistie une lampe allumée, 310. — Dans d'autres églises, on renfermait l'Eucharistie dans des armoires à côté des autels, dans des piliers, ou derrière les autels, 310. — Des auteurs prétendent qu'il ne convient pas de célébrer la messe sur les autels où repose le Saint-Sacrement, 311. — Explication d'un canon du second concile de Tours qui porte, que le corps de Notre-Seigneur sera mis sur l'autel, non pas au rang des images, mais sous le titre de la croix. 311 *et seq.*

Des fêtes instituées en l'honneur du Très-Saint-Sacrement, et en particulier de celles que nous nommons la Fête-Dieu, 313. — A la sollicitation de la Bienheureuse Julienne du Mont-Cornillon, qui fit composer un office du Saint-Sacrement; la Fête-Dieu fut célébrée la première fois en 1246, dans le diocèse de Liége, 316, 377. — Le pape Urbain IV ordonna qu'elle serait célébrée par toute la terre, et lui assigna le jeudi d'après l'octave de la Pentecôte, 318. — On ne commença en France à célébrer la fête du Saint-Sacrement que l'an 1318. — L'office actuellement en usage est de la composition de S. Thomas, 318. — Procession du Saint-Sacrement. Que celle qui se fait aujourd'hui à la Fête-Dieu ne s'y faisait pas au commencement, 319. — Que néanmoins il se faisait de ces processions avant l'institution de cette fête, 321. — *Vid.* Corporis Christi festum. — De la procession du jour des Rameaux, 321. — De celle du jour de Pâques, 323. — De l'exposition du Saint-Sacrement. Depuis quel temps elle a commencé à se faire. On parle à cette occasion des ostensoirs transparents, de leur antiquité et de leurs diverses formes, 325. — Des cérémonies principales auxquelles on expose le Saint-Sacrement, et, en particulier, des prières des Quarante-Heures, dont on recherche l'origine et les motifs, 328 *et seq.* — Des règles qu'il faut observer dans l'exposition du Saint-Sacrement, 330 *et seq.* — De la dévotion au Saint-Sacrement, et en particulier de la confrérie du Saint-Sacrement, et de l'intention de ceux qui l'ont érigée et de ceux qui y sont entrés les premiers, 333. — Pensées judicieuses de M. Thiers sur cela, 336. — Paul III dans la bulle *Dominus noster*, veut qu'une lampe brûle devant le Saint-Sacrement, 334. — On a toujours procuré au corps de Notre-Seigneur le culte et la révérence qui lui sont dus, surtout quand on le porte aux malades, 337

Christus in Eucharistia cultu latriæ et externo adorandus est. Hoc est de fide, I, 1387-1095. — Nihil aliud de fide est. Confutatur Dallæus, 1388 et seq.-1095. — Non est de fide, imo mera calumnia, quod oporteat adorare Eucharistiam ipsam, 1388-1096. — Alia calumnia est, nos adorare sacramentum latria absoluta, 1389-1097. — Non est de fide, imo nec verum, duas poni adorationes, alteram Christi, alteram sacramenti, 1389-1097. — Veneratio symbolorum relativa est, non absoluta. Is modus in Eucharistiæ adoratione servandus est, qui in imaginum cultu. Major tamen erga Christum in sacramento, quam in imagine debetur reverentia, 1390 et seq.-1097. — De adoratione Christi in Eucharistia, V, 1334. — In Eucharistia Christus, etiam extra usum præsens, cultu latriæ externo æque ac interno adorandus est, VI, 1026. — De Eucharistia ut est sacrificium, XXIII, 703 et seq. *Vid.* Missa. — Eucharistia, est commemoratio et vere sacrificium, I. 829-634

Euchologia seu sacramentaria Græcorum tria exstant antiquissima. XXI, 797

Eulogiæ seu panes benedicti, XXVII, 436. — De Eulogiarum efficacia. 438

Eunomiani ab Eunomio nuncupati, hæretici sæculi IV.

Erant soboles Arianæ hæresis. Eorum errores, V, 47; VI, 952, 953

Eutychiani ab Eutyche, seu Eutychete nomen accepere. Hæretici sæculi quarti, V, 66. — Unam tantum naturam in Christo admittebant. 67

Evagatio mentis, acediæ filia, est inquieti animi motus quo propter tristitiam et tædium a spiritualibus divinisque bonis ad exteriora se transfert, ut illicitas ex eis delectationes percipiat, XI, 1152. — Evagatio mentis circa illicita, lethale peccatum est cum mens et affectus in ea quæ lethalia peccata sunt, aut proximam lethalis peccati occasiones, tendit, vel in iis delectatur; alias peccatum est veniale, 1165. — Qui sunt hujus peccati rei, 1165, 1166. — Ex mentis evagatione multiloquium nascitur, quod in gravia peccata præcipitat. 1166

Evangelista. Ad minuendam Evangelistarum auctoritatem varias collegerunt Judæi et Deistæ objectiones, quæ valde vanæ sunt, III, 205. — Maxima est Evangelistarum concordia in historia summa, in omnibus doctrinæ partibus, in factis principalibus. Varietas quidem existit in rerum minus principalium relatione; sed in re nulla oppositio, 206. — Variæ Evangelistarum de circumstantiis resurrectionis Christi relationes conciliantur, 43 et seq.— Nulla est inter genealogias oppositio, 207 et seq.— Evangelistæ in nulla re erroris convinci possunt. 210

Evangelium, Evangeliarium, Evangelistarum, Evangeliorum, liber V, 263.

Evangelium non est in verbis Scripturarum, ait S. Hieronymus, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla non in sermonum foliis, sed in radice rationis... Grande periculum est ne interpretatione perversa de Evangelio Christi fiat Evangelium hominis, aut, quod pejus est, diaboli, I, 491, 739-585, 584, 585. — In intelligentia falsa falsum Evangelium, 739-582. — Evangelium nec secreto, nec promiscue omnibus prædicatum est ab Apostolis, 995, 996-783. — Evangelii prædicatio est perpetua, 1268-1001. —Evangelio non crederem, ait S. Aug., nisi me Ecclesiæ commoveret auctoritas, 1424-1123. — Maxima est Evangelistarum concordia in historiæ summa, III, 206. — In nulla re Evangelistæ erroris convinci possunt. 210

De mirabili propagatione Evangelii, 224 et seq. — Quo tempore initium habuit. Varia testimonia, 224, 225. — Solutio difficultatum quas increduli adversus moralem evangelicam movere solent, 594. — Objectio prima: Christus non venit pacem mittere, sed gladium, 594.— Objectio II. Moralis evangelica societatis exitiosa est. 1° Suadet Christus ut cœlestia tantum quæramus. 2° Ad sectandum cœlibatum, homines adhortatur. 3° Vindictam prohibet, etc. 4° Gloriæ contemptum, humilitatem et animi demissionem jubet, 595. — Objectio III. Injusta et crudelis est religio christiana quæ infideles et parvulos sine baptismo defunctos damnationi devovet, 597. — Objectio IV. Damnationi addicit qui eam rejiciunt, 599. — Objectio V. Docet dogmata rationi pugnantia, 599. — Objectio VI. Eximia ipsius præcepta ex Ægyptiorum, etc., theologia excepta sunt, 600.— Objectio VII. Moralis Christi doctrina sagacissimi cujuspiam vires non superat. 600

De revelatione evangelica. Præstantia Novi Testamenti, 601 et seq. — Evangelii spiritus, 612-633. — Amor Dei, 613. — Mundi fuga et odium, 614. — Humilitas, 616. — Ritus sensibiles, 617.— Reverentia nomini divino debita, 619. — Officia erga proximum, 620 et seq. — Consilia evangelica sunt quid eximium, 528 in nota. — Non sunt ipsa perfectio, sed viæ ad perfectionem, 623.— Virginitas, 623 et seq. — Paupertas evangelica, 628. — Ad implenda officia gratia est necessaria, 629 et seq. *Vide* Doctrina. — Evangelio nihil deest ad homines non modo docendos, sed etiam ad excitandos flagendosque ad omnem pietatem et virtutem, 339. — Evangelium egregie laudat J.-J. Rousseau, 201, 202 in nota.— Evangelica demonstratio, 780 et seq. — Factorum evangelicorum veritas demonstratur, IX, 461-483-369-379. *Vid.* Religio.

Eventus sequens prævisus et aliquo modo intentus addit ad bonitatem vel malitiam actus exterioris, sive per se sequatur, sive per accidens, XI, 596.— Eventus per se sequens ad actum, etiamsi non sit prævisus nec in se volitus, addit ad bonitatem vel malitiam, 597. — Eventus sequens per accidens ex actu, si non sit aliquo modo intentus, non addit ad bonitatem vel malitiam. 598

Evictio est juridica deturbatio emptoris a possessione rei quam emit, XVI, 656.— Quandonam venditor teneatur de evictione rei, 656. —Ad quid teneatur venditor ratione evictionis sive totalis, sive partialis, 657. *Vid.* Venditor.

Evidentia *est nitorem in quo quiescit intellectus noster.* Evidentia est perceptio tam late extensa, seu ad tot respectus objecti se extendens, quam judicium ei innixum, IX, 30-25. — Evidentia est quasi videntia seu visio objecti quod intellectui proponitur, ac si illud præ oculis haberet, VI, 469.— Communiter dividitur in objectivam seu fundamentalem et formalem. Objectiva est apparentia objecti tam clara, ut intellectum attendentem necessitet ad assensum independenter a voluntatis imperio; eaque est vel immediata, vel mediata. Formalis est ipse actus intellectus, quo iste ita clare apparens objectum percipit, 469. —Utraque dividitur in metaphysicam, physicam et moralem: in quarum explicatione variant auctores, 469. —Evidentia ratione objecti est inæqualis, I, 16-15.— Evidentia etiam ratione subjecti seu nostri, in suis modificatur gradibus; est modo evidentior, modo minus evidens pro ingenii subtilitate, etc., 16-15. — Igitur evidentia tum objectiva, tum subjectiva est relative diversa, 17-15. — Evidentia et testimonium sibi mutuo præstant auxilium, 17-15. — Evidentia et auctoritas ad rationis et scientiæ humanæ informationem essentialiter, utraque suo modo, concurrunt, 17-15. — Evidentia est genus cognoscendi perfectius ac pene divinum; sed veri splendor vitiis nostris sæpius obnubilatur, 18-16. — Nullus homo sanæ mentis jus sibi serio vindicabit sua sola evidentia propria controversiam ultimo dirimendi, 19, 20-17. — Ubi occurrit controversia, evidentia privata, quantacumque habeatur, nunquam licet invocari, 21-18, 19.— Ad rationum conclusionem, saltem ut testimonium evidentiæ veritatum præstitum, seu ad hujus auctoritatem consensus, recurrere necesse est, 21-19.— Evidentia quælibet certe a Deo est. 22-19

Evidentia est certissimum veritatis caracter et argumentum in multis quæ naturalem ad ordinem referuntur, sed multo plura subtrahuntur evidentiæ, IV, 216. — Res evidenter vera tunc est, quando res vel in se ipsa ac immediate, vel in motivo infallibili ac mediate ita se habere clare cognoscitur, sicut actus enuntiat, VI, 476, 477. — Ad evidentiam miraculorum et prophetiarum requiritur evidens cognitio quod sit vere miraculum, aut vere prædictum, etc. Hæc evidentia communiter loquendo non habetur, VI, 481. — In rebus fidei evidentia non quærenda est, I, 1121-883. — In rebus fidei non datur evidentia objecti, sed datur evidentia credibilitatis, VI, 1343 et seq. — Ipsa credibilitatis evidentia non omnem credendi difficultatem removet, 476.— Alia est evidentia credibilitatis, alia evidentia veritatis. 480

In evidentia non videntur esse varii gradus, IX, 29, 30-24, 25. — Magis ac magis augeri potest evidentia historica, I, 604 in not.-475. *Vid.* Auctoritas, Certitudo, Ratio.

Exaltatio sanctæ Crucis, die decima quarta septembris, XV, 537.— Chosroas Persarum rex Phocæ bellum infert, Hierosolyma incensa. — Crux Christi Christianis erepta, et a Persis honorifice custodita, XXVI, 497. — Actum frustra de conciliando pace Heraclium inter et Chosroam, 497. — Ab Heraclio victum Chosroam Siroes filius in vinculis conjicit, fratrem trucidari jubet. — Siroes pacem petit, crucem reddit, 498. — Ob recuperatam crucem nummus percussus. — Heraclius in Calvario, unde ansa fuerat, crucem collocat, 498. — Heraclius pietatis suæ edita exempla hæresi maculavit. Turcis in imperium ingruentibus, crucem Constantinopolim asportari jubet, 499. — Ex his ortum est, ut festivitas jam instituta celebraretur solemnius. — Multo ante solemnitatem hanc celebratam esse constat, 499. — In Oriente et in Occidente ante Heraclium celebrata fuit, 500. — Pars crucis a Sergio papa reperta in Vaticanæ Basilicæ sacrario. Sejuncta festivitas Exaltationis a festivitate Inventionis, et sua cuique dies constituta, 500. — Aureus nummus Heraclii repertus in ruderibus Basilicæ Lateranensis. Explicatus a Battello archiepiscopo Amaseno. — Descriptio ipsius nummi, 501. — Battelli explicatio. — De sancto sacello, quo Calvarius mons continetur. 501

Examen. De examine ordinandorum, XXIV, 279-342. *Vid.* Ordinandi.

Exarques. XX, 942

Excæcatio. *Vid.* Indurare.

Excommunicatio, ut indicat ipsum nomen, idem est ac privatio communionis, seu extra communionem positio, XVII, 106. —Excommunicatio vocatur primo, censura divina; secundo, censura ecclesiastica; tertio, districtio ecclesiastica, XVIII, 1397. — Quarto, quandoque appellatur anathema; quinto, anathema, maranatha, 1398. —Sexto, dicitur mors; septimo, medicina; octavo, mucro episcopi; nono, virga ferrea; decimo, nervus Ecclesiasticæ disciplinæ, 1399. — Undecimo, vocari solet maxima pœnarum omnium, quæ in Ecclesia dantur, 1400.— Excommunicatio recte et breviter definitur: censura privans hominem communione fidelium, 1400. — Excommunicatio est censura ecclesiastica, privans baptizatum communione Ecclesiæ, vel ex toto vel ex parte, XVII, 105. — Amplior definitio. IV, 1092

Multiplex olim excommunicationis genus, duplex tantum hodie assignatur: excommunicatio vel major est, vel minor, 1092. — Ecclesia nec vult, nec potest privare aliquem communicatione bonorum mere interno, quæ sita est in vinculo fidei et charitatis. Neque ipsam charitatem homini excommunicatio tollit, sed potius supponit ablatam per peccatum, XVIII, 1401. — Hæc censura fidelem privat communicatione mixta et mere externa. Differt a suspensione et interdicto, 1401. — Excommunicatio dividitur primo, ex parte effectus, in majorem et minorem. Major privat simpliciter communione fidelium, id est, passivo et activo sacramentorum usu, suffragiis Ecclesiæ et cætera fidelium communione. Minor privat secundum quid, nempe receptione et administratione licita sacramentorum, et passiva electione ad dignitates et beneficia, 1402, 1148; IV, 1092. — Nomen excommunicationis simpliciter positum intelligitur de majori, XVIII, 1402 — Majori affectus est duplex, vitandus et toleratus: hic est quem fideles vitare non debent; ille, quem debent, in duobus casibus, cum notorie percussit clericum, vel cum nominatim excommunicatus est, 1148. — Dividitur secundo, ex parte efficientis, in hominis et canonis, seu in illam quæ fertur ab homine, et quæ a jure. Duobus modis potest homo censuram ferre: primo, per legem, statutum, canonem; secundo, per præceptum vel sententiam. Quæ priori modo fertur, est *juris*; quæ altero, *hominis*, 1402. — Dividitur tertio, ex parte formæ, in latæ et ferendæ sententiæ. Excommunicatio latæ sententiæ ipso jure vel ipso facto incurritur; ferendæ sententiæ, quæ vocatur comminatoria, eget sententia seu declaratione judicis, 1403. — Ad dignoscendum cujus modi sit censura, octo regulæ allegari possunt; quatuor significant latam, quatuor *ferendam*, 1403-1404. — Dividitur quarto, ex parte modi, in justam et injustam. Justa est quæ requisitas conditiones habet. Injusta est, cui aliqua deest conditio, et hæc rursus dividitur in validam et nullam, 1404. — Dividitur quinto, ex parte subjecti, in generalem et specialem, seu particularem. — Dividitur sexto, ex parte absolventis, in communem, quæ per quemlibet confessarium tollitur; et reservatam, quæ per solum auctorem suum vel ejus commissarium auferri potest. 1404

De natura et divisionibus excommunicationis. 1148-1149

De causa efficiente excommunicationis. Causa efficiens est auctor excommunicationis sive per canonem, sive per sententiam, XVIII, 1404. — In Ecclesia est potestas ferendi censuras, 1404. — In auctore requiruntur, primo, sexus virilis; secundo, baptismus; tertio, clericatus, saltem per primam tonsuram; quarto, ut non sit conjugatus, 1405, 1406. — Potestatem ordinariam ferendi censuras habent, primo, summus Pontifex respectu omnium fidelium; secundo, episcopus et archiepiscopus respectu diœcesis suæ; tertio, cardinales in ecclesiis sui tituli; quarto, vicarii episcoporum; quinto, vicarius capituli, sede vacante; sexto, legati a latere in tota provincia ad quam sunt legati; septimo, concilia generalia pro tota Ecclesia, provincialia pro provincia; octavo, abbates, priores et præpositi ecclesiarum collegiatarum, habentes jurisdictionem in foro externo; nono, non nulli archidiaconi et archipresbyteri; sed tantum ex consuetudine; decimo, prælati regularium, generales, provinciales, locales, quocumque nomine nuncupati respectu suorum, 1406. — Delegata potestas ferendi censuras est penes omnes illos quibus eamdem ordinarii prænominati commiserint. 1406

De causa materiali excommunicationis. Excommunicationis causa materialis ex qua, est subjectum quod afficit vel in quod cadit censura. Dividitur in proximam et remotam, 1406. — Causa materialis et remota censuræ est 1° homo viator, 1406. — 2° baptizatus, 3° rationis ac doli capax; 4° determinatus, 1407 — et subditus, 1408. — An communitas, v. g., collegium aut universitas possit excommunicari, XVII, 107. — Tota aliqua universitas vel collegium non potest excommunicari, secus est de censura suspensionis et interdicti, XVIII, 1407. — Episcopi aliique prælati Papa inferiores comprehenduntur in excommunicatione sive per sententiam sive per canonem lata, licet expressa eorum mentio non fiat, XVII, 108. — Par in parem aut superiorem non habet imperium, nec potestatem cogendi, aut puniendi. Deinde sicuti in ferente censuras requiritur dominium jurisdictionis in foro externo; sic in eo quem respicit, necessaria est subjectio in eodem foro, XVIII, 1408. — Causa materialis proxima censuræ est peccatum externum, in specie sua consummatum, nisi in canone vel sententia aliud exprimatur; conjunctum contumaciæ, id est, inobedientiæ contra præceptum Ecclesiæ. 1409-1410

De causa formali excommunicationis. Causa formalis est forma quam sequi et observare debet judex in ferenda sententia. Duplex est, substantialis et accidentalis: hæc potest, illa non potest censuræ validæ deesse, XVIII, 1411. — Ad censuram ex parte formæ requiruntur, 1° ut feratur per signum sensibile et externum; 2° ut signa sensibilia sint determinata quoad speciem censuræ; 3° ut signum externum sit determinatum quoad personam seu subjectum censuræ; 4° ad censuram ab homine, ut feratur scripto; 5° ut censuram præcedat monitio canonica, 1411. — Accurate observandum est monitionem non debere esse specialem, quando est censura juris et contra delictum futurum. Idem est si pro delicto futuro fertur censura ab homine, sive per sententiam generalem, sive per specialem, 1413. — Monitio specialis prærequiritur, quando censura per sententiam particularem fertur pro delicto præterito vel præsente, 1413. — Secundum omnes doctores, admonitio triplex formaliter vel virtualiter præmittenda est, 1414. — Debet canonica monitio ad reum personaliter fieri, nisi malitiose latitet. 1414

De causa finali excommunicationis. Causa finalis, est scopus et finis per censuram intentus. Est duplex, proximus et remotus. Finis proximus, qui et finis operis et intrinsecus dicitur, consistit in privatione bonorum spiritualium. Remotus, qui et extrinsecus et operantis dicitur, consistit in vindicta peccati, sed multo magis in medicina peccatoris, ut juxta commune proverbium, vexatio det intellectum, XVIII, 1414. — Hinc dubium an censura possit ferri in eum qui prævidetur censura non emendandus, sed potius obfirmandus in sua pertinacia, 1414. — Judex non potest temere et inconsulto procedere, sed non est semper a censuris abstinendum ob prævisam majorem peccatoris indurationem, 1415. — Excommunicatio principaliter ordinatur in bonum commune fidelium. 1415

De impedimentis excommunicationis. Sunt quinque: ignorantia, appellatio, impotentia, metus, et consensus illius in cujus favorem censura fertur, 1416. — Primum impedimentum, ignorantia. Primo, ab incurrenda excommunicatione excusat ignorantia invincibilis vel antecedens tam juris particularis quam communis, 1416. — Secundo, invincibilis vel antecedens ignorantia facti excusat pariter a censuris, 1417. — Tertio, ignorantia invincibilis et antecedens pœnæ seu censuræ excusat a censura, 1417. — Quarto, excusat a censura ignorantia vincibilis seu subsequens sive juris, sive facti, sive pœnæ, dummodo non sit crassa, supina vel affectata, 1417. — Quinto, secundum plerosque doctores a censura non excusat ignorantia crassa, supina, vel affectata, 1417. — Sexto, ignorantia concomitans excusat a censuris et irregularitate, quæ ex delicto provenit. 1418

Secundum excommunicationis impedimentum est appellatio. Excommunicatio ferri potest vel pure et absolute, vel sub conditione. Primo, excommunicatio simpliciter et pure lata non suspenditur per subsequentem appellationem. Secundo, excommunicatio lata conditionate, non suspenditur per appellationem interpositam post eventum conditionis. Tertio, appellatio legitima quæ non suspendit excommunicationem pure et absolute latam, suspendit sententiam declaratoriam, 1419. — Quarto, excommunicatio conditionate lata suspenditur per appellationem legitimam et interpositam ante eventum conditionis, intra decem diem a die latæ sententiæ, 1420. — Quinto, excommunicatio conditionalis suspenditur per appellationem legitimam, quovis tempore eventum conditionis præcedente interpositam, 1420. — Sexto, appellatio legitime interposita suspendit excommunicationem conditionatam, etsi appellans non prosequatur appellationem. 1421

Tertium excommunicationis impedimentum est metus, nimirum gravis et cadens in constantem virum, qualis est metus mortis, mutilationis aut alterius notabilis incommodi vel nocumenti. 1421

Quartum impedimentum est impotentia faciendi quod sub censura præceptum est. 1421

Quintum impedimentum est consensus illius in cujus favorem censura fertur. 1422

De denuntiatione excommunicationis. Denuntiatio hoc loco est notificatio seu publicatio censuræ, XVIII, 1423. — Per se loquendo, excommunicatus majori excommunicatione denuntiari potest, 1423. — Denuntiationem excommunicati fieri debet: 1° quotiescumque ob criminis enormitatem vel aliam causam denuntiatio jure præscripta est; 2° quando vel bonum communitatis, vel contumacia delinquentis, vel instantia partis eamdem postulantis, exegerint, 1423. — 1° Denuntiari nequit qui per sententiam generalem excommunicatus est, quandiu delictum et ejus auctor non pervenerunt in notitiam judicis; 2° omittenda est denuntiatio, quando ex eadem imminet grave scandalum vel periculum; 3° si sententia excommunicationis sit injusta, non potest judex principalis pergere ad denuntiationem, 1424. — Ut rite instituatur denuntiatio, necessaria est jurisdictio ordinaria vel delegata, 1424. — Quoad lu-

rum, denuntiatio facienda est publice in Ecclesia. Quoad modum, si censura a jure vel ab homine lata sit ipso facto contracta, ante denuntiationem præmittenda est sententia declaratoria criminis. 1425

Excommunicatus specialiter ac nominatim denuntiatus, est vitandus. Hodie tamen alius est vitandus seu non toleratus, alius non vitandus seu toleratus, 1425, 1430; XVII, 110. — Si censura sit ab homine lata et certo contracta, non impeditur effectus ejus aut denuntiatio per interpositam appellationem. Denuntiatio suspenditur et impeditur per appellationem a sententia declaratoria criminis, XVIII, 1425

De effectibus excommunicationis generatim, XVIII, 1426. — Censura valida, sed injusta sive ob malam judicis intentionem, sive ob omissum ordinem accidentalem juris, producit omnes suos effectus in utroque foro, 1427. — Censura lata sine sufficienti forensis auctoritate ac jurisdictione nullum producit effectum in utroque foro, 1427. — Censura lata ob crimen existens secundum rem, sed non secundum publicam notitiam judicis, effectus suos pariter non producit, 1427. — Censura lata in innocentem qui secundum allegata et probata in judicio censetur nocens, reipsa et in foro conscientiæ non privat eum suffragiis Ecclesiæ, jurisdictione in utroque foro, potestate conferendi et acceptandi beneficia ecclesiastica, usu sacramentorum activo et passivo. Sententia tamen omni effectu non caret, 1428. — Si clericus revera innocens, secundum publicas probationes excommunicatus, exerceat actum ordinis, non est irregularis, 1429. — Quando causa neque subsistit secundum se, neque secundum allegata et probata, censura desuper secuta nullum inducit effectum pro utroque foro. Causa nullitatis publicanda est, ut populo non detur scandalum. 1429

De effectibus excommunicationis majoris speciatim. Alii sunt per se quos excommunicatio solitarie sumpta producit, alii per accidens, qui novam malitiam supponunt, XVII, 109. — Effectus per se adæquatus, est totalis privatio communionis Ecclesiæ; partiales octo assignantur, 109. — Primus effectus est privatio suffragiorum Ecclesiæ, XVIII, 1429. — Excommunicati privantur communibus Ecclesiæ suffragiis. Ita omnes, XVII, 110. — An assertio ad excommunicatos etiam toleratos extendatur, 111 et seq. — Nullus excommunicatus excluditur privatis fidelium suffragiis, XVIII, 1430. — Licitum est, etiam publice orare pro quibusvis excommunicatis, feria sexta Parasceves, 1431. Extra feriam sextam Parasceves non est licitum orare publice pro excommunicato non tolerato, 1431. — Probabilius privatur communibus Ecclesiæ suffragiis excommunicatus, etiam toleratus seu non vitandus, 1431. — Excommunicatus, quamdiu non obtinuit censuræ absolutionem, manet privatus communibus Ecclesiæ suffragiis, quantumvis supponatur contritus, 1432; XVII, 114 et seq. — Sacerdos, tanquam persona privata, valide et licite orat pro excommunicato, in sacrificio missæ; tanquam minister Christi valide, sed illicite applicat sacrificium excommunicato contrito; tanquam minister Ecclesiæ, nec valide nec licite, XVIII, 1432. — Potest sacerdos privatim orare, in memento missæ, pro excommunicatis etiam denuntiatis, modo eos exterius non nominet, sive in canone, sive in orationibus publicis. XVII, 116

Secundus majoris excommunicationis effectus est privatio usus passivi sacramentorum. Excommunicatus, etiam toleratus, per se loquendo, mortaliter in ratione sacrilegii peccat, suscipiendo aliquod sacramentum, XVIII, 1433; XVII, 117. — Nullam incurrit pœnam, sed suscipiens sacramentum ordinis suspenditur ab ejus exercitio, 121, XVIII, 1433. — Sacerdos ministrans sacramentum excommunicato tolerato non peccat in legem excommunicationis, sed peccat in jus divinum et naturale. Ministrans excommunicato vitando, peccat mortaliter, 1433. — Ministrans sacramentum excommunicato vitando peccat, et quidem ex vi censuræ, et præter peccatum mortale incurrit excommunicationem minorem, etc., etc., 1434; XVII, 118, 121. — Excommunicatus suscipit valide sacramentum Confirmationis, Extremæ Unctionis, Ordinis aut Matrimonii. Communis sententia, XVIII, 1434. — Excommunicatus, a censura non absolutus, extra necessitatem, per se loquendo, invalide recipit sacramentum pœnitentiæ. Communis sententia, 1434. — Cætera præter pœnitentiam sacramenta valide recipit quoad substantiam, XVII, 118. — Si excommunicatus rite confiteatur peccata sua, sed per ignorantiam aut oblivionem invincibilem non exprimat censuram, nec ab eadem absolvatur per sacerdotem; plurimi doctores sustinent, peccatorum absolutionem irritam et invalidam esse, XVIII, 1434. — Opposita sententia probabilior est. 1435

Tertius majoris excommunicationis effectus, est privatio usus activi sacramentorum, XVIII, 1436. — Excommunicatus vitandus valide administrat omnia sacramenta præter pœnitentiam, 1436; XVII, 122. — Per se loquendo, invalide administrat sacramentum pœnitentiæ. Sed per accidens, v. g., in articulo mortis, valide illud sacramentum administrat, XVIII, 1437. — Excommunicatus vitandus, supposito statu gratiæ licite administrat, 1° sacramentum cujus est capax, seclusa censura, quando alias incurreret periculum mortis, mutilationis, aut gravis jacturæ bonorum temporalium, 2° sacramentum pœnitentiæ in defectu alterius et extremo proximi periculo, 3° sacramentum baptismatis in extrema proximi necessitate et defectu alterius ministri, 1437. — 4° sacramentum Eucharistiæ vel Extremæ Unctionis in gravi necessitate, 1438. — Excommunicatus vitandus, extra casus jam recensitos, ministrans aliquod sacramentum peccat mortaliter. Peccat etiam mortaliter contrahens matrimonium, non ablata censura, 1438; XVII, 122. — Excommunicatus vitandus, illicite ministrans sacramentum, vel sacrum ordinem exercens, incurrit irregularitatem, XVIII, 1439. — Petens aut recipiens sacramentum ab excommunicato vitando mortaliter peccat, et incurrit minorem excommunicationem, excepto casu necessitatis vel ignorantiæ inculpabilis, 1439; XVII, 124. — Excommunicatus toleratus valide administrat sacramenta quælibet, quorum capax est, remota censura. Communis sententia, 121; XVIII, 1439. — Excommunicatus toleratus non potest se ultro ingerere vel offerre administrandum aliquod sacramentum. Sed licite postulatum sacramentum confert, 1439, 1602. — Excommunicatus toleratus illicite administrans sacramentum, vel exercens ordinem sacrum, incurrit irregularitatem. 1440

Quartus majoris excommunicationis effectus: prohibetur, per se loquendo, celebratio missæ, XVIII, 1440. — Per accidens diversis casibus excommunicatus missam celebrans excusari poterit a peccato, 1° gravi metu coactus, 2° si sacro abstinere non possit sine notabili infamia vel gravi scandalo, 1440, 3° si necessarium sit sacrificium ut detur communio moribundo cui aliter succurri non potest, 4° pastor excommunicatus toleratus celebrare potest, ut subditi sacrum audiant die obligante, si id requirant in defectum alterius, 1441. — Quintus majoris excommunicationis effectus est privatio divinorum officiorum, 1441. — Quid intelligatur nomine divinorum officiorum, 1442. — Nullus excommunicatus potest assistere seu interesse sacrificio missæ, exceptis casibus invincibilis ignorantiæ tum facti tum juris, et necessitatis, 1442. — Excommunicatus quilibet, vi censuræ, ab auditione missæ, aliisque omnibus divinis officiis, prout publica sunt, prohibetur, XVII, 124. — Excommunicatus qui missæ processionibus, aliisve officiis interest, nullam, præter peccatum mortale, incurrit pœnam, 126; XVIII, 1442. — Incurrit irregularitatem sacerdos excommunicatus, mandato vel auctoritate sua efficiens ut coram se per alterum celebretur: communis sententia, 1443. — Excommunicatus qui monitus a celebrante non vult exire ecclesia, incurrit excommunicationem majorem pontifici reservatam, 1443. — Excommunicatus non tenetur procurare absolutionem excommunicationis vi præcepti ecclesiastici de audiendo missam, 1443, 1594 et seq. — Oppositam sententiam Collet tenet, XVII, 124. — Non peccant fideles audiendo missam cum excommunicato tolerato. Audiens missam cum vitando mortaliter peccat, XVIII, 1443. — Qualiter se gerere debeant fideles et sacerdos celebrans, ingresso in ecclesiam excommunicato? 1443, 1444; XVII, 126, 127. — Nullus excommunicatus potest publice, seu choraliter recitare officium canonicum, 1444. — Excommunicatus sive vitandus, sive toleratus, alioquin titulo professionis, ordinis, vel beneficii obligatus non excusatur a recitatione privata horarum canonicarum, 1444; XVII, 125. — Excommunicatus non potest horas canonicas cum socio legere, XVIII, 1445. — Excommunicatus toleratus, nisi rogatus a fidelibus, non potest concionari, nec docere theologiam, Scripturam Sacram aut jus canonicum. Vitandus nequaquam potest hæc omnia obire. Sive, toleratus, sive vitandus potest interesse concioni, 1446. — Excommunicatus non potest benedicere chrisma, templa, calices, paramenta, sponsos, candelas, etc., 1446. — Excommunicatis non interdicitur ingressus Ecclesiæ, dum divina officia non celebrantur, 1446. — Excommunicatus privatur non omni usu reliquiarum, aquæ benedictæ, sacrarum imaginum. XVII, 125

Sextus effectus majoris excommunicationis est privatio sepulturæ ecclesiasticæ. Quid intelligatur per sepulturam ecclesiasticam, 1447. — Excommunicatus toleratus, ante obtentam excommunicationis absolutionem defunctus, non privatur hodie ecclesiastica sepultura ratione censuræ. Est communis sententia, 1447. — Vitandus, ante obtentam excommunicationis absolutionem defunctus, donari nequit ecclesiastica sepultura. Si ea donatus est, exhumari debet, et locus sacer pollutus est. Si decesserit contritus, absolvi

potest post mortem, et donari sepultura ecclesiastica, 1448, XVII, 127. — Sepeliens scienter vitandum in loco sacro, peccat, mortaliter, tametsi excommunicatus dederit ante mortem signa contritionis. Sepeliens toleratum contritum non videtur peccare mortaliter, 1449. — Qui excommunicatum vitandum sepeliunt in loco sacro, incurrunt excommunicationem majorem, 1449. — Quid pœnæ contrahant qui excommunicatum vitandum cum aliis fidelibus sepeliunt, aut funus ejus comitantur, XVII, 128. — Quid intelligatur, nomine sepelientium. XVIII, 1450

Septimus majoris excommunicationis effectus est privatio beneficii ecclesiastici, XVIII, 1450. — Electio, præsentatio, nominatio excommunicati vitandi ad beneficium ecclesiasticum, et illius collatio nulla est et invalida, 1450; XVII, 128. — Idem dicendum de tolerato. Et conclusio extenditur ad quamlibet beneficii acquisitionem, seu potius ad quemlibet acquirendi modum, XVIII, 1451. — Nulla est beneficii collatio, præsentatio, electio, etsi excommunicatus invincibiliter ignoret censuram suam, 1451; XVII, 129. — Excommunicatus est incapax pensionis, sed non omnis, XVIII, 1451. — Est incapax cujusvis officii, muneris aut dignitatis, 1453. — An valida sit collatio beneficii facta ei qui tempore collationis excommunicatus erat, non autem ipso præsentationis tempore. XVII, 129

Octavus majoris excommunicationis effectus est privatio fructuum et proventuum beneficii, XVIII, 1453. — Excommunicatus, tempore excommunicationis obtinens beneficium, nullum jus ad fructus habere potest, 1453. — Beneficiatus per excommunicationis censuram ipso facto non excidit titulo ac possessione beneficii antecedenter acquisiti, 1454. — Excommunicatus est ipso jure privatus fructibus beneficii antea legitime acquisiti. Opposita sententia probabilior videtur, 1454; XVII, 129, 130. — Post justam judicis sententiam condemnatoriam tenetur beneficiarius excommunicatus fructibus seu proventibus beneficialibus cedere, XVIII, 1455. — Qui injuste simul et invalide excommunicatus, et in fructuum privationem condemnatus est, certo potest pro foro conscientiæ ita se gerere, ac si non esset excommunicatus. 1456. — Si condemnatio sit valida, sed injusta, variæ sunt sententiæ, 1456. — Si excommunicato injuste negetur absolutio, potest percipere fructus quos amittit ob necessariam debiti officii omissionem. 1456

Nonus excommunicationis majoris effectus est nullitas quorumvis rescriptorum. Quid intelligatur nomine rescriptorum, XVIII, 1457. — Rescriptum apostolicum ab excommunicato vitando impetratum, per se loquendo, est ipso jure irritum, 1457. — Quid de rescripto in causa excommunicationis vel appellationis, 1458. — Quid de rescripto regis vel imperatoris, 1458. — Non sunt invalidæ concessiones aut gratiæ prælatorum pontifice inferiorum præstitæ excommunicato, 1458. — Si rescribat pontifex conscius impedimenti, censetur cum excommunicato dispensare. 1458

Decimo, excommunicatio major privat usu ecclesiasticæ jurisdictionis, 1458. — Mortaliter peccat excommunicatus vitandus, per se loquendo, exercens actum aliquem, ecclesiasticæ jurisdictionis. Idem est de tolerato, nisi fuerit a fidelibus requisitus, 1459. — Excommunicatus toleratus valide exercet actum jurisdictionis ecclesiasticæ, nisi per oppositam exceptionem repellatur, 1459. — Excommunicatus toleratus, præsertim publicus, non valide exercet actum jurisdictionis coactivæ. Oppositum verius videtur, 1460. — Excommunicatus vitandus invalide exercet quemvis actum jurisdictionis spiritualis seu ecclesiasticæ. Omnis excommunicatus ab officio et jurisdictione suspensus est, 1461. — Excommunicati omnes illicite faciunt quæ sunt jurisdictionis; valide tamen, si sunt tolerati, secus si denuntiati sint, XVII, 131. — An resignatio facta ab excommunicato vitando sit valida. 132

Undecimo, excommunicatus privatur communicatione forensi, XVIII, 1461. — Excommunicatus vitandus, omni actu ad judicium pertinente, tam foro civili quam ecclesiastico privatus est de jure communi, unde non potest esse judex, actor, advocatus, testis, tabellio, procurator, XVII, 134. — Excommunicatus judicio forensi se immiscens, per se loquendo, peccat mortaliter, quinque casibus exceptis, XVIII, 1462. — Extra casus enumeratos excommunicatus vitandus a judicio per judicem repellendus est, 1463. — Quæ forma servanda est in dilatoria exceptione contra excommunicatum, 1463. — Si actor, advocatus, vel testis excommunicatus neque per judicem, neque per adversarii exceptionem repellatur, valida videntur quæ in judicio peracta fuerint, 1464. — Excommunicatus sive vitandus sive toleratus tanquam reus conveniri in judicio potest, tam in causa civili, quam criminali. Ita omnes, 1464. — An per se comparere in judicio possit. 1464

Duodecimo, excommunicatio major privat politica seu civili fidelium communione. Quæ prohibentur per hanc communionis privationem actiones continentur hoc versu :

*Os, orare, vale, communio, mensa, negatur.*

Singula verba explicantur, XVII, 130; XVIII, 1465. — Prohibitio afficit primario excommunicatum, secundario ipsos fideles. Peccant proinde utrique graviter, nisi excuset ignorantia, pietas, necessitas, utilitas, 1466, 1467. — Nec excommunicato vitando cum aliis fidelibus, nec aliis fidelibus cum excommunicato vitando communicare licet, XVII, 135. — An qui dubitat num alter excommunicatus sit, teneatur eum evitare, et nisi evitet excommunicationem minorem incurrat, 157. — An qui dubitat num ipse excommunicatus sit, debeat se gerere ut excommunicatum, 158. — Ante concilium Constantiense omnes excommunicatos afficiebat prohibitio. Non item hodie, XVIII, 1467 et seq. — Communicatio mere civilis seu politica, plerumque tantum venialis est, 1469. — Causæ quæ excusant a peccato. — Communicantem cum excommunicato his versibus continentur :

*Hæc anathema quidem solvunt, ne possit obesse,*
*Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.*

Singula verba explicantur, 1470 et seq.; XVII, 136. — Contractus cum excommunicato vitando initus, validus et firmus est in utriusque contrahentis favorem, 133; XVIII, 1473. — Excommunicati etiam occulti ex parte sua tenentur communionem aliorum quantum possunt vitare, tam in civilibus quam divinis, XVII, 134. — Decimus tertius effectus majoris excommunicationis, isque remotus, est suspicio hæresis, quam incurrit excommunicatus, per annum in excommunicatione ab homine specialiter lata, animo obfirmato insordescens. XVIII, 1473

De effectibus excommunicationis minoris. Excommunicatio minor non est spernenda; qui enim ea ligatus recipit sacramenta et beneficia peccat mortaliter, XVII, 155. — Plures olim fuerunt hujus excommunicationis species. Hodie una tantum quæ privat usu omnium sacramentorum, et quæ recte describitur : censura, per se solum privans usu passivo seu perceptione sacramentorum, XVIII, 1475. — Imponitur a jure ob participationem cum excommunicato vitando, 1475. — Triplex est minoris excommunicationis effectus, unus proximus et directus, duo indirecti. Primus effectus consistit in privatione usus passivi sacramentorum, 1476. — Secundus effectus est privatio usus activi seu administrationis sacramentorum, 1477. — Tertius effectus est privatio passivæ electionis ad beneficia ecclesiastica. Sed dubitari potest an electio, præsentatio, vel collatio in casu sint ipso jure irrita, an vero per exceptionem irritanda. 1478

De absolutione excommunicationis, XVIII, 1478. — Communis sententia est, censuram semel contractam, non nisi judicis legitimi absolutione tolli, 1479. — Ab excommunicatione minori, lata a jure, potest absolvere proprius sacerdos. Ab excommunicatione minori hominis, per sententiam specialem, quamvis reservata non sit, solus ille absolvit qui eam tulit, ejus superior, successor aut specialis delegatus, 1481. — Ab excommunicatione minori absolvit quilibet sacerdos eumdem illum, quem a mortalibus, 1149; XVII, 159. — Ab excommunicatione majori, per sententiam particularem ab homine lata absolvere potest, qui eam tulit, ejus superior, successor, delegatus, XVIII, 1149, 1482. — A censura lata ab homine per sententiam generalem omnis ille absolvere potest cui vel jure ordinario, vel privilegio competit absolutio a censura juris, 1483. 1150. — A censura juris non reservata absolvit quilibet suos subditos, habens jurisdictionem in foro externo, 1484. — Ab alia excommunicatione potest absolvere omnis ille qui censuratum potest absolvere a mortalibus, 1150. — Difficultas est de parocho aliove sacerdote pro mortalibus approbato, an eo ipso ab eadem censura possit absolvere. Communior et a theologis magis recepta opinio affirmat, 1484. — Ab excommunicatione reservata, per se loquendo, nemo potest absolvere præter censuræ auctorem, ejus superiorem, successorem, delegatum, 1150, 1485. — Nonnulli casus excipiuntur, 1485. — Nulla in jure forma præscribitur qua judex uti debeat in absolutione censurarum, 1486. — Ritus in absolutione judiciali a censura excommunicationis observandus præscribitur. In absolutione pœnitentiali sine gravi culpa omitti potest, 1486. — Ad rite absolvendum a censura requiruntur aliquæ conditiones, tum ex parte absolventis, tum ex parte delinquentis seu absolvendi. 1486, 1487

De excommunicationibus Papæ reservatis, XVIII, 1237 et seq. — De excommunicationibus Papæ reservatis in hoc decreto juris : *Si quis suadente diabolo hujus sacrilegii reatum incurrit*, quod in clericum vel monachum violentas

*manus injecerit, anathematis vinculo subjaceat, et nullus episcoporum illum præsumat absolvere, nisi mortis urgente periculo, donec apostolico conspectui præsentetur et ejus mandatum suscipiat*, XVIII, 1487, XVII, 135. — Quid *clerici* nomine intelligatur, 136, XVIII, 1487 et seq — Quid nomine monachi, 1490, XVII, 136. — Quid intelligatur particula *si quis*, 135, XVIII, 1491 — Quid vocabulo *suadente diabolo*, 1495. — Quid *per manus violentas* 1493, XVII, 137

Quæ causæ excusent percussorem clerici a censura, 137, XVIII, 1494 et seq — Quis possit ab eadem absolvere? De jure communi hæc censura Papæ est reservata. Exponuntur casus in quibus, jure communi, potest episcopus vel alius superior ab hac censura absolvere. 1497 et seq., XVII, 138 et seq.

De excommunicationibus Papæ reservatis in *Decretalibus*. Prima, XVIII, 1499. — Secunda, 1500. — Tertia et quarta, 1501. — Quinta, 1502. — Sexta, 1503 et seq. — Communicans cum excommunicato, in crimine ob quod est excommunicatus, in reservationem incidit, 1506. — De excommunicationibus Papæ reservatis in libro sexto Decretalium. Prima, 1507. — Secunda, tertia, 1508. — Quarta, 1509. — Quinta, 1510. — Sexta, 1513.

De excommunicationibus Papæ reservatis in *Clementinis*. Prima, 1515. — Secunda, 1516 et seq.— Tertia, 1523. — Quarta, 1525. — Quinta, 1526.

De excommunicationibus Papæ reservatis in *Extravagantibus*. Prima, secunda, 1529.— Tertia, 1530.—Quarta, 1532.— Quinta, in materia Conceptionis B. Virginis Mariæ, 1532 et seq. — Sexta, adversus eos qui dant vel recipiunt aliquid ob ingressum Religionis per modum pacti aut conventionis, 1537-1547. — Septima, in Simoniacos in ordinum vel beneficiorum materia, 1547. — Octava excommunicatio, 1551. — Nona, 1551. — Decima, 1553.

De excommunicationibus Papæ reservatis in Bulla Cœnæ, quæ est processus annuus romani pontificis adversus certi generis peccatores. Ad quinque capita reducuntur, 1554-1555. — Prima excommunicatio adversus Hussitas, etc., 1557, — et adversus eos qui hæreticorum libros legunt, 1559. — Secunda, adversus eos qui ad universale futurum concilium appellant, 1562.—Tertia, adversus eos qui bona in mari aut in littore inventa surripiunt, 1564. — Quarta, in eos qui nova pedagia, etc. imponunt, 1566. — Quinta in omnes *falsarios* litterarum apostolicarum, 1568.

De excommunicationibus Papæ reservatis post decretum Clementis VIII. De Clementini decreti tenore et sensu, 1569. — De violatione immunitatis ecclesiasticæ in terminis Constitutionis Gregorii XIV quæ incipit : *Cum alias nonnulli*, 1572 et seq. — De violatione clausuræ monialium ad malum finem, 1575 et seq.

De provocatione et pugna in duello, juxta decretum sacri concilii Tridentini et constitutionem Gregorii XIII, quæ incipit : *Ad tollendum*, 1585 et seq.

De simonia confidentiæ beneficialis, 1590.

De excommunicatione ad finem revelationis, seu de monitoriis, XVII, 140 *Vid.* Monasterium.

Utrum excommunicatio creditoris liberet a restitutione? verius videtur, etiamsi creditor nominatim sit excommunicatus, non ideo differri posse restitutionem, XV, 819. —Si solus debitor est excommunicatus, differre non potest propterea restitutionem, 1254,-1255 — Protestantium ad excommunicationem Leonis X provocatio discutitur, I, 1253-973. *Vid.* XXV, 492 et seq

Excommunicatus potest esse schismaticus, I, 1256-976. — Injuste excommunicatus manet Ecclesiæ membrum, 1257-976. — De officio injuste excommunicatorum, 1258-978.—Excommunicati propter causam ab hæresi et schismate diversam ad Ecclesiam non pertinent, cum sunt notorii, IV, 1093. — Occulti ab Ecclesia non excluduntur, 1093 *Vid.* Excommunicatio.

Exemplum ad docendum efficacius quam præcepta. Luculenta Lactantii verba, III, 513.— Longum iter per præcepta, ait Seneca. Breve per exempla, 530.

Exemptiones sunt contra jus naturale et divinum, VI, 811

Existimatio est quoddam judicium internum de vita, moribus et qualitatibus alicujus personæ, v. g, de virtute, vitio, ingenio, etc. In qualitatibus personæ fundatur. Bonæ existimationi opponitur judicium temerarium. XV, 975

Exomologesis idem est apud Græcos, quod apud Latinos confessio; nisi quod confessio unam tantum pœnitentiæ partem exprimit, exomologesis vero quandoque totum pœnitentiæ actionem, XXII, 381-382.— Exomologesis [illegible] non semper apud Patres significat confessionem sacramentalem, sed frequenter usurpatur pro actu externo, cui totius publicæ pœnitentiæ clausula erat et complementum. XXV, 1078

Exorcistatus est ordo quo potestas traditur nomen Domini invocandi super eos qui ab immundis *spiritibus* obsessi energumeni seu arreptitii dicuntur, XXV, 57. — Exorcistarum officium XX, 790

Expectationis partus B. Mariæ festum, die 18 decembris, XV, 565. — Ecclesiæ Hispaniarum transtulerunt testivitatem Annuntiationis in die 18 decembris ad 25 martii, et ei festum expectationis partus subrogarunt, 563, XXVI, 654. — Hæc festivitas appellatur etiam B. Mariæ de O, 654-655. — Celebratur in Italia per provincias Ecclesiasticæ ditionis et Venetorum. 655. XV, 565

Expensa dispensationis. XXV, 495

Expiationis festum quo die celebratur, XXVI, 81. — Quo consilio festum Expiationis institutum. — In quo præcipue consistit solemnitas Expiationis, 82. — Quid sentiunt Hebræi de hirco die Expiationis in desertum abacto, 84. — Duobus hircis die Expiationis ante Dominum in Tabernaculi aditu constitutis quid adumbratum fuit? 84.— Quid præterea die Expiationis olim a pontifice maximo agebatur? Semper ne eodem ritu dies Expiationis celebratus? 85. — De peccatorum confessione hoc die Expiationum ab Hebræis usurpata, 85 et seq. — Decima die mensis septimi celebrabatur, XV,168.—Festum expiationis pœnitentiæ et confessioni apud Judæos dicatum est. 171

Extasis est, deserto exteriori homine, sui ipsius supra se voluptuosa quædam elevatio ad superintellectualem divini amoris fontem, XVII, 1200. — Extasis est raptus animæ in Deum, ita ut externos quodammodo relinquat sensus, qui nihil percipere valent, dum illa mentis elevatio durat, 1200. — Amor non quilibet, sed valde *perfectus* et extaticus facit extasim, 1200. — Extasis non semper excludit actualem cognitionem et usum sensibilium rerum, 1200. — In extasi non fit abstractio ab omni motione appetitus sentientis et virtutis moventis ac nutrientis, 1211. *Vid.* Oratio mentalis.

Extensio legis est quadruplex : una est intra verborum proprietatem secundum naturalem significationem; alia est ultra proprietatem naturalem; tertia est ultra proprietatem tum naturalem tum civilem; quarta est solum propter rerum vel casuum similitudinem. Quinta addi potest extensio ultra mentem legislatoris, XII, 1207-953-954. *Vid.* Lex.

Extensio physica. Duplex est extensio seu divisibilitas subjecti, XXIII, 320. *Vid.* Divisibilitas.

Extrema Unctio, XX, 747 et seq.; XXIV, 10 et seq.; XXV, 1006 et seq. *Vid.* Unctio.

Exultatio in adversis proximi et afflictio in prosperis lethalia peccata sunt, cum ex invidiæ vel odii fonte procedunt, et grave malum est proximi de quo aliquis gaudet, et hi motus sunt deliberati, XI, 1079. — De inimicorum calamitate vel interitu gaudere non licet. 1080

Exustio templorum, aut ædium sacrarum, aut cum spoliatione effractio, est sacrilegium et casus reservatus. Ad censuram ipso facto utramque conjunctim requiritur. XXII, 825, 826. —Post denuntiationem est casus S. pontifici reservatus. 826

Facultas est quasi facilitas. Dupliciter dicitur : uno modo propter remotionem impedimenti, alio modo propter adjutorii appositionem facultas pertinens ad habitum est per adjutorii appositionem, XI, 444. — Facultas theologica Parisiensis censura notat librum cui titulus : *Emile*, II, 1111 et seq. *Vid.* Emile.

Factum in jure diversimode sumitur, XVI, 423.—Prout est objectum pactorum et contractuum definiri potest : operatio personalis objective considerabilis in ordine ad dispositionem humanam inter vivos, 424 — Factum aliud est liberale, vel illiberale; aliud iterabile, vel non; aliud momentaneum, vel successivum; aliud possibile, vel impossibile; aliud certum et determinatum, vel incertum et indeterminatum; aliud pretio æstimabile vel non, 425. — Præcipue dividitur factum in simplex et nudum, atque in prægnans et non nudum. Simplex seu nudum est, quod in meris faciendi terminis consistit, et operam hominis desiderat, nec ullum jus in alterum transfert, ut ire Romam, etc. Non nudum seu prægnans est quod complectitur alia quæ in dando, alia quæ in faciendo consistere dicuntur. Mixtum etiam datur factum, quod partim dando, partim faciendo absolvitur : quo pertinet redditio rationum, 425. — Factum nudum seu simplex ulterius dividitur in affirmativum et negativum. 425

Facta dogmatica definiri possunt : facta non revelata, sed cum dogmate certa necessitudine devincta, quibus negatis vel affirmatis consequens sit, negari aliquod dogma vel affirmari, IV, 648. — A factis dogmaticis differunt facta mere personalia, aut extranea dogmati quædam gesta particularia, 649. — Decretis Ecclesiæ de factis dogmaticis debetur internum et absolutum obsequium,

649. — In dijudicandis factis dogmaticis errare non potest Ecclesia. 655

Fallacia est verborum mendacium, aut æquivocorum dolosa usurpatio ad decipiendum proximum, XI, 868. — Est filia avaritiæ, 867. — Est lethale peccatum, 890. — Differenda est absolutio sacramentalis mercatoribus, qui mendaciis et perjuriis assueverunt, nec aliter vendere et emere se posse aiunt, donec pravum habitum emendaverint, 890. — Lethalis fallaciæ reus est qui promissa et pacta non servat in re gravi; aut sincere ac sponte promittit rem licitam et possibilem, absque voluntate solvendi promissum, 891. —Quando fallaciæ reus non est qui promissa non servat, 892, 893. — Lethalis fallaciæ reus est, qui pro altero fidejussorem se obligat, cum nec ipse solvendo sit, nec principalem debitorem solvendo futurum existimet, 893. — Fallacia est dolus qui fit mentiendo. XV, 576

Falsariorum furta. Falsarius est qui alium dolo et cum jactura decipit falsificando monetam aut scripturas, aut pondera minuendo, aut mensuras decurtando, XIV, 901 et seq -711.

Falsificatio manus aut sigilli officialium monasterii aut conventus, est casus reservatus, XVIII, 1307. — Falsificatio est immutatio seu imitatio veritatis, cum dolo et jactura alterius, 1055, 1307. — Tria igitur genera requiruntur. primum, immutatio veritatis; secundum, dolus malus seu animus decipiendi; tertium, animus nocendi, 1307, 1308. — Quid nomine manus intelligatur. 1308

Quatuor potissimum modis falsificari potest manus officialis, 1309. — Sigillum officialis nihil est aliud quam signum, muneri vel officio proprium, quo utuntur officiales ad authenticandum suas litteras, 1309. — Sigillum tribus modis adulterari potest, 1309, 1310.—Quinam censeantur monasterii officiales, 1310. — An censeatur falsificare manum vel sigillum qui intercipit, detinet, lacerat, comburit litteras vel manum officialis, 1311. — Requiritur physicus et personalis influxus in falsitatem, 1312. — An sufficiat falsificatio sine usu, 1313. — An quarumlibet litterarum falsitas reservationi jaceat, 1314. — An sufficiat quælibet minutissima immutatio, 1315 — An subditus litteras præsentatorias, obedientiales et similes, omissas vel amissas reformare possit sine crimine falsi, 1315. — Quid si quis falsaret manum vel sigillum officialis alterius monasterii, 1316. — Falsificatio bullarum S. pontifici reservatur, XXII, 798. — Aliquando etiam reservationem incurrunt qui falsificant litteras prælati S. pontifici inferioris, 799. — Falsitas circa litteras regis, principis, etc., est casus reservatus in quibusdam diœcesibus, XVIII, 1056. — Tenor casus. Reflexiones, 1056. — Corollaria, 1058 et seq.

Falsitas circa monetam est casus reservatus in diœcesibus Leodiensi. Tenor casus, 1062. — Reflexiones, 1062. — Corollaria. 1064

Falsum est quod imitatur aut mentitur verum. Ad crimen falsi tria requiruntur, immutatio veritatis, dolus operantis, jactura tertii, XVIII, 1055. — Falsum quatuor modis committitur dicto, facto, scripto, usu, 1055, 1056. — Crimen falsi prout reservatus Parisiis, quatuor sub se species continet, XXII, 796. — Primo, crimen falsi circa monetam committitur 1° cum cuditur falsa, 2° cum adulteratur legitima, 796. — Secundo, falsum testimonium seu juramentum coram judice reservatur. Qui hujus reservationi subjacent, 796. — Tertium, falsi genus committitur in materia matrimonialis, sive a contrahentibus, sive ab aliis, 797. — Quartum falsi genus, quod S. pontifici reservatur, consistit in falsificatione litterarum apostolicarum, aut earum corruptarum usu, 798. — Qui litteras apostolicas vitiat, censuram incurrit, antequam iis utatur, 798. — Qui falsis de causis dispensationes obtinent, non latæ in bullarum falsificatores censuræ non sunt obnoxii. 799

Fama a *fando* est duplex, bona et mala. Bona consistit potissimum in opinione virtutis et sapientiæ; secundario in opinione ingenii, opum et similium, XV, 662. — Fama in genere sic describi potest : fama est multorum existimatio de vita et moribus alterius, 662. — Vel aliter, fama est publica, seu famosa et communis insinuatio vel proclamatio ex sola suspicione et certo vel incerto auctore proveniens, XVIII, 1012. — Bonam famam jurisperiti sic definiunt : fama est illæsæ dignitatis status, legibus et moribus comprobatus, XV, 662. — Fama differt ab honore. Consistit in interna opinione, et dum exit in opus externum, dicitur laus, vel vituperatio, 663. — Fama, inquit Glossa, quandoque ex scientia, quandoque ex suspicione, quandoque ex certo auctore, quandoque ex incerto procedit, XVIII, 1013. — Fama est manifestatio externa bonæ vel malæ existimationis. Fundatur in existimatione. Detractio famæ opponitur, XV, 975. — Aliquando etiam reservationem incurrunt qui falsificant litteras prælati S. pontifici inferioris. 799

De restitutione famæ. Qui famam alterius injuste lædit, tenetur ex justitia sive eam reparare, sive damna ex ejus ablatione secuta resarcire, 983. — Quomodo fama sit restituenda, 984. — Quando ex infamia, quam intulisti, non evenit alteri damnum in bonis superioris ordinis, nempe in spiritualibus, aut in vita corporali, non teneris cum vitæ periculo famam illi restituere. Quatuor sunt bonorum ordines, animæ, corporis, famæ (cui annexus honor) et pecuniæ, et nemo tenetur restituere bona inferioris ordinis, cum jactura bonorum ordinis superioris, 682. — Si ex infamia (de falsa intellige) periculum vitæ uni vel pluribus impendeat, vel mala reipublicæ administratio, vel aliud grande malum, teneris etiam cum vitæ periculo reparare, 683. — Probabilius videtur justitiam minime postulare ut infamia compensetur pecunia si revocatione dictorum tolli nequit, 683. — Si infamator per judicem condemnetur ad pecuniariam satisfactionem, vel si transigat cum eo quem infamavit certa pecuniæ summa, tenetur ex justitia eam numerare, 685. — Debitor pecuniæ, v. g., centum aureorum, injuste læsus in fama vel honore a creditore, non tenetur ad solutionem illius pecuniæ, sed potest uti compensatione secundum æstimationem damni accepti judicio prudentis faciendam, si a creditore aliam restitutionem obtinere nequit, 685. — Si fama alia via sit reconciliata, non tenetur infamator eam restituere, 685. — Utrum si infamia jam penitus abierit in oblivionem, fama sit restituenda, 686.— Damnum quod sequitur ex infamia falsa est integre reparandum. Est communis sententia, 686. — Verius videtur eum qui *patefacto* crimine occulto alteri fuit causa damni, teneri ad integram restitutionem, sicut qui imposuit falsum, 687. — Quomodo fama est restituenda. Si crimen falsum disseminasti, debes adhibere omnem industriam, ut falsa illa opinio animis hominum eximatur, 687. — Qui crimen occultum alterius manifestavit, quatuor modis potest famam restituere, 688.— Hæredes loco defuncti non tenentur ad famæ restitutionem. Tenentur tamen ad reparationem damnorum quæ ex infamia secuta sunt, 689. — Qui bona fide existimans esse verum et publicum, proximum infamavit apud superiorem vel alium, etiamsi fraternæ correptionis causa id fecerit, simul atque agnoverit errorem, tenetur ad restitutionem, 689. — Non tenetur famam restituere cum gravi suo incommodo, ut cum propria infamia, vel magno damno fortunarum, 690. — Si is qui infamatus est sine culpa infamatoris interim aliquid damni patiatur, non tenetur infamator ad restitutionem, 690. — Si infamator, antequam damnum sequatur ex infamatione, errorem suum agnoscat et possit damnum avertere, lege justitiæ teneri videtur ad restitutionem famæ, si absque notabili incommodo suo possit, 690, 691. — Si te narrante de aliquo, auditores alium intelligant quam tu velis, sicque illi oriatur infamia, ex charitate, si commode potest, sed non ex justitia ad famæ restitutionem teneris. 692

Superior non impediens externum a quo videt infamari suum subditum, non tenetur, saltem ratione ipsius famæ, suo subdito ad restitutionem, 692.— Si non impediat subditum alteri non subdito detrahentem, cum facile potest, tenetur ad restitutionem famæ, nisi subditus restituat, 692.— Si tamen subditus in absentia superioris famam alterius violaverit, non tenetur eam restituere, subdito non restituente; modo quantum in se est compellat subditum ut restituat, 693 — Qui superiores hic intelliguntur obligari, 693. — Utrum restitutio famæ possit condonari, præsertim a prælato, 693. — Utrum in restitutione famæ fieri possit compensatio, 694. — Non potest ita fieri compensatio infamiæ, ut si alius te infamarit, tu vicissim illum possis infamare, 695. — Si quis te infamet, nec tu possis infamiam alia ratione avertere, potes aliquos defectus illius avertere, ne ipsi fides adhibeatur, 695. — Si tu alium injuste infamasti, qui te antea infamaverat, non teneris ei ad restitutionem, si ipse restituere nolit, sed potes uti compensatione, servata tamen æqualitate, quantum fieri potest, 696.— Probabile fieri potest compensatio infamiæ cum damno fortunarum. 696

Quænam causæ a fama restituenda excusent, 696, 985. — Prima causa est quando fama est aliunde recuperata, 985. — Secunda causa est reparationis inutilitas aut impossibilitas. Tertia causa est infamiæ condonatio ab eo facta qui de jure suo cedere potest et de facto cedit vel expresse vel tacite, 985. — Quarta causa est compensatio mutua. 986

Famosum dicitur cujus fama est in majore parte civitatis, viciniæ vel collegii, orta ex uno scienti, vel ex indiciis et præsumptionibus, XV, 679; XVIII, 1012. — Differt a publico, 1012. — A notorio et manifesto, 1014. — In famoso sola sufficit suspicio. 1014

**Famuli** et ancillæ debent suis dominis amorem, reverentiam, obedientiam et fidelitatem, XVI, 1249, 1250. — Moraliter peccant, 1° si in re gravi non obediunt; 2° si peccata ac defectus familiæ aliis referant; 3° si non bene laboraverint toto tempore designato, et obsequia debita negligenter præstent; 4° si de bonis dominorum disponant sine eorum consensu; 5° si grave damnum inferri permittant, cum impedire possint, vel videntes inferri taceant, nec moneant dominum, sive illud inferatur ab extraneis, sive a confamulis, etiam in rebus quarum cura sibi specialiter commissa non est : teneanturque illud resarcire in defectum aliorum ; 6° si ante tempus condictum discedunt sine justa causa, 1250. — Si non impediant damnum quando cavere debent ex officio, tenentur ad restitutionem; secus vero non tenentur, XV, 923, 924. — Famuli in aliqua officina emere soliti minori pretio, retinere sibi non possunt sine fraude, quod in eorum gratiam detrahere mercator videtur de majori pretio, quo res similis in alia officina venundatur. XI, 888

Servi debent habere pro dominis, primo amorem et timorem, quia sunt illis loco parentum, secundo, illis debent honorem et reverentiam, ob dignitatem et superioritatem, XIV, 547-432, 433. — Tertio, tenentur servi dominis obedire in iis quæ juste præcipiunt, 548-433. — Quarto, juxta conventionem factam laborare tenentur. — Quinto, tenentur dominis fidelitatem servare, obediendo, non revelando secreta, etc. 549-434

**Fatalistæ** orbis universi originem ex fortuito atomorum concursu repetunt. VI, 957, *in nota.*

**Fatum.** Divina ratio rerum, cum in ipsa divinæ intelligentiæ puritate conspicitur, providentia nominatur : cum ad ea quæ movet ac disponit, refertur, fatum a veteribus appellatum est, ut sit fatum inhærens rebus mobilibus dispositio, per quam providentia suis quæque nectit ordinibus. Boetius. II, 506

**Febronius.** Antifebronius vindicatus, seu suprema Romani pontificis potestas adversus Justinum Febronium et ejus vindicem Theodorum a Palude iterum asserta et confirmata. Præfatio, XXVII, 463. — De opere Febroniano et ejus nuperrima defensione. — Historia et varia hujus operis fata, 467. — Appendix monumentorum ad præcedens caput pertinentium. 477 et seq.

Universum Febronii systema suis ipsius verbis proponitur, ac diligenter evolvitur. 491

De fine quem Febronius operi suo ait præstitisse, hæreticorum scilicet cum romana Ecclesia conciliatione. credibilene sit ad finem adeo laudabilem ab auctore ejusmodi librum referri. 503

Iterum de fine quem Febronius sibi proposuit disseritur. Eum non alium fuisse, quam romanæ sedi universi orbis invidiam parere, ut alia deessent argumenta, ratio ipsa scribendi declararat. Distinctio sedis et curiæ romanæ itemque sedis et sedentis, qua ad sui excusationem abutitur Febronius, plena est schismaticæ calliditatis. 509

In fontes operis Febroniani inquiritur, et quæ de illis in Antifebronio annotata sunt, ab adversis Febronii animadversionibus vindicantur. 527

De forma regiminis ecclesiastici a Christo instituta, 541, 636. — *Vid.* Ecclesia.

De episcopatu, 637-686. — *Vid.* Episcopatus.

De primatu Romani pontificis, 685-1300 — *Vid.* Pontifex.

**Felicitas** Dei est summum bonum. Est omnium actionum nostrarum finis et objectum, II, 304. — Felicitas vera non in scientiis, non in divitiis, non in rerum terrestrium ac cœlestium cognitione consistit, I, 558 et seq. — Humana mens, quandiu hic vivitur, rerum cognitione torqueri potest, satiari non potest, 559. — In dilectione Dei hujus vitæ felicitas sita est, 560. — Felicitas summa, *Vid.* Vita æterna. Ea est omnium mortalium conditio, ut constantem et perpetuam felicitatem omnes continuo concupiscant. VI, 904

**Fellatio** est execranda species luxuriæ contra naturam. XI, 956

**Fera.** *Vid.* Animalia.

**Feriarum** genera quatuor apud Romanos. Aliæ stativæ, aliæ conceptivæ, aliæ imperatoriæ, aliæ nundinæ, XV, 161. — Feria quinta in cœna Domini, XV, 351; XXVI, 227. — *Vid.* Cœna. — Feria sexta in parasceve, XV, 352; XXVI, 275. — *Vid.* Parasceve.

**Fervor** est ardor charitatis quo homo diligit Deum non solum in necessariis, sed etiam in aliis, XXIII, 498. — Ex fervore quem Eucharistia suo tempore excitat, procedit delectatio et dulcedo, 498. — Fervor charitatis potest accipi dupliciter : primo secundum quod importat intentionem inclinationis amantis ad amatum; talis fervor charitatis essentialis non diminuitur per peccatum veniale. Secundo, secundum quod redundat in motus, seu actus dilectionis; et diminuitur per veniale peccatum. XIII, 1384

**Festa** ab Ecclesia instituta habent pro objecto alia Deum aut Christum, alia B. Virginem Mariam; alia cæteros sanctos, XV, 347. — Summus pontifex et concilium generale jus habent instituendi dies festos observandos sub mortali in tota Ecclesia, et receptos abrogandi, XIV, 542-272. — Episcopi in suis diœcesibus non debent festa instituere sine urgentissima causa, imo si festa velint esse perpetua, requiritur cleri et populi consensus, *ibid.* — Festa vel universim a tota Ecclesia, vel singulatim a quavis Ecclesia particulari, ritu religioso celebrantur. VI, 845

De præcipuis festis in honorem Dei et Jesu Christi institutis. — 1° Dominica sabbato veteris legis substituta. — 2° Adventus, sic dictus quia præcedit nativitatem Domini, XV, 347. — 3° Nativitas Domini quæ die 25 decembris celebratur, 348. — 4° Circumcisio Domini et octava Nativitatis, 349. — 5° Epiphania, seu Domini manifestatio : die sexta januarii, 349. — 6° Festum sanctissimi nominis Jesu. In quibusdam ecclesiis dominica secunda post Epiphaniam celebratur; in aliis die ipsa Circumcisionis, 349. — 7° Quadragesima, quæ est traditionis Apostolorum, 350. — 8° Dominica Palmarum in memoriam solemnis ingressus Christi in Jerusalem, 350. — 9° Officium tenebrarum, 351. — 10° Feria quinta in cœna Domini, 351. — 11° Feria sexta in parasceve, 352. — 12° Sabbatum sanctum, 352. — 13° Pascha seu resurrectio Christi. Hoc maximum festum appellatur in Martyrologio solemnitas solemnitatum, 353. — 14° Ascensio Domini. Vigilia Pentecostes semper eodem ritu servata est ac vigilia Paschæ, excepta cerei paschalis benedictione, 354. — 15° Pentecostes, seu quinquagesimus dies post Christi resurrectionem, 354. — 16° Festum sanctissimæ Trinitatis, prima die dominica post Pentecosten, 355. — 17° Festum Corporis Christi, feria quinta post festum sanctissimæ Trinitatis celebratur, 355. — 18° Inventio S. Crucis, die tertia maii, 356. — 19° Transfiguratio Christi, die sexta Augusti, 357. — 20° Exaltatio S. Crucis, die 14 septembris, 357. — 21° Festum Sacratissimi Cordis Jesu. VIII, 1477

De festis in honorem B. Mariæ Virginis institutis, XV, 357. — 1° Desponsatio B. Mariæ cum Joseph, die 23 januarii, 358. — 2° Purificatio, die secunda februarii. Hoc festum apud Græcos dicitur ὑπαντή, *occursus*, 358. — 3° Annuntiatio, die 25 martii, 359. — 4° Compassio, feria sexta post dominicam Passionis, 359. — 5° Auxilium christianorum, die 24 maii, 359. — 6° Visitatio B. Virginis, die secunda julii, 360. — 7° Festum B. Mariæ de monte Carmelo, die 16 julii, 360. — 8° Festum S. Mariæ ad nives, die 5 augusti. Est anniversarium dedicationis basilicæ nunc dictæ S. Mariæ Majoris, 361. — 9° Assumptio B Mariæ in cœlo, die 15 augusti, 361. — 10° Nativitatis B. Mariæ, die 8 septembris, 362. — 11° Festum nominis B. Mariæ, dominica infra octavam Nativitatis, 363. — 12° Festum B. Mariæ de mercede, die 24 septembris, 363. — 13° Festum Rosarii sanctissimæ Virginis, dominica prima octobris, 363. — 14° Festum de Patrocinio B. Mariæ dominica tertia novembris, 364. — 15° Præsentatio B. Mariæ in templo, die 21 novembris, 364. — 16° Conceptio B. Mariæ, die octava decembris, 364. — 17° Translatio sanctæ domus Lauretanæ, die decima decembris, 364. — 18° Festum expectationis partus B. Mariæ, die 18 decembris, 365. — 19° Festum B. Mariæ in sabbato. 365

De præcipuis festis sanctorum. De Angelis, 366 — De sanctis Veteris Testamenti, 367. — De sanctis Novi Testamenti. — 1° *S. Marcus*, die 25 aprilis, 368. — 2° *S. Joannes Baptista*, die 24 junii, 369. — 3° *SS. Petrus et Paulus*, die 29 junii, 369. — 4° *Festum omnium sanctorum*, die prima novembris, 370. — 5° *Commemoratio fidelium defunctorum*, die secunda novembris, 370. — 6° *S. Stephanus protomartyr*, die 26 decembris, 370. — 7° *Dedicatio* Ecclesiarum, dominica post octavam Sanctorum, 371. — De ritu celebrandi festa. De festis suppressis, 371. — De festis translatis, quæ sunt festa Epiphaniæ, Corporis Christi, SS. apostolorum Petri et Pauli, ac patroni diœcesis et parœciæ, 372 et seq. — De festis patroni et titularis, 374 et seq. — Quoad observationem festorum, *vid.* Dies dominica.

De festis apud Judæos, XV, 159 et seq. — Lex Mosaica Judæis præter sabbata, ter tantum in anno festa publica solemniter celebranda præscripsit, 161. — 1° De sabbato, XXVI, 5. — 2° De festo Noviluniorum, 21. — 3° De festo novi anni, 25. — 4° De festo Paschæ, 27. — 5° De festo Pentecostes, 63. — 6° De festo Tabernaculorum, 68. — 7° De festo Expiationis, 81. — 8° De anno sabbatico, jubilæo. 103. — 9° De festo Encæniarum, sive Consecrationis, 111 — 10° De festo Purim. 113. — Multi alii dies festi fuere Hebræis. 114

Solemnitas continua erat oblatio jugis sacrificii, XV, 163. — Solemnitates temporales, 164. — Aliæ celebrabantur

quævis hebdomada, ut sabbatum, 164. — Aliæ singulis mensibus, ut Neomenia, 165. — Aliæ semel singulis annis, scilicet Pascha, 166; Pentecostes, 167; — Festum Tubarum, 167; — Festum Expiationis, 168; — Festum Scenopegiæ seu Tabernaculorum, 172; — Festum Convocationis seu Collectæ. 173

FESTIVITAS follorum. Festivitas asini. XXVII, 380 et seq.

FICUS maledictio erat actio typica. III, 212

FIDEJUSSIO (gallice *le cautionnement*) est contractus quo unus aut plures in se suscipiunt obligationem alicujus debitoris implendam, si ipse debitor eam non impleat, XVI, 685. — Quousque se extendat fidejussionis obligatio, 685. — Interdicti, minores, mulieres, incapaces solvendi defectu copiæ, non possunt in fidejussores assumi, 686. — Quinam sint effectus fidejussionis? Fidejussor tenetur erga creditores de omnibus obligationibus debitoris, sed tantum in ipsius defectu. Fidejussor qui solvit pro debitore subrogatur omnibus juribus creditoris, 686. — Si plures pro eodem debito fidejusserint, singuli tenentur in solidum, 686. — Quomodo extinguatur fidejussio, 686. — An liceat fidejussori aliquid pretii pro fidejussione exigere a debitore cujus se constituit fidejussorem, 687. — Fidejussio uxoris. XXV, 495

FIDELIS secundum se non potest habere opinionem minus probabilem de veritate fidei catholicæ, VI, 1331. — Et nunquam potest prudenter veram fidem deserere, 1332, 1333. — Fidelis dicere potest cum S. Augustino: Facilius dubitarem me vivere, quam vera esse quæ audivi, 1344. — Melior est fidelis ignorantia, ait S. Aug., quam temeraria scientia. X, 1028-809

FIDES bona, in materia præscriptionis, est sincera existimatio, qua quis prudenter sibi persuadet rem quam possidet esse suam, vel se non teneri ad implendam obligationem quæ præscriptionibus liberativis extinguitur, XV, 867. — Bona fides sic intellecta potest esse vel theologica, vel juridica. Theologica ea est quæ prudenter concipitur, adeo ut coram Deo culpa saltem mortali vacet. Juridica ea est quæ concipitur ob possessionem inceptam virtute tituli proprietatis translativi, cujus vitia ignorantur, 867. — Bona fides theologica requiritur ad præscribendum, 868. — Bona fides theologica non sufficit in præscriptionibus 10 et 20 annorum. Sufficit in præscriptionibus 30 annorum. 868

Bonæ fidei obstare possunt dubium, error, mala fides auctoris cui succedit aliquis, 868, 869. — Dubium præcedens possessionem impedit bonam fidem ad præscribendum requisitam. Dubium possessioni bona fide inchoatæ superveniens non impedit bonam fidem in præscriptione requisitam. 869

Error vincibilis sive facti, sive juris, bonam fidem tollit. Error invincibilis facti bonam fidem non impedit, 870. — Error invincibilis juris impedit bonam fidem requisitam in præscriptionibus 10 et 20 annorum; non vero 30 annorum. 870

An mala fides auctoris ita noceat successori, ut qui bona fide succedit possessori malæ fidei, in conscientia præscribere nequeat? 870, 871

Fides est duplex humana et divina, I, 22-19. — Fides est assensus certus, obscurus tamen, habitus ex auctoritate alicujus rem affirmantis, XXV, 400. — Fides necessaria est hominis et vitæ et disciplinæ, I, 600, 107, 1152-82, 472, 895. — Necessarium est homines hominibus credere, nisi vita pecudum more degenda sit, 599-471. — Asserit Augustinus omnem omnino humanam societatem interire, nisi amicus amico, etc., socius socii fidem habeant. *Ibid.* — Theodoretus fidem esse ceu primoriam artium basim, disciplinarumque omnium crepidinem probat. *Ibid.* — In omni facultate atque doctrina oportet addiscentes credere. Aristoteles. *Ibid.* — Nullo admonente discimus quod cognitionem ac rerum intelligentiam præcedit fides, subsequitur autem fidem scientia quæcumque veri. *Ibid.* — Fides est instar fundamenti super quod scientia et cognitio struitur, 18, *in nota*,-16. — Nihil stultius esse potest quam negare ea quæ viderunt alii, quia ipsi non vidimus, 600, 601-472. — Quamobrem præcedere omnino fides debet; sequi deinde ratio et disputatio, 18-16, *in nota*. — Longe melius est scire quam credere: hoc verum est, quando de humana fide sermo est, 719-568. — Fides distinguitur a scientia et opinione, quod hæ nitantur ratione, illa autem auctoritate, VI, 515. — Fidem non nisi humanam habent hæretici. IV, 333

Fides divina sine qua impossibile est placere Deo, dicitur assensus præstitus veritatibus a Deo revelatis, ob infallibilem ejus auctoritatem, VI, 881. — Fides est certus et firmus assensus, propter auctoritatem dicentis et revelantis Dei elicitus, quo vera creduntur ea quæ divinitus revelata sunt ac promissa, V, 1054. — Credere est cum assensione cogitare; seu est actus intellectus determinati ad unum ex imperio et pia motione voluntatis, et non ex vi rationum et demonstrationum; seu est assensus obscurus quidem, sed certissimus ob Dei testimonium et revelationem cui innititur, XIII, 925-750. — Est fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. *Ibid.* I, 1121-883. — Fides quatenus significat assensum mentis ex prævia Dei gratia veritati revelatæ præstitum, versatur circa sperandarum substantiam rerum non apparentium. — In rebus fidei evidentia non invenitur. 1121-883

Fides catholica et theologica, VI, 530. — Fides supernaturalis infusa, licet una sit secundum habitum, dividi solet in catholicam et theologicam, utramque tamen divinam, IV, 618. — Fides theologica ea est qua Deo Christianæ religionis mysteria revelanti creditur, X, 1083-853. — Fides catholica dicitur doctrina illa quæ toti Ecclesiæ universali credenda proponitur; fides autem theologica continet quidquid a Deo revelatum fuerit, etiamsi ad communem Ecclesiæ doctrinam non pertineat, I, 1425-1124. — Ut aliquid sit de fide divina theologica satis est quod sit in verbo Dei scripto vel tradito; ut aliquid sit de fide divina catholica, insuper requiritur publica Ecclesiæ propositio. *Ibid.* — Fides theologica et catholica se habent tanquam includens et inclusum: fides theologica universalior est et includit catholicam, 1463-1156. — Omnis fides catholica est theologica, sed non vice versa. VI, 530

Qui fidei theologicæ culpabiliter repugnaret, crimen hæresis coram Deo incurreret, sed pœnis ab Ecclesia directis non subjaceret, IV, 619. — Fides catholica contra omnes morbos (errores) opem medelæ communis impertit; non infirmanda genere, non vincenda numero, non diversitate fallenda; sed una et eadem adversum singula omniaque consistit, I, 937, *in nota*.-730.

Quotuplex sit quæstio theologica de fide? 1020-804. — Quæstio cognita lumine naturali pertinet ad philosophiam; cognita supernaturali revelatione, pertinet ad theologiam; cognita medio naturali et supernaturali, pertinet ad scientiam naturalem et supernaturalem. *Ibid.* — Quæ cognoscuntur per revelationem supernaturalem, probari non possunt medio naturali, 1021-804. — Quæ non sunt mere theologicæ possunt tum ex principio rationis, tum medio supernaturali. 1021-805

Utrum sine fide theologica bonum opus morale elici possit. Errores Baii et Jansenii, X, 1083-853. — Opiniones catholicorum. Sine fide theologica elici possunt aliquæ actiones tum ex officio tum ex fine bonæ, sive illæ adscribendæ sint divinæ gratiæ, sive non; et idcirco omnia infidelium opera non sunt peccata, 1084-854. — Principia solutionum. 1099-866

Quo sensu fides prima gratia dici potest, X, 1249-984. — Fides inchoata, vel perfecta distinguenda est ab inspiratione fidei inchoatæ, vel perfectæ. *Ibid.* — Inspiratio fidei est absolute prima gratia, non fides ipsa, nisi relative ad opera justificationem proxime præcedentia. *Ibid.* — Fides habitualis inter virtutes christianas dignitate prima est, quo etiam sensu potest dici prima gratia. *Ibid.* — Fidem theologicam et ipsius initium sine gratia nemo consequi potest, 1071-843. — Fides, licet Dei donum, ex nobis est hoc sensu quod mens actum fidei ex Dei gratia eliciat, 1073-843. — Exterior aliqua persuasio et humanum incitamentum necessaria sunt, quibus ad Evangelii fidem inducamur, I, 123, 133-96, 102, *in nota*. — Sed opus est Dei speciali auxilio moventis ad credendum, 126-97. — Ad fidem rationibus humanis infideles ducendi, 723. — In quæstione fidei communis fidelis populi sensus haud levem facit fidem, 411-322. — Fides et ratio non dissident; utraque est a Deo. Fide ratio dirigenda est, et ad fidei veritatem explicandam ratio adhibenda. *Ibid.* — Ea quæ proprie et per se fidei sunt, nulla possunt naturali argumentatione patefieri, 722-569. — Fidei principia philosophi ostendere probabiliter possunt, demonstrare necessario non possunt. 725-569

Fides Deo innititur, 107-82. — In Christo tanquam in primo fundamento catholica fides consistit, 119-91. — Ratio formalis nostræ fidei non est Ecclesiæ auctoritas, hoc est, ultima fidei resolutio non fit in testimonium Ecclesiæ, 127-98. — Sed fit in Deum moventem ad credendum, 129-99. — Ratio formalis assentiendi lumen fidei est, quod Deus infundit credenti, 130 et seq.-100. — Resolutio fidei est primum principium, seu ultimum motivum quo nostra fides stabilitur, 133 *in nota*-102. — Ratio formalis fidei, auctoritas Dei revelantis, 1032-814. — Fides divina tota et adæquate resolvitur in auctoritatem Dei revelantis: hæc est unica ratio fidei divinæ, IV, 618; VI, 538, 539. — Fides divina est credere propter auctoritatem Dei revelantis, in quam solam tota resolvitur, 881. — Fides quæ Deo dicenti nititur, multo certior et potior est, quam ea scientia quæ ingeniorum nostrorum ratione constat. I, 719-595

De objecto materiali fidei in genere, VI, 435. — Hæretici triplicem fidem distinguunt, fidem historicam, fidem

miraculorum et fidem promissionum tum generalem, tum specialem, X, 262-207; VI, 435. — 1° Objectum materiale fidei theologicæ est omnis ac sola veritas a Deo revelata; sive ea sit divina, seu de Deo, ejus perfectionibus, aut decretis liberis, sive creata, 435. — 2° Objectum materiale fidei ad justificationem et salutem requisitæ est quodcumque a Deo revelatum etiam ad fidem historicam et miraculorum pertinens, 435.— 3° Objectum materiale fidei theologicæ ad salutem requisitæ, non est specialis erga particularem hominem misericordia divina, condonans illi peccata, 436.—Solv. objectiones, 436 et seq.—Veritas formaliter contenta in aliqua propositione explicite revelata est quoad se objectum materiale fidei et credibile, 442. — Ut veritas hujusmodi sit objectum materiale fidei et credibile quoad nos, requiritur ut certitudine excludente prudentem formidinem certum sit eam veritatem in explicite revelato formaliter contineri; nec sufficit hoc tantum esse probabile, 443. — Solv. obj., 443 et seq. — Veritas virtualiter solum ac mediate in altero explicite revelato contenta non est objectum materiale fidei, 453. — Solv. obj., 453 et seq.

De objecto materiali fidei in specie. 459. — Objectum materiale fidei convenienter traditur in tribus symbolis Apostolico, Nicæno et Athanasiano, 460. — Articuli fidei catholicæ sunt evidenter credibiles assensu firmissimo tanquam a Deo revelati, evidentia propria et simpliciter tali, 470. — Articuli fidei catholicæ etiam comparative ad alias sectas considerati sunt simili ratione evidenter credibiles, 471. — Solv. obj. 471 et seq.

Articuli fidei nostræ communiter loquendo non sunt evidenter veri seu evidentes in attestante, evidentia proprie tali excludente formidinem etiam imprudentem, 477. — Solv. obj., 479 et seq. — Ea quæ sunt fidei dupliciter considerari possunt: uno modo in speciali, et sic non possunt esse simul visa et credita: alio modo in generali, scilicet sub communi ratione credibilis, et sic sunt visa ab eo qui credit. S. Thomas. 480

Articuli nostræ fidei evidenter credendi sunt assensu firmissimo, seu explicito, seu implicito, 484. — Distinctio articulorum fidei in fundamentales et non fundamentales ex sensu indifferentistarum facta nullatenus est admittenda, 484. — Ad salutem non sufficit ut quis credat articulos fundamentales, si interim aliorum satis propositorum unum non credat, 485. — Solv obj. 486 et seq.

Objectum formale fidei est veritas prima secundum quod manifestatur in Scripturis sacris et doctrina Ecclesiæ, IV, 619. — Ecclesiæ propositio vel declaratio medium est ordinarium a Deo institutum, ut certo sciamus quænam ipse revelaverit, et a fidelibus credenda voluerit, 619. —Generatim fides innititur auctoritate loquentis; sic fides divina debet niti auctoritate Dei testantis, VI, 513 —Nec lumen fidei habituale, nec lumen fidei actuale, nec ratio humana potest esse objectum formale fidei, 514. — Auctoritas Dei potest attingi vel in recto, ac ut constitutivum objecti formalis, vel in obliquo et duntaxat ut connotatum: potest præcise sumi ut est in essendo, seu secundum divinitatem, vel in loquendo, seu secundum aliquod attributum, vi cujus Deus meretur assensum, 514. — Nec sola revelatio externa et passiva connotans solum auctoritatem divinam, nec revelatio interna et activa est objectum fidei formale adæquatum, 515. — Auctoritas Dei est constitutive, seu in recto, objectum formale fidei divinæ, 514 — Auctoritas Dei in loquendo est objectum formale fidei, 516. — Solv. obj. 516 et seq.

Sapientia formaliter constituit auctoritatem Dei in loquendo. Idem præstat veracitas, 520.—Nec sola sapientia, nec veracitas sola sufficit, sed utraque requiritur ad auctoritatem Dei in loquendo constituendam, 521. — Auctoritas Dei in loquendo, per sapientiam et veracitatem constituta, universim sufficiens est motivum fidei theologicæ cujuscumque. Speciatim etiam sufficit tanquam motivum fidei theologicæ circa revelationes decretarias. 521

Locutio seu revelatio divina constitutive pertinet ad motivum fidei, et est ejusdem objectum formale partiale, 522. —Locutio constitutive pertinens ad objectum formale fidei divinæ complectitur tam activam quam passivam locutionem, 523.— Solv. obj., 524 et seq. —Revelatio conjuncta divinæ auctoritati et ab hac informata secundum omnes fit infallibilis, et constituit unam rationem formalem motivam fidei adæquatam et totalem. 522, 528

Ad assensum fidei divinæ sufficit revelatio privata sufficienter proposita de quacumque materia, 529. — Ad credendum fide theologica non requiritur revelatio privata seu singulis hominibus immediate a Deo facta, 532 — In actu fidei de mysterio revelato non affirmatur auctoritas et locutio divina ut lumine naturali nota, nec sufficit eam sic affirmari, 534. — In actu fidei de mysterio revelato auctoritas et locutio divina exercite credi potest et debet; seu non indiget novo objecto formali distincto. 536

Objectum attributionis sive principale objectum fidei justificantis est promissio misericordiæ, V, 1034. — Fidei justificantis objectum æque proprie est voluntas ac intellectus, 1036. — Sola fides non justificat; recte autem dicitur de fide viva, necessario adjunctam habente spem et charitatem, quod sola justificet, 1037.—Sola fides non justificat. I, 1103; 1106; 1111-869, 872, 876

Docent cum catholicis protestantes objectum formale fidei esse Deum, objectum vero materiale esse articulos fidei, qui nobis proponuntur ut credamus, V, 925. — In fide objectum formale *quod* est Deus sub ratione summæ veritatis in essendo: objectum formale *cui* est ipsa veritas ut revelans et testificans, XIII, 1058-835. — Ad fidem pertinet non solum quod Apostolis expresse revelatum est, sed etiam quod, accedente judicio Ecclesiæ, altera ex propositione revelata, et altera certa in lumine naturali, syllogismo conficitur, I, 455-356.—Fides nostra non solum scripto, sed et traditione continetur, 456-358.— Fides nostra non nititur revelationibus aliis nisi Prophetarum, Christi et Apostolorum. — Ad fidem catholicam non spectant privatæ revelationes, 713, 714-561, 562. — Non omnis propositio vera, etiam in materia religionis, spectat ad fidem catholicam, I, 1422-1122 — Illud omne et solum est de fide catholica censendum, cui tres isti competunt characteres: 1° quod sit revelatum in verbo Dei scripto vel tradito; 2° quod sit revelatum in se immediate, non vero per meram consequentiam, etsi evidentem; 3° quod sit ab Ecclesia propositum, 1462, 1463-1154. — Consectaria, 1463-1154. — Omne dogma catholicum non est dogma fidei, sed tantum dogma catholicum proprie sumptum, seu veritas fidei divinæ quæ cunctis fidelibus ut talis credenda proponitur, 1464-1155 — Non omnia fidei dogmata, seu non omnes catholicæ fidei veritates, sed solæ principales et primariæ sunt articuli fidei proprie dicti, 1465, 1466-1155, 1156. — Propositio est de fide quando est revelata aut expressis et conceptis, aut synonymis terminis, aut saltem æquivalentibus quoad sensum, 1443-1158. — Propositio de fide simpliciter ea est quæ exprimit veritatem a Deo revelatam, sive veritas illa pertineat ad communem Ecclesiæ doctrinam, sive non, 1465-1156. — Nonnulli distinguunt inter propositionem de fide, et propositionem ad fidem pertinentem, vel in ordine fidei positam. Propositio de fide ea est quæ in se immediate revelata est. Prop. ad fidem pertinens ea est quæ proxime et evidenter sequitur ex una præmissa naturali et altera revelata. Propositio in ordine fidei posita illa est quæ cum immediate revelatis quocumque tandem modo connexa est. *Ibid.*

Quæstiones fidei non facile dignoscuntur, I, 735-579. — Quibus notis dijudicari possint, 736 et seq.-579. — Septem gradus ponuntur propositionum catholicarum, 736-580. — Cum veritas fidei sit duplex, una quæ immediate ad fidem attinet, altera quæ mediate fidei est, duos gradus omnes fidei quæstiones complectuntur. Prior earum quæ Deus in seipsis Ecclesiæ revelavit eique vel scripto vel verbo tradidit. Posterior earum quæ ex prioribus illis necessario colliguntur, 736-580. — *Prima præceptio.* Cum Scripturæ sensus est obscurus, Ecclesiæ intelligentia est germana Scripturæ intelligentia, 738-581. — *Secunda præceptio.* Ecclesiæ pastores et doctores, præsertim in concilio congregati, verum Scripturæ sensum exhibent, 740-583. — *Tertia præceptio.* Si sedes apostolica aliquem Scripturæ sensum præfinierit, ille idem catholica veritas censenda est, 742-584.— *Quarta præceptio.* Consentiens eadem sanctorum omnium conspiransque Scripturarum intelligentia ipsissima est fidei catholicæ veritas, 743-585. — *Quinta præceptio.* Si ex Apostolorum traditione communis Ecclesiæ usus Scripturæ interpretationem præ se tulerit, ea ut fidei veritas tenenda est, 743-586. — *Sexta præceptio* Quodcumque dogma decretum ab Ecclesia, vel concilio, vel papa, vel admissum ab omnibus sanctis, pro veritate catholica habendum est, 744-586. — *Septima præceptio.* Conclusio, quam vel Ecclesia, vel concilium, vel sedes apostolica, vel sancti una mente præscripserunt, catholica veritas censenda est, 744-586. — *Octava præceptio.* Conclusio quam firmam uno ore omnes theologi statuerunt, veritas catholica habenda est, 512, *in nota.* 746-401, 588.

Regula catholicæ fidei certa et nota esse debet, IV, 87. — Regula fidei est vel inanimis, vel viva animata; prior est scriptura et traditio; viva et loquens est Ecclesia, concilium generale et episcopus romanus; et ita resultant quinque regulæ, I, 1406-1110. — De regula fidei et secretione ex ea doctrina fidei catholicæ a scholastica, quibusvis opinionibus, et popularibus erroribus, in omnibus controversiis hoc sæculo (decimo septimo) motis, 1313, 1408-1037,—1112. — Illud omne et solum est de fide catholica quod est revelatum in verbo Dei, et propositum om-

nibus ab Ecclesia catholica, fide divina credendum, 1313-1037. — Duo debent conjunctim adesse, quo doctrina aliqua sit fidei catholicæ : alterum, ut sit revelata a Deo, per auctores canonicos; alterum, ut sit proposita ab Ecclesia, 1315-1038. — Cum nihil sit de fide catholica nisi revelatum per auctores canonicos, sequitur primo nihil esse de fide divina eorum omnium, quæ novimus ex revelationibus factis post tempora apostolorum, 1316-1038; VI, 885. — Sequitur secundo, nullum ex miraculis factis post tempora apostolorum in confirmationem cujusvis doctrinæ fide divina esse necessario credendum, 884, I, 1316-1039.—Sequitur tertio, nullam doctrinam fundatam in verbo Dei, seu scriptura diversimode exposita a sanctis Patribus, aut doctoribus nostris, esse doctrinam fidei, 1318-1040.—Sequitur quarto, nullam consequentiam, certo licet et evidenter deductam ex propositione aliqua fidei et alia evidenti humanæ naturæ, esse doctrinam fidei catholicæ. 1319-1041

Connexa ex defectu propositionis, et quandoque simul revelationis, secluduntur. Sequitur primo decretum Gratiani, seu ejus auctoritatem non posse fundare articulum fidei, 1320-1042. — Sequitur secundo, nulla doctrina est de fide, quæ continetur in Decretalibus aut Bullis romanorum pontificum; quia papa, quocumque modo loquens, etiam ex cathedra, non est universalis Ecclesia, 1321-1042. — Sequitur tertio, non est de fide catholica quod definitum foret in ullo concilio provinciali, etiam Papa ei præsidente per se vel per legatos, 1324-1044. — Quarto, non omnes praxes Ecclesiæ etiam universalis sunt sufficientes fundendo articulo fidei catholicæ, 1324-1045. — Quinto, quidquid in capitibus traditur ante canones a concilio pertinens ad doctrinam, est catholica fides necessario credenda, 1325-1046. — Plurima continentur in conciliis etiam universalibus, quæ non sunt de fide, scilicet quod in eo est obiter dictum, 1326-1047. —Sexto ut sit aliquid de fide oportet : concilium rem eam definisse proprie, ut decretum fide catholica tenendum, 1326-1047. — Non potest errare S pontifex, seu concilium generale, in iis præceptis quæ toti Ecclesiæ præscribuntur, 1327-1048.—Non est erroneum dicere pontificem, seu concilium generale, posse errare in legibus quæ non versantur in rebus necessariis ad salutem, vel per se bonis aut malis; nimirum superfluam legem condendo, vel minus discretam, etc., 1328-1048. — Conveniunt omnes catholici posse pontificem et concilium generale errare in controversiis facti particularibus, quæ ex informatione testimoniisque hominum præcipue pendent, 1328, 1329-1048, 1049

Secretio doctrinæ fidei a quavis alia in particularibus materiis controversis, I, 1330-1050. — Observandum est omnem doctrinam veram non esse de fide catholica, nec omnem errorem esse hæresim. *Ibid.*

De meritis gratiæ et gloriæ. De fide est bona opera esse et dona Dei et hominis justificati merita ; bona opera justi esse vitæ æternæ et gloriæ meritoria, 1331-1050. — Sed primo, non est de fide catholica, nec dari meritum de congruo, nec de condigno, nec merita esse ex justitia, potius quam ex fidelitate ; multo minus dari ex justitiæ rigore, 1331-1051. — Secundo, non est de fide omnia bona opera justorum esse vitæ æternæ meritoria; seu quænam in specie opera mereantur gloriam, an opera temperantiæ, spei, fidei et alia præter charitatem, 1334-1053. — Tertio, non est de fide, justum posse mereri pro aliis quocumque merito, ne quidem de congruo, nec conversionem peccatoris nec aliam gratiam. 1335-1054

De justificatione. De fide est, homines non justificari sola imputatione justitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia et charitate ; gratiam qua justificamur, non esse tantum Dei favorem, 1337-1055. — Sed non est de fide, justitiam nobis inhærentem esse habitualem, seu quod justitia nobis inhærens, qua justificamur, ut forma sit habitus aliquis. 1337-1055

De satisfactione. De fide est, Deo per merita Christi, pro peccatis quoad pœnam temporalem, satisfieri pœnis ab eo inflictis vel a sacerdote injunctis, vel sponte susceptis, ut jejuniis, etc, 1339-1057. — Sed primo, non est de fide, an satisfactiones sint de congruo vel de condigno ; an ex dignitate sola operis, an ex promissione an ex utroque, an ex justitia, vel etiam ejus rigore, an ex sola Dei fidelitate, 1339-1057. — Secundo, de fide non est satisfactionem non fieri per opera, nisi per opera a charitate imperata, 1340-1057. — Tertio, non est de fide, justum posse satisfacere pro alio, *Ibid.* — Mereri et satisfacere de condigno pro alio, censetur esse proprium Christi, 1342-1059.— Quarto, non est de fide, viventem posse satisfacere pro mortuis, nisi orando, et per modum suffragii, 1342-1059. — Quinto, nec est de fide, thesaurum Ecclesiæ, hoc est, satisfactionem justorum dari per distributionem hujus thesauri. 1342 et seq -1059

De indulgentiis. De fide est potestatem esse in Ecclesia concedendi indulgentias sibi divinitus traditam, 1345-1061. — Sed non est de fide, primo, in usu seu concessione indulgentiæ prout de facto fit, remitti pœnas temporales debitas post peccatum remissum in foro Dei, sive in purgatorio, sive in hac vita ; aut etiam Ecclesiam habere voluntatem, cum concedit indulgentias, has pœnas relaxandi, et de facto illas relaxari, 1346-1062. — Secundo, non est de fide, Ecclesiam posse concedere indulgentiam, ut per eam remittat reatum pœnæ temporalis apud Deum, immediate ac per se, per solam relaxationem seu condonationem ipsius pœnæ luendæ sive in purgatorio, sive in hac vita, 1347-1063. —Tertio, non est de fide, Ecclesiam posse concedere defunctis indulgentiam, quæ fit vera indulgentia id est, remissio pœnæ ; multo minus de fide est, Ecclesiam habere voluntatem remittendi has pœnas. 1350-1066

De purgatorio et suffragiis pro defunctis. De fide est purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis ac potissimum altaris sacrificio juvari, 1356-1070. — Sed non est de fide, 1° verum et proprium esse ignem purgatorii, 2° ubi sit purgatorium, 3° quæ sit pœnarum gravitas, 4° quanto tempore duret purgatorium, 1357-1071. — Quoad suffragia, non est de fide, 1° sacrificium missæ certa lege et promissione semper operari remissionem pœnæ circa defunctos, 2° suffragia certa lege defunctis prodesse, 3° sacrificium missæ ex opere operato hoc operari, 4° remissionem quæ fit, fieri per applicationem satisfactionum nostrarum animabus purgatorii. 1358-1072

De legum humanarum obligatione in conscientia. De fide est, hominem justum teneri ad observantiam mandatorum Ecclesiæ, 1358-1072. — Sed non est de fide, primo, Ecclesiam seu ejus leges, aut a fortiori leges principum sæcularium posse obligare, aut de facto obligare conscientias sub peccato mortali, 1359-1073. — Secundo, probabilius videtur legem humanam, sive ecclesiasticam, sive civilem, quatenus humana est et a sola potestate humana profecta, non posse ad culpam mortalem obligare, 1360-1074. — Tertio, non potest lege humana homo obligari ad actus omnino internos, eo quod non potest de illis in suo tribunali ullo modo judicari, 1360-1074. — At vero lex divina superveniens, jubens obedire superioribus ecclesiasticis et politicis, parentibus et dominis, obligare potest et obligat ad peccatum etiam mortale, et ad pœnam æternam 1360 et seq.-1074. — Quarto, non est de fide, de ullo præcepto pure humano, illud obligare ad peccatum mortale, v. g. esse obligationem audiendi missam in diebus dominicis, etc. 1363 et seq.-1076

De invocatione sanctorum. De fide est, bonum atque utile esse suppliciter sanctos invocare ; et illos pro hominibus orare, 1366-1078. — Sed primo, non est de fide, sanctos in cœlo audire preces, quæ illis fiunt a viventibus 1366-1078. — Secundo, non est de fide, sanctos esse mediatores nostros, 1367-1079. — Tertio, non est de fide sanctorum canonisationem, seu sanctos quos invocamus, esse sanctos et beatos. 1368-1080

De imaginibus. De fide est, imagines Christi, Deiparæ Virginis et aliorum sanctorum habendas et retinendas esse ; eisque debitum honorem ac venerationem impertiendam, 1369-1081. — Sed primo non est de fide SS. Trinitatis, aut Patris, aut Spiritus Sancti separatim, imagines habendas esse, et eis honorem impertiendum, 1370-1081. —Secundo, non solum non est de fide, sed ne quidem certum, Deum non vetuisse Judæis omnem usum imaginum, 1371-1082. — Tertio, longe longius est a fide, adorandas esse imagines, 1372-1083. — Quarto, nec de fide est cultum delatum imaginibus esse religiosum, 1372-1083. — Quinto, longe longius est a fide adorandas latria imagines Dei. 1372-1083

De reliquiis sanctorum et earum veneratione De fide est sanctorum reliquias esse venerandas, 1373-1084. — Sed de fide non est, 1° adorandas esse reliquias, ne quidem Christi, multo minus B Virginis aut sanctorum, 2° venerandas esse cultu qui sit et dicatur religiosus, 3° longe est a fide, reliquias eadem veneratione cum exemplari honorari, 4° longe est a fide, has vel illas reliquias, quæ in hoc vel illo templo coluntur, esse hujus vel illius sancti, cujus tanquam reliquiæ proponuntur colendæ. 1374-1084, 1085

De cultu et honore sanctorum. De fide est sanctos una cum Christo regnantes venerandos esse. Sed non est de fide honorem illum esse et vocandum religiosum, seu quovis alio nomine, 1375-1086. — De Christi præsentia in Eucharistia. Christus in Eucharistiæ sacramento est vere, realiter et substantialiter. Nihil aliud est de fide, quia nihil aliud propositum a concilio Tridentino. 1376 et seq.-1086

De Transsubstantiatione, 1382-1091.—De adoratione Eucharistiæ. Christus in Eucharistia cultu latriæ et externo adorandus est Hoc de fide est, 1387-1095. — Sed primo, non est de fide, imo mera calumnia, quod oporteat adorare Eucharistiam ipsam, 1388-1095.—Secundo, calumnia est nos

adorare sacramentum latria absoluta, 1389-1097. — Tertio, non est de fide, imo nec verum, duas poni adorationes, alteram Christi, alteram sacramenti, 1389-1097. Quarto, veneratio symbolorum relativa est, non absoluta. 1390-1097

De sacrificio Missæ. In Missa offertur Deo verum, proprium et propitiatorium sacrificium, pro vivis et defunctis. Hoc de fide est, 1393-1099. — Sed de fide non est sacrificium Missæ esse sacrificium absolutum, et non tantummodo commemorativum, seu relativum, verumtamen verum et proprium, etc., 1393 et seq.-1100. — Non est de fide, effectus sacrificii, tam pro vivis quam pro defunctis esse ex opere operato, 1397-1103. — Longissime est a fide, valorem sacrificii esse infinitum, 1398-1103.— De Papa, ejus primatu et auctoritate, 1198-1104. — Est de fide, romanum Pontificem verum Christi vicarium, totius Ecclesiæ caput, et omnium christianorum patrem et doctorem existere, 1398-1104. — Sed primo non est de fide, Papam docentem aliquid, sive in concilio particulari, sive in synodo provinciali, etiam cum alloquitur totam Ecclesiam, esse infallibilem, 1399-1104. — Secundo, non est de fide, Papam esse supra concilium universale, seu supra Ecclesiam totam reliquam; sicut nec etiam concilium aut totam Ecclesiam reliquam esse supra Papam, 1400 et seq.-1105. — Tertio, longe longius abest a fide potestas indirecta Papæ in temporalia. 1404-1108

De judice controversiarum. Ecclesiæ est judicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum sanctarum. Hoc est, de fide, 1404-1109. — Sed primo, ut concilium abstinuit a termino infallibilitatis in Ecclesia etiam universali, in doctrina fidei et morum, ita licitum est inique ab eo abstinere. 1405-1109

Secundo, quia terminus iste non est conciliaris, cur eo, exoso adversis, utemur. *Ibid.*

Tertio, res significata per ipsum terminum est de fide, dummodo nihil aliud eo termino significetur, nisi quod habet Tridentinum, Ecclesiæ esse judicare de vero sensu Scripturarum et de qualibet mota controversia, eique assentiendum, quæ nunquam errat ob assistentiam Spiritus sancti ei promissam. Quidvis aliud non erit de fide. *Ibid.*

Quarto, non est de fide, Deum vel Scripturas non esse judicem controversiarum, sed Ecclesiam solam; imo proclamandum, quod pellicit devios ad nos, Deum esse primum, et summum judicem, et Scripturam esse judicem et quidem potiorem Ecclesia, 1406-1110. — Eodem sensu Scriptura est regula fidei, quo lex regula ex qua judex judicat. 1407-1110

Quinto, non est de fide, papam extra concilium generale, esse judicem summum controversiarum : nec etiam extra illud esse infallibilem in judicio ferendo de rebus fidei aut morum. 1408-1111

Omnis regula fidei stricte sumpta judicium est dogmaticum, sed non vice versa, I, 1412-1113. — An Scriptura sit sola fidei regula, ita ut nihil aliud sit agnoscendum tanquam regula, negant protestantes aliud quidpiam esse admittendum, affirmant catholici, V, 927, 928. — Agnoscunt catholici duas fidei regulas : Prima et præcipua sacra Scriptura est, quæ juris regula dici potest. Altera regula, quæ traditio est, facti regula nuncupari potest, 927. — Per regulas fidei catholicæ intelliguntur principia queis secernuntur ea quæ sunt de fide, ab iis quæ non sunt de fide credenda. VI, 881

Regulæ fidei catholicæ generales. Tres sunt res, quibus efficitur aliquid ad fidem pertinere. Aut in sacris Libris habetur scriptum, aut apostolicis institutis est traditum, aut ex utrislibet plane certa complexione et consecutione colligitur, I, 519. — Illud omne et solum est de fide catholica, quod est revelatum in verbo Dei, et propositum omnibus ab Ecclesia catholica fide divina credendum. Complectitur hæc regula Verbum Dei, et Ecclesiam docentem, VI, 881. — Ut doctrina sit fidei catholicæ dogma seu articulus, necesse imprimis est, ut sit revelata a Deo per Christum, prophetas, apostolos, seu auctores catholicos, 882. — Secundo, necesse est ut dogma ab Ecclesia universa, vel in conciliis generalibus repræsentata, vel in orbe dispersa, omnibus sit propositum fide divina credendum, 884 et seq. — Duo exigi videntur ut Ecclesia statuat dogmata : prima, fidelium necessitas ac utilitas, decidendi causam respicit; secunda, divinorum verborum fundamentum, causam non errandi respicit. Non nova fidei dogmata statuit, sed vetera eruit, 886. — Veritates christianæ in quatuor classes dividi possunt : 1° in divinas et catholicas; 2° in pure catholicas; 3° in pure canonicas; et 4° in theologicas, 887, in nota. — Divinæ et catholicæ veritates nuncupantur quæ vera institutur revelatione, seu institutione divina in verbo Dei scripto vel tradito, 887. — Quotquot sunt veritates divinæ, tot numerantur fidei divinæ et catholicæ dogmata; quorum alia sunt omnino fidelibus scitu necessaria; alia ex parte scitu necessaria; alia utilia, 889. — Rursus alia in mera contemplatione versantur et fidem tantummodo postulant; alia actionem quoque respiciunt, 889.—Præcipua dogmata tradita sunt disertis verbis, seu expresse, directe et immediate a Deo revelata sunt, 890.— Alia vulgo a theologis implicite, mediate, aut virtualiter revelata dicuntur, 890, 893, in nota.

Ad discernenda posteriora, certi statuuntur canones.—I. Veritas ex principiis fidei deducta tunc solum ejusdem rationis cum expresse revelato habetur, quando ita necessario ac intimo nexu cum eodem cohæret, ut unum sine altero nec intelligi, nec denegari, aut tolli queat; adeoque salvo revelationis sensu unum alterum æquivalenti sermone contineat; id quod non ex solo revelationis lumine, sed etiam ex mente ac determinatione Ecclesiæ innotescere debet, 890.— II. Omnis veritas ex principiis fidei deducta, quam Ecclesia ceu dogma fidei definiendo proponit, ab omnibus fide divina credi debet.—III. Nulla conclusio quatenus conclusio est, sufficit fundendo fidei catholicæ articulo, 893. — Ad primam veritatum classem referuntur articuli fidei puri et mixti, 893. — Veritas denique, quæ ad fidem solummodo spectant, distingui debent ab iis quas certa fide credi oportet. Primi generis sunt omnia dogmata, quæ Ecclesia falli nescia filiis suis credenda proponit, 893, 894. — Secundæ classis veritates ideo dicuntur pure catholicæ, quia, quum in sensu stricto et proprio revelatæ non sint, ac propterea fidei divinæ assensum fundare nequeant, universali tantum totius Ecclesiæ consensu semper et ubique fuerunt indubitanter receptæ, 894. — Tertiæ classis sunt veritates quædam, quas pure catholicas denominare licet; quæ nimirum Ecclesiæ pro canone et regula inserviunt, quibus ideo obedientia debetur, 895.—Quartæ denique classis veritates theologicæ vocantur, quæ per varias consecutiones ad illustranda fidei dogmata ex principiis revelatis eruuntur. 893

Regulæ fidei speciales, VI, 902. — Sola revelatio fidem divinam fundat, 882. — Tres sunt fontes fidei catholicæ : 1° sacra Scriptura; 2° traditio divina, quæ eamdem cum verbo scripto auctoritatem sibi vindicat; 3° Ecclesia, quæ veram Scripturam et traditionem tanquam adæquatas omnium credendorum dogmatum regulas nobis duntaxat proponit, declarat et applicat, dum judicis officio fungitur et decretoriam ac infallibilem fert sententiam, 903. — Ad traditionem simul revocantur symbola fidei et auctoritas Patrum. Ad Ecclesiam reducuntur concilia generalia et particularia ab Ecclesia universim acceptata, etc., etc. 903

Prima regula fidei nostræ; Scriptura sacra, veritates revelatæ religionis christianæ potissimum in iis continentur libris, qui a christianis sacri dicuntur. 903

Quid sit de inspiratione integræ S. Scripturæ credendum, 906.—Statuuntur canones. —I. In libris sacris et canonicis contineri doctrinam a Deo per Prophetas, Apostolos, Evangelistas, aliosque hagiographos revelatam; atque hoc præcipue sensu S. Scripturam esse proprie verbum Dei, veritas divina et catholica est, 907. — II. Illud solum ex libris divinis fide divina credendum est, quod tanquam doctrina revelata refertur, 907. — III. Fide quoque divina credenda sunt, quæ jam antea revelata fuerint, licet post modum sacri scriptores vel propriis sensibus ea percepisse, vel ab aliis fide dignis audivisse testentur, 907.—IV. Libri etiam historici spiritu Dei pleni sunt, 908.— V. Facta vero, quæ nec antea, nec in actuali scriptione revelantur, fidei divina proprie non sunt credenda, 908. — VI. Quare tantum abest a dogmate fidei, ut ne quidem certum et necessarium sit, ut singulæ veritates et sententiæ immediate a Spiritu sancto sacris scriptoribus suggerantur, aut inspirentur. Sufficit ea inspiratio, qua spiritus sanctus auctores sacros in scribendum direxit, ne errarent, 908.— VII. Omnia quæ in Scripturis referuntur, vera et certissima sunt. Hæc veritas non revelata, sed pure catholica est. 909

De altera nostræ fidei regula, quæ est traditio divina, VI, 918. — Traditiones divinas extitisse jam ab ipso orbe condito, omni mundi ætate, in statu nimirum naturæ, legis, et Evangelii, non tantum scriptura sacra demonstrat, sed ipsa quoque rei necessitas postulat, 919 et seq. — Traditionibus, non scripturis divinis, Ecclesia primum fundata est, 920.— Ponuntur regulæ.—I. Si traditio illa, de qua quæritur, non semper viguit, ecclesiastica tantum esse traditio dignoscitur, 921.— II. Traditiones, quæ aliquando cessarunt, aut etiam varie in variis Ecclesiis observatæ sunt, aut mutari possunt, vel mere apostolicæ, vel mere ecclesiasticæ censendæ sunt, 922.— III. Quod universa tenet Ecclesia, nec conciliis institutum, sed

semper retentum est, non nisi auctoritate apostolica traditum rectissime creditur, 925. — In ipsa catholica Ecclesia magnopere est curandum, ut id teneamus, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est. 925

Ad divinam revelationem certo cognoscendam criteria. I. Quidquid Ecclesia constanter et universaliter tenet ceu veritatem revelatam, cui contradicere hæresis sit, illud, et si sacris in litteris non exprimatur, ad divinam traditionem referendum est, 925. — II. Ob eamdem prærogativam etiam illa doctrina, quam Ecclesiæ quædam apostolicæ constanter tradiderunt tanquam ab Apostolis transmissam, et divinitus revelatam, pro vere divina tunc habenda est, quando universalis Ecclesiæ declaratio postea accedit, 925. — III. Constans et perpetua traditio, cujus origo, sive inductio et mutatio omnem potestatem humanam excedit, atque a sola Dei voluntate dependet, rursus divina censetur, v. g., sacramentorum institutio, 926. — IV. Traditio divina invariabilis est; quæ enim Christus præscripsit, nemo audet variare. 926

De fidei Symbolis. Illustriora quatuor sunt symbola: Apostolicum, Nicænum, Constantinopolitanum, Athanasianum, in quibus una eademque credendorum summa ac norma hoc solo discrimine proponitur, ut in primo contractior, in cæteris fusior appareat earumdem veritatum confessio, 926. — Symbolum Apostolorum fidem Apostolicam, regulam fidei ab Apostolis traditam appellant, quod in eo doctrina apostolica contineatur. 927

De sanctorum Ecclesiæ Patrum auctoritate in doctrina fidei, VI, 927. — Patres et doctores Ecclesiæ sunt antiquæ ac apostolicæ doctrinæ testes et custodes, 927 et seq. — Quanta auctoritas SS. Patribus in doctrina fidei et morum tribuenda sit, ex sequentibus regulis colligitur. — I. Singulorum Patrum auctoritas est inter se invicem inæqualis, 929. — II. Nullius tamen seorsim sumpti judicium habetur irreformabile; seu singuli SS. Patres in doctrina Christi explicanda, et tradenda firmum veritatis argumentum præstare non possunt, 929. — III. Nulla doctrina in verbo Dei seu Scriptura diversimode exposita a sanctis Patribus, est doctrina fidei, 929. — IV. Si quæstio fidem non tangat, aut si Patres etiam circa quæstionem fidei tantum opinando, vel ratiocinando versentur, consensus eorum firmum non præbet argumentum, 929. — V. Quidquid non unus, aut duo tantum, sed omnes pariter uno eodemque consensu aperte, frequenter perseveranter tenuisse, scripsisse, docuisse cognoverit, id sibi quisque intelligat absque ulla dubitatione tenendum. — VI. Consentiens itaque Patrum testimonium summam parit certitudinem; est regula fidei moraliter certa: eamdemque auctoritatem sibi vindicat, seu fidem illam asserant Scripturæ, seu traditioni innixi, 930. — VII. Ut ex Patribus dogma catholicum probetur, utque ii vere concordes æstimari possint, tot et tales in ejusdem dogmatis assertione convenire debent, ut ex collectis eorum testimoniis sufficienter constet, eamdem esse in universa Ecclesia circa idem dogma inviolabilem traditionem, quam deinde evidentiorem, et divinitus certam Ecclesia declarat, dum dogma ipsa statuit, 930. — Ex his regulis duo sequuntur: 1° consentiens Patrum testimonium est regula fidei moraliter certa, cui sine nota temeritatis nemo unus contradicit; 2° consensus Patrum se solo dogma divinum non constituit; est tamen veritas pure catholica, quæ fundamentum præbet definiendis ab Ecclesia dogmatibus. 930

De tertia fidei nostræ regula, quæ est Ecclesia Christi, VI, 931. — Testimonium Ecclesiæ vel humanam, vel divinam exigit fidem, prout vel humana vel divina auctoritate innititur, 931. — Christus usus non est ratione humana ad verbi sui propagationem, 931. — Christus non immediate illustrat singulos veritate verbi sui, 932. — Non utitur Christus prophetis divinitus ad homines instituendos, 932. — Christus non reliquit Scripturam, tanquam solam hominum præceptricem, et controversiarum judicem, 932. — Scriptura et traditio sunt quidem primarii fontes, imo adæquatæ omnium tum agendorum quam credendorum norma ac regula. Sed ad vitandum errorem necessarius erat alius fons theologicus, seu regula vivens et loquens, 932. — Fons ille est Ecclesia, cui Christus supremam contulit auctoritatem docendi, et cujus auctoritas est sola via apta ad ingenerandum animis christianorum stabilem securamque fidem, 933. — Christus Dominus verus legislator fuit. Quod gessit spirituale imperium, idem commisit Petro et cæteris Apostolis, 933. — Ipsimet Apostoli et dictis et factis confirmant spiritualis imperii potestatem, jurisdictionem, et auctoritatem infallibilem sibi a Christo fuisse collatam, 934. — Auctoritas infallibilis in rebus fidei et morum Apostolis primitus a Christo concessa, ab iis ad futuros eorum in munere apostolico successores perpetuo transmissa, in Ecclesia Christi usque ad mundi finem permanebit, 935 et seq. — Eamdem auctoritatem infallibilem in Ecclesia permanere semper agnoverunt Patres, 937. — In hujus veritatis confirmationem accedit ipse consensus et praxis adversariorum. 939

Statuuntur Ecclesiæ catholicæ auctoritatis infallibilis limites. Cujus auctoritatis fundamentum consistit in promissionibus Christi. 940

I. Ecclesia Christi est infallibilis in omni doctrina et lege, quam ipse Christus revelavit, Apostolis tradidit, et in eorum successoribus sive per orbem dispersis, sive in concilio congregatis perpetuo conservare voluit, 940. — II. In definienda igitur fidei et morum doctrina a Christo tradita Ecclesia tam dispersa, quam in conciliis œcumenicis congregata dono inerrantiæ præfulget, 941. — III. Vera quoque S. Scripturæ interpretatio residet penes Ecclesiam sive dispersam sive congregatam, quæ ipsos libros divinos ab aliis discernere valet, 941. — IV. Eadem pariter Ecclesia judicium falli nescium ferre potest de veris traditionibus divinis, 941. — V. Divina promissionis virtute Ecclesia est judex infallibilis in fidei et morum controversiis. 941

Secretio eorum, in quibus Ecclesiæ judicium non est fide divina credendum tanquam infallibile. — I. Infallibilis non est Ecclesia in docendis recte veritatibus, quæ ratione tantum ex revelatis, licet evidenter, concluduntur, 941. — II. Non est infallibilis quando tanquam hæreticos damnat homines qui falsam doctrinam tradiderunt, 941. — III. Ecclesiæ decreta non sunt infallibilia in factis, ut aiunt, dogmaticis, 942. — IV. Non est infallibilis quoad leges, præcepta, praxes, et cæremonias mere ecclesiasticas. 942

Criterion concilii œcumenici, 943. — Regulæ dantur ex quibus innotescat, quænam concilia pro generalibus accipienda sint, 944. — Regulæ observandæ, ut innotescat, quænam conciliorum decreta sint de fide, 946. *Vid.* Concilium.

Examen principiorum fidei. De primo protestantium principio: articulos necessarios ex sola Scriptura esse probandos; seu Scripturam Sacram esse solam fidei regulam, II, 912 et seq.; I, 1015 et seq -790. — De secundo protestantium principio, dari veram Scripturæ interpretationem ad probandam fidem, 1018-802. De principio catholico: Verbum Dei ab Ecclesia propositum, II, 912; I, 1029 et seq.; 1046-811, 825. — De principio communi: Doctrinam christianam primorum sæculorum, quæ in libris SS. Patrum et antiquorum conciliorum reperitur, esse incorruptam, saltem quoad articulos saluti necessarios, 1043, 1047-822, 826.

Collectio dogmatorum credendorum, VI, 947-1069. — Divinæ fidei analysis, seu de fidei christianæ resolutione. De singularibus christianæ et catholicæ fidei articulis, quatenus ab aliis veritatibus ad religionem christianam spectantibus, et ab incertis et controversis distinguuntur, 791-877. — De generalibus quibusdam capitibus ad speciales articulos accuratius examinandos prærequisitis. Quid necessarium? Veritates catholicæ quæ non sunt revelatæ, 791. — Ad quæ dogmata non tenentur omnes catholici amplectenda? 792. — Excluduntur a catalogo articulorum fidei, conclusiones theologicæ, jus canonicum, constitutiones ecclesiasticæ, conciliorum provincialium decreta, omnes ritus non divinitus instituti, 792, 795. — Hæreticorum calumniæ, 793. — De fontibus revelationis. — I. Existit revelatio, eaque potissimum in sacris Veteris et Novi Testamenti libris continetur, 948. — II. Libri in canonem Tridentinum revelati, sunt vere sacri et canonici. — III. In vulgata versione fidei et morum dogmata æque ac in autographis referuntur, et in hoc sensu vere authentica est. — IV. Dantur traditiones divinæ. — V. Articuli in Symbolis apostolico, Nicæno, Constantinopolitano, et *quicumque vult salvus esse*, contenti, fide divina credi debent, 949.

VI. Ecclesia sive per orbem diffusa, sive in conciliis œcumenicis congregata, est infallibilis: 1° in tradenda Christi doctrina; 2° in definiendis fidei et morum dogmatis; 3° in decidendis fidei et morum controversiis; 4° in exponendo S. Scripturæ genuino sensu a Christo et Apostolis tradito; 5° in cognoscenda et declaranda divina traditione, 949. — Quod omnia in SS. Apostolorum Symbolo contenta sint necessario credenda, tanquam veritates revelatæ et catholicæ. Pauciores veritates sunt revelatæ et catholicæ, quibus divinæ et catholicæ fidei assensum præbere tenemur, quam soleant vulgo theologi arbitrari, 793. — Opiniones dubiæ temere recensentur inter dogmata. Omittuntur errores contra veritates naturales, 793, 794. — Omnia in Symbolo Apostolico, quæ in Nicæno et Athanasiano. 794

*Deum esse*, est præambulum ad fidem, 794. — De Deo uno in natura dogmata. — I. Deus existit; idem est unicus,

æternus, immensus, omnipotens, immutabilis, incomprehensibilis, ineffabilis, substantia seu natura simplex, 949. — II. Deus est immensus, seu omnibus locis, rebusque omnibus spiritualibus et corporalibus suæ substantia intime præsens, 950. — Triplici ratione Deum Patres statuerunt ubique præsentem, scilicet per *potentiam*, qua omnia producit, conservat et operatur omnia in omnibus; per *scientiam*, qua omnia cognoscit et gubernat; per *essentiam sive substantiam*, qua rebus omnibus intime creditur præsens, 950, *in nota*. — III. Deus est etiam omni genere perfectionum infinitus, 950. — Scientia, qua Deus in immutabili æternitate sive omni successione omnia sibi præsentia habet, est unica et simplicissima, 950, *in nota*. — Proprie loquendo in Deo non datur præscientia, sed tantum rerum omnium perfectissima scientia, 950, *in nota*. — IV. Dogma fidei est, dari reipse electorum prædestinationem ad gloriam, 951. — V. Nemo quamdiu in hac mortalitate vivitur, de arcano divinæ prædestinationis mysterio usque adeo præsumere debet, ut certo statuat, et de fide credat, se esse in numero prædestinatorum, 951. — VI. Exstare æternam aliquorum reprobationem a gloria fide divina ex verbo Dei scripto, et traditione credit Ecclesia catholica, 952. — VII. Dogma fidei est Deum homines nequaquam ad interitum prædestinare absque culpæ intuitu, et demeritorum scientia, 952. — De distinctione divinorum attributorum ab essentia et a se invicem, duo oppositi sunt errores. Eunomius omnem prorsus distinctionem inter attributa et essentiam divinam sustulit, 952. — VIII. In hoc solum Aetii et Eunomii sensu omnem prorsus distinctionem negare inter attributa et essentiam divinam, capitalis est hæresis fidei divinæ contraria, 953. — Alii realem distinctionem inter essentiam divinam et attributa adstruunt. — IX. Ecclesia catholica credit et confitetur admitti non debere realem distinctionem inter essentiam divinam et ejus attributa. 953

Trinitas personarum credenda in Deo, 795. — De Deo trino in personis. Dogmata. I. Deus, qui in essentia unus, in personis trinus adoratur, 953. — II. 1° Pater verus est Deus; 2° Pater est persona distincta a Filio et Spiritu sancto; 3° Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus, 954. — III. Verbum seu Filius vera Trinitatis persona est; vere distincta a Patre et Spiritu sancto; verus est Deus de Deo; Patri consubstantialis; a Patre solo, non factus nec creatus, sed genitus ab æterno. Si quis non confitetur Dei Verbi duas esse nativitates, unam quidem ante sæcula, et sine tempore ex Patre, anathema sit, 955. — IV. De tertia Trinitatis persona fides divina docet: 1° Spiritum sanctum esse verum Deum; 2° veram personam a Patre et Filio distinctam; 3° Patri et Filio consubstantialem; 4° ab æterno a Patre et Filio conjunctim essentiam divinam accipere, seu a Patre Filioque procedere; 5° Spiritum sanctum esse cum Patre et Filio adorandum, 955. — Spiritus sancti deitatem et personalitatem profitetur Ecclesia catholica, 798. — Deus est creator cœli et terræ, 795. — I. Deum universi creatorem esse tanquam dogma fidei capitale, semper professa est Ecclesia catholica, 956. — II. Ex præmisso fidei dogmate consequitur et alterum: mundum scilicet, non fuisse creatum ab æterno, adeoque semper extitisse, sed cœpisse initio temporis. 957

De creatione angelorum. Dogmata. I. Inter nobilissimas Dei creaturas existunt angeli, 957. — II. Omnes angeli a Deo creati sunt, 958. — III. Non omnes angeli permanserunt in bono, sed magnus eorum numerus peccavit, et amisso felicitatis statu, ad statum miseriæ et pœnarum æternarum damnatus est, 959. — IV. Dæmones infensissimi hominis inimici sunt, ejusdem saluti, quas possunt, Deo permittente, struunt insidias; ipsaque humana corpora ex speciali et extraordinaria Dei permissione obsidere valent. 960

De creatione hominis. Dogmata. I. Adam fuit primus homo in nostro globo terraqueo, et ab eo totum descendit genus humanum, 962. — II. Primi homines, Adam et Eva, boni et recti, id est, in natura sine culpa, sine vitio creati sunt, 962. — III. Protoparentes gratia sanctificante ornati sunt, 962. — Utrum protoparentes statim in ipsa creatione gratiam sanctificantem acceperint, quantumlibet certum omnino videatur, ad fidem tamen non pertinet catholicam, 962, 963, *in nota*. — IV. Protoparentes in statu suo primigenito immortalitatis privilegio donati sunt, 963. — V. Homo a Deo creatus constat corpore et anima, 964. — VI. Anima humana spiritus est, seu substantia simplex, immaterialis, intellectu et voluntate prædita, atque a corpore prorsus distincta, 964. — VII. Divina quoque fide anima hominis creditur esse immortalis, 964. — VIII. Quilibet homo unica tantum constat anima, 965. — IX. Fabulosa est animarum præexistentia, 965. — X. Homo creatus a Deo vera gaudet libertate. Fides enim sana catholica neque liberum arbitrium negat, sive in vitam malam, sive in vitam bonam; neque tantum ei tribuit, ut sine gratia Dei valeat aliquid, 965. — XI. Denique præter rationem fides quoque jubet credere, Deum omnibus a se creatis rebus providere, eas perpetuo conservare atque sapientissime semper gubernare, 967. — De lapsu primorum hominum. Dogmata de peccatis. I. Deus non est auctor, seu causa peccati, 967. — II. Non omnia peccata sunt æqualia. Dantur siquidem peccata mortalia, dantur et venialia, 967. — III. Justus amittere potest charitatem et gratiam sanctificantem: imo per quodlibet peccatum mortale eam actu amittit, ita ut desinat esse justus, 968. — IV. Fides non amittitur, sicut charitas, per quodlibet peccatum mortale, 968. — Firma et stabilis est omnium catholicorum sententia, peccatum animam quadam inquinare macula, quæ præterito actu peccati remanet. In quo consistat hæc macula quæ in anima remanet, ænigma est, 969. — Quid de peccato originali sit necessario credendum, 824. — Errores hæreticorum, 824. — Dogmata. I. Adam in paradiso, divini mandati transgressione, sanctitatem et justitiam amisit, 969. — II. Peccatum originale naturam humanam non gratuitis tantum et supernaturalibus donis spoliavit, sed etiam hominem in facultatibus læsit, 969. — III. Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt, 970. — IV. Peccatum originale protoparentum in omnes illorum posteros propagatione, non imitatione, transfunditur, 970 — V. Naturalis illa ad malum propensio, seu concupiscentia, quæ in renatis fonte baptismatis remanet, pœna quidem et effectus peccati, non tamen vere et proprie peccatum est, nec ipsum peccatum originale dici potest, 971. — Quam explorata habetur existentia peccati originalis, tam explicatu difficilis semper visa est ejusdem peccati natura. 972, *in not.*

De Verbo Dei incarnato seu Christo Redemptore. Incarnatio secundæ personæ Trinitatis credenda est, 797. — Dogmata. I. Messias ante legem promissus Prophetarum oraculis prænuntiatus, jamdudum advenit, isque alius non est quam Jesus Christus, 972. — II. Ut redemptionis opus absolveret, secunda in Trinitate persona, Filius, verus Deus, Patri consubstantialis, divinum verbum, caro factum est et habitavit in nobis, 973. — III. Christum seu verbum incarnatum, veram animam humanam assumpsisse, semper credidit Ecclesia, 974. — IV. Christus verum corpus assumpsit, non phantasticum, 974. — V. Christus assumpsit corpus passibile, fuitque doloribus vere obnoxius, 974. — VI. Corpus Christi formatum fuit in utero beatæ Mariæ ex illius substantia, 974. — VII. Christus Jesus igitur conceptus seu incarnatus est de Spiritu sancto, et natus ex Maria virgine, 975-799. — VIII. Beatissima virgo Maria illa prærogativa ex jure divino potitur, qua Deiparæ titulo in variis conciliis œcumenicis decoratur, 975. — IX. Eadem deipara illæsa prorsus virginitate Christum de Spiritu sancto concepit, genuit, semperque virgo post partum permansit, 976. — X. Duplex in Christo datur natura perfecta, divina et humana, salvis utriusque proprietatibus, id est, inconfusa et impermixta, 976. — XI. Fidei nostræ dogma est contra Monothelitas, duplicem in Christo admittendam esse voluntatem et operationem, divinam scilicet et humanam, 977. — XII. Unica tantum in Christo agnosci, et credi debet persona, 977. — Ex unione personali duarum naturarum in Christo evidenter consequitur catholica veritas, a Patribus tradita, et in scholis dicta idiomatum communicatio, 978, *in nota*. — XIII. Uno eodemque latriæ cultu Christus homo, seu Christi humanitas cum divinitate hypostatice unita adorari debet, 979. — XIV. Christus etiam qua homo, proprius ac naturalis est et creditur Filius Dei, adeoque nec sub ipsa humanitatis expressa restrictione nuncupari potest filius Dei adoptivus, in sensu Nestorii. 979

De Christo mediatore per opus redemptionis et satisfactionis pro peccatis nostris. Dogmata. I. Æterni Patris Filius in hunc mundum eo fine venit ut hominem lapsum redimeret, 981. — II. Christus libere nos redemit, libere pro nobis mortem subiit. — III. Idem salvator Jesus Christus revera et sibi et nobis promeruit, 981. — IV. Christus pœnas peccatis nostris debitas sustinuit; nos vere a peccatis soluto sanguinis sui pretio redemit, lytrum redemptionis nostræ Deo Patri crucis sacrificio obtulit; vere ac proprie pro peccatis nostris divinæ justitiæ satisfecit, nosque deleto delictorum chirographo Deo reconciliavit, 800, 983. — V. Christus pro omnibus hominibus mortuus est, non pro solis prædestinatis, 984. — VI. Christus post mortem descendit ad inferos, 800, 985. — VII. Christus resurrexit a mortuis. — VIII. Ascendit ad cœlum. — IX. Sedet ad dexteram Dei Patris, 800, 801, 986. — X. Christus apostolis promissum Spiritum sanctum misit, 805, 986. — Christus Jesus igitur qua intercessor peræque, ac qua Redemptoris

unus Mediator Dei et hominum est, 986. — De invocatione et intercessione sanctorum. — Dogmata. — I. Catholica fides docet sanctos una cum Christo regnantes pro hominibus orare; imo bonum ac utile esse eos invocare et venerari, 987. — De sanctorum invocatione quid sit necessario credendum, 837. — II. Sacrarum imaginum usus et cultus licitus est. 989

De sacris imaginibus quid sit necessario credendum. Doctrina catholica, 841. — Calumniæ hæreticorum. Imago Trinitatis et Dei an approbanda, 841. — Fructus imaginum. Abusus aliquando in imaginibus, 842. — Hæreticorum errores, 842. — III. Sanctorum quoque reliquiis cultus ac veneratio licite defertur, 991. — De sanctorum reliquiis quid sit necessario credendum. Doctrina catholica, 839. — Duo cavenda circa reliquias, 839. — Honor sanctis exhibitus est religiosus, 840. — Hæreticorum errores. 840

De Christo legislatore Novique Fœderis institutore. Dogmata. I. Fides divina per oracula Prophetarum et Apostolorum evidenter nos certos reddit Ecclesiam judaicam et leges cæremoniales Veteris Testamenti fuisse abrogatas, 991. — II. In locum abrogatæ mosaicæ religionis nova successit Deum colentium societas a Christo legislatore instituta, 992. — III. Idem ergo legislator Christus Jesus varias et saluberrimas ad bonum Ecclesiæ suæ ordinatas leges condidit et in perpetuum servandas præscripsit, 992. — IV. Quinimo Christus Ecclesiæ a se fundatæ in persona Petri et Apostolorum, virtute clavium ac potestate ligandi et solvendi contulit : 1° jus determinandi ; 2° leges ferendi ; 3° judicandi et decidendi controversias ; 4° jus cogendi privatione bonorum spiritualium, et exclusione e sinu societatis Ecclesiæ, 992. — V. Hinc pariter de fide est obediendum esse præpositis Ecclesiæ, 993. — VI. Potestatem quam Apostolis contulit, ad eorum successores pertransire, et in Ecclesia perpetuo permanere Christus voluit, 994. — VII. Christus B. Petro, quem suum in terris vicarium, totiusque Ecclesiæ caput constituit, ejusque in hoc munere successoribus non honoris duntaxat et auctoritatis, sed veræ etiam jurisdictionis primatum contulit, 994. — VIII. Credimus unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam, 995, 801. — Hæreticorum opiniones de Ecclesia, 802. — IX. Quicumque vult salvus esse, ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem, quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, absque dubio in æternum peribit, 996. — X. Datur in Ecclesia sanctorum communio, quæ nempe in bonorum spiritualium mutua communicatione consistit, 997, 805. — Credimus peccatorum remissionem. 805

De applicatione salutis per Christum nobis partæ. Sectio prima, de gratia Christi. Dogmata. I. Nulla procedunt hominis merita, quibus gratiam advocet et mereatur, ut adeo omnis Dei gratia omnino sit gratuita, VI, 997. — II. Fides salutaris, ejusque initium, imo ipsi primi piæ credulitatis affectus sunt dona gratiæ supernaturalis, 999. — III. Ad omne opus salutare necessaria est gratia divina, 1000. — IV. Gratia ad omne opus salutare requisita non est mere externa, quæ consistit in libero arbitrio, lege et doctrina Christi; sed interna quæ animam afficit, 1001. — V. Nemo justus potest in justitia usque in finem perseverare absque peculiari auxilio gratiæ Christi, 1002. — VI. Etiam homo justus non potest toto vitæ suæ tempore evitare omnia omnino peccata, etiam venialia, sine speciali gratia Dei, 1002. — VII. Admittendam esse gratiam divinam, quæ actu post se trahit effectum salutarem, seu quam consequitur reipsa opus salutare, ad quod ponendum a Deo conceditur, indubitata fidei doctrina est, 1003. — VIII. Gratia Dei cum effectu salutari conjuncta, quæ dicitur efficax, nec lædit, nec tollit humanam libertatem, 1004. — IX. Admittenda est in statu naturæ lapsæ aliqua gratia, cui improbitate et malitia voluntatis humanæ resistitur, 1004. — X. Justis conantibus et volentibus adimplere mandata Dei, non deest ea gratia actualis (sufficiens) qua illa reapse adimplere possint, 1005. — Nulla Dei præcepta sunt justis impossibilia. 1006

De Sacramentis in genere. Tria de sacramentis in communi necessario credenda. Hæreticorum errores, VI, 812. — Dogmata. I. Novæ legis sacramenta sunt : Baptismus, etc., 1006. — II. Omnia sacramenta Christus Dominus instituit, 1007. — III. Sacramenta novæ legis a sacramentis veteris legis plusquam ritu externo differunt, 1008. — IV. Sacramenta novæ legis sunt ad salutem necessaria, licet omnia singulis necessaria non sint, 1008. — V. Sacramenta novæ legis continent gratiam quam significant, et gratiam ipsam non ponentibus obicem conferunt, 1009. — VI. Eadem sacramenta ex opere operato gratiam conferunt; et sola fides divinæ promissionis ad gratiam consequendam non sufficit, 1009. — VII. Baptismus, Confirmatio et Ordo characterem indelebilem, unde iterari non possunt, sibi annexum habent, 1009. — VIII. Non omnes Christiani habent potestatem quælibet sacramenta administrandi et conficiendi, 1010. — IX. Ad validam sacramentorum administrationem requiritur in ministro vera et seria intentio, saltem faciendi quod facit Ecclesia, 1010. — X Ad valorem sacramenti non requiritur probitas ministri, 1011. — Quid de Baptismatis sacramento sit necessario credendum, 813. — Hæreticorum errores, 814. — Dogmata. I. Credimus fide divina Baptismum esse verum ac proprie dictum novæ legis sacramentum, a Christo Domino institutum, 1012. — II. Per Baptismi sacramentum applicatur tam adultis, quam parvulis, Jesu Christi meritum; gratia confertur; peccatum originale dimittitur; et totum id, quod rationem peccati habet, penitus tollitur, 1012. — III. De communi et ordinaria providentiæ via Baptismus est medium necessarium ad salutem æternam consequendam, 1012. — IV. Aqua vera et naturalis est de necessitate Baptismi, 1013. — V. Ad Baptismum requiritur expressa trium SS. Trinitatis personarum invocatio, 1013. — VI. Baptismus Joannis non habuit eamdem vim cum Baptismo Christi, 1014. — VII. Ad valorem baptismi non requiritur fides ministri; adeoque hæretici sacramentum Baptismi valide administrant, 1014. — VIII. Infantes sunt baptismi capaces, et expedit eos baptizare, 1015. — IX. Sola recordatio, vel fides suscepti baptismi neutiquam dimittit, aut minuit peccata quæ post baptismum commissa sunt, 1016. — X. Baptismum rite collatum iterandum non est illi qui apud infideles Christi fidem negaverit, quum ad pœnitentiam convertitur. 1016

Quid de sacramento confirmationis sit necessario credendum? 814. — Hæreticorum errores, 815. — Dogma. Confirmationem verum ac proprium esse novæ legis sacramentum divina et catholica fides nos docet, 1016. — Quid de sacramento Eucharistiæ sit necessario credendum, 815. — Hæreticorum errores. 818

Dogmata. I. Fidei divinæ et catholicæ dogma est quod in augustissimo Eucharistiæ sacramento continentur vere, realiter et substantialiter corpus et sanguis Domini nostri Jesu Christi una cum anima et divinitate; ac proinde totus Christus, 1019. — II. In sacramento Eucharistiæ non remanet substantia panis et vini, sed tota convertitur per consecrationem in corpus et sanguinem Christi, quam conversionem Ecclesia catholica transsubstantiationem appellat, 1020. — III. Totus et integer Christus sub unaquaque specie; tam sub specie panis, quam sub specie vini; imo sub singulis cujusque speciei partibus, separatione facta, continetur, 1021. — IV. Non est de necessitate integritatis sacramenti, aut præcepto divino constitutum, ut Eucharistiæ sacramentum, et ubique sub utraque specie conjunctum administretur populo fideli, 1023. — V. Prolatis verbis consecrationis, corpus et sanguis ita adest, ut etiam præsens permaneat extra usum et sumptionem, 1025. — VI. In Eucharistiæ sacramento Christus etiam extra usum præsens, cultu latriæ externo æque ac interno adorandus est, 1026. — VII. Sacramentum Eucharistiæ ex se non remittit peccatum mortale, seu non producit primam sanctificantem gratiam, sed eam in suscipiente supponit, 1027. — VIII. Conficiendæ, seu consecrandæ Eucharistiæ potestas et ministerium ita solis sacerdotibus convenit, ut nulli alteri qui sacerdos non est, in quacumque necessitate committi possit. 1028

Quid de sacrificio missæ credendum, 818. — Hæreticorum errores, 819. — Dogmata. I. In missa offertur Deo verum et proprium sacrificium, 1029. — II. Sacrificium missæ non in sola reponi debet mortis Christi commemoratione ac repræsentatione; sed sicut reipsa creditur latreuticum et eucharisticum, ita etiam vere est propitiatorium pro vivis et defunctis, 1030. — III. Missæ, quas acatholici privatas vocant, legitimæ omnino sunt ac licitæ, adeoque neutiquam abrogandæ. 1033

Quod de sacramento pœnitentiæ sit necessario credendum, 820. — Dogmata. I. Cum Ecclesia catholica profitemur pœnitentiam esse vere ac proprie dictum sacramentum, prorsus a baptismo distinctum, 1034. — II. Christus Ecclesiæ suæ concessit potestatem dimittendi quodvis peccatum, ita ut nullum sit in hac vita crimen irremissibile, 1035. — III. Ecclesia pariter a Christo potestatem accepit, dispositis in sacramento pœnitentiæ peccata vere et proprie remittendi, non vero declarandi tantum peccata esse remissa, 1035. — IV. Christus Ecclesiæ suæ non solum potestatem remittendi, sed etiam retinendi peccata concessit, 1036. — V. Soli episcopi et sacerdotes habent a Christo traditam absolvendi a peccatis auctoritatem, 1037. — VI. Ad pœnitentiam a Christo in nova lege institutam requiritur contritio, confessio et satisfactio, 1038. — VII. Contritio concepta ex multitudinis, turpitudinis et gravitatis peccati consideratione, ex gehennæ metu et æternæ beatitudinis amissione, cum proposito melioris vitæ est verus, utilis ac voluntarius dolor, qui præparat ad gratiam, nec facit hominem hy-

pocritam, et magis peccatorem, 1039. — VIII. Confessio sacramentalis sacerdotibus facienda ab iis qui post baptismum in peccatum aliquod grave lapsi fuerint, ex institutione Christi necessaria est, 1040. — IX. Post condonatam culpam ac pœnam æternæ mortis, plerumque adhuc pœna temporalis remanet exsolvenda, 1041. — X. Contra fidem agunt, qui satisfactionem pœnitentium in ea sola fide reponunt, qua sibi perperam imaginantur, Christum pro ipsis ita satisfecisse, ut propria satisfactione non indigeant, 1043. — XI. Satisfactio Deo rependitur per Christi merita pro peccatis quoad pœnam temporalem : pœnis ab eo inflictis et patienter toleratis, vel a sacerdote injunctis, vel etiam sponte susceptis, ut jejuniis, orationibus, eleemosynis, vel aliis pietatis operibus, 1043.—Quid de satisfactione sit necessario credendum. Satisfactio pars pœnitentiæ, 830. — Pœnitentia necessaria ad gratiam recuperandam, 830.— Veritas catholica, 831. — Pœnitentia necessaria. Effectus pœnitentiæ seu pœnæ, 831. — Omnis satisfactio ex Christi meritis, 831. — Unus pro altero nequit satisfacere. 832

De Indulgentiis. Dogmata. I. Potestas est in Ecclesia conferendi indulgentias divinitus traditas, seu a Christo concessa. — II. Indulgentiarum usus fidelibus est utilis ac salutaris, 1044 — De indulgentiis quid sit necessario credendum. —Catholica doctrina, 835. Sollicitudo Ecclesiæ ad tollendos abusus, 835. — Incerta de pœna in hoc sæculo solvenda. Incerta circa pœnas in futuro sæculo solvendas, 836. — Hæreticorum errores. *Ibid.*

Quid de sacramento Extremæ Unctionis sit necessario credendum. Hæreticorum errores, VI, 821. —Dogmata. I. Ex apostolica et per manus accepta traditione didicit Ecclesia catholica, sacram et extremam infirmorum Unctionem esse vere ac proprie sacramentum a Christo institutum, ab apostolo Jacobo promulgatum, ac per olei unctionem et orationem a presbyteris conferendum, 1046.—II. Ex jure divino non laici ætate seniores, sed soli sacerdotes hujus sacramenti ministri constituti sunt. 1047

Quid de sacramento Ordinis sit necessario credendum, 821.—Hæreticorum errores, 822.— *Dogmata.* I. Existit in Novo Testamento sacerdotium visibile et externum daturque in Ecclesia potestas consecrandi et offerendi verum corpus et sanguinem Domini, atque peccata remittendi et retinendi, 1048.—II. Ordo, seu aliqua saltem sacra ordinatio, qua sacri inaugurantur ministri, verum et proprie dictum novæ legis sacramentum est, 1048. — III. Datur in Ecclesia sacra hierarchia divinitus fundata, 1049. — IV. Episcopi jure divino supra simplices presbyteros dignitate et auctoritate eminent; necnon Confirmationis et Ordinis ministri sunt. 1051

Quid de sacramento Matrimonii necessario credendum, 822. — Hæreticorum errores, 823. — Dogmata. I. Matrimonium est verum evangelicæ legis sacramentum, 1050.— II. Polygamiam simultaneam Christianis omnibus lege evangelica prohibitam credimus, 1052. — III. Matrimonii vinculum non dissolvitur propter hæresim, molestam cohabitationem aut affectatam absentiam a conjuge, 1052.— IV. Status virginitatis libere ex amore Dei susceptus præstat et excellentior est conjugio. 1054

Quid de justificatione hominis sit necessario credendum, VI, 824. — Hæreticorum errores, 826.— Quid de meritis seu bonis operibus sit necessario credendum, 827.— Bona opera sunt necessaria ad salutem. Nullum bonum ex homine solo. — Omne bonum ex Deo, 827. — Hæreticorum errores, 828. — Dogmata de justificatione et merito bonorum operum.— I. Non omnia peccatorum opera, quæ ante justificationem fiunt, sunt peccata; adeoque status gratiæ sanctificantis non semper necessario requiritur ad bonum operandum, 1055. — II. In justificatione impii peccata non teguntur, aut solum intrinsece condonantur, sed vere remittuntur ac prorsus delentur, 1056. — III. Justificatio hominis non in sola remissione peccatorum, non in sola imputatione justitiæ Christi; neque in solo Dei favore, sed etiam in revocatione interioris hominis, seu intrinseca per gratiam et charitatem sanctificatione consistit, 1056. —IV. Sine justitia Christi, per quam nobis meruit, nullus justificatur homo, 1057. — V. Fides in adultis necessaria ad justificationem et salutem, non est fides illa specialis qua quisque certo credit peccata sibi a Christo remissa; sed catholica fides qua creduntur ea quæ sunt a Deo revelata, 1057. — VI. Sola fides non justificat, 1058, 825. — VII. Justitia, seu gratia sanctificans non est æqualis in omnibus, semperque augeri potest, 1058. — VIII. Nemo mortalium certissime credere potest, se justificatum esse, nisi id speciali revelatione cognoverit, 1059. — IX. Justitia seu gratia sanctificans semel accepta amitti potest.—X. Justi operibus bonis ex gratia factis vere merentur vitam æternam, 1060. — XI. Actus spei etiam in justis boni sunt et commendandi. 1061

De consecutione salutis post vitæ humanæ exitum Dogmata. — I. In pœnam peccati omnibus hominibus ad mortem divino decreto decurrendum est, 1062. — II. Post mortem corporis justorum animæ, quibus nihil superest infirmitatis humanæ luendum, in possessionem æternæ felicitatis seu beatificæ Dei visionis, sine dilatione admittuntur; impiorum vere animæ mox ad infernum detruduntur, 1062. — III. Fide igitur divina et catholica credimus purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis adjuvari posse, maxime vero acceptabili altaris sacrificio, 1064. — IV. Divina et catholica fide creditur pœnas damnatorum esse æternas, seu sine fine duraturas, 1066. — V. In fine mundi erit resurrectio omnium mortuorum tam piorum, quam impiorum in carne, 1068. — Errores adversus resurrectionem, 803.—VI. Christus in fine mundi venturus est judicare vivos et mortuos, et tunc erit consummatio, 801, 1068. — VII. Credimus denique, profitemur et speramus vitam æternam, 804, 1069. — Errores de æterna vita, 804. — Nullus fidei articulus, cui hæretici non sint obluctati, 804. — Superaddita in symbolis Nicæno et Athanasiano, quæ non habentur in apostolico. 805

De Scripturis sacris quid sit necessario credendum. Scripturas omnes denegari ab hæreticis ostenditur, VI, 806. — Errores circa Scripturas, 807.—Nihil certum in Scripturis, nisi certum sit, quænam sint Scripturæ sacræ et quinam earum sensus, 807.— De conciliis generalibus quid sit necessario credendum, 807. — Errores hæreticorum, 808.— De summo pontifice quid sit necessario credendum : papa caput Ecclesiæ, 809. — Si quid summo pontifici competit jure divino, illud immutabile est, 809. — Privilegia papæ sunt duplicis generis, 810.— Actus speciales jurisdictionis papalis non sunt juris divini, 810. — S. Cyprianus restitit Stephano papæ. Summi pontifices possunt errare, 810. — Papa conciliorum caput, sed non magister, 810. — In quo consistit specialis papæ auctoritas, 811.— Omnis episcopalis auctoritas est immediate a Christo, 811 —Exemptiones sunt contra jus naturale et divinum, 811. — Pontifex Romanus non est episcopus universalis, 812. — Calumniantur hæretici catholicorum doctrinam, 812. — De gratia quid necessario credendum. Catholica doctrina, 829.— Liberum arbitrium est activum, 829.—Hæreticorum errores, 829.—De purgatorio quid sit necessario credendum. Doctrina catholica, 832. — Ratio quare sit purgatorium : sollicitudo Ecclesiæ ne irrepat abusus, 833. — Incerta et concertata inter theologos.—Hæreticorum errores, 833.—Quid de oratione pro mortuis sit necessario credendum. Doctrina catholica, 834.—Incerta et disputata. Hæreticorum errores, 834. —De quibusdam articulis seu veritatibus ordinis inferioris quæ ad fidem christianam eatenus spectant, quatenus vel ex principiis supra stabilitis clare consequuntur, vel ex communi et universa Ecclesiæ catholicæ consensione indubitanter a catholicis omnibus recipiuntur, VI, 842. — Hæ veritates sunt duplicis generis, 843. — Missio pastoralis, 843. — Privatæ inspirationes. Traditiones observandæ. Leges condendi potestas inest Ecclesiæ. Leges communes et speciales servandæ, 844. — Jejunium, cœlibatus, festa colenda, vigiliæ et quatuor Tempora, 845.—Duas simul habere uxores christianis prohibitum, 845. — Virginitas præstat conjugio. Vota legitima sunt. Votorum inimici hæretici, 846. — Electionis et perseverantiæ suæ incertus est quilibet christianus, 847 — Sanctorum præmia inæqualia. Est angelus custos, 847. — Lapsus angelorum. Loca Scripturæ quibus probatur esse angelos, 848 —Loca Scripturæ quibus ostenditur lapsus angelorum. Loca Scripturæ quibus ostenditur esse angelos custodes, 849. — De propria terminorum significatione, quibus solent propositiones theologicæ censoriis judiciis irrogari. Quid hæresim sapere aut hæresi proximum esse, 850.— Quid temerarium. Quid duplici sensu intelligitur, 850.—Quid erroneum seu falsum. Error ex diversitate materiæ est magis vel minus gravis, 851.—Cujus est de erroribus judicare, 852.— Quid scandalosum et piarum aurium offensivum. Ex duplici novitate dicuntur propositiones scandalosæ. Quædam non sunt scandalosa, licet ita videantur, 852. — Impium, seditiosum. 853

De veritatibus quibusdam naturalibus quæ in christianæ fidei et religionis exercitio ab omnibus omnino catholicis, tanquam ab omni auctoritate in terris indissolubiles, teneri et observari debeant. Duæ præcipuæ veritates naturales, 853. — Quæ sunt leges naturæ. Triplex lex naturæ. Quid est esse legem naturæ? Lex naturæ, jus naturæ, 854. — Malum duplex. Prima classis legum naturæ respicit Deum. Secunda classis respicit nosmetipsos, 855. — Tertia classis respicit proximum. Actiones humanæ dupliciter considerari possunt, 856. — Duplex lex naturæ in communi erga proximum, 856. — Ordo amoris naturalis erga proximum, 856.—Duobus modis oportet proximo benefacere.— Quomodo liceat alteri necem inferre. — Quomodo hæc veritas sit intelligenda, 857. — Hujus veritatis regula.

Officium hominis erga proximum in particulari, 858. — Luxuriæ vitia sunt contra legem naturæ. — Idem de mendacio. — Quomodo furtum sit contra legem naturæ. — Tenetur homo lege naturæ stare promissis, 859. — Quomodo promissum differt a peccato. — Quid promissio. — Conditiones promissionis, 860. — Quid juramentum promissorium, et quæ ejus conditiones.— Quid de juramento coacto, 860. — Quomodo juramentum sit dissolubile. Hæc omnia in lege evangelica perfectius obligant, 861. — Corollarium de homine in societate constituto. — Tria certissima statuuntur. Primum : bonum commune bono particulari anteponendum, 862. — Deus est hominis bonum commune et finale. — Secundum : hominem esse naturaliter propensum ad societatem, 862. — Ex inclinatione communicatio; ex communicatione amicitia nascitur. Necessitas societatis ineundæ, 863. — Tertium : teneri homines ad inita pacta servanda. — Fundamenta quibus astruitur societas. — Homines sunt naturaliter rationales et liberi, 863. — Omnis superioritatis initium. Triplex hominis bonum : bonum mentis, corporis, fortunæ, 864. — Finis omnis legis civilis, 864.— Obedientia subditis civili magistratui debita est de jure divino, 865. — Monitum. Omnis potestas creata habet limites, 865. — Magistratus omnis est peccato et errori obnoxius. Supponuntur mandata pessima, sed possibilia, 866. — Adulatores hujus sæculi, 866. — Prima omnis potestatis creatæ limitatio. Secunda potestatis civilis limitatio. — Tertia limitatio, 867 et seq. — Posse subditos obsistere æque ac non obedire imperanti injusta, 873. — Quisnam judex subditum inter et magistrum, 876. — *N. B.* Quæ ultimis propositionibus asserit auctor, opposita sanæ doctrinæ videntur.

De assensu catholico et resolutione fidei. Assensus fidei debet esse prudens ac supernaturalis, fides quoque debet esse certa et immutabilis. — Debet esse una, IV, 76. — Circa assensum fidei quinque sunt accurate animadvertenda : 1° principium fidei interius quod est gratia interior et supernaturalis, sine qua ne haberi quidem potest initium fidei ; 2° motiva credibilitatis generalia et communia, quæ sunt rationes extrinsecæ impellentes ad fidem, qualia sunt miracula, prophetiæ ; 3° organum fidei universale, quod est ipsa catholica Ecclesia ; 4° organum fidei particulare, quod multiplex esse potest : vel parentes, vel parochi, vel alii Ecclesiæ ministri ; 5° motivum in quod tota ultimo resolvitur fides, quod est Dei revelantis auctoritas, in quem nec ullus error, nec fallendi voluntas cadere unquam potest, 135 et seq. — Ut aliquis fide divina assentiatur verbo Dei, requiritur 1° ut sit aliquid verbum Dei, sive ut objectum quod creditur sit a Deo revelatum ; 2° ut illud objectum sufficienter nobis proponatur ; 3° ut veritas quæ proponitur credenda, sit evidenter credibilis ; 4° gratia interna Spiritus sancti, sine qua nemo potest credere sicut oportet, I, 1039, 1040-819, 820. — Ex parte objecti, veritas Dei revelantis est ratio formalis, in quam ultimate resolvitur fides. Ecclesia proponit et manifesta credibilitate docet objectum formale fidei, 1040-820. — Ratio rei creditæ est revelatio divina ; ratio cognitionis nostræ, proxime movens, propositio Ecclesiæ : illa prior natura, posterior quoad nos ; hæc prior quoad nos, posterior natura, 1041-820. — Si quæritur de causa interna, Spiritus sancti gratia est effectiva fidei. 1041-820

In quid ultimo resolvatur actus fidei, ut poscenti quare credamus, respondeatur sine petitione principii et circulo vitioso, VI, 538. — 1° Fides creditive sumpta ultimo resolvitur in divinam auctoritatem et locutionem exercite revelatam, et per ipsum fidei actum creditam, 538. — 2° Fides affective sumpta ultimo resolvitur in illam honestatem objectivam, propter quam voluntas imperat assensum fidei, 538. — 3° Fides dispositive sumpta ultimo resolvitur in signa credibilitatis, 538. — Ultima resolutio fidei proprie sumptæ nequit fieri, nisi in motivum actui fidei intrinsecum, 539. — Per accidens tamen fieri potest in motivum extrinsecum, 539. — Fides proprie ac creditive sumpta non resolvitur ultimo in auctoritatem Ecclesiæ, 539. — Fides directive sumpta potest resolvi in auctoritatem Ecclesiæ, non tamen ultimate, 540. — Resolutio fidei in auctoritatem Ecclesiæ, spectata præcise assensus fidei natura, secundum se, non est absolute necessaria. 540

De actibus fidem præcedentibus. Ordo actuum qui in fide elicienda communiter interveniunt, VI, 541. — Cognitiones præviæ sunt judicia, quorum primum vocari solet directum et speculativum de revelationis existentia ; alterum reflexum et practicum, seu dictans honeste ac prudenter credi posse ac debere mysterium ob revelationem, 541.— Ad fidei actum requiritur et sufficit ut judicium speculativum actui fidei infusæ prævium sit moraliter certum, 541. — Prærequiritur etiam judicium practicum moraliter saltem certum ; quin et hoc absolute loquendo sufficere potest, 542.— Qualis debeat esse certitudo judiciorum actum fidei antecedentium. Notandum 1° . certitudo, seu evidentia credibilitatis, ex communi theologorum sententia comparative ad diversum intellectum dividitur in absolutam et relativam, 543. — 2° Ad judicium credibilitatis moraliter certum præter signa externa ac motiva, concurrit etiam gratia actualis et illustratio Spiritus sancti interna. Modus adjumenti triplex excogitari potest, 544. — Not. 3° : sententia negans certitudinem credibilitatis respectivam sufficere, duplici ratione ac via progreditur, 544. — Sufficit certitudinem judiciorum fidem infusam præcedentium, pro rudioribus esse respectivam, 545.—Ut certitudo respectiva in rudibus sufficiat, non requiritur discerniculum experimentale, 548. — Ad omnem actum fidei supernaturalis et infusæ requiritur pia affectio, seu voluntatis imperium immediatum, positivum et directum, 551. — Pia affectio seu voluntas credendi est entitative et quoad substantiam supernaturalis. Ita communis sententia, 555. — Judicium credibilitatis practicum, seu dictamen credenditatis, est quoad substantiam supernaturale. 556

De natura actus fidei. Naturæ nomine solet hic intelligi tum ipsa rei essentia, tum proprietates. Proprietates magis controversæ sunt veritas, certitudo et obscuritas, VI, 558. — Veritas desumitur a conformitate actus cum objecto, 570. — Deus falsum nunquam revelavit, nec absolute revelare potest ; adeoque sicut objectum a Deo revelatum infallibiliter verum est, sic etiam fidei divinæ actus necessario est verus ex parte objecti materialis, 558. — Actus fidei theologicæ supernaturalis necessario requirit revelationem divinam actu existentem ; adeoque est necessario verus etiam ex parte objecti formalis, 560. — Solv. objectiones, 560. — Certitudo ab infallibilitate proficiscitur. — Certitudo formalis est ineluctabilis et necessaria conformitas actus cum objecto. Subjectiva est imperturbabilis et immobilis adhæsio intellectus ad objectum. Objectiva est infallibilis sic se habentis objecti comprehensio, 570. — Actus fidei supernaturalis est certus certitudine infallibilitatis et indubitabilitatis, 570.— Actus fidei supernaturalis aliquo vero sensu est utraque certitudine certior cognitionibus naturalibus certis. 571. — Solv. objectiones, 572. — Fides est infra scientiam seu minus certa quoad nos et nostram innotescentiam, sed quoad se et ex causa certitudinis, scientia certior est, 574. — In quonam stet excessus certitudinis fidei supra alias cognitiones naturales certas. Excessus certitudinis quoad infallibilitatem actus fidei supernaturalis supra cognitiones naturales moraliter vel physice certas, est formalis, et stat in eo quod actus fidei sit metaphysice infallibilis, 575. — Excessus certitudinis quoad infallibilitatem fidei supernaturalis supra cognitiones metaphysice certas, est tantum radicalis, stans in eo quod actus fidei ex sua intrinseca perfectione et ex pluribus principiis sit infallibilis, 575. — Assensus fidei quoad certitudinem adhæsivam excedit excessu appretiationis intellectualis omnes assensus naturales dependentes a voluntate, si non sint ne putative quidem assensus fidei divinæ, 576. — Assensus fidei quoad certitudinem adhæsivam non excedit assensus naturales metaphysice certos seu evidentes, et a voluntate independentes, quia excessus appretiationis in fide supra eos assensus et impossibilis est, nec ad certitudinem fidei necessarius et utilis, 576.— Quomodo actus fidei supernaturalis sit obscurus, 577. — Assensus fidei divinæ supernaturalis ex natura sua et positive est obscurus, 577. — Solv. obj., 578 et seq.— Fides in Scriptura vocatur scientia et claritas in sensu minus proprio et tantum comparativo : nonnunquam sumitur pro objecto fidei, 580. — Obscuritas actus fidei non compatitur evidentiam perfectam in attestante. Actus fidei theologicæ supernaturalis sic est obscurus, ut nequeat esse ex evidentia objecti sui formalis, vel nisi revelatione et auctoritate divina et utriusque connexione cum veritate objecti evidenter cognitis, 581. — Obscuritas fidei compatitur evidentiam rei attestatæ. In eodem intellectu circa eamdem veritatem, v. g., circa unius Dei existentiam, possunt simul stare actus fidei supernaturalis et actus scientiæ evidentis, sive infusæ, sive naturaliter acquisitæ, 583. — Idem realiter actus potest esse fides theologica supernaturalis et scientia evidens, sive infusa, sive naturaliter acquisita, 583. — In fide temperata lux est, ut illa boni uti possint, et iis sufficiens nunquam desit ; eamdem tamen spernere possint improbi, III, 62.— La foi est justifiée de tout reproche de contradiction avec la raison, 291 et suiv.—Fides quatenus est in intellectu, proprie est assensus et supponit aliquam notitiam ; et improprie est notitia, et parit aliquam notitiam, V, 1036. — Cedat curiositas fidei. In rebus religionis curiositas reus facit, non peritos, I, 988-779.

De necessitate fidei. Fides elicienda potest esse vel explicita, vel implicita, explicita est, quia quis aliquem articulum credit in particulari ; implicita dicitur, qua quis

aliquem articulum solum credit in communi, credendo scilicet quidquid Deus revelavit et Ecclesia credit. Fides explicita subdividitur in necessariam necessitate medii vel præcepti, VI, 483; IV, 333. — Fides potest intelligi vel stricte vel late; stricte sumpta nititur revelationi divinæ formali, qua Deus libere loquitur et testatur aliquid ad extra; late sumpta vocari potest quæcumque illustratio supernaturalis, aut assensus qui nititur revelationi divinæ solum virtuali, qua Deus quasi virtualiter loquatur per creaturas quascumque, VI, 585. — Præterea fides spectari potest formaliter et in actu aliquo, vel tantum virtualiter ac in voto, 585. —Fides ad salutem necessaria debet stricte sumi, nec sufficit fides late accepta, 585. Eadem fides debet esse formalis et actus reipsa elicitus, ita ut non sufficiat ejusmodi actus solum in voto, 586. — Solv. obj. 587 et seq.

Ordo justificationis et salutis a fide lata cœptæ statuitur, 591. — Quam necessaria et utilis fides in Jesum Christum, 111 et seq. — Quinam articuli sint necessario credendi necessitate medii? Quæstio articulos attingit principales, 495. — Articulos de Deo ut existente et ut remuneratore explicite credere, necessarium est necessitate medii, 495, 1527. — Articulus necessario credendus de Deo ut remuneratore, intelligitur de remuneratore supernaturali, 496. Solv. obj., 497 et seq. — Cum fides de remuneratore supernaturali dari nequeat sine fide immortalitatis animæ, ac necessitate gratiæ, communior assertio theologorum est de his fidem necessariam esse de necessitate medii, 500. — An etiam articuli de Christo et Sancta Trinitate necessario necessitate medii sint explicite credendi, 500. — Quæstio est: 1° de necessitate respective ad omnes homines; 2° de fide explicita, non autem de implicita tantum; 3° de certo gradu fidei explicitæ, 500. — Circa hanc quæstionem diversæ sunt sententiæ, 501. — Videtur certum fidem explicitam Christi quoad divinitatem, humanitatem et modum redemptionis non fuisse medium necessarium in Veteri Testamento, 501. — Probabilius videtur in Veteri Testamento ne quidem necessariam fuisse necessitate medii fidem explicitam in Christum ut mediatorem inter Deum et homines, 502. — Æque probabile saltem est, nec in Novo Testamento fidem explicitam de Christo esse medium necessarium ad justificationem aut consecutionem salutis, 504 — Idem dici potest de fide implicita de SS. Trinitate in Novo Testamento, 505, 1534. — Solv. obj 505 et seq.

Quot sint præcepta fidei. 1° Datur præceptum interius credendi. — 2° Datur præceptum interius non subtrahendi assensum veritati revelatæ. —3° Datur præceptum non negandi exterius fidem. — 4° Datur præceptum aliquando exterius confitendi fidem. I, 1039-819

Quæ sunt necessaria necessitate medii, sunt etiam necessaria necessitate præcepti, XIII, 979. — Fides etiam necessaria est ex præcepto, VI, 592. — Præceptum illud duplex est, aliud affirmativum, seu præcipiens ut fidei mysteriis assensus actu detur: obligat solum pro tempore, loco et circumstantiis, 592, 603, 619. — Aliud negativum, seu prohibens ne quis fidei mysteriis dissentiat aut de iis dubitet; obligat semper et pro semper. *Ibid.*, XIII, 943-745, 994-785, 966-787.

De præcepto fidei affirmativo. Illud præceptum urgere potest ratione sui seu per se, et per accidens, VI, 593, 1522. — Ad satisfaciendum præcepto fidei non sufficit identidem credere universim quidquid tenet Ecclesia, et quidquid Deus revelavit, 1527. — I. De præcepto quod continet illa quæ sciri oportet ut credantur. Fides respectu materiæ dividitur in fidem speculabilium et fidem operabilium, 512. — Quoad speculabilia quilibet adultus sub gravi obligatione præcepti tenetur explicite nosse et credere omnes articulos Symboli Apostolorum, saltem quoad substantiam, 512, 600; XIII, 981 et seq -775. — Quænam objecta et mysteria in lege gratiæ necessario credenda sint explicite necessitate præcepti, 979-774. — Quænam scire sufficiat. Necesse non est, ut simplices et rustici noverint quæ abstrusiora sunt in articulis fidei, VI, 601.— Quoad operabilia, adultus quilibet tenetur scire: 1° præcepta Decalogi; 2° præcepta Ecclesiæ, saltem ea quæ quemvis concernunt; 3° sacramenta, saltem ea quoad substantiam, quæ quisque suscipere debet; 4° his adjungitur communiter notitia formandæ crucis, Orationis Dominicæ, Salutationis Angelicæ, tanquam necessaria ex præcepto, 513, 602; XIII, 988-780. — Tenentur etiam callere dispositiones quæ ad sacramenta digne suscipienda sunt necessariæ, VI, 602, 615. — Hujusmodi tamen præceptum non obligat nisi sub levi, ut exponit consuetudo, 1327. — Fides explicita existentiæ unius Dei auctoris et remuneratoris supernaturalis, in omni statu singulis hominibus necessaria fuit necessitate medii et præcepti ad utramque salutem, XIII, 952 et seq.-752. — Ante adventum Christi in carne, seu in lege naturæ et in lege scripta, fides mediatoris venturi implicita tantum sufficiebat, 957-756 — Simili modo ratiocinandum est de fide mysterii Trinitatis, 961-759. — Huic sententiæ, quæ non videtur consectarium necessarium, in praxi standum est, 978, *in nota*.-773. — Instatu novæ legis, post sufficientem Evangelii promulgationem, fides explicita Christi ad utramque salutem necessitate medii necessaria est, 962 et seq.-760. — Solv. obj., 969 et seq.-765. — Hinc illi peccant ad quos instruere ignorantes pertinet, et non instruunt, 984-778; VI, 506, 507, 512. — Convenit inter catholicos, paucos articulos necessario esse explicite credendos necessitate medii, imo ne quidem omnes credendos explicite necessitate præcepti, sed sufficere fidem implicitam circa plures veritates a Deo revelatas, 483. — Episcopi, parochi, confessarii tenentur ad plura explicite credenda, et ad majora scienda quam cæteri fideles, 602; XIII, 990-782.

II. De præcepto eliciendi actum fidei internum. Hoc præceptum obligat per se, ac natura sua. Propositiones damnatæ, VI, 603. — Quoties fides sufficienter proposita est, tenetur quilibet homo ad eliciendum actum fidei, 604. — Actus fidei supernaturalis tam ex parte principii quam objecti, juxta legem ordinariam est necessarius necessitate medii ad utramque salutem per actus proprios consequendam, XIII, 926 et seq.-751. — Quilibet puer, statim ac pervenit ad primum instans usus rationis, sub præcepto et sub mortali peccato, tenetur se convertere ad Deum, et elicere actum fidei, 936 et seq.-739; VI, 604. — Ad illud solum tenetur, secundum quod in illa ætate est capax, seu juxta de Deo notitiam quæ ipsi communicatur, XIII, 941-743. — Fideles adulti pluries in vita sua sub præcepto et peccato actum fidei supernaturalis elicere tenentur, 943 et seq.-745.—Assensus et actus fidei per se et ratione sui cadit sub speciali præcepto affirmativo, et fidelis eum pluries in vita sua exercere sub peccato tenetur, 945-746. — Hujusmodi fidei exercitium videtur non posse ultra quinquennium protendi, 950-751. — Obligat hoc præceptum in probabili periculo mortis, VI, 605. — Saltem semel in anno, et probabilius in solemnioribus festis tenetur homo ad fidei actum eliciendum, 605. — Quoties per accidens, seu ratione alterius præcepti obliget idem præceptum. 606, 1528

III. De præcepto divino fidei exterius confitendæ. Necessario admittendum est affirmativum fidei exterius confitendæ præceptum. De fide est, XIII, 994-785. — Extra tempus persecutionis infidelium, et seclusa interrogatione facta ab hoste fidei, quandoque ex præcepto christianus suam fidem manifestare, et exterius profiteri tenetur, non solum obligatione indirecta ratione aliarum virtutum, sed etiam directa ratione ipsius fidei, 1002-791.— Fuga per se loquendo omnibus christianis est licita, 1004-793. — In quibusdam casibus est imperata et cadit sub præcepto, 1006-794. — Per accidens fit illicita, 1007-796. — Licita est fuga in persecutione fidei. Doctrina S. Thomæ, VI, 608. — Casus et circumstantiæ generales in quibus urget hoc præceptum, 593 607, XIII, 997 et seq.-787. — Qui ab auctoritate publica de fide interrogatur, tenetur ad hoc præceptum implendum, nulla etiam habita ratione scandali quod forte secuturum sit, VI, 607. — A privata persona de fide interrogatus potest confessionem omittere, spectatis circumstantiis, 608.— Quandoque tenetur christianus professionem suam manifestare. 608

IV. De præcepto ecclesiastico emittendæ fidei professionis quibusdam imposito, 609. — Eliquantur aliquæ difficultates circa hoc præceptum, 610.— Formula hujusce professionis edendæ præscripta a Pio IV, 611. — Consectaria. Peccant graviter christiani rudes, et ignari mysteriorum fidei, qui catechesibus non intersunt ad ea docenda instituti, sicut et parochi ea docere negligentes, 613, XIII, 989-781. — Christianus qui ea ignorat quæ scire tenetur, non debet absolvi, nisi illa addiscat, aut proponat addiscere.— Non sufficit fides implicita eorum quæ credit Ecclesia, VI, 613. — Non vexandi sunt, sed benigne tractandi rudes ac simplices; satis est ut mysteria aliquo modo explicite noverint. Examinandi non sunt de subtilioribus quæstionibus, nisi subsit erroris suspicio. Monendi debent minores ut veritatum, quæ explicite scire non tenentur, fidem implicitam habeant, non in fide eorum a quibus instruuntur, sed in fide Ecclesiæ, 614. — Inter christianos nunquam admittenda est ignorantia invincibilis de his quorum fides necessaria est necessitate medii, 614. — Satis non est ut rudiores symboli articulos calleant lingua latina, nisi sensum illorum aliquo modo teneant, 615. — Operam dare debent parentes, ac parochi, ut fideles memoria teneant quæ scire debent. Ut supra, 602-615. — Quid agere debeat confessarius vocatus ad aliquem morti proximum, dum ignarum eorum reperit, quæ scire tenetur. — De hisce interrogandi quandoque

sunt, qui ad sacramentalem confessionem accedunt. Damnata censenda est propositio P. Tamburini circa præceptum eliciendi actum fidei. Quemadmodum et alia eidem affinis P. Patricii Sporerii, 616. — Falso asseritur a P. Leandro probabilius esse non obligare præceptum eliciendi actum fidei in articulo mortis. — Doctrina S. Thomæ circa præceptum fidei exterius confitendæ pro oculis semper habenda. — Quandonam confiteri aliquis fidem debeat, etiam non a persona publica interrogatus, 617.— Tenetur etiam ad eamdem fidei manifestationem, qui impedire potest sacrarum rerum contemptum aut profanationem. — Alius casus in quo idem præceptum obligat. — Cavenda est publica fidei confessio imprudenter facta. — Ad hanc confessionem non tenetur, qui interrogatur a persona etiam publica non in odium fidei, sed ob alias politicas rationes. 618

De præcepto fidei negativo, VI, 619. — Extat præceptum de nihil unquam agendo exterius contra fidem; obligat semper pro semper, XIII, 1008 et seq.-796. — Non est licitum ad tuendam vitam aliquibus actibus externis religionem veram dissimulare, aut falsam simulare. Ita communiter, 1012 et seq.-799. — Prima regula: nunquam licet ulla de causa aut intentione simulare falsam religionem. — Altera regula: verba, signa, actiones, quæ vel ex seipsis, vel ex loci, temporis, personarum circumstantiis, significare possunt aliquem non confiteri fidem catholicam, existimanda sunt peccata apostasiæ, aut abnegationis veræ fidei.—Tertia regula: secus dicendum, si verba, etc., non significent nullam tunc fieri catholicæ fidei professionem, VI, 620.—Consectaria. Qui olim dicti sunt Libellatici, rei fuerunt negatæ religionis. — Quidam tamen ab hoc crimine absolvi possunt, 620. — Nunquam licet, etiam mortis vitandæ causa, thus adolere idolo, aut alia exhibere venerationis signa, etiam vera fide in corde retenta. Quæ contra ex Scripturis afferuntur, exempla Jehu et Naaman diluuntur, 621, XIII, 1017-805. — Negationis fidei reus est, qui negat se esse christianum, aut Ecclesiæ catholicæ sectatorem. Non tamen qui solum negaret officium aut statum, v. g., se sacerdotem esse vel monachum, VI, 622. — Principi in odium fidei præcipienti ut sibi deferantur ad comburendum christianorum libri, non est obediendum. — Catholico transeunti per hæreticorum loca non licet esus carnium diebus ab Ecclesia vetitis, ut professionem suam occultet, 622 — Si timendum est damnum aut periculum, communiter docent auctores catholicum duobus modis se gerere posse, XIII, 1030-815; VI, 1339.— Fidem implicite negat qui vestibus utitur ad falsam sectam designandam institutis. Non ita vero, si vestes aut signa indifferentia sint ad eam significandam, 625, XIII, 1021-806. — Licitum est christiano fidem occultare induendo vestes quæ referuntur ad nationem; dummodo non instet præceptum confitendi fidem, 1023-808.— De vestibus quæ distinguunt unam sectam ab alia, ob finem politicum, duplex sententia, 1025-810. — Negans tutior, 1026-810. — Quibusdam quæsitis absolvitur materia confessionis fidei. 1028 et seq.-812

Non peccat contra fidei suæ professionem christianus qui infidelium, aut hæreticorum templa ingreditur. Si tamen princeps infidelis aut hæreticus juberet subditos omnes frequentare templa sua, ritibus et concionibus interesse, parere christiani non deberent, VI, 624. — Si princeps id juberet ob finem duntaxat civilem et politicum, non videtur absolute omnino illicitum, secluso scandalo, contemptu veræ religionis, ac perversionis periculo, XIII, 1031-814. — An licitum sit non obedire principi infideli præcipienti ut quilibet fidelis in regno suo utatur tali signo ad protestationem religionis christianæ, alioquin desertor fidei suæ reputetur, 1028 812; VI, 1339. — In casu necessitatis, prius facta protestatione, et modo absit superstitio vel scandalum, cibos idolo immolatos comedere licet, 624, XIII, 1019-805. — Reflexio. Quo sensu intelligenda sunt hæc formidanda christi verba: Qui me erubuerit et sermones meos, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in majestate sua. VI, 625

De vitiis fidei oppositis, et primo de infidelitate, VI, 627, XIII, 1031-1057-815-835.— Quomodo opponatur fides infidelitati, VI, 593. — Discredens culpabiliter unum fidei articulum non potest simul credere alium fide divina perfecta et simpliciter tali, 594. — Discredens culpabiliter unum fidei articulum potest simul credere alium assensu fidei objective divinæ imperfecto, probabiliter etiam supernaturali, 595.— Solv. obj, 596 et seq. — Num liceat cum infidelibus publice disputare de fide? — In disputatione fidei duo sunt consideranda: unum ex parte disputantis, aliud ex parte audientium. Doctrina S. Thomæ, XIII, 1043-824. VI, 630. — Quid sentiendum de celebri canone quo cuicumque laicæ personæ prohibita videtur disputatio de fide catholica, 630. — Qui fidem nunquam susceperunt, ad eam compellendi non sunt; qui vero professi jam sunt, ad illam metu etiam pœnarum urgendi, 632, XIII, 1050-829. — *Vid.* Infidelis, Infidelitas.

Secundo, de hæresi, VI, 636. — Potest fidelis ex ignorantia culpabili contra fidem peccare, quin tamen hæreticus sit, 647. — Plures sunt inter doctos qui hæretici dicendi non sunt, tametsi erroribus contra fidem non careant, 648. — Qui exterius tantum fidem negat, aut aliquid contra fidem profert, non hæreticus formaliter est, nec hæreticorum pœnis obnoxius, 649. — De dubio in fide. Quo pacto intelligendum sit illud effatum: Dubius in fide hæreticus est. Dubitatio quæ nascitur vel ex mera ignorantia, vel ex tentatione aut mentis infirmitate, peccatum non est, si nec ignorantia culpabilis sit, nec dubitatio plene voluntaria, 638. — Dubitatio pertinax de aliqua veritate ad fidem pertinente, saltem moraliter loquendo, nunquam est sine hæresi, 638 — Qui de aliquo fidei articulo proprie dubitat inter hæreticos est accensendus, 649. — Non est formaliter hæreticus, sed peccat contra fidem qui permittit dubitationis motus assurgere, licet illis assensum non præbeat, XIII, 1034-817. — Contra fidem non peccat, qui vel scrupulis, vel tentationibus veluti obrutus, sic judicium suspendit, ut tamen tentationibus illis consensum non præbeat. Reflexio. VI, 650

Tertio, de apostasia a fide. 639. *Vid.* Apostasia.

Propositio fidei repugnans semper est hæresis juxta quosdam, non semper juxta alios. I, 748 et seq -589. — Prudentia utendum est in judicandis verbis et scriptis quæ videntur fidei adversa. Tres dantur regulæ ad quas fidei externa judicia dirigenda sunt. 775 et seq.

Damnatæ theses contra fidem VI, 1321.— Propositio ab Alexandro VII confixa: homo nullo unquam vitæ tempore tenetur elicere actum fidei, spei et charitatis, ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium, 1321 et seq. — Propositiones ab Innocentio XI damnatæ. Propositio IV. Ab infidelitate excusabitur infidelis non credens, ductus opinione minus probabili, 1329. — Infidelis tenetur credere Evangelio, si illud proponatur magis credibile, etiamsi sua secta credibilis etiam videatur, sed illud solum videtur esse verum in articulo mortis, 1329. — Quo sensu accipienda est hæc sententia, 1333. — Infidelis non potest habere veram probabilitatem de sua secta inculpabiliter, 1330. — Peccat si non credat ductus opinione minus probabili, quia opinio minus probabilis est solum apparenter probabilis, cum habeat contra se evidentiam credibilitatis, 1331. — Fidelis secundum se non potest habere opinionem minus probabilem de veritate fidei catholicæ. 1331.— Et nunquam potest prudenter veram fidem deserere. 1332, 1333

Propositio XVI. Fides non censetur cadere sub præceptum speciale et secundum se. Propositio XVII. Satis est actum fidei semel in vita elicere. Propositio XVIII. Si a potestate publica quis interrogetur, fidem ingenue confiteri, ut Deo et fidei gloriosum consulo; tacere, ut peccaminosum per se non damno, 1335 et seq. — Obligatio fidem confitendi est gravis. 1337

Propositio XIX. Voluntas non potest efficere ut assensus fidei in seipso sit magis firmus quam mereatur pondus rationum ad assensum impellentium, 1339. — Propositio XX. Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem habebat supernaturalem, 1340. — Duplex distinguenda est firmitas in actu fidei: altera dicitur affectiva, quæ habetur ratione voluntatis imperantis assensum, altera dicitur firmitas intellectualis, seu firmitas adhæsionis objecto credito, quæ est essentialis ipsi actui fidei supernaturalis, et identificatur cum ejus summa certitudine, 1340. — Pariter distinguendum est inter motivum intrinsecum actus fidei, quod est unice prima veritas revelans; et inter rationes extrinsecas impellentes ad actum fidei, quæ sunt auctoritas humana Ecclesiæ seu parochi, miracula, prophetiæ, etc., 1341. — Longe præstantior est, et in seipso magis firmus firmitate intellectuali ex imperio voluntatis actus fidei nixus Deo revelanti, quam si niteretur signis credibilitatis, et auctoritate humana Ecclesiæ ad assensum impellentibus, 1343. — Positis signis credibilitatis, liberum est voluntati vel imperare assensum naturalem nixum his motivis humanis, vel usurpare hæc motiva ut rationes extrinsecas impellentes ad actum fidei supernaturalem innixum Deo revelanti, 1343. — Sola voluntas, quia rebus fidei non datur evidentia objecti, potest intellectum inclinare ad firmissime credendum; atque adeo potest voluntas efficere, ut assensus fidei sit firmior in seipso, quam mereatur pondus rationum ad fidem impellentium, 1343. — In rebus fidei non datur evidentia objecti, sed datur evidentia credibilitatis, 1343 et seq — Posita evidentia credibilitatis, assensus fidei supernaturalis nititur Deo revelanti, et non potest prudenter repudiari, 1344. — Assensus supernaturalis habet firmitatem adhæsionis summam; adeo

ut possit fidelis dicere cum S. Aug. : Facilius dubitarem me vivere, quam vera esse quæ audivi. 1344

Propositio XXI. Assensus fidei supernaturalis et utilis ad salutem, stat cum notitia solum probabili revelationis; imo cum formidine qua quis formidet, ne non sit locutus Deus, 1346. — Rationes hujus confixæ thesis, 1347 et seq. — Assensus fidei supernaturalis non solum non potest esse formidolosus, sed neque potest stare cum sola probabilitate revelationis depurata ab actuali formidine, 1349. — Evidentia credibilitatis in rudibus et pueris habetur et requiritur, ut possint firmissime credere, 1346, 1352. — Qua ratione ipsis infantibus inest moralis et prudens certitudo de dogmatibus revelatis a Deo, et catholicæ Ecclesiæ creditis, IV, 136,-144. — Comment la foi des enfants et des adultes ignorants est-elle une foi ferme et raisonnable ? Controverse pacifique entre M. Lefranc de Pompignan, évêque du Puy, et un savant de Genève, VI, 1070, 1159. — Censet auctor immaculatam virginis conceptionem fide divina credi posse, ab eo cui moraliter constat eam esse implicite in Scripturis revelatam. 1353

Propositio XXII. Non nisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate medii, non autem explicita remuneratoris, 1354. — Fides Dei remuneratoris explicita est necessaria necessitate medii, 1355 et seq. — Hæc fides debet esse de Deo remuneratore supernaturali. 1357

Propositio XXIII. Fides late dicta ex testimonio creaturarum, similive motivo ad justificationem sufficit, 1358. — Fides lata non sufficit ad spem prærequisitam ad charitatem, atque adeo ad justificationem, 1360 et seq. — Fides stricte necessaria necessitate medii in re ipsa est essentialiter prærequisita ad justificationem, non quidem ex natura rei, sed solum in præsenti providentia, 1362.

Propositio XXIV, ab Alexandro VIII confixa, omne quod non est ex fide christiana supernaturali, quæ per dilectionem operatur, peccatum est, 1363. — Si opera quæ non fiunt ex fide supernaturali per charitatem essent peccata, sequeretur quod nullum opus peccatoris esset bonum, quod est contra Trid. 1364

Fidei regula est, seu symbolum, I, 987-778. De antiquis formulis fidei earumque usu, VI, 419. — Formulæ fidei universi populi cum pastore fidem significant, 419. — Diversa formularum genera distinguenda, 421. — Formularum omnium fons, apostolicum symbolum. 421

Primus symbolorum fidei usus, ut ad pueros et rudes præsertim in fide instituendos adhiberentur, 422. — Alter est usus symboli, quo inter sacras preces adhibetur in sacramentis administrandis, decantandis officiis divinis et sacra liturgia, 423. — Inter præcipuos formularum usus is fuit ut recens electi pontifices fidem suam aliqua formula scripta manu sua testarentur, 425. — Celeberrimus est et frequentissimus formularum fidei usus, quibus ad catholicam Ecclesiam redeuntes hæretici cogebantur errores suos damnare, et veram fidem profiteri, 428. — Primus symbolorum usus fuit et præcipuum locum obtinere debet, ut quæ sint christianæ fidei dogmata definirent, et quæ credenda essent fidelibus proponerent, 432. — Professio fidei catholicæ, I, 1263 et seq.-997. *Vid.* PROFESSIO.

De perpetua probatione fidei per testes. Fides est christianismi fundamentum, I, 1121-883. — Fidem miraculis et testibus meruit Christus, 1122-885. — Fidem omnibus voluit prædicari et prædicari per testes, 1123-886. — De testibus ex S. Scriptura. — Ab initio mundi per testes tradita et propagata fuit vera religio, 1124-887. — Per testes inchoata fuit fides, per testes fuit continuata, 1126-888. — Tempora variata sunt, non fides. S. Aug., VI, 490. — Fundamentum inquirendi veram religionem est anima, I, 1127-889. — Modus inquirendi, 1128-890. — Testibus fides adhibenda; alias religio inveniri non potest, 1129-890. — Cur testibus fides adhibenda, 1132-893. — Homines inveniri non possunt quibus sit credendum, 1133 894. — Primo quærenda est veritas apud Romanos catholicos. 1134 et seq.-895

De viris apostolicis per Europam. 1° Per Germaniam, 1137-897. — 2° Per Italiam. 3° Per Galliam, 1138-898. — 4° Per Hispaniam, Angliam, etc., 1139-899. — Concilium Nicænum et concilium Ephesinum processere per testes, 1140-899. — SS. Patres processerunt per testes, 1142-901. — Frustra culpantur catholici quod fidant Ecclesiæ testimonio, 1144-903. — Non est speranda certitudo fidei sine auctoritate Ecclesiæ Verbum Dei proponentis, I, 1259-994. — In omni fide non solum spectandum est quid credatur, sed etiam et imprimis, quo fundamento credatur, quæve sit tota sic credendi ratio. Ex hac tota fidei natura et conditio pendet, III, 876. — Fides quæ falso nititur fundamento, etsi aliqua vera credat, non potest esse sufficiens ad salutem, 876. — Fidei fundamentum esse non potest Lutheri, Calvini et aliorum auctoritas; nec judicium privatum Scripturas exponens; nec Spiritus privatus interius testans hanc esse Scripturæ mentem. 876 et seq.

Fides ad salutem sufficiens et necessaria debet esse una, VI, 485. — Fides catholica non est virtus privata sed communis, I, 713-562. — Fides antiqua semper tenenda, I, 925, 926, 946 et seq., 961 et seq.-729, 730, 745 et seq., 757 et seq. — Fidei integritas est medela contra omnes morbos, 937-739, *in nota*. — In fide profectus esse potest, non permutatio, 948 et seq.-747. — Ecclesia catholica non patitur integritatem violari, sive ablatione, sive additione, 1083-854. — Æquale crimen est credere quod non est credendum, et non credere quod est credendum, 1084-855. — Fides eadem ante et post concilium Tridentinum, 1032-813. — Una semper fuit fides in Ecclesia, sed fidei intellectus major evasit ex discussionibus cum hæreticis, III, 980, 981. — Unitas in fide cum fide sancti Petri et successorum ejus Romanorum pontificum. Necessaria est, 980 et seq. — Non soli articuli necessarii credendi sunt, 873 et seq.; I, 1084, 1085-855, 856 — Quidquid docet Ecclesia credere debemus. Prob. ex SS. Patribus, 1086 et seq.-856. — Ex ipsis protestantibus, 1090-860. — Qui omnibus fidei articulis non credit, nullam habet fidem catholicam, VI, 1169. — Unitate fidei sublata, non charitas modo et pax, sed fides ipsa penitus tollitur, et ipsum omnino Ecclesiæ nomen. I, 759-582

Articulus fidei divinæ dicitur veritas a Deo revelata, et ab Ecclesia pro tali declarata; qui vulgo etiam dogma catholicum appellatur, 882. — Articulus fidei purus dicitur veritas sola revelatione nota; articulus mixtus, veritas revelatione et ratione simul naturali nota, 893. — Articuli fidei dividuntur in principales et minus principales, 489 — Dicuntur articuli, seu eorum numerus, crescere vel simpliciter, cum aliquid de novo revelatur antea necdum revelatum; vel secundum quid, cum aliquid ante revelatum incipit quoad nos esse credibile, quod fieri potest tripliciter, 489, 490. — Articuli principales fidei nunquam creverunt, 490. — Articuli minus principales ab Adamo usque ad Christum et Apostolos inclusive creverunt simpliciter, 491. — Articuli fidei a tempore Christi et Apostolorum non creverunt simpliciter, sed tantum secundum quid. 492 et seq.

Quinam articuli sint omnibus et singulis necessarii. *Prima propositio :* Ex sola Scriptura sufficienter haberi nequit quinam sint, I, 1037, 1063-818, 837. — *Secunda propositio :* Citra traditionem verbi Dei non scripti, et testimonium Ecclesiæ, sciri nequit quinam sint articuli necessarii, 1037, 1080-818, 851. — *Tertia propositio :* Ex fide catholica certum est omnibus et singulis fidelibus proponi in Ecclesia catholica quidquid est necessarium ad salutem, 1038, 1080-818, 852. — *Quarta propositio :* Communis sententia est, articulos omnibus et singulis necessarios ex præcepto divino comprehendi symbolo Apostolico, quoad fidem; et quoad mores spe divina roborandos, præcepto orationis; et eosdem charitate divina illustrandos, præceptis decalogi; demum fide eorum sacramentorum, quibus unusquisque juxta conditionem suam debet uti, 1038, 1081-818, 853. — Alia simpliciter et apud omnes fidei sunt, ut quæ rationem superant naturalem. Alia fidei dicuntur esse non per se quidem, sed quasi per accidens divinitus revelata, 722-568. — Alia omnes fideles explicite credunt; alia soli majores credere tenentur explicite, populus autem implicite in majorum fide. 119-92

Ad probandum articulum fidei requiritur : 1° verbum Dei; 2° ut sit qui proponat verbum Dei; 3° ut de fidelitate proponentis verbum Dei sufficienter constet, 1041-820. — Primariæ et principales fidei veritates eæ sunt quæ directe nos ordinant ad vitam æternam. 1466-1156

Explicita fides illa est quæ fertur in dogma de quo tunc cogitatur, sive expresse, sive involute revelatum sit. Implicita fides est quando in eo quod creditur ita involvuntur alia, ut lateat quæ et qualia sint, tum qua ratione in illo contineantur. Hæc fides diversimode haberi potest, VI, 485; IV, 333. — Ab initio generis humani eadem semper fuit implicita fides, 334. — Sunt multa dogmata quorum explicita fides non semper fuit æqualis, 335. — Explicita fide crediderunt apostoli quæcumque divinitus Ecclesiæ revelata sunt, et quæ non pendent a quibusdam factis decursu temporum contingentibus, 336. — Publicæ omnis revelationis thesaurum commiserunt discipulis suis et matribus Ecclesiis Apostoli, 336

De fide implicita, I, 1041-821. — Implicita et virtualis est fides, quando creditur principium aliquod, simul cum conclusione quæ inde deduci potest, 1042-821. — Qui credit fidem Ecclesiæ esse veram, eo ipso credit implicite, id est obscure, quæcumque credit ac profitetur Ecclesia, quæ omnia in verbo Dei scripto vel tradito explicite quoad se continentur, implicite vero et obscure quoad nos, 1431-1128.

Errat quisquis putat veritatem se posse cognoscere, cum adhuc nequiter vivat. Nequitia est autem mundum istum diligere, VI, 17. — Fides christiana unicum est firmum omnis pietatis fundamentum, III, 334. — Non ex personis fides, sed ex fide personæ probantur, I, 978-771. — Credenti quod Christus instituit nihil aliud inquirendum est, 984-776. — An quis possit excidere a fide? Negant Calvinistæ; affirmat concil. Tridentinum, 1115-878. — Per fidem veram si intelligatur vel ea quæ habet objectum verum, vel ea quæ est habitus a Deo infusus; vel assensus veritati revelatæ præstitus, ea fides potest esse separata a charitate et aliis virtutibus; si intelligatur fides specialis, viva, actu justificans, ea semper habet adjunctam spem et charitatem. V, 1058

Fides causa fuit justificationis parvulorum, non ex merito credentis personæ, sed ex merito objecti seu Christi qui venturus credebatur, XX, 1217, in nota.

Fides Christi sine vero Dei Evangelio non est. Nec enim ad verba fides, sed ad sensa refertur, I, 739-382. — Baptizatus infusa fide habituali instructus, non potest actum fidei elicere antequam de revelatione divina audiverit. IV, 204

FIDUCIA fundamentalis et undique solida homini christiano collocanda est in bonitate Dei nostram salutem volentis, in misericordia Dei dona gratiæ propter Christum conferentis; in liberalitate Dei vitam æternam promittentis, V, 1052. — Fides specialis promissionis misericordiæ, nihil aliud est quam firma fiducia, 1055. — Fiducia obtinendæ veniæ est fides specialis misericordiæ necessaria ad obtinendam justificationem. Est et alia fiducia qua quis confidit sibi remissa esse peccata, 1059. — Egenus et pauper fiduciam in Deo collocare debet, XI, 896, 897. — Fiducia est per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciæ certæ cum spe collocavit. 1218

FIGURA est duplex: alia organica, alia situalis. Figura organica est talis unio talium partium inter se, ratione cujus omnes partes immediate inter se non uniuntur; figura situalis est talis dispositio partium in ordine ad locum, qua scilicet caput est sursum, pedes deorsum, XXIII, 321. — Figura situalis videtur esse accidens independens a loco. 321

FILIA sine consensu patris nubens, ut possit exhæredari requiruntur tres conditiones. XXV, 496, 500

FILIUS Dei naturalis est Christus, non adoptivus, VI, 139. — Nos vero filii adoptivi, 141. — Filius naturalis ille dicitur qui vere genitus est ab eo cujus appellatur filius. Filius adoptivus est persona extranea, id est, a patre adoptante non genita, IX, 1003-793. — Constat homines justos esse Dei filios adoptivos, 1004-794. — Filius valide ducit uxorem contra parentum voluntatem, etc., etc., XXV, 496. — Filius quoad servitutem sequitur conditionem matris. 497, 498

Filiusfamilias est homo liber, patriæ potestati subjectus in ordine ad certos effectus jure introductos, XVI, 153. — Filiifamilias dicuntur illi qui ex legitimo matrimonio orti, cujuscumque sint sexus, adhuc potestati paternæ subjacent, XV, 829. — Filiusfamilias impubes ne quidem auctore patre paciscens obligatur saltem quoad effectus sibi nocivos, XVI, 154. — Filiusfamilias pubes valide contrahit de bonis castrensibus et quasi talibus, uti etiam de bonis adventitiis extraordinariis, ac paciscendo obligatur tam civiliter quam naturaliter, 154. — Filiusfamilias habens peculium profectitium, ut cum illo negotietur, valide paciscitur. Ejus causa ob generalem et interpretativum consensum patris, 155. — Filiusfamilias pubes, sive majorennis sive minorennis sit, de bonis adventitiis ordinariis valide contrahit, etiam quoad effectum alienationis, si habeat patris consensum; invalide vero, saltem quoad effectum alienationis, sine omni consensu patris, 155. — Filiusfamilias pubes etiam invito patre potest se personaliter obligare civiliter quovis contractu, excepto mutuo, non solum operas suas locando, sed et aliquam rem suam ex bonis adventitiis vendendo, promittendo, etc., ita ut teneatur obligationi suæ satisfacere, saltem postquam sui juris aut bona libere alienabilia acquisierit, 156. — Filiusfamilias sine consensu patris mutuas pecunias accipiens, regulariter non obligatur, idque beneficio senatusconsulti Macedoniani, 157. — Enumerantur casus in quibus privilegio hoc uti non potest filiusfamilias, 157, 158. — Utrum filiusfamilias hoc beneficio uti possit etiam in foro conscientiæ, 160 et seq. — Filiusfamilias ex mutuo factus locupletior neque in foro interno, neque in foro externo privilegio senatus consulti Macedoniani gaudere potest, 165. — Jus filiorumfamilias spectari potest, vel quoad dominium directum seu proprietatem, vel quoad dominium utile seu usumfructum, vel quoad administrationem bonorum. Hinc tria principia, XV, 829. — I principium: Filiifamilias habent sicut et cæteri homines dominium directum in bona quæ legitimo titulo ipsis obveniunt, cujuscumque sint generis, 830. — II Principium: Parentes habent dominium utile in omnia generatim bona filiorum usquedum isti emancipati fuerint, vel annum 18 compleverint, annexis tamen quibusdam oneribus nisi huic dominio renuntiaverint, 830. — III principium: Pater, vel illo defuncto, superstes, omnium bonorum filiorumfamilias servat administrationem, sive filii habeant in ea dominium plenum, sive tantum dominium directum, donec isti sint majores aut emancipati, 831. — Filiifamilias habent plenum dominium in bona primo usu consumptibilia quæ sibi a parentibus dantur, nisi quædam apposita fuerit restrictio. Sed non habent nisi dominium utile in bona a parentibus sibi data, quando primo usu non consumuntur, 834. — Utrum lucra quæ facit filiusfamilias in domo paterna, ad ipsum vel ad patrem pertineant. 831 et seq.

Bona filiorumfamilias in jure peculium appellantur, XVI, 153. — Quadruplex genus peculii filii-familias potest competere, castrense, quasi castrense, adventitium, profectitium, XV, 478. *Vid.* PECULIUM. — Filiusfamilias habet plenum dominium in peculio castrensi et quasi castrensi, ita ut tota proprietas, et ususfructus, et administratio horum bonorum sit penes illum, 479. — Peculii adventitii filius est Dominus directus, seu proprietarius: non tamen habet usumfructum, quamdiu est sub patria potestate, exceptis aliquot casibus, 479. — Profectitiorum nullo modo habet dominium, quia dominium directum et utile est apud parentes. 480; XIV, 871 et seq.-687

De filiorum officiis erga parentes. Honor quem filii parentibus debent consistit præcipue in reverentia, in amore et subsidio. Primo de reverentia, XIV, 478-378. — Mortaliter peccant qui parentes in corde suo contemnunt, 481-380. — Filii parentes honorare verbo tenentur, 481-380. — Tenentur opere honorare, defectus sufferre, 482, 483-381, 382. — Tenentur etiam honorare defunctos, 484-383

Secundo, filii parentibus obedientiam jure naturali et divino præstare debent, 485-384. — Tenentur sub peccato mortali obedire in his quæ pertinent ad disciplinam vitæ et curam domesticam, 488-386. — Obedire non tenentur in his in quibus non subsunt, ut in electione status perfectioris, 490-387. — Nec semper per se loquendo quoad matrimonium, 491 et seq.-388. — Obedire non tenentur dum res malas, etc., parentes præcipiunt, 493-390. — Post inobedientiam in re gravi quærimoniæ sunt novum peccatum mortale. 494-390

Tertio, de amore quo filii parentes prosequi tenentur, 494-391. — Amorem erga parentes in corde gerere debent, 495-391. — Non minor, imo major dilectio debetur patri quam matri, 496-392. — Signis exterioribus amor manifestandus est, 497-393. — Filii parentes amare debent in ordine ad Deum, non vero plus quam Deum, 497-393. — Peccant mortaliter filii qui parentes odio habent. 496-393

Quarto, de subsidiis quæ filii parentibus in necessitate tam spirituali quam corporali existentibus præstare tenentur. 498 et seq.-394

FINIS est id cujus gratia aliquid fit, sive, cujus gratia agens operatur, XI, 599. — Finis est: 1° principium in operabilibus ab homine et omnium causarum prima; 2° finis idem est ac bonum materialiter; 3° finis est primus in intentione, ultimus in executione: unde dicitur finis, quia ut obtineatur finis in re, debent præcedere media, 599. — Finis dividitur: 1° in finem cujus gratia, et finem cui finis; cujus gratia est res quæ appetitur, finis cui est persona seu subjectum cui finis cujus gratia appetitur. 599

2° Dividitur in finem objectivum seu finem qui, et finem formalem seu finem quo: finis objectivus, seu qui, est res seu objectum quod assequi cupimus; finis formalis, seu quo, est ejus assecutio et possessio. 599

3° Dividitur in finem operis et finem operantis, 600; X, 1085-833. — Finis operis est ille ad quem ex natura sua tendit opus; finis operantis est quem sibi ad libitum constituit operans. Finis operis dicitur physicus, proprius, intrinsecus et universalis, finis operantis dicitur moralis, extrinsecus et particularis. XI, 600

4° Dividitur in finem primarium seu principalem, et secundarium seu minus principalem. Primarius est qui per se primo intenditur, secundarius qui non per se primo, sed secundario et consecutive. 600

5° Dividitur in finem effectum et finem obtentum. Finis effectus est qui operatione agentis fit et producitur; finis obtentus operatione agentis acquiritur, sed non producitur. 600

6° Dividitur in finem ultimum et non ultimum, seu intermedium: finis ultimus sic appetitur gratia sui, ut in nullum alium referatur. Aliter: finis ultimus est summum bonum quod propter se appetitur, et omnia propter ipsum; finis

intermedius ratione sui quidem appetitur, sed cum dependentia ab ulteriori fine, 600. — Finis intermedius vere et proprie habet rationem finis, 600. — Finis cujus, finis quia, finis cui, finis qui, finis quo, VII, 1367, 1368. — Per finem hominis intelligitur id cujus gratia homo existit et operatur. Deus finis ultimus, seu summum hominis bonum, summa hominis felicitas est et unice esse potest, VI, 904. — Homo in omnibus suis actibus humanis agit propter finem, XI, 603. — Actiones hominis indeliberatæ et necessariæ sunt propter finem vel imaginatum, vel naturaliter desideratum, 605 — Omnia agentia agunt aliquo sensu propter finem, 605 — Proprium est naturæ rationali agere propter finem formaliter et movendo se, 605. — Opera Dei ad extra sunt propter finem, 606. — Deus in creatione mundi habuit pro fine cui omnium ultimo gloriam suam, VII, 1368. — A fine specificantur actus humani, XI, 606. — Finis, ut est in intentione, est principium actuum humanorum, ut est in executione, est terminus illorum, 606 — Actus bonus potest dupliciter eligi propter finem malum, 554. *Vid.* **Actus.** — Finis ultimus potest dupliciter considerari : 1° formaliter et in abstracto, sub ratione communi beatitudinis ut sic, quodcumque illud sit; 2° materialiter, pro re illa particulari in qua quis existimat consistere suam beatitudinem, 607. — Fines ultimi diversi totales et adæquati non possunt simul appeti ab homine, 607 et seq. — Quadrupliciter homo potest agere propter finem : 1° actualiter, formaliter; 2° virtualiter; 3° interpretative; 4° habitualiter, 609. — Quæcumque homo vult deliberate, vult actu vel virtute propter ultimum finem, 611. — Finis ultimus quem homo intendit in omni actu deliberato est aliquando materialis et in concreto, aliquando formalis seu beatitudo in communi, 612. — Solv. obj., 612 et seq. — Omnes homines conveniunt in ultimo fine formali, non in ultimo fine materiali, 615. — Omnes aliæ creaturæ conveniunt in vero fine ultimo *qui* hominis, scilicet Deo, non in ultimo fine *quo*. 615

**Flagellatio** duplex olim fuit, altera virgis, altera flagello inflicta, XXVI, 98. — Quomodo rei flagellabantur, 99. — Flagellationi quinam præerant, 100. — Quinam rei flagello verberandi, 100. — De loco in quo flagellatio infligebatur variant auctores, 98 *in nota*. — Flagellationis pœna gravior virgarum pœna. Ex qua materia flagelli lora constarent. De numero plagarum infligendarum in flagellatione, 99 *in notis* 99

**Flumen.** Olim in fluminibus inventa dicebantur *épaves de rivière*, XV, 848. — Cujus sunt ea quæ in fluminibus vel littore fluminum. 848, 849

**Fodinæ** sive metallicæ sive non metallicæ, quoad jura proprietarii, dividuntur in tres classes quæ vocantur, *mines, minières, carrières*, XV, 851. — Venæ quæ dicuntur *mines*, effodi nequeunt absque gubernii consensu (in Gallia). Venæ quæ dicuntur *minières*, non indigent consensu gubernii ut effodi valeant. Quæ vulgo appellantur *carrières*, effodi possunt absque licentia, servando tamen leges et statuta specialia, 851. — Fodinæ metallicæ, auri, argenti, stanni, cupri, ferri, plumbi et alterius cujusque generis metalli, ac etiam salis, tam inventæ, quam inveniendæ, hodie plerisque in locis privatorum commercio exemptæ sunt, XVI, 375. — Quid agendum, si quis conduxerit a principe metalli fodinam, et præter omnem spem incidat in ditissimam auri venam. 315

**Fœdus.** De natura et conditionibus fœderis gratiæ, III, 271. — Novi fœderis ex parte nostra tres sunt conditiones; et totidem ex parte Dei beneficia, 271. — Ex parte hominum prima conditio fides est, sine qua fœderis gratiæ fructus percipi nequeunt, 271. — Secunda conditio est pœnitentia. Tertia conditio est obedientia omnibus præceptis evangelicis, sive moralibus, sive positivis, 272. — Ex parte Dei primum beneficium est remissio peccatorum. Secundum beneficium est gratiæ divinæ auxilium actuale ad virtutis exercitium, seu hominis sanctificatio. Tertium beneficium est post mortem glorificatio, seu resurrectio, et immortalis ævi æterna felicitas, 273. — Fœdera proprie dicuntur pacta permanentia quæ principes cum amicis inire solent. Definiri possunt : pactiones publicæ a publicis personis, de auxiliis sibi mutuo præstandis, de religione, juribus, etc., tuendis initæ, sine imminutione tamen imperii, XVI, 65. — Fœdera alia sunt æqualia, alia inæqualia : æqualia sunt quæ paribus conditionibus mutuo inter plures gentes fuere inita. Inæqualia sunt quæ inæqualibus conditionibus ineuntur, 65. — Ulterius fœdera dividuntur in personalia et realia : hæc ad rempublicam pertinent, illa solum paciscentis personam obligant, 66. — Princeps fidelis cum infidelibus non potest inire fœdus contra fideles, 66. — An valeat fœdus quo princeps se alteri ejusdem religionis obligat ad cuncta promiscue bella tam offensiva, quam defensiva, 67. — Nihil habet iniqui fœdus quo se plures obligant ad perpetuam symmachiam, seu nunquam alterum sine altero ab armis destituturum. 67

**Fœtus** quando animetur, XVIII, 993. — Recipi non potest sententia quæ docet aut semini inesse animam rationalem, aut saltem statim a conceptu infundi, 993. — Nec admittenda est opinio quæ fœtui, quandiu gestatur utero, animam rationalem denegat, 994 — Eligenda est sententia inter utramque media, quæ docet animam rationalem et creando infundi et infundendo creari, non dum concipitur et paritur fœtus, sed dum formatus est, 994. — Sed quoto post conceptionem die formatio fœtus absolvatur, incertum est. Variæ sententiæ, 994. — Communissima theologorum sententia inter fœtus masculini et feminini animationem statuit differentiam dupli temporis, et masculum quidem docet animari die 40, femellam vero 80 conceptionis. Pro praxi retinenda est hæc sententia. 995, XV, 616.

**Forma** sacramenti secundum hodiernum loquendi morem, ea pars intelligitur, per quam materia adesse sacramentale determinatur, XX, 1177, 1178. — Sicut in corporibus forma illud dicitur, quo alia distinguuntur ab aliis, et talia potius quam talia sunt; ita in sacramentis formæ dicuntur ritus qui finem sacramentalem, exclusis aliis, signanter indicant, 1176, 1177 *in nota*. — Sacramenti formam vocamus verba præscripta divinitus, quibus opus sensibile et æternum ad sacramenti rationem evehitur, 1178. — Formas omnium sacramentorum essentiales a Christo esse determinatas, adeoque immutabiles, partim Scriptura, partim Traditio docet, 1179. — Duplex in sacramentis distinguenda est forma, una essentialis, altera accidentalis et accessoria, 1180. — Formæ mutatio fieri potest amissione, additione, variatione, transpositione, corruptione terminorum et interruptione, 1182. — Formæ mutatio substantialis est, quando sensus verborum non manet; tollit veritatem sacramenti, 1181. — Accidentalis est qua verba mutantur, integro manente sensu; ea non inficit sacramentum, 1181 et seq. — Si mutatio talis sit ut formæ sensus sit ambiguus et æquivocus, tunc valor sacramenti pendet a ministri intentione, 1183 *in nota*. — Peccat mortaliter et sacrilegii reus est qui vel affectata negligentia, vel ex culpabili ignorantia, vel ex contemptu sic formam mutat, ut sacramentum irritum faciat, 1186. — Peccat graviter qui aliquid, quantumvis leve videri possit, in ritu sacramenti ex contemptu mutat, 1187. — Peccati lethalis reus est qui dubia forma utitur, præsertim cum certa haberi possit, 1187. — Conveniunt Græci cum Latinis in substantia formarum sacramentalium, 1184. — Absoluta est forma, quæ verbo indicativo effertur, ut *ego te baptizo*. Deprecativa est quæ in modum precationis enuntiatur, ut *indulgeat tibi Deus*, etc., 1185. — Forma absoluta a deprecativa essentialiter non differt, 1185. — Forma conditionalis est quæ præmissa conditione exprimitur. Non passim aut leviter, sed prudenter, conditionalis forma uti licet, 1188 et seq. — Qualis esse debeat conditio quæ formæ adjicitur, ut inde non labefactetur sacramentorum validitas, 1190 *in nota*. — Nunquam licitum est conditionem adhibere quæ ex natura sua sacramentum nullum efficiat, aut quæ sacramentum reddat dubium, 1191. — Si conditio sacramenti validitatem nec certo perimere, nec dubiam reddere possit, distinguendum est, 1191 et seq. *in nota*. — Utrum conditio, si adhibeatur, exterius exprimi debeat, 1194 *in nota*.

Traité historique et dogmatique sur les paroles ou les formes des sept sacrements de l'Eglise, XXI, 121. — Verité de la loi qui défendait de mettre par écrit les formes sacramentelles, 121 *et seq*. — Qualités que cette loi suppose dans les formes sacramentelles. Elles étaient comme un discours fixe et déterminé, invariable, 125. — Elles devaient être fort courtes. Elles devaient être l'énonciation purement indicative à l'égard du principal effet du sacrement, 126. — Elles ne pouvaient pas être purement déprécatives, 128. — Usage établi par cette loi d'appeler prières les paroles sacramentelles, quoiqu'elles ne soient pas énoncées en forme de prières, 129. — Cet usage démontré par l'exemple des paroles sacramentelles de l'Eucharistie, 131. — Le silence qui règne dans les monuments anciens sur le nombre précis des sept sacrements, est une suite de la loi qui y supprimait les paroles sacramentelles, 135. — Observation et durée de la loi, par rapport au baptême. 138

Durée de l'observation de la loi en Occident, par rapport au sacrement de Confirmation, 143. — Décadence et abolition de la loi par rapport à la forme du sacrement de Confirmation, 148. — Observation de la loi par rapport à l'Eucharistie, 153. — Observation de la loi en Occident par rapport à la Pénitence, 163. — Décadence et abolition de la loi du silence à l'égard de l'absolution sacramentelle, 169. — Observation de la loi par rapport au sacrement de l'Extrême-Onction, 176. — Observation de la loi par rapport au sacrement de l'Ordre et du Mariage, 180. — Sacrements particuliers qui sont détruits par la loi, 182.

Différence des deux rits grec et latin convenable à la loi, 186. — Les formes sacramentelles des Grecs ont les qualités que la loi exigeait en elles, 191. — Observation de la loi chez les Grecs par rapport à la forme du sacrement de Confirmation, 193. — La loi sert à discerner dans les écrits des Pères les sacrements de Pénitence et de Confirmation, 201. — La loi éclairait les témoignages qui regardent la réconciliation des hérétiques, 208. — On était soigneux, dans la primitive Église, que les païens ne discernassent point aisément parmi les chrétiens ceux qui étaient prêtres, 223. — Les décisions des théologiens qui veulent déterminer les divers systèmes qu'ils se sont formés, ne sont pas fondées, XX, 196. — Verba formarum possunt proferri recitative simul seu materialiter, et significative seu formaliter, XXIII, 441. — Forma substantialis in composito substantiali quod materiam et formam substantialem importat in recto, est anima rationalis. 338

Formaliter in alio illud continetur, quod eumdem habet cum ipso conceptum, licet utrumque diversis vocibus exprimatur. I, 1435-1132

Formulæ Sirmienses tres sunt, prima anno 351 græce conscripta, VIII, 457. — Secunda anno 357 latine condita, 458. — Tria anno 359 latine prodiit, 458. — Trium formularum syrmiensium verba referuntur, 458, in nota et seq. — Prima, quæ in se spectata est, est catholica, subscripsit Liberius summus pontifex, 461. — Osius Cordubensis secundæ subscripsit, 464. — Tertia, quæ in se spectata ariana non est, Patres Ariminenses subscripserunt. 468

Fornicatio simplex est commixtio soluti cum soluta, sive vidua sit, sive meretrix, sive concubina, XI, 934. — Fornicatio simplex est peccatum mortale. Dogma fidei est, 938. — Fornicatio simplex est de se intrinsece mala et peccatum mortale; non mala quia prohibita, sed ideo prohibita, quia mala, XIV, 678-533. — Fornicatio cum publicæ libidinis victimis est peccatum gravius fortivo cum aliis publice ac promiscue non prostitutis concubitu, 930-747. — Concubinatus gravius aliis fornicationibus crimen est, 680-537. — Fornicatio est peccatum ab aliis speciebus luxuriæ distinctum, in confessione distincte explicandum, 681-538. — Copula habita cum vidua est simplex fornicatio. 681-538

Fortitudo tertia est inter virtutes quæ cardinales vocantur, XI, 1216. — Dupliciter sumi potest: 1° absolute, prout importat quamdam animi firmitatem; 2° pro speciali animi firmitate in sustinendis et repellendis iis in quibus maxime difficile est firmitatem habere, 1216. — Fortitudo est considerata periculorum susceptio, et laborum perpessio, 1217. — Fortitudinis materia determinata est immediate circa timores et audacias, et mediate circa pericula et labores, 1217. — Duo sunt fortitudinis actus: aggredi et sustinere, 1217 et seq. — Pericula quæ fortitudo maxime respicit sunt pericula mortis, 1217. — Causa sive finis cui servire debet fortitudo in honestate et virtute posita est. Hinc fortitudo dicenda non est quæ servit iniquitati, aut bonis delectabilibus, 1218. — Fortitudo est virtus specialis, non habet partes subjectivas, sed quasi integrales et potentiales, partes ejus integrales sunt ea quæ oportet concurrere ad actum fortitudinis. Partes potentiales sunt quæ cum fortitudine in aliquo conveniunt, et in aliquo disconveniunt, illi ut secundariæ principali adjunguntur, 1218. — Fiducia, magnificentia, magnanimitas, patientia et perseverantia sunt partes tam integrales quam potentiales fortitudinis sub diversa ratione, 1218, 1219. — Inter omnes christianæ fortitudinis actus præstantissimus est martyrium, 1219. — Vitia fortitudini opposita sunt timor sive timiditas, intimiditas et audacia, 1223, 1224. — De virtutibus fortitudini adjunctis, quæ sunt fiducia sive magnanimitas, magnificentia, patientia et perseverantia, 1224. — Reflexio. Multi quos celebrat hominum opinio umbram fortitudinis, non rem ipsam habuerunt aut habent. Christianæ fortitudinis eximium enituit exemplum in martyribus, 1233 et seq.

Fortuita omnia dicuntur, quæ nullam per se causam habent, sed ex accidenti, proindeque minime definitam, VII, 672

Forum, a fando dictum est, XIII, 45-37. — Forum triplex distinguitur. 1° Forum contentiosum, seu ut aiunt, forum fori, est illud in quo res exterius discussæ judicantur secundum terminos juris. 2° Forum pœnitentiæ est ipsum pœnitentiæ tribunal in quo major æqui ac boni habetur ratio quam rigoris legum. 3° Forum conscientiæ est quid medium inter forum pœnitentiale et forum fori, XVII, 109. — Forum in usu vulgari locum publicum significare solet ad mercaturam et negotiationes venales destinatum. Translatum est ad significandum locum judiciorum, et inde ad significandum ipsum judicium. Proprium etiam territorium uniuscujusque judicis aut prælati significare solet, XII, 394-471; XIII, 45-37. — Consuetudines pertinentes ad ordinem judiciorum censentur in Hispania comprehendi nomine fori, 46-37. — Tota collectio legum spectantium ad jurisdictionis usum, videtur posse nomine fori, quasi collective sumpto, significari, quamvis singulæ etiam leges hujusmodi soleant dici fora, hispane *fueros*. 46, 47-38

Forus conscientiæ et externus. Obligatio naturalis quæ oritur ex vinculo legis naturalis, obligat in foro conscientiæ, etc., XXV, 498. — Duplex est internus et externus. Internus in mente residet. Ab Augustino dicitur forum Poli, seu Dei. XII, 394-471

Fraticelli. *Vid.* Beguardi et Beguinæ.

Fraus est furti species quo dominus rei decipitur in venditionibus aut emptionibus, aut aliis modis, XV, 991. — Fraus, avaritiæ filia, peccatum est quo quis media astute ad proximi deceptionem excogitata adhibet ad assequendum avaritiæ finem, XI, 868. — Est executio astutiæ per sola facta, 1210. — Differt ab astutia et dolo, 868, 1210. — Est vitium habens falsam similitudinem cum prudentia, 1208-1210. — Lethalis fraudis reus est, qui rem pluris justo pretio vendit, aut minoris justo emit, 875. *Vid.* Venditio. — Lethalis fraudis et injustitiæ rei sunt monopoliorum auctores et participes, 879. — Lethalis fraudis rei sunt qui merces et monetam quovis modo adulterant, vel adulterinam, aut inæqualis ponderis scientes, volentes tradunt pro sincera; quamvis ipsi prius decepti fuerint, et velut sinceram receperint: adeoque restitutionis lege tenentur, 885. — Famuli aut artifices in aliqua officina emere soliti minori pretio, retinere sibi non possunt sine fraude, quod in eorum gratiam detrahere mercator videtur de majori pretio, quo res similis in alia officina venundatur, 888. — Lethalis fraudis reus est quicumque in quovis ludi genere summam notabilem malis artibus lucratur, fallendo, et receptas ludi leges violando, 889. — Lethalis fraudis reus est qui de aliquo eventu seu futuro, seu præterito spondet apposito pignore aut pretio notabili, si sit de eventu certus. 889

Frequentia sacramentorum. De modo quo confessarius dirigere debet animas spirituales circa frequentiam sacramentorum, scilicet confessionis et communionis. XXII, 1101 et seq.

Fructus alicujus rei sunt vel naturales, vel industriales, vel mixti, vel civiles, XV, 860. — Fructus triplicis generis ex re percipere possumus: naturales, quos ipsa res profert; civiles et industriales quos occasione rei, mediante obligatione civili, vel mediante humana industria percipimus, XVI, 799, 957. — Fructus cujuscumque generis sunt pretio æstimabiles et in libera contrahentium dispositione positi, 957. — Fructus percipiuntur æque ex re mobili, et ex re immobili; æque ex animalibus et ex agris; æque ex rebus et bonis universim sumptis, et ex re nominatim certis finibus designata, 957. — Fructus duo importat, quod sit ultimum ex arbore seu agro expectatum et quod quadam suavitate animum quietet. XI, 513

Fruitio a fructu sensibili derivata videtur, XI, 513. — Fruitio est jucunda quies in re possessa, 513. — Ad fruitionem tres actus concurrunt; possessio boni, ejus amor, et quies seu delectatio de illo. In delectatione videtur essentialiter sita fruitio, 513. — Fruitio est actus potentiæ appetitivæ. Fruitio proprie et secundum completam suam rationem est tantum de fine ultimo, minus proprie et secundum incompletam suam rationem, de fine non ultimo, 513. — Alia est perfecta seu ultimi finis realiter habiti; alia imperfecta, seu ultimi finis habiti in intentione tantum. 513

Fucatio mulierum est quædam species fictionis quæ non potest esse sine peccato, XI, 1264. — Non sine peccato quandoque mortali, mulieres et etiam viri fucis aut pigmentis vultum suum adulterant, ut pulchritudinem ementiantur. 1264

Fueros hispane, fora latine, dici solent leges ad jurisdictionis usum spectantes. XIII, 46-38

Fuga, quæ opponitur desiderio, est aversio et recessus a malo futuro, XI, 1175. — Licita est fuga in persecutione fidei. Doctrina S. Thomæ. VI, 608

Fungibilis res dicitur quæ fungitur vice alterius. Res fungibiles numero, pondere ac mensura, æstimantur. Res fungibilis est materia mutui, XVI, 769. — Fungibilium rerum usus non est sine abusu vel consumptione. 767

Fundamentum in relatione est ratio propter quam subjectum refertur ad terminum. In relatione quæ existit inter causam et effectum, fundamentum est productio effectus per causam, VIII, 13. — Fundamentum potest esse: 1° accidentale, ut fundamentum relationis creaturæ ad Creatorem, vel essentiale, ut fundamentum relationis luminis ad solem; 2° intrinsecum seu substantiale, vel extrinsecum; 3° transiens et immanens

Fur et omnis iniquus detentor rei alienæ, vel alteri debitæ, continue actu peccat, toto eo tempore, quo, cum possit, non restituit, XV, 701 — Singulis momentis peccat, non novum peccatum admittendo, sed prius actu continuando, 702, 703. — Peccatum actuale iniquæ detentionis tripliciter interrumpitur, ita ut formaliter non continuetur, 704 — Verius est non esse novum, sed unum idemque continuatum peccatum, quando quis utitur re aliena, quam detinet invito domino, 705. — Si res furto vel aliter inique parta, casu pereat, nihilominus is qui sustulit, tenetur ad pretii restitutionem, si non putetur similiter peritura apud dominum, 724. — Si restans vel justa hostium incursione certo erat peritura apud dominum non tenetur fur ad ejus restitutionem, si apud eum similiter perit, 724. — Probabile est furem non teneri ad restitutionem, etsi culpa ipsius res perierit; v. g. si eam negligentia perdiderit, vel etiam vastarit aut consumpserit, modo eam perenat eo loco, quo alioquin peritura erat, et intra illud tempus quo apud dominum periisset, 725. — Si fur rem vendidit, vel eam consumendo factus est locupletior, tenetur ad restitutionem, quatenus factus est locupletior, etiamsi apud Dominum fuisset peritura, 726. — Utrum fur et quivis alius iniquus possessor teneatur ad restitutionem juxta summam æstimationem, quam tempore detentionis habuit. Utendum est distinctione, 727 et seq. — Si res effecta sit melior vel majoris pretii apud furem et adhuc existet, tota domino reddenda, etiam cum illo incremento, 727. — Si res permanserit in eodem statu, sufficit eam uti est restituere; lucrum tamen cessans et damnum emergens ex detentione, domino sarciendum est, 728. — Si res effecta sit deterior, vel minoris pretii, sed idem eventurum erat apud dominum, satis est eam reddere uti modo est, 728. — Si res intrinseco augmento melior effecta, vendita est vel aliter alienata est per furem, tenetur domino restituere æstimationem quam habet in illo statu, detractis impensis, etiamsi apud dominum non erat melior futura, 728. — Si solum extrinseca æstimatione aucta est, tenetur solum ad æstimationem, qua Domino erat valitura, 729. — Si Dominus rem erat venditurus in optimo statu, vel summa æstimatione, tenetur fur præter rem ipsam restituere æstimationem illius incrementi, 731. — Si incertum sit quo pretio aut in quo statu dominus eam erat venditurus, restitutio facienda est secundum optimum statum et summam æstimationem quam interea habuit, 731. — Utrum fur et quivis alius malæ fidei possessor fructus perceptos et eos qui percipi poterant, teneantur restituere, 731 et seq. — Sub mortali tenetur restituere qui per levia furta successive commissa grave damnum intulit, XV, 996, 997. — Hinc caupones, mercatores, etc. 997

Furari rem sacram de loco sacro, aut sacram de non sacro, aut non sacram de sacro est sacrilegium, XIV, 150, 855.

Furiosi dicuntur qui, irruente furoris accessu, non sunt liberæ mentis, non vero qui in febris ardore ad furorem usque delirant. — Irregulares sunt. XVII, 226

Furtum dupliciter sumitur, generatim et specialim. Generatim et minus proprie sumptum, significat omnem injuriam proximo illatam circa bona temporalia seu fortunæ, XVIII, 1319. — Specialim et proprie sumptum a juristis describi solet : contrectatio rei alienæ mobilis et corporalis, fraudulenta, invito domino, gratia lucrandi vel rem ipsam vel usum ejus, vel possessionem. Brevius et exactius definitur : occulta acceptatio seu oblatio rei alienæ; plures addunt : domino rationabiliter invito, 1319, XIV, 852-673, XV, 699. — Alia definitio : ablatio rei alienæ domino rationabiliter invito, 990. — Furti nomine non solum injusta rei alienæ acceptio, sed etiam illius injusta detentio intelligitur, XIV, 827-653. — Furti nomine omnis iniqua acceptio rei alienæ intelligenda est, et hoc modo dividitur furtum in fraudulentum, occultum et violentum, XV, 701. — Multiplex est furtum. Aliud dicitur *simplex*, si privatum quid accipitur; aliud *rapina*, si fiat aperte et cum violentia, præsente et invito domino; aliud *fraus* vel *dolus*, si fiat dominum decipiendo in venditionibus, aut emptionibus, aut aliis modis; aliud *sacrilegium*, quo aufertur res sacra de loco sacro aut non sacro, vel res non sacra de loco sacro; aliud *peculatus*, quo quis aufert res pertinentes ad fiscum aut publicum ærarium; aliud *plagiatus* quo homo in servitutem adducitur, sive ille sit liber, sive servus alienus; aliud *abigeatus*, quo pecus abstrahitur a pascuis vel armento alieno, 991, XIV, 855-675. — Furtum et rapina differunt specie, XV, 701. — Ratio generica communis furto et rapinæ est *injusta ablatio rei alienæ absolute involuntaria*, 701. — Quomodo furtum sit contra legem naturæ, VI, 859 — Furtum est peccatum mortale ex genere suo, XV, 703-991; XVIII, 1320; XIV, 856 676. — Potest esse veniale tum ex parte furis, tum ex parte domini, tum ex parte rei seu materiæ, 856-676; XV, 706; XVIII, 1320. — Ad constituendum furtum mortale requiritur materiæ quantitas notabilis, XV, 706 — Quænam rei ablatæ quantitas et valor requiratur et sufficiat ad furtum mortale in individuo constituendum, XIV, 857 677. — Non semper eadem requiritur quantitas, 858-677; XV, 991-992. — Quænam quantitas sit absolute gravis, 992. — Ea tantum summa reputari solet respective gravis quæ sufficit, vel ad victum diurnum hominis cui aufertur, spectata ejus conditione, vel ad mercedem diurnam operarii a quo eripitur, 706-992; XVIII, 1324-1325. — Furtum rei levis fieri potest grave per accidens, 1° ratione damni aut lucri cessantis; 2° ratione scandali; 3° ratione gravis mœroris quem ex furto rei concipit dominus, XV, 707, 992. — Qui per furta minima intendit ditescere, aut conquirere notabilem pecuniæ quantitatem, peccat mortifere illa intentione, et quovis externo furto minuto ex ejus vi procedente, 708, 996. — In singulis tamen non committitur novum peccatum mortale, sed continuatur jam cœptum, 709. — Qui per furta minima non intendit acquirere rem notabilem, sed ex occasione ea committit, antequam perveniat ad quantitatem notabilem, non peccat mortifere; sed simul atque ad eam pertingit, mortifere peccat, nisi per inadvertentiam excusetur, 709-996. — An sub mortale restituere teneatur, 996. — Furtum ultimum complens quantitatem notabilem per se non est nisi veniale, sed detentio voluntaria rei alienæ in notabili quantitate, quæ tunc inchoatur, est peccatum mortiferum, 710. — Si post quantitatem notabilem per minima furta sublatam, addat quis furta alia parva, per se non sunt mortifera, sed mortifera erit voluntas retinendi illa minuta cum aliis, 710-711. — Ad peccatum mortale major quantitas requiritur tum quando quis eidem magnis temporum intervallis subtrahit parvis furtis, et non ex industria, sed per occasionem, quam dum brevi tempore vel de industria vel simul accepit, tum quando quis a diversis minuta furatur, quam quando ab uno, 711. — Quid dicendum, si unus ab uno furtis minutis successive auferat notabilem quantitatem rei permanentis, XVIII, 1328 et seq. — Plures qui uni per minuta furta grave damnum inferunt, si id fiat communi consilio, singuli peccant mortifere, et tenentur ad retitutionem in solidum, juxta multorum sententiam. Si casu id fiat, ita ut alter alterius non sit conscius, nemo peccat mortifere neque tenetur ad restitutionem, XV, 712. — Is qui alteri nullo modo exemplo suo vel exhortatione est causa accipiendi, etiamsi sciat alios accipere, non peccat mortifere, modicum accipiendo; neque tenetur sub peccato mortali ad restitutionem, 712, XVIII, 1331. — Quando plures sine mutuo consensu, uni et eidem personæ damnum notabile inferunt, probabilius quilibet tenetur sub gravi ad restitutionem, si prævidit aut scivit illud damnum notabile, XIV, 861, 862-680. — Qui repetitis vicibus parva furta committunt, peccant aliquando mortaliter, aliquando venialiter, 859, 860-678. — Qui per furta levia successive commissa grave damnum intulit, sub mortali ad restitutionem tenetur, XV, 996-997.

Quænam requiratur quantitas vel materia ad mortale furtum, XVIII, 1278 et seq. — Qui actu moraliter uno, tum interno, tum externo auferat ab uno et eodem quantitatem notabilem et in plures partes divisibilem, committit tantum unum peccatum mortale, quanquam virtualiter ex parte objecti multiplex juxta materiæ proportionem, 1325. — Idem videtur dicendum, si unus uno moraliter actu summam quantumvis notabilem a pluribus auferat, 1326. — Idem dicendum si furtum totale contineat plures partes specie diversas, 1327. — Qui rem notabilem permanentem furtis minutis successive aufert a diversis peccat graviter et obligatur sub mortali ad restitutionem, sed exigitur eo major quantitas, quo plures sunt domini. 1330

De furtis minutis, XXII, 999-1003, 1007. — Qui in vinea aliena comedit uvas, dum modo non sint raræ et magni pretii, possunt excusari saltem a peccato gravi, si foras non asportent in magna quantitate, 1001 *in nota*. — Furta esculentorum et poculentorum, a famulis et ancillis commissa, etiamsi sensim perveniant ad notabilem quantitatem, non sunt peccata mortalia, si ipsimet ea consumant (secus vero si vendant, si donent extraneis, aut cum iisdem comedant sintque ordinaria quæ non solent accurate concludi, 1001, 1002 *in nota*; XV, 711; XVIII, 1331; XIV, 876-691. — Qui rem alienam rapit vidente domino et non contradicente furtum committit, si intendat occulte seu domino nesciente ac nolente accipere, etsi dominus invitus taceat et non resistat quia non potest vel non audet, 863-681. — Licet rem alienam retinere vel accipere ex præsumpta voluntate domini, nempe quod si peteretur, libenter ille donaret. Ita communis sententia, XXII, 1008. — Peccatum actuale injustæ detentionis tripliciter interrumpitur, ita ut formaliter non continuetur, 1° ratione ipsius propositi;

2° ratione detentionis externæ; 3° ratione somni vel alterius distractionis, XV, 704. — Qui utitur re aliena, quam detinet invito domino, peccat quotiescumque id facit. Peccatum non videtur novum, sed unum et idem continuatum, 705. — Qui jumenta sibi commodata aut locata longius ducit, et aliena re invito domino utitur, furti reus est. XIV, 865-681.—Qui rem suam justo titulo apud alium existentem occulte recuperat, furti reus est et ad restitutionem tenetur. Est communis opinio, XV, 714. — Si res injusto titulo apud alium fuerit vel alias sibi debita, eam occulte recipiens non tenetur ad restitutionem, peccat tamen nisi certæ adsint conditiones, 714, 715, XIV, 868-685. — In praxi difficile est sine peccato occulte accipere res suas, aut se compensare de debito, 869, 870-686, 687. — Utrum aliquando liceat vim afferre debitori, si aliter nequeas rem tuam obtinere. XV, 716

Quivis in extrema necessitate constitutus potest accipere rem alienam, qua extreme indiget ad vitæ suæ conservationem. Est communis sententia, XV, 716. — Probabile est, non solum in extrema, sed etiam in gravi necessitate morbi, famis, nuditatis, posse te clanculum surripere ab opulentis, si aliter grave illud malum avertere nequeas, 717. — Necessitas extrema, non vero gravis, excusat a furto, 993. — Utrum propter necessitatem propriam vel alienam sublevandam liceat alicui alienam rem accipere, XV, 683 et seq.-681. — De furtis filiorum familias, 871 et seq.-687. — Quando filius peccet mortifere, accipiendo vel expendendo bona paterna, et quando non, XV, 719. XXII, 1003 in nota.

De furtis uxorum, XIV, 873 et seq.-689.—Quando uxor peccet mortifere, capiendo et donando ex bonis mariti, vel quorum ille habet administrationem, et quando non, XV, 721. — Peccat uxor et ipse maritus. XXII, 1003 in nota.

De furtis famulorum, XIV. 875-691

De furtis religiosorum, 876-692. — Probabilius *defraudantes* gabellas manifeste justas committunt furtum et ad restitutionem tenentur, 877 et seq.-693. — De furtis bella gerentium. 880 et seq.-695

Quandonam venatione, aucupio et piscatione furtum committatur. 885 et seq.-699

De furtis eorum qui ligna cædunt, aut herbas decerpunt in sylvis aliorum. 889 et seq.-702

De furtis rerum inventarum et thesaurorum inventione, 892 et seq.-704. — De furtis bonorum ecclesiasticorum, 898 et seq.-709. — De furtis falsariorum. 904 et seq.-711

Futura quæ minime necessariis ex causis oriuntur, sola e Dei voluntate cogitationeque pendent, et a nullo præterquam a Deo sciri possunt, VII, 668. — Quatuor sunt futurorum genera : 1° alia sunt quæ necessariis et eodem semper modo habentibus causis continentur, vel etiam rata et constanti lege nectuntur; 2° alia naturales causas habent, sed eas multas et varias, et quarum est fortuita concursio; 3° alia quæ tota ex libera voluntate pendent; 4° mixta sunt quædam ex libera ac necessario, quorum efficiens est voluntatis arbitrium, sed cum eo externa quoque concurrunt, 669. — Nullum ex iis generibus absolute et certo sciri ab angelis potest, futurumque prædici, 669 et seq. — Quibus modis dæmones quædam futura cognoscere aut prævidere possunt, 673, 683.— Futura non sunt in cœlo velut in libro descripta. 672 et seq.

Galilæi, Judæorum secta; dicebant non licere Judæis subesse Cæsari gentili. V, 26

Gallicana Ecclesia. De hujus Ecclesiæ libertatibus, IV, 1099 et seq.; V, 1167-1186.—De natura libertatum Ecclesiæ Gallicanæ. Vera et germana definitio hujus libertatis : *Usus juris antiqui et communis*, 1100. — In retinendis ac defendendis juris antiqui et communis, propriis quæ suis legibus et usibus constantiorem se præbuit Gallicana Ecclesia præ cæteris plerisque Ecclesiis, 1104. —Privilegia proprie dicta accenseri nequeunt Gallicanæ libertates, 1107. — Aliis etiam Ecclesiis suæ sunt consuetudines, sua jura, vel usu firmata, vel pactis, 1104. — De fundamentis libertatum Ecclesiæ Gallicanæ. Hæc duo in Galliis vulgo assignantur : suprema et nemini in temporalibus subjecta regum nostrorum potestas; suprema in spiritualibus, ipsoque romano Pontifice superior conciliorum œcumenicorum auctoritas, 1108. — Præterea fundamentum libertatis gallicanæ complectitur jus quoddam quasi naturale inhærendi canonibus præsertim antiquis et consuetudinibus ad statum Ecclesiarum particularium, civilisque ipsius societatis utilitates accommodatis, et legitimo usu advectis ac confirmatis, 1110. — Examinatur et impugnatur articulus quartus conventus cleri gallicani anni 1682. 1203, 1214

Gastromantia divinatio ex ventre, III, 428. —Per phialas seu largenas. 429

Gaulonitæ ita sunt appellati a quodam Juda Gaulonite, XXVI, 141 in nota. — Pervicacissimi quidam homines fuerunt. 142

Genealogia Christi, I, 604 et seq.-475. — Inter genealogias Christi nulla est oppositio, III, 207. — Conciliantur inter se binæ Christi genealogiæ. Ad conciliandas dissonantias, duæ sunt viæ. Prima via est Julii Africani, dicendo Matthæum descripsisse genealogiam carnalem Joseph; Lucam vero legalem, VIII, 1339; III, 208. — Grotius probabiles affert rationes, cur potius credamus legalem et politicam generationem a S. Matthæo, naturalem a S. Luca, 208. — Alter conciliationis modus, qui multis arridet, est ut dicamus Matthæum texere genealogiam Christi per primogenitores naturales Joseph, Lucam vero per primogenitores naturales B. Virginis, 210; VIII, 1341. — Conciliantur binæ Christi genealogiæ cum Veteri Testamento, 1342 et seq. — Apparentes antilogiæ. 1344

Generatio definitur : Origo viventis a vivente principio conjuncto in similitudinem naturæ, VIII, 348. — Generatio duplici sensu potest accipi, active et passive. Generatio activa est actio vi cujus ens aliquod vivens ex sua substantia alterum producit, item vivens et natura simile sibi. Generatio passiva est quidam procedendi modus, vi cujus ex ipsa entis alicujus viventis substantia ens aliud vivens et natura simile ducit originem, 14. — Generationes quinque tantum ab Adamo usque ad Moysen numerantur. II, 1101

Genethliaci seu astrologi. VII, 670

Gentes. Verisimile non est nullos naturæ legum et disciplinarum magistros apud gentes a Deo institutos fuisse. Clemens Alexandrinus philosophiam ait Græcis a Deo veluti proprium testamentum esse datam, I, 573. 574-450, 451. — Mansit apud omnes gentes aliqua unius summi Dei notio ex antiqua humani generis traditione orta, sed fœde deformata et quasi obruta densissimis idololatriæ tenebris. VI, 1194

Gentilismus. Communi gentilium vel ethnicorum, aut paganorum nomine continentur omnes falsorum numinum cultores, VI, 1195. — Gentilismus sibi divinæ revelationis auctoritatem attribuit, 1195. — Libri qui a gentilibus ut divini habentur, divini non sunt, nec esse possunt, 1196. — Nulla est ex gentilium religionibus, quæ divinæ revelationis characterem habeat, aut habere possit, 1197

Geologia est scientia structuræ globi terrestris. Systemata fere innumerabilia circa geologiam narrationis Mosaicæ veritatem infirmare non possunt, II, 1103. — Nihil eruitur ex geologis scriptoribus, unde cosmogonia Mosaica infirmari possit, VII, 1339 et seq. — Testimonium Nærei Boubée, in nota. 1336

Geomantia est divinatio per aliquas figuras vel signa, quæ in rebus inanimatis apparent. XIV, 89-73. III. 430

Georgiani, alio nomine Iberi, habitant in interiori Armeniæ parte, Euxinum versus, V, 596. — Hodie Christum colunt, sed non omnem Evangelii puritatem servant. In sacramentis et aliis plerisque rebus Græcorum errores sequuntur, 596. — Georgiani appellantur a divo Georgio, quem velut præcipuum patronum venerantur, 596. — Archiepiscopum habent, cui per omnia obtemperant, 596. — Per captivam mulierem ad fidem conversi sunt, 596. — In officiis et scripturis lingua græca utuntur, alias chaldaica. 598

Gestio negotiorum est actus quo quis absentis negotium utiliter gerendum suscipit sine mandato, sed ex ejus commissione rationabiliter præsumpta. Gestoris et absentis obligationes. De mercede gerentis. XVI, 656

Gloria est frequens de aliquo fama cum laude, sive clara cum laude notitia. Appetitus gloriæ non est ex se vitiosus, XI, 753. — Sabulo cedat gloria quæ consistit in peritiæ studio, I, 988-779. — Inanis seu vanæ gloriæ appetitus est vitium. Inanis gloria est perversus et inordinatus gloriæ appetitus, XI, 753. — Gloria dicitur vana tripliciter : 1° Ex parte rei de qua quis gloriam quærit; 2° Ex parte ejus a quo quis gloriam quærit, puta hominis, cujus judicium non est certum; 3° Ex parte ipsius qui gloriam appetit, 753. — Inanis gloria est peccatum magnanimitati oppositum, 753, 756, 1225. — Regulæ morales. Inanis gloria non est ex genere suo peccatum mortale. Mortale tamen esse potest primo ratione materiæ de qua quis gloriatur, cum scilicet gloriatur de aliquo falso quod contrariatur divinæ reverentiæ, 756. — Secundo, inanis gloriæ peccatum mortale committit qui bonum temporale de quo gloriatur, præfert Deo, 756. — Tertio, in hoc genere mortaliter peccat, qui præfert testimonium hominum testimonio Dei, 757. — Quarto, lethali vanæ gloriæ peccato se implicat qui intentionem suam refert ad gloriam tanquam ad ultimum finem, ad quem ordinat etiam virtutis opera, et pro quo consequendo non prætermittit facere etiam ea quæ sunt contra Deum, 757. — Extra casus propositos, inanis gloria veniale tantum peccatum est. Eo autem periculosior est hic morbus, quo occultior. 759 et seq.

Contra vanam gloriam septem remedia : Primo ad inanem gloriam expugnandam, consideranda est illius vanitas, 761. — Secundo, considerandi sunt operum nostrorum defectus plurimi, frequentissimi sæpe nobis ignoti, 761. — Tertio, considerandum est quidquid boni in operibus nostris Dei munus esse, proindeque totum illi acceptum referri debere, 761. — Quarto, considerandum est æternæ gloriæ præmium, quo nos frustratur vana gloria, 762. — Quinto, considerandum est Christi exemplum, qui vanam gloriam fugiendam verbis factisque docuit, miracula sua celari jubens, 763. — Sexto, avertendi sunt oculi a bonis operibus nostris, et in defectus nostros ac peccata reflectendi, 763. — Septimo, ad divini judicii considerationem recurrendum est, 765. — Denique observanda est præclara moralis christianæ regula, quam tradit S. Augustinus, 766; XXII, 1291. — Inanis gloria vitium est capitale, septem habens filias, quæ sunt : Inobedientia, jactantia, hypocrisis, contentio, pertinacia, discordia, et novitatum præsumptio, XI, 767. — Finis inanis gloriæ est manifestatio propriæ excellentiæ; ad quod potest homo tendere dupliciter : directe per jactantiam, per novitatum præsumptionem, per hypocrisim; indirecte per pertinaciam, per discordiam, per contentionem, per inobedientiam. 767

Gnostici, hæretici secundi seculi, sic dicti a rerum omnium γνώσει, sive scientia, quam sibi præ cæteris superbe arrogabant. Dicti etiam carpocratiani, a Carpocrate, V, 32.— Duos admittebant deos, 32. — Dicebant mundum non esse factum a Deo; sed ab angelis, etc. 33

Graduale, gradalis, e gradibus ubi canebatur, dictus liber. V, 264

Gradus est quædam distantia unius personæ ab alia in linea consanguinitatis, XIX, 470; XXV, 425. Linea et gradus arborem efficiunt, XIX, 470; XIV, 724-572. — Quare prohibitio nunc restricta est ad quartum gradum, 726-574. — Quomodo gradus numerantur. In linea recta tot sunt gradus quot personæ, dempta una, XVIII, 1097. — Fratres et sorores sunt in primo gradu consanguinitatis. Eorum filii qui dicuntur consobrini germani constituunt secundum gradum. Istorum consobrinorum filii sunt in tertio gradu, et filii horum consobrinorum sunt in quarto gradu. XIV, 727-574

Græci eamdem nobiscum fidem tenent, in hoc tantum dissentiunt quod Ecclesiæ romanæ primatum non agnoscunt, et Spiritum sanctum dicunt a solo Patre procedere, VI, 1180. — Schismatis græci synopsis historica, 1177 et seq. — Græcum schisma cœpit seculo IX, auctore præsertim Photio, V, 71. — Quinque præcipui articuli in quibus a Latinis Græci dissidebant, 72, 401. — De unione schismaticorum cum Ecclesia catholica procuranda, 397.— De unione Græcorum ac Ruthenorum cum Ecclesia catholica, 398. — De erroribus qui Græcis attribuuntur, et de eorum confutatione. Primo negant spiritum Sanctum procedere a Patre et Filio, etc. 401

De origine errorum et schismatis Græcorum, 404. — De iis qui adversus Græcos scripserunt tum ex Græcis, tum ex Latinis, 404. — De processione Spiritus sancti disputatio, 409 et seq. — *Vid.* Spiritus sanctus. — Eucharistiæ sacramentum confici tam in azymo quam in fermentato, contra Græcos probatur, 421 et seq. — *Vid.* Eucharistia. — Purgatorii locum esse aliquem contra Græcos demonstratur, 434. — *Vid.* Purgatorium. — Sanctorum animæ Deum vident, et vere beatæ sunt ante diem judicii, 441. — *Vid.* Sancti. — De unione Græcorum facta in concilio Florentino, 450 et seq. — Subscriptiones imperatoris ac orientalium Patrum, qui in synodo aderant, 454. — Græci schismatici sunt, 456. — Sunt etiam hæretici, 457. — De causis præcipuis unionem Græcorum cum Ecclesia catholica impedientibus, 457. — De ratione agendi cum Græcis, 460. — De aliis mediis juvandi Græcos et Ruthenos, 465. — De aliis mediis quæ videntur non minus utilia quam necessaria, ad Ecclesiam Græcorum, et omnium fere orientalium ad romanæ Ecclesiæ sinum brevi reducendam, 469. — Ecclesia græca propter separationem ab Ecclesia latina, quantis calamitatibus et afflictionibus exerceatur. 473

De communicatione Latinorum cum Græcis, ex bulla Innocentii IV pontificis maximi, 482.— Ex bulla Clementis VIII, 487. — In quibus prætereà aliis casibus liceat Latinis communicare cum Græcis, 491. — Professio orthodoxæ fidei a Græcis facienda Gregorii XIII jussu edita, 497. — De unione totius orientalis Ecclesiæ cum Ecclesia catholica procuranda. Ordo servandus, 528. — De origine schismatum orientalium, 529 — De nestorianis, 536. — *Vid.* Nestoriani, Cophtæ, Armeni, Jacobitæ Armeni, Maronitæ. De concilio Chalcedonensi admittendo, ac de abjurando Dioscoro, 605. — Solvuntur objectiones schismaticorum contra concilium Chalcedonense, 612. — De juvandis Orientalibus, 602.— Instructiones aliæ pro juvandis Orientalibus, 608. — De quibus præcipue, tam in fide quam in moribus, interrogandi videntur christiani orientales, qui volunt profiteri fidem catholicam, 671.— Brevis orthodoxæ fidei professio, quæ ex præscripto sedis apostolicæ ab Orientalibus, ad sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ unitatem venientibus facienda proponitur, 673. — De ritibus qui tolerari possunt in his qui ex schismaticis ad fidem catholicam veniunt, 678. — De Baptismo, 703. — De Confirmatione, 705. — De Eucharistia, 706. — De sacramento Ordinis, 710. — De Matrimonio, 710. — Græcis nunquam licuit matrimonium inire post sacrum ordinem; sed licet post conjugium ad sacros ordines transire. Sacris initiati non possunt, uxore mortua, aliam ducere. XXV, 408, 409

Gratia variis modis spectari potest : 1° Ex parte Dei qui est gratiæ auctor et principium, et qui eam singulis pro suo beneplacito largitur ; 2° ex parte Christi, quatenus est via ac veluti canalis ex quo in nos omne gratiæ donum derivatur ; 3° ex parte hominis, qui est gratiæ subjectum, quique ea ad justitiam disponitur, atque Deo acceptus efficitur, X, 10, 9.— Tractatus gratiæ ex parte hominis in duas generatim partes dividitur, historicam et dogmaticam, 11-9. Pars historica. De variis circa gratiam erroribus, qui spectant vel gratiæ necessitatem, vel ejus agendi modum seu efficaciam, vel ipsius effectus, justificationem scilicet et meritum. 87-69. *Dissertatio prima*. De pelagianis, 87-71. *Vid.* Pelagianismus. — *Secunda*. De semipelagianis, 164-131. — *Vid.* Semip. *Tertia*. De Monachis Adrumetanis,-192 153.— *Quarta*. De prædestinianis quinti seculi, 195-153.— *Quinta*. De prædestinianis noni seculi, 210-166.—*Sexta*. De wicleffistis, 251-198.— *Septima*. De Luthero, 254-201. — *Octava*. De Calvino, 268-212. — *Nona*. De Baio, 279-221. — *Decima*. De congregationibus, de auxiliis, 359-283. — *Undecima*. De Jansenio, 389-307. — *Duodecima*. De Jansenii discipulis. De Quesnello, 595-468.— *Vid.* Hæc Verba. — Pars dogmatica. De gratiæ nomine et essentia.— Gratia nominatur quia gratis datur. Gratis autem dari censetur quod datur citra dantis debitum, et jus accipientis, 1019.— Tribus præsertim modis usurpatur nomen gratiæ : 1° Pro dilectione et benevolentia qua quis alterum prosequitur, 11-11. — 2° Pro dono seu beneficio gratis alteri concesso ; — 3° Pro gratitudine, seu pro animi grati testificatione in beneficii largitorem. Secundum fluit ex primo, et tertium ex secundo, 12-1019; 11-802; V, 1045. — Acceptio quarta posset adjungi, nam quandoque usurpatur gratia pro elegantia seu venustate tum oris, tum sermonis, X, 12-12. — Gratiæ nomen pro beneficio ex amore gratis impenso intellectum, iterum dupliciter sumi potest : 1° generatim, et minus proprie, pro quolibet dono seu beneficio gratis concesso, cujuscumque sit ordinis, sive naturalis, sive supernaturalis ; 2° stricte et proprie pro donis supernaturalibus quæ ad salutem æternam per se pertinent et conducunt : hæc posterior gratiæ acceptio solum intelligitur in Ecclesia Dei, dum gratiæ nomen simpliciter et absolute pronuntiatur, 13-12; VI, 999, in nota.

De gratiæ definitione, sive potius descriptione. Gratia proprie et stricte sumpta abstrahendo an oriatur ex meritis Christi vel non, recte definiri potest : *Donum supernaturale creaturæ intellectuali gratis a Deo concessum in ordine ad vitam æternam*. Hæc definitio generalis est et omnem veram Dei gratiam complectitur : singulariter dicitur gratia Dei, seu gratia sanitatis, X, 14 ; 1020-803.— Si vero Christi meritorum ratio habeatur, describenda est gratia : *Donum supernaturale homini lapso gratis a Deo concessum seu infusum, intuitu meritorum Christi, in ordine ad vitam æternam*. Hæc gratia solet appellari gratia Christi, seu gratia medicinalis, 14 ; 1020-13, 803; VI, 999.— Utriusque definitionis partes explicantur, X, 15 et seq.-1020 et seq.-13, 803. — Subjectum gratiæ capax sola est creatura intellectualis, scilicet angelus et homo, 15, 1021-14, 804. — Particula gratis excludit, 1° omne debitum ex parte dantis, sive Dei ; excludit, 2° omne debitum ex parte accipientis, scilicet omne debitum tum personæ, tum naturæ, 15, 16, 1021-14, 15, 803. — Causa efficiens gratiæ Deus est. Causa gratiæ meritoria in præsenti statu naturæ lapsæ est Jesus Christus. Finalis gratiæ causa est vita æterna, 17, 1021-15, 804. — Sunt qui arbitrantur gratiam esse donum creatum, 40, 1030-34, 805. — Alii longe plures docent dona supernaturalia actione eductiva, non creativa produci, 40 et seq.-34. — 1° Gratia vere et proprie non creatur, 41-34. — 2° Gratia non educitur e naturali potentia subjecti, 42-35. — 3° Gratia educitur de potentia animæ obedientiali, 42-35. — An potentia obedientialis passiva dicenda sit supernaturalis. Alii affirmant, alii negant, 42 et seq.-36. — Sententia longe vulgatissima docet potentiam passivam obedientialem : 1° realiter et entitative non distingui a potentia naturali, 2° virtualiter

et connotative ab eadem potentia naturali distingui. Docet 3° hanc potentiam passivam ex qua dona supernaturalia educuntur, simpliciter et absolute nec naturalem, nec supernaturalem dicendam esse, sed obedientialem, 45-37. — Potentiam activam, obedientialem, naturalem esse omnes negant, 44, 45-37. — Eadem actualiter entitas prout respicit effectus naturales, dicitur potentia naturalis; quatenus respicit effectus supernaturales, dicitur potentia obedientialis. 45-37

Corollarium primum. Gratia quæ est *gratuitæ Dei voluntatis effectus*, et cui resistere possumus dici non potest *omnipotens Dei voluntas*. Ita tamen nuncupari potest ratione principii, sive causæ efficientis spectatæ; sicut ratione finis, sive objecti ad quod proxime conducit, dici potest *vita*, sive beatitudo æterna, 1022-804. — Coroll. II. Homo non fit formaliter justus per solam externam imputationem justitiæ Christi, aut per solam remissionem peccatorum, 1023-805. — Gratia habitualis est aliquid intrinsece et realiter animæ inhærens. Sed incertum est an illa gratia verus sit habitus, vel qualitas philosophorum sensu animam informans, et ipsi permanenter impressus, an habitus aut qualitas alterius naturæ, 1023, 1024. — Coroll. III. Gratia quatenus actualis et excitans, non solum in intellectus collustratione, sed etiam in voluntatis motione collocanda est, 1024-806. — Coroll. IV. Gratia quatenus præveniens et excitans in deliberata animæ actione non est reponenda, 1025. — Gratia, ait S. Aug. *est inspiratio dilectionis*. Est *deliberata voluntatis actio causaliter*, non *formaliter*, 1026-807. — Coroll. V. Vera Christi gratia non est sola *charitas* proprie dicta, aut illius inspiratio, 1026-807. — Coroll. VI. Gratiæ natura homini omnino explorata esse nequit. 1027-808

De existentia gratiæ. De fide est gratiam existere, X, 50, 1440-41, 1156. — De variis gratiæ divisionibus, V, 1043. — 1° Gratia dividitur in *increatam* et *creatam*. — 2° Creata alia est *gratia Dei*, alia *Christi*. — 3° Gratia Christi alia *externa*, alia *interna*. — 4° Interna alia *gratis data*, alia *gratum faciens*. — 5° Gratum faciens alia *habitualis*, alia *actualis*. — 6° Actualis alia *intellectus*, alia voluntatis. — 7° Actualis voluntatis alia *operans*, alia *cooperans*. — 8° Eadem alia *excitans* alia *adjuvans*. — 9° Adjuvans in *præveniens* alia *subsequens*. — 10° Operans sive excitans alia *sufficiens*, alia *efficax*. — 11° Gratia dividitur in *gratiam simpliciter* et *gratiam pro gratia*.

*Prima gratiæ divisio*. Dividitur in gratiam *increatam* et *creatam*, seu in gratiam ex parte Dei vel principii, et ex parte nostra vel subjecti, X, 51, 53, 82, 1028-42, 44, 66, 809. — Gratia increata, hic proprie loquendo, æternus est ac supernaturalis Dei erga homines amor, quo eos diligit in ordine ad vitam æternam, 51-43. — Creata vero consistit in beneficiis vocationis et justificationis, quæ ex æterno Dei amore, ut effectus ex causa, procedunt, 52-43. — Observanda: 1° gratia increata sumpta pro actu divinæ voluntatis, reipsa non est aliquid a Deo divinaque essentia diversum 52-43. — 2° Gratia increata est et merito dicitur æterna, 52-43. — 3° Ipsa tum Spiritus sancti, tum Verbi divini persona, et tota Trinitas, vere est et proprie dicitur gratia increata, 52 43. — 4° Gratia increata comparata ad creatam se habet quemadmodum causa ad effectum. 53-44

*Secunda gratiæ divisio*. Gratia creata dividitur in *gratiam Dei*, quæ sanitatis dici solet, et *gratiam Christi* quæ dicitur medicinalis, 53-44. — Alii creatam gratiam dividunt in gratiam sanitatis seu Christi ut *capitis*, et in gratiam medicinalem seu Christi ut *Redemptoris*, 54, 82, 1029-45, 67, 809

*Tertia gratiæ divisio*. Dividitur Christi gratia, *in gratiam externam et internam*, prior extrinsecus, posterior interius hominem afficit: utraque suo modo ad salutem conducit, 54, 82, 1029-45, 67, 810. — Duplex est gratia interior: una ad intellectum pertinet, et est mentis illustratio seu illuminatio, per quam credenda proponuntur fidei mysteria; altera ad voluntatem, et est motio seu excitatio Dei, qua voluntas ad pietatis actus incitatur, X, 127-109

*Quarta gratiæ divisio*. Gratia interna alia *gratis data*, alia gratum faciens. Gratis data est donum gratis a Deo homini concessum, per se et primario conducens ad salutem aliorum promovendam. Gratia gratum faciens donum est gratis a Deo collatum ad propriam et spiritualem uniuscujusque salutem primario et per se ordinatum, 55, 82, 1029-45, 67, 810. — Hoc dono Deo gratus et acceptus homo redditur sive dispositive, vel conservative, vel directive, sive *formaliter*, si sit gratia habitualis sanctificans, 56, 1029-46, 810. — Gratia gratis data esse potest sine gratia gratum faciente, et vice versa, 62, 1030-51, 810. — Circa præsentem divisionem tria quæri possunt, quæ totidem conclusionibus resolvuntur. — Conclusio prima. Legitima est et adæquata divisio gratiæ in gratiam gratis datam, et gratum facientem, 56 et seq.-46. — *Conclusio secunda*. Conveniens est ac legitima gratiæ gratis datæ divisio, secundum quam novem ipsius species enumerantur ab Apostolo, I ad Cor. XII, nempe: fides, sermo sapientiæ, sermo scientiæ, gratia sanitatum, operatio virtutum, prophetia, discretio spirituum, genera linguarum et interpretatio sermonum, 58 et seq.-48. — Accurata notio uniuscujusque ex novem speciebus gratiæ gratis datæ, 61-50. — *Conclusio tertia*. Gratia gratum faciens perfectior est et dignior gratia gratis data, 55, 61-46, 51. — Dona Spiritus sancti distinguuntur a gratiis gratis datis, 62-51. — Ex novem gratiis gratis datis ab Apostolo enumeratis, quinque videntur habitus permanentes, *fides*, *sapientia*, *scientia*, *genera linguarum*, *interpretatio sermonum*; quatuor vero reliquæ, *gratia sanitatum*, *operatio virtutum*, *prophetia*, et *discretio spirituum*, plerumque sunt motiones transeuntes per modum actus. 63-51, 52

*Quinta gratiæ divisio*. Gratia gratum faciens alia habitualis, alia actualis habitualis ea est quæ confertur per modum habitus seu qualitatis permanentis, et hominem ad vitam æternam disponit et dirigit, 63, 82, 1030-52, 67, 810. — Habitualis gratia triplex est, scilicet gratia sanctificans seu justificans, virtutes infusæ, et dona Spiritus sancti, *ibid.* — Gratia habitualis sanctificans ea est qua homo fit justus formaliter. Hujus gratiæ duplex est effectus: alius formalis in eo est ut hominem Deo gratum reddat; alius effectivus in eo est ut hominem inclinet ad bona opera. Ratione prioris effectus, gratia dicitur operans; ratione posterioris, gratia cooperans, 63-52. — Gratia habitualis alia dicitur prima quæ animam de injusta justam formaliter efficit; alia secunda quæ animam de justa justiorem formaliter reddit per gratiæ sanctificantis augmentum. 1031-811

Gratia actualis, quæ et auxilium dici solet, ea est quæ per modum actus seu motionis transeuntis conceditur, 64, 1030-52, 811. — Gratiæ actualis auxilium necessarium est ad eas omnes exercendas operationes quæ aliquo modo naturæ vires excedunt. Tribus autem modis operatio vires naturæ excedere potest, 1° simpliciter et absolute, ut actus virtutum theologicarum; 2° ratione infirmitatis et peccati; 3° ratione vel moli, vel loci, vel temporis, vel personæ, aliarumve circumstantiarum, 64-53. — Quid sit transiens gratiæ actualis motio, an ipse formaliter vitalis actus indeliberatus, quem excitante Deo anima eliciat, an quid ipsi prævium quod illius actus causa sit, incertum est. 1031 811

*Sexta gratiæ divisio*. Gratia actualis alia *intellectus*, alia *voluntatis*. Gratia intellectus est interna mentis illustratio qua intellectui verum supernaturale credendum, aut bonum supernaturale peragendum proponitur, 64, 82, 1032-53, 67, 812. — Hæc interior illustratio spectari potest vel ex parte objecti quod intellectui clarius proponitur, vel ex parte ipsius intellectus qui ad credendum determinatur, 64-53. — Gratia voluntatis est indeliberata et immediata motio seu inclinatio quam Deus in voluntate operatur, ut eam ad bonum supernaturale excitet, 65-53. — Gratia actualis vocatur Dei illuminatio, motio, inclinatio, auxilium. 65, 1032-53, 812

*Septima gratiæ divisio*. Actualis gratia voluntatis dividitur in *operantem* et *cooperantem*. Quæ divisio admittenda est, 66-54. — Est adæquata, 76-62. — Circa notionem gratiæ operantis et cooperantis inter se dissentiunt theologi, 66, 55. — In prima sententia, gratia operans ea dicitur quæ in nobis sola operatur primam bonam voluntatem deliberatam; nobis ad eam habendam nihil conferentibus petendo, pulsando, etc. Gratia vero cooperans ea est quæ operatur aliquid in nobis, non sola, sed nobis simul cooperantibus petendo, quærendo etc., 67-55. — In secunda sententia, gratia operans illa est quæ primum bonum et liberum voluntatis motum operatur, scilicet intentionem finis ad quem a Deo solo mota est humana voluntas, et ad quem ipsa sese *physice* quidem, sed non *moraliter* movet et applicat. Gratia est cooperans respectu determinationis voluntatis in mediorum electione quæ fit tum physice a gratia cooperante, tum moraliter ab humana voluntate, 69, 70-56, 57. — Voluntas potest seipsam movere dupliciter, 1° *moraliter*, cum ex prævia volitione finis sese applicat ad electionem mediorum; 2° *physice*, quando libere producit actum, etiamsi non deliberet proprie de illo, 69-57. — Voluntas in omni operatione libera, sive sit circa finem, sive circa media, semper se movet physice. At necesse non est quod in omni sua operatione etiam libera, se moveat moraliter, 69-57. — Tertia sententia duplicem distinguit gratiam operantem, aliam *moraliter*, aliam *physice* operantem. Gratia operans moraliter coincidit cum gratia excitante seu sufficiente. Gratia operans physice eadem est cum ea quam vocant physice promoventem, 70-57. — Duplex pa-

riter gratia cooperans : alia cooperans moraliter, quæ non differt a gratia operante moraliter, alia cooperans physice, qua Deus nobiscum piam operationem operatur, 70 58 — Quarta sententia docet unam et eamdem entitative gratiam dici operantem, quatenus applicat intellectum ad pias cogitationes, et voluntatem ad sanctas affectiones, cooperantem vero quatenus cum intellectu et voluntate applicatis producit vel piam cogitationem, vel sanctam affectionem, 71-58. — Quinta sententia docet, 1° gratiam operantem quemlibet esse motum tam intellectus quam voluntatis in nobis a Deo sine nobis libere consentientibus productum ; 2° eumdem indeliberatum intellectus et voluntatis motum, quatenus causa est moralis liberi consensus, vere esse et proprie dici gratiam moraliter cooperantem, 71-58.—Quidam rejiciunt physicum influxum gratiæ operantis in consensum nostrum liberum, moralem tantum admittentes, 71-58.—Docet, 3° præter gratiam operantem et cooperantem moraliter, ut homo bonum supernaturale operetur, necessarium esse simultaneum in ordine supernaturali concursum. Hic concursus gratia physice cooperans seu concomitans communiter a quibusdam appellatur, 72-59. — Docet, 4° gratiam operantem unam et eamdem esse natura et entitate gratiam cum moraliter cooperante, et a se invicem distingui penes duntaxat diversos respectus, 72-59. — Volunt tamen hujus sententiæ auctores gratiam cooperantem majorem esse in ratione doni et beneficii, 73, 84-59, 68. — Docet 5° gratiam cooperantem physice seu concomitantem, sumptam pro concursu seu influxu simultaneo, realiter et entitative distingui a gratia tum operante, tum cooperante moraliter, 73-60. — Ultima sententia asserit 1° gratiam tum operantem, tum cooperantem tribus aliis nominibus insigniri solere. Gratia operans, ob diversa quibus fungitur munia, dicitur præveniens, excitans et sufficiens; cooperans vero dicitur subsequens, adjuvans et efficax, 73, 79-60, 64. — Asserit, 2° gratiam operantem eam esse *per quam ut velimus Deus operatur incipiens* ; seu est motus indeliberatus tum intellectus, tum voluntatis, quem Deus in nobis sine nobis efficit, 73-60. — Gratia operans generatim est extendenda ad omnem quæ qualemcumque bonam voluntatem in homine operatur, sive prima sit, sive non ; sive deliberata, sive indeliberata ; sive debilis et infirma, sive fortis et valida, 74-60.— Asserit, 3° gratiam cooperantem eam esse in mente S. Aug. per quam Deus volentibus cooperatur perficiens, sive per quam Deus cum volumus et sic volumus ut facimus, nobiscum cooperatur, 74, 75-61. — Itaque gratia operans recte definitur : Subitanea mentis illustratio et indeliberata voluntatis affectio quas Deus in nobis sine nobis operatur, ut nimirum bene velimus et bene agamus.

Cooperans vero recte definitur. Influxus seu concursus supernaturalis, quo Deus nobiscum concurrit ad omnes et singulos pietatis actus supernaturales ac liberos, 75-61, 62. — Gratia operans realiter distinguitur a cooperante, 76-62. — Eadem divisio extendi potest ad gratiam habitualem ; magis tamen proprie et communiter tribuitur gratiæ actuali, 77-62. — Censent aliqui gratiam operantem et cooperantem prævenientem et subsequentem, excitantem et adjuvantem seu concomitantem, unam et eamdem omnino esse, diversa solum consideratione, 83, 1033-67, 813. — Alii volunt gratiam operantem eamdem omnino esse cum præveniente et excitante indeliberatam scilicet mentis illustrationem et voluntatis motionem ; pariter, gratiam cooperantem eamdem esse cum subsequente et adjuvante seu concomitante, concursum nimirum supernaturalem, quo Deus cum homine agit, 84, 1035 68, 814 — Ex iis autem alii censent cooperantem seu adjuvantem coincidere cum gratia ex sese efficaci ; cæteri vero gratiam cooperantem cum concursu simultaneo videntur confundere, 84-68, 69. — Alii gratiam actualem voluntatis distribuunt in tres species, quarum prima dicitur gratia operans, præveniens et excitans ; secunda, cooperans, concomitans et adjuvans ; tertia subsequens. 84, 1035-69, 815

*Octava gratiæ divisio.* Gratia actualis voluntatis rursus dividitur in *excitantem* et *adjuvantem*, 77, 83, 1034-63, 69, 814. — Gratia excitans eadem prorsus est cum gratia operante, et adjuvans eadem quoque est cum gratia cooperante : sed utriusque diversa sunt nomina, propter diversa eorum officia, 78-63. — Excitans eadem est ac sufficiens, adjuvans non differt ab efficaci. 85, 1034-69, 814

*Nona gratiæ divisio.* Iterum actualis gratia adjuvans dividitur in *prævenientem* seu *operantem* physice, et in *cooperantem* seu *subsequentem*, 78, 85, 1034 63, 69, 814. Gratia præveniens eadem videtur esse cum gratia excitante et operante ; subsequens vero quæ et concomitans dicitur eadem est cum adjuvante et cooperante, 78-64. — In quorumdam sententia gratia præveniens dicitur quæcumque præcedit ipsam justificationem, subsequens vero quælibet alia quæ homini post justificationem tribuitur ut in accepta sanctitate et justitia perseveret, 79-64. — In aliorum sententia, prior omnis gratia dici potest præveniens, si comparetur ad posteriorem, 79-64, 65. — Denique in aliorum sententia præcedit humanæ voluntatis consensum gratia præveniens ; illum comitatur gratia concomitans quæ media est ; illum sequitur gratia subsequens. Hanc tradit distributionem synodus Tridentina, 80, 1032-65, 812. — Ad gratiam antecedentem pertinet, aut saltem pertinere potest gratia quæ dicitur *præveniens excitans*, *vocans*, *inspirans* et *operans* ; hæc enim gratia describi potest : *Momentanea illustratio intellectus, et motio voluntatis, quas Deus in nobis sine nobis efficit, ut bene velimus et bene agamus*, 1032-812. — Ad gratiam concomitantem revocatur, aut revocari potest, gratia dicta *cooperans*, *dirigens*, *gubernans*, *protegens*, *adjuvans*, hæc enim describi potest : *Inspiratio sive concursus supernaturalis, quo Deus nobiscum concurrit ad omnes et singulos actus supernaturales ac liberos*, 1033-813. — Ad gratiam subsequentem reducitur, vel reduci potest gratia dicta *confirmans* et *consummans* ; etenim describi potest. *Influxus sive concursus supernaturalis, quo Deus voluntatem gratiæ cum Dei auxilio jam consentientem corroborat, ut in bono proposito permaneat, et fortius in actus quibus perficiatur, erumpat.* 1033-813

*Decima gratiæ divisio.* Gratia antecedens sive præveniens, operans, sive excitans, subdividitur in sufficientem et efficacem. Sufficiens generatim accipi potest prout non opponitur efficaci, et illo sensu accepta ea est quæ tribuit potentiam agendi supernaturalem quolibet modo, id est, *declinabiliter*, vel *infallibiliter*. Speciatim accipi potest prout ab efficaci distinguitur, 80, 1182-65, 931. — Gratia sufficiens est gratia actualis, præveniens et excitans, quæ expeditam proportionatam et relativam ad præsentes subjecti circumstantias voluntati ad bonum opus tribuit potentiam, cui tamen voluntas resistit, 81, 83, 1036, 1186, 1198-66, 69, 815, 934, 944. — Stricte loquendo terminus gratiæ sufficientis ad dogma non pertinet, quamvis quoad rem pertineat, VI, 1005, *in nota.* — Gratia sufficiens duplex est : alia immediate et proxime sufficiens, alia mediate et remote. Gratia efficax, prout sufficienti opponitur, ea est quæ suum semper obtinet affectum certo et infallibiliter, sive, ut loquitur S. Aug., indeclinabiliter et insuperabiliter : non quod superari et declinari non possit, sed quod nunquam de facto superetur et declinetur, X, 81-66. — Gratiæ efficaci tanta inest virtus ut voluntati etiam reluctanti non solum *posse bonum agere* tribuat ; sed etiam illud *reipsa operari* ipsam compellat et quidem indeclinabiliter, insuperabiliter, invictissime, 1254-988. — Si effectus sequatur *vi ipsius gratiæ*, dicitur ex sese et ab intrinseco efficax, si ex *congruitate circumstantiarum*, dicitur congrua ; si ex *prævisione Dei*, dicitur efficax ab eventu, 86, 1036-70, 815. — Gratia efficax iterum distribuitur in *efficacem in actu primo, et efficacem in actu secundo.* 1036-815

*Ultima gratiæ divisio.* Gratia dividitur *in gratiam simpliciter*, quæ conceditur a Deo ex meritis Christi, sine ullo ex parte hominis, præcedente merito, etiam ex gratia, et *gratiam pro gratia*, quæ datur propter meritum præcedens, quod ex ipsa gratia oritur. Talis est vitæ æternæ quæ simul est et merces et gratia, 81, 1036-66, 815. — Hinc : « Cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronat quam munera sua. » S Aug., 1037-816.

Quinque summi momenti quæstiones, X, 86-70. — Omnes gratiæ actualis distinctiones ad duas universim revocari possunt, ad operantem vel cooperantem ; omnis enim inspiratio qua Deus nos ad supernaturale bonum movet aut est *in nobis sine nobis*, et sic est gratia *operans* ; aut in nobis et nobiscum, et sic est gratia *cooperans*, 1034-814. — De gratiæ necessitate in statu naturæ innocentis. Adam originali justitia fuit exornatus saltem ante peccatum, est de fide, 1037-816. — Præcipuæ justitiæ originalis dotes erant, gratia sanctificans, sufficiens rerum notitia, appetitus submissio, corporis immortalitas, et immunitas a morbis et aliis molestiis, quibus donatus fuit Adam, 1038-817. — Justitia originalis et ipsi annexa dona Adæ primitus impertita vere supernaturalia fuerunt, et ideo citra necessariam saltem naturæ sanæ et integræ exigentiam, 1040 et seq -819.—Principia solutionum, 1042 et seq.-820

Gratia innocenti Adæ, ut in sua integritate maneret, fuit necessaria, 1064-837. — Opiniones circa discrimen auxilii naturæ innocenti et naturæ lapsæ necessarii, 1064 et seq.-838. —De gratiæ necessitate in statu naturæ lapsæ. 1067-840. — Gratia non datur secundum merita. Ipsa tamen gratia meretur augeri, ait S. Aug., ut aucta mereatur perfici, VI, 61. — Gratia ad singulos actus datur et necessaria est, 61. — Gratia ad conversionem peccatoris, ad vincendas tentationes et peccata vitanda etiam venialia necessaria est, 62, 1002. —Gratia est necessaria ad Deum super omnia diligendum ; ad servanda Dei mandata, 63.—

Necessaria est ad initium boni operis et fidei, 65. — Imo ipsi primi affectus credulitatis sunt dona gratiæ, 999. — Singularis gratia ad perseverandum necessaria est, 66, 1002. — Vis omnis merendi bonis operibus ex gratia Christi est, 68. — Gratia est necessaria ad veritates supernaturales cognoscendas et credendas, X, 1071-843. — Nemo consequi potest fidem theologicam, et ipsius initium quod semipelagiani vocabant pium *credulitatis affectum*, sine gratiæ interioris adjutorio: est de fide, 1071-843. — Principia solutionum, 1072-844. — Nemo in statu naturæ lapsæ sine speciali gratiæ interioris adjutorio absolute potest ullum opus ad salutem pertinens velle aut perficere. Est de fide, 1073-845. — Solv. objectiones, 1074 et seq.-846. — Principia solutionum, 1080 et seq.-851. — Omnes hominis actus sive indeliberati, sive deliberati salutem spectantes totidem sunt Dei dona, 1081-851. — Observatio legis naturalis merito dicitur remote disponere ad justificationem. 1082, 1083-852

Sine fide theologica elici possunt aliquæ actiones tum ex officio cum ex fine bonæ, sive illæ adscribendæ sint divinæ gratiæ, sive non, et idcirco omnia infidelium opera non sunt peccata, 1084-854. — Probatur, primo, ex Scripturis, 1085-854; — Secundo, ex Patribus, 1088-857; — Tertio, ex rationibus theologicis, 1096-865. — Principia solutionum. 1099-868

Homo sine charitate sive habituali, sive actuali proprie dicta, etiam debili et infirma, potest bonum opus, etiam supernaturale, per actualem gratiam perficere, 1104-869. — Solv. objectiones, 1108-872. — Principia solutionum, 1110-874. — Utrum homo lapsus sine gratia actuali possit aliquam actionem ex omni parte, sive circumstantia, moraliter bonam elicere, 1111-875. — Errores, 1112-875. — Opinio prima negat liberum arbitrium solis naturæ viribus opus quod peccatum non sit elicere posse, nisi gratia *entitative* quidem naturali sed indebita tamen et per Christum collata, et ideo extrinsece supernaturali, præveniatur, 1113 et seq.-877. — Opinio secunda tradit hominem lapsum non posse quidem omnia opera moralia elicere, et ideo omnia legis naturæ præcepta adimplere sine speciali gratiæ auxilio, sed ipsum posse sine ullo auxilio per solas naturæ vires cum solo generali Dei concursu exercere quædam opera moralia faciliora, cum scilicet non occurrit gravis tentatio aliudve impedimentum ad quod superandum peculiari Dei adjutorio et protectione opus sit, 1117 et seq.-879. — Confutantur diversa dicteria et convicia in Vasquesianam aut Norisianam doctrinam super gratia ad omne opus bonum morale necessaria congesta, 1123-884. — Opinio prima non erronea et Baiana reputari debet. Consona est 1° Sacris litteris, 1125-885; — 2° Patrum monumentis, imprimis S. Augustini, 1125-886; — 3° Conciliorum canonibus adversus pelagianos et semipelagianos, 1131-891. — 4° Summorum pontificum decretis quæ eam sententiam improbare prohibuerunt, 1135-894; — 5° Theologi qui pro adversa opinione stant, hanc tamen catholicam esse unanimi suffragio profitentur, 1136-894. — 6° Stabilitur rationibus ex fidei principiis scaturientibus, 1142-899. — Theologi pro operum moraliter bonorum sine gratia eliciendorum impossibilitate decertantes, ipso etiam Gregorio Ariminensi non excepto, præ aliis Theologis eorum adversariis in hac controversia laudandi fuerunt, 1145-902. — Consuetum Vasquesii, Norisii et aliorum ad nonnullas Baii assertiones responsum, ipsas ob acrimoniam censuræ fuisse proscriptas, non est improbandum, 1147-904. — Baii propositiones, quæ liberi arbitrii vires relative ad bonum morale tangunt, ad quod gratiam exigunt, possunt et debent intelligi de gratia fidei theologicæ et charitatis proprie dictæ, aut saltem hanc virtutem importante, 1149-905. — Etsi opinio asserens opus moraliter bonum facile sine gratiæ auxilio fieri posse hodie sit communior, oppositam tamen in scholis proponere et propugnare licet, 1150-913. — Sententia opera moraliter bona facilia gratiæ tribuens multorum insignium doctorum placitis est consona, 1150-913. — Eadem sententia, etsi majori aut æquali, quam opposita, Theologorum approbatione careret, merito tamen defendi posset, 1163-916. — Sententia Legrand, doctoris Sorbonici, 1164 et seq.-917. — Gratia ad omne opus salutare, imo et ad bonam voluntatem contra pelagianos et semipelagianos, ex liturgiis necessarium esse constituitur V, 290, 291; VI, 1000. — Gratia ad omne opus salutare requisita non est mere externa, quæ consistit in liberoarbitrio, lege, et doctrina Christi; sed interna, quæ animam afficit. 1001

Homo lapsus omnia peccata mortalia sine gratia vitare nequit, X, 1167-920. — Idem homo sine gratia sanctificante per notabile tempus ab omni peccato lethali cum ordinariis gratiæ auxiliis abstinere non potest, 1167-920. — Ipse justus cum ordinariis gratiæ auxiliis omnia omnino peccata, etiam venialia, quæ scilicet toto vitæ tempore occurrunt cavenda, vitare non potest: est de fide, 1169-920. — Nullo prorsus modo homo per solas naturæ vires se ad gratiam sive actualem, sive habitualem præparare potest, 1171-922. — Justi sive electi in accepta justitia usque ad vitæ finem perseverare non possunt, saltem efficaciter, sive potentia cum actu conjuncta, sine speciali Dei auxilio, quodcumque tandem illud sit: est de fide, 1174-925. — Solv. objectiones 1175-925. — Quodnam sit speciale Dei auxilium quo indigent justi ut usque ad finem perseverare possint, 1177-928. — Illud specialiter auxilium revera distinguitur a gratia sanctificante, et etiam a gratia actuali vere et relative sufficiente justis omnibus urgente præcepto concessa; est certa quoad primam partem, quoad secundam vero videtur probabilior, 1179-929. — Corollaria praxim spectantia. 1181-930.

De gratia sufficiente. Gratia sufficiens appellatur etiam a thomistis gratia excitans, VII, 261. — Hic gratia sufficiens consideratur prout ab efficaci distinguitur, X, 1182-931. — Novatorum systema, 1182-931. — Theologorum opiniones, 1183-932. — Ad sensum Jansenii gratia sufficiens, sive parva, ea est quæ gradibus inferior est opposita concupiscentia actuali, quam ideo propter defectum virium vincere non potest, 1183-932. — Gratia sufficiens ex Ecclesiæ definitionibus ea est quæ non tantum absolutam, sed etiam relativam ad pietatis opus tribuit potentiam, si non proximam semper et immediatam, saltem remotam et mediatam, 1184-933. — Corollaria. 1185-934

De gratia sufficienti quid sentiendum. Gratia sufficiens dicitur quæ dat posse, id est, qua fit ut bonum agere possimus, VI, 218. — Existit in statu naturæ lapsæ interior gratia vere et relative sufficiens: est de fide adversus Jansenium, 219; X, 1186-934. — Momentum I, ex Scripturis, 1186-934. — Momentum II, ex Ecclesiæ judiciis, 1188-936. — Momentum III, ex Patribus, 1191-938. — Momentum IV, ex theologorum suffragio, 1194-941. — Momentum V, ex ratione, 1195-942. — Principia solutionum. 1198-944

Gratia sufficiens veram proprieque dictam potentiam ad opus supernaturale tribuit, VI, 220. — Gratia sufficiens est gratia Christi medicinalis, quæ intellectum illuminat, et excitat voluntatem, 225. — Hominis lapsi sanitatem inchoat, efficax perficit, 225 — Gratiæ interiori in statu naturæ lapsæ sæpe resistitur. 224-1004

De gratuita gratiæ sufficientis effusione. Nulla præcedunt hominis merita, quibus gratiam advocet et mereatur, ut adeo omnis Dei gratia omnino sit gratuita, VI, 997. — Quid Jansenius et ejus defensores super Dei omnes homines salvandi voluntate senserint et concesserint, X, 1201-946-947. — Quid sentiendum sit de Dei voluntate circa hominum salutem. 1206-950

Utrum gratia sufficiens omnibus justis, cum præceptum hic et nunc urget, impertiatur? Errores, 1209-953. — Quæstionis cardo, 1210-954. — Fide constat justis volentibus et conantibus urgente divinorum præceptorum observantia, adesse gratiam, vere sufficientem qua possibilia fiant, VI, 223-1005. — Fide constat, urgente præcepto adesse gratiam, qua possint actualem hic et nunc obsistentem concupiscentiam vincere, ac præceptum exequi, aut saltem qua per orationem obtinere possint adjutorium ad illud exequendum requisitum, X, 1210-1211-954; VII, 444. — Momentum primum, ex Scripturis, X, 1211-954. Momentum II, ex conciliis, 1213-956. — Momentum III, ex divo Augustino, 1215-958. — Momentum IV, ex clero Gallicano et theologis, 1221-962. — Momentum V, ex rationibus theologicis, 1222-963. — Principia solutionum, 1223-964. — Gratia non defuit S. Petro, qua Christum sequi et confiteri posset, VI, 228. — Gratia sufficiens ad perseverandum justis omnibus datur, 230. — Christianis omnibus, urgente præcepto, gratia sufficiens datur vel offertur, 231. — An fidelibus sontibus infundantur gratiæ sufficientes sive ut nova peccata non committant, sive ut commissorum veniam adipiscantur, X, 1225-966. — Catholicorum opiniones, 1226-966. — Deus baptizatis sontibus nondum obduratis actu etiam impertit gratiam saltem qua proxime possint orare, sicque obtinere gratiam, qua in nova peccata non labantur, et a veteribus resipiscant, 1227-967. — Peccatores nondum indurati, gratia sufficiente persæpe donantur, VI, 231. — An gratiæ sufficientes excæcatis et induratis concedantur, X, 1228 et seq.-968. — Principia solutionum, 1234-972. — Justis urgente præcepto major, fidelibus nondum obduratis minor, obduratis minima conceditur gratia sufficiens tamen ad majorem obtinendam, 1235-973. — Fides, gratia sanctificans, et charitas, plerisque reprobis a Deo tribuuntur, VI, 167. — Gratiæ sufficientes obduratis penitus non desunt, 233. — An Hæbreis in antiquo fœdere illuxerit gratia sufficiens, X, 1235-973. — Hebræis, vigente lege mosaica, non defuit gratia sufficiens, qua Dei mandata remote saltem observare possent.

1238-974. — Principia solutionum, 1239-976. — An infidelibus dentur gratiæ sufficientes ut fidei lumine collustrari possint. Variæ opiniones, 1240-977. — Gratiæ sufficientes ipsis infidelibus pro loco et tempore infunduntur, quibus peccata vitare possunt, sicque remote saltem et immediate sibi ad fidem et æternam salutem viam aperire, cujuscumque naturæ sunt illa auxilia, quod certo definiri non potest, 1242-979. — Principia solutionum, 1248-984. — Inspiratio fidei cunctis infidelibus datur, non fides; unde inspiratio fidei est absolute prima gratia, 1249-984. — Gratia sufficiens infidelibus datur, VI, 232 et seq. — An in omnes parvulos a cœlo stillent aliqua adjutoria ad salutem sufficientia variæ sententiæ, X, 1249 et seq.-985. — Infantibus sine baptismo morientibus, parata est baptismi gratia. VI, 238

De communicatione gratiæ. 1° Deus prævenit omnia desideria et omnem invocationem; 2° auxilium gratiæ non æqualiter omnibus adest; 3° nulla esset in Deo iniquitas, si omnibus hominibus auxilium sufficiens ad salutem negaret; 4° sive detur sufficiens auxilium omnibus, sive tantum aliquibus, de nullius salute, donec in hac vita fuerit, desperare debemus, V, 1044. — An auxilium sufficiens ad salutem omnibus detur, quæstio difficilis. Et quale est auxilium, cujus omnes sunt participes, 1044. — Gratia efficax et sanctificans non dantur omnibus, VI, 69. — Dogma fidei non est, dari omnibus hominibus actu gratiam sufficientem, 1006, *in nota*. — Consectarium ad morum informationem. 238

De gratia efficaci. Gratia efficax dicitur, quæ non solum dat posse, sed etiam agere, id est, quæ non solum præstat ut bonum velle et operari possimus, verum etiam ut reipsa bonum operemur, VI, 218. — Gratia efficax est Dei donum, a Deo suppliciter po-tulandum, 222. — Gratia efficax est donum Dei supernaturale, quo ita Deus hominem movet ad bonum, ut illud reipsa in opere salutari perficiatur; et hoc solum de fide est, 1004 *in nota*. — Existere in præsenti statu efficacem gratiam, quæcumque ex causa ejus exoriatur efficacia, dogma est catholicum, 1003, 1004, *in nota*; X, 1254-988. — Tota quæ hic suboritur difficultas, modum tangit quo gratia voluntatis consensum exprimit, 1255-989; VI, 1004 *in nota*. — Vis efficacissima divinæ gratiæ ex Dei omnipotentia derivatur. 58 et seq.

De Novatorum circa gratiæ efficaciam dogmatibus, X, 1255-989. — In mente Calvini homo lapsus liber est a coactione, non a necessitate, et gratia ipsi impertita, a gratia Adæ diversa, illum ad bonum ineluctabile necessitate rapit, 1256-990. — In mente Jansenii gratia *sanitatis*, sive adjutorium *sine quo non*, liberam agendi et non agendi facultatem relinquebat, gratia vere medicinalis, sive adjutorium *quo*, agendi necessitatem invehit, 1256 et seq.-990. *Vid.* Jansenius. — Gratia, qualibet polleat efficacia, nulla necessitate, etiam alternante et relativa, voluntatem in præsenti statu ad operandum adigit. Hinc liberum arbitrium in eodem statu, attenuatum licet et inclinatum, extinctum tamen non est. Est de fide contra Jansenium. Momentum I, ex Scripturis, 1277-1005. — Momentum II, ex Ecclesiæ judiciis, 1278-1007. — Momentum III, ex S. Augustino, 1279-1008. — Momentum IV, ex aliis Patribus, 1288-1015. — Momentum V, ex theologorum consensu, 1292-1018. — Momentum ultimum, ex rationibus theologicis, 1296-1022. — Principia solutionum. 1300-1024

De intrinseco gratiæ victricis Jansenianæ principio, X, 1303-1027. — Aperitur nonnullorum catholicorum sententia, 1304-1028. — Exponitur nonnullorum Augustinianorum sententia, 1304-1028. — Quid super discrepantibus illis opinionibus tenendum sit, 1305-1029. — Colligendum est delectationis per gradus victricis patronos habendos esse catholicos eo ipso quo eam non necessitare asserunt, quinque propositiones ex ea sequi negant, et easdem propositiones execrantur, etiamsi fortassis ex illa revera dimanant. 1308-1031

De variis circa gratiam efficacem scholæ systematibus, X, 1309 et seq., 1372 et seq.-1301. — Thomistici systematis synopsis. In hoc systemate, duplex Christi, sive medicinalis gratia specie et natura a se invicem distincta, *pure sufficiens sive excitans, et efficax sive adjuvans*, 1312-1034. — Gratia sufficiens in se et formaliter non est actus indeliberatus intellectus et voluntatis, ut alii censent theologi, sed Dei motio, quam dicunt *virtuosam*, 1312, 1313-1034. — Gratia excitans, sive sufficiens, solam confortat potentiam in actu primo. Id est, quatenus sejungitur ab actu, 1313-1035. — Gratia efficax, sive adjuvans in se et formaliter sita est in intrinseca et singularis istius gratiæ virtute. Consensum producit et præcedit, inde *præmotio*, seu *prævia motio* dicitur 1313-1035. — Dicitur etiam præmotio physica, vel prædeterminatio physica, 1472-1162. — Vulgo describitur: actio sive motio Dei per quam voluntas ad actum secundum id est, actualem consensum, applicatur 1313-1035. — Duobus titulis *dependentiæ* et *infirmitatis*, gratia præmovens, sive efficax nunc est necessaria, 1313-1035. — Hujus systematis consectaria. Reprobatio negativa fundatur in sola divina voluntate, positiva in solo peccato, 1314-1035. — In quo Thomisticum systema a Janseniano differt, 1315, 1484-1036, 1172. — Quibusnam rationibus probant Thomistæ voluntatem sub motione gratiæ suæ efficacis remanere liberam, 1315 et seq.-1036. — Quid sentiendum de Thomistico systemate, 1317-1038. — Argumenta pro Thomistis adversus Molinam et Congruistas. — I. Ex eo quod novum sit systema Molinæ et Congruistarum, 1475-1164; VI, 1005 *in nota*. — II. Ex eo quod in systemate Congruistarum, non ipse Deus, sed sola hominis voluntas bonum operatur, X, 1476-1165. — III. Ex eo quod in hoc systemate homo seipsum in negotio salutis ab alio discernat, 1476-1165. — IV. Ex eo quod gratia congrua non sit gratuita, 1477-1166. — V. Ex eo quod in systemate Congruistarum infallibilis non sit Dei præscientia, 1477-1166. — VI. Ex eo quod in eodem systemate lædatur supremum Dei dominium in creatas voluntates, 1478-1166. — VII. Ex eo quod in systemate Molinæ et Congruistarum facilior sit; quam par est, humanæ libertatis cum divina gratia conciliatio, 1479-1167. — Brevis Augustinianismi systematis descriptio. Benedictus XIV hanc scholam celebrat, 1318-1039. — Duplex Augustinianorum schola. Dogmata utrique communia, 1318 et seq.-1039. — Placita alterutri scholæ specialia circa gratiæ cum libertate concordiam, 1320 et seq.-1040. — Augustinianum systema, quatenus præsertim gratiam *simpliciter et absolute, et physice moraliter* efficacem defendit, Thomistico, circa ea in quibus differunt, præhabendum videtur. 1325-1044

Convicia adversus Augustinianum et Thomisticum systemata super gratia et perseverantia eliduntur, 1327-1046. — Solv. objectiones, 1330 et seq.-1048. — Molinisticum systema perstringitur, 1335-1052. — Dei decretorum in Molinistico systemate series, 1336-1053. — Quomodo Molinisticum systema a Thomistico et Augustiniano circa gratiam discrepat, 1337-1054. — Multa sane, eaque gravissima, Molinæ systema explodere videntur momenta, 1338 et seq.-1054. — Congruistarum concisa systematis delineatio, 1342-1057. — Quisnam sit in Suaresiano systemate cœlestium decretorum nexus et ordo, 1342-1058. — Quid sentiendum de Congruistarum systemate, 1343-1059. — Argumenta pro Molina et Congruistis adversus Thomistas. — I Ex verbis Christi Domini ad Corozaitas et Bethsaitas, 1480-1168. — II. Ex eo quod in systemate Thomistarum non detur gratia vere sufficiens, 1481-1169. — III. Ex eo quod in eodem systemate gratia efficax sit necessitans, 1482-1170. *in not.* 1484-1171. — Thomassini nupera opinio expenditur, 1345-1060. — Fide constat voluntatem gratiæ quamlibet efficaci posse resistere, 1347-1062. — Gratia non tollit, ait S. Thomas, sed perficit naturam, I, 23-20. — Gratia efficax non officit libertati, VI, 69, 1004. — Hominem libere consentire gratiæ, convenit inter catholicos et protestantes, V, 1051. — Liberum arbitrium gratiæ cooperatur, non mere passive se habet, VI, 68. — Totum tamen Deo tribuendum est, 68, 71. — Et in nullo gloriandum, 116. — Nonnulli sapientes viri considerantes cuncta systemata Dei aut virtuti, aut humanæ libertati, aut gratiæ efficaciæ non satis consulere, totam vim gratiæ in quadam cœlitus indita energia omnino abscondita collocant, quæ ex infinita Dei virtute voluntatem libere, sed invicte operari facit. X, 1347-1062

De insignioribus gratiæ Christi beneficiis, X, 1347-1062. — De primo Dei gratiæ effectu, sive de hominis justificatione, 1348-1063. *Vid.* Justificatio. — De secundo gratiæ effectu, sive de merito, 1390-1103. *Vid.* Meritum. — De gratia habituali et ei annexis, 1439-1135. — Gratia habitualis est supernaturale Dei donum animæ permanenter inhærens per modum habitus. — Donum illud permanens triplex est, gratia sanctificans, virtutes infusæ et dona Spiritus Sancti, 1439-1135. — Gratiæ sanctificantis nomina. Vocatur, 1° gratia sanctificans; 2° gratia justificans; 3° adoptio, 1439-1135; — 4° pignus hæreditatis, 1440-1136. — De fide est existere gratiam sanctificantem, 1440-1136. — De fide est gratiam sanctificantem esse aliquid creatum intrinsece inhærens, 1441-1137. — Negant protestantes, 1440-1136. — Gratia sanctificans est quid permanenter animæ inhærens, 1442-1138. — Ante concilium Tridentinum de fide non erat gratiam sanctificantem esse quid permanens. Post illud concilium alii negant, alii affirmant cum catechismo romano, 1444-1139. — Gratia sanctificans est ne quid realiter a charitate distinctum? Affirmat S. Thomas et ejus schola; negant alii, 1445-1140. — Gratia sanctificans definitur: Supernaturale Dei donum intrinsecus inhærens per modum habitus, quo homo formaliter redditur justus, sanctus, Deo gratus, filius Dei adoptivus et hæres vitæ æternæ, 1446-1141. — Solv. objec-

tiones, 1430-1144. — Nemo primam gratiam sanctificantem *de condigno* promereri potest, sed potest quis eam *de congruo* mereri. Justus vero secundam gratiam justificantem, id est, augmentum gratiæ sanctificantis de condigno mereri potest. 1415-1116

De virtutibus infusis quæ sunt justificationis partes integrales, 1454-1147. — De donis Spiritus Sancti. 1465-1153

Quid de gratia credendum, VI, 61 et seq. — Principia a quibus theologo catholico in conficienda sua hypothesi nefas est recedere, sunt hujusmodi. Primum, dantur gratiæ efficaces, cum futuro voluntatis consensu infallibiliter nexæ vel ex se seu ex natura sua, vel alia ratione. Secundum, gratiæ efficaces et infallibiles creatam libertatem non tollunt, seu potest iis voluntas dissentire. Tertium, Deus vult omnes salvare, aut saltem omnes justos, et alios quam prædestinatos. Quartum, soli salvantur electi, eorumque numerus determinatus est. Quintum, prædestinatio ad gratiam est prorsus gratuita, proindeque et prædestinatio ad gloriam gratuita est saltem in radice. Reprobatio vero positiva fit ex demeritorum prævisione, VII, 249. — Illud systema præ cæteris plane tenendum, quod cum his propositionibus magis consentaneum est. 249

Gratia non tollit, sed perficit naturam. I, 23-29

Gratia ut valeat, non desideratur Scriptura, nisi lex eam petat, etc. — Gratia non prodest, donec veniat in notitiam ejus cui conceditur, etc. XXV, 499

Gratuitum quod opponitur debito dici potest quatenus opponitur debito personæ, seu quod ex merito provenit; vel quatenus opponitur debito naturæ; vel prout utrique opponitur, X, 45-58. — Rursus gratuitum dici potest vel relative et secundum quid, vel simpliciter et absolute, 45, 46-58. — Donum gratuitum, quatenus opponitur debito tum personæ, tum naturæ creatæ et creabilis, vere et proprie est supernaturale. 46-58

Gravati ii dicuntur qui res fidei commissas alteri transmittere debent, XVI, 626. — Consule codicis civilis articulos a 1051 usque ad 1074.

Gubernatio moralis hominum triplex est: politica, quæ pertinet ad regimen civitatis et communitatis perfectæ; œconomica, quæ pertinet ad regimen unius familiæ; monastica, quæ dici potest propria uniuscujusque, XII, 509-403. — Triplex est politica gubernatio simplex: monarchia, per unum caput; aristocratia, per paucos et optimos; democratia, per plures et plebeios. 459-357

Gula, quintum capitale vitium, est inordinatus comedendi vel bibendi appetitus, sive immoderata in cibo et potu delectatio, XI, 1081. — Vocatur etiam hoc vitium *crapula* vel *ingluvies*, et *gastrimargia*, quasi insanum ventris studium, 1081. — Hujus peccati gravitas et lugendi effectus, 1081 et seq. — Quinque sunt gulæ species, isto versiculo expressæ:

*Præpropere, laute, nimis, ardenter, studiose.*

1083. — Gula capitale peccatum est, quod quinque filias parturit, scilicet *ineptam lætitiam*, *scurrilitatem*, *immunditiam*, *multiloquium* et *hebetudinem mentis*, 1085 et seq. — Regulæ morum circa gulam. Gula quatenus avertit a fine ultimo, lethale peccatum est, cum scilicet homo præcepta Dei et Ecclesiæ propter delectationes gulæ violare paratus est. Alias veniale peccatum est, 1081-1091. — Lethalis peccati rei sunt, qui modum in cibo vel potu scientes et volentes plurimum excedunt, etiamsi non excedant rationis usu; multo magis si usque ad vomitum cibo et potu se ingurgitent, 1106. — Lethalis peccati non solum inobedientiæ, sed etiam gulæ reus est, qui jejunium ab Ecclesia præceptum violat, sive carnes aliosque cibos vetitos comedendo, sive corpus duplici refectione recreando, sive refectionis horam legitimam notabiliter anticipando, sine justa causa, 1106. — Lethalis gulæ reus est, qui cibis illis utitur, quorum manducatione grave scandalum proximo præbetur, sive cibi alias liciti sint, sive prohibiti, 1107. — Comedere et bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem, peccatum est, 1107 et seq. — Intemperantiæ et gulæ rei sunt, qui delicatioribus cibis corpus nutriunt ob voluptatem. Non autem peccant qui, ob delicatiorem corporis constitutionem, ob stomachi debilitatem et fastidia, ob infirmitatem, cibis delicatis utuntur, vilioribus, crassioribus, et male paratis obsoniis rejectis, 1110 et seq. — De gulæ remediis, XXII, 1306, 1307. — Remedia contra gulam præcipua sunt temperantia, jejunium, sobrietas, XI, 1088, 1089. — Ad coercendam gulam, divitis epulonis in inferis cruciatus meditari peropportunum est, 1089. — Perutilis meditatio novissimorum hominis et passionum Christi. 1091

Gulosi. Qui sunt gulosi quorum Deus venter est. XXII, 1304

Habitatio est jus habitandi ædes alienas, salva ipsarum substantia, XV, 877. *Vide* codicis civilis articulos 631 et seq. — Habitatio cum animo perpetuo habitandi, acquirit domicilium, XXV, 499, 500. *Vid.* Domicilium.

Habitus peccati est facilitas peccandi, seu propensio in peccatum per ejusdem actus comparata, XXII, 898. — Ad habitum moraliter spectatum non semper requiruntur actus pluries repetiti, 898. — Pœnitens ignotus, cum grave quid confitetur, interrogari debet num illud ex habitu commiserit, et interrogatus respondere tenetur, 898. — Quinque vices in mense possunt malum habitum constituere in aliquo vitio peccati externi, modo inter ipsas aliquod intervallum intercedat. In materia fornicationum multo minor numerus habitum constituere potest, 1052. — Peccatum omne ex pravo habitu est peccatum ex certa malitia, XI, 706. — Habitus, seu inveterata peccandi consuetudo in alteram prope naturam convertitur, 707. — Habitus inclinat potentiam ad actum. 444

Habituati sunt qui habitum contraxerunt in aliquo peccato, de quo non adhuc sunt confessi. Isti bene absolvi possunt prima via qua confitentur de pravo habitu XXII, 1052

Hæredes vel lege designantur, vel testamento instituuntur, lege designati, alii sunt legitimarii seu necessarii, alii legales seu naturales, XVI, 616. — Testamento instituti, seu legatarii, sunt vel universales, vel titulo universali, vel titulo particulari, 616, 617. — Hæredes necessarii illi sunt qui juxta leges civiles totaliter ab hæreditate privari nequeunt. Voluntarii illi sunt qui totaliter ab hæreditate privari possunt, sed tamen possunt defuncto succedere sive ab intestato, ut collaterales, sive a testamento, ut extranei, XV, 964, 965. — De præcipuis juribus hæredum et aliorum successorum defuncti, XVI, 617. — Obligationes hæredum potissimum spectant partitionem successionis, collationem bonorum defuncti, solutionem debitorum et onerum, 618. — Primum principium generale est hæredes sive universales sive titulo universali teneri ad debita testatoris solvenda et onera hæreditatis ferenda pro ratione partis hæreditariæ quam acceperunt, 618. — Secundum principium generale est hæredes titulo particulari non teneri ad solvenda debita et alia hæreditatis onera, 619. — An hæredes teneantur solvere debita et alia successionis onera, quando ista excedant vires hæreditatis, 619. — An hæredes, quando plures sunt, teneantur in solidum restituere, an duntaxat pro rata parte quam in successione habuerunt, 620. — Si dubium sit an defunctus debitis suis satisfecerit, hæredes, contemptis vanis rumoribus, debent serio veritatem indagare. 620

Hæreditas est inter res secundum quid ob conjunctam qualitatem commercio exemptas. Quibus in casibus nec licitum est nec valet pactum acquisitivum de hæreditate, XVI, 377. — Quando alicui hæreditas aufertur. XXV, 500

Hæresis Græce ab electione dicitur, I, 752, *in nota*, 754-593, 594; XIII, 1035, 1041-816, 822. — Hæresis quandoque vocatur secta, 1040, 1041-822; I, 754-594. — Hæresis natura tota est in substituendo spiritum privatum auctoritati legitimæ, VI, 1217, *in nota*. — Duplex vulgo distinguitur hæresis, altera *materialis*, altera *formalis*. *Materialis* et improprie dicta, est error veritati fidei directe et immediate oppositus, sed absque pertinacia assertus. *Formalis* et proprie sumpta, est error fidei catholicæ directe et immediate repugnans, cum pertinacia assertus ab eo qui fidem Christi professus est, I, 1438-1150. — Hæresis est species infidelitatis positivæ, XVIII, 1066. — Apostasia hæresis non est, I, 753, 759-595, 598; XVIII, 1021; VI, 659; XIII, 1041-822. — Est tamen ejusdem speciei cum apostasia, 1042, 1043-823. — Hæresis proprie sumpta recte definitur: error intellectus voluntarius et pertinax contra aliquam veritatem fidei christianæ, in eo qui fidem Christi professus est, I, 1438-1150; VI, 656; XIII, 1035-816. — Explicantur singulæ hujus definitionis verba, 1035, 1040-816, 821; VI, 656, 657; XVIII, 1067. — Ad hæresim *formalem* et propositionem *formaliter* hæreticam constituendam, tres potissimum ex parte objecti requiruntur conditiones: 1° ut propositio directe et immediate opponatur veritati revelatæ; 2° ut veritas revelata, cui adversatur propositio, sit directe et immediate in seipsa revelata; 3° ut veritas immediate revelata cui directe adversatur propositio, ipsa sit Ecclesiæ auctoritate omnibus fidelibus ad credendum proposita, I, 1439-1151. — Tres insuper ex parte subjecti requiruntur conditiones ad hæresim et propositionem formaliter hæreticam. Prima conditio est ut qui errat fidem Christi professus sit, atque adeo baptismo fuerit initiatus. Altera est, ut is qui errat, non in tota fidei materia, sed in ejus solum parte male sentiat. Tertia et præcipua conditio est pertinacia, 1439-1151. — Pertinacia hæresis propria est, eamque a cæteris peccatis distinguit, VI, 657. — Sine pertinacia *errans* quidem aliquis dici potest, sed non *hæreticus*. Sine pertinacia errare quidem potero, ait S. Aug., sed hæreticus non ero, VI, 657, 888. — Hæresis non est sine pertinacia, I, 765 et seq.-605. — Ad hanc pertinaciam non requiritur diuturnitas seu quantitas temporis

ac longa permanentia in errore contra fidem, 768, 1460-605; XIII, 1040-821. — De variis errorum gradibus, et de hæresi et hæretica propositione, I, 748 et seq. 589. — Hæresis cum fide non solum pugnat, sed summe maximeque etiam pugnat : sequitur errorem tunc proprie hæresim esse, cum non fidei materialiter, sed formaliter adversatur, 751-592. — Hæresis est error fidei catholicæ adversus, non utcumque, sed perfecte, absolute, formaliter, 752-592 — Non est semper verum illud vetus proverbium : *Ex verbis inordinate prolatis incurritur hæresis*, 759-598. — Sed liberior loquendi licentia coercenda est, 759, 760-598, 599 — Error catholicæ veritati contrarius, quando in vitio ignorantia est, ad speciem hæresis referendus est, non tamen hæresis perfecta est, 771-608. — Quælibet ignorantia etiam crassa et affectata, dummodo non sit concomitans, excusat ab hæresi et hæreticorum pœnis, 1461-1152, 1153 —Ignorantia affectata ab hæresi excusat, dum provenit ex solo addicendi tædio ; non autem, si ex judicii Ecclesiæ contemptu proveniat, VI, 648. — Eadem habenda est ratio de illo qui falso putet dogma aliquod definitum esse ab Ecclesia, quod tamen definitum non fuit, 648. — Non omnis opinio falsa est hæretica, I, 1422-1122. — Contingere potest ut hæresis sit asserere aliquid esse de fide, aut econtra hæreticum esse quod reipsa nec de fide est, nec hæreticum, 1467-1158. — Regulæ tres ad quas fidei externa judicia dirigenda sunt. Prima formula in promptu est, *ipsius contra se errantis testimonium*, 775-611. — Altera formula : *Si error fidei contrarius circa ea sit quæ nullo modo est probabile ab errantibus ignorari, qui ad fidem catholicam certe pertineant, tunc judices tuto de hæresi pronuntiabunt*, 777-612. — Tertia formula : *Si de cujuspiam errantis pertinacia dubitant judices, duæ res illis sunt accuratius transigendæ : Primum illud explicatum habeant judices, an error, qui in judicium venit, cum fide catholica aperte pugnet*. — Altera res est, *ut judices diligentem navent operam, quo illis errantis pertinacia patescat*, 778, 779-613, 614. — Quælibet hæreses novitatis profanæ arguuntur, vel duntaxat appellato singularum inventore. IV, 51

Maximum peccatum est hæresis, III, 862. — Magnum erit hujus peccati supplicium, 862-863. — Culpabiliter in hæresi ex hac vita decedentibus nulla salus esse potest, VI, 1248 et seq. — Hæresis gravius peccatum est quam aliæ infidelitatis species, 647. — Quænam pœnæ speciales de facto hæreticis sint impositæ, XIII, 1052-831. — Prima est supplicium mortis. Secunda, amissio famæ, honorum et bonorum temporalium, *ibid*. — Pœnæ illæ temporales nullibi nunc hæreticis infliguntur, 1052-831 *in nota*. — Tertia pœna est excommunicatio major lata ipso jure de facto in hæreticos, a Lucio papa, 1052-832. — Sedulo distinguenda sunt ista duo : 1° hæresis quoad culpam et in foro Dei ; 2° hæresis in foro externo et quoad pœnas ecclesiasticas. Ad primum requiritur et sufficit *voluntaria et pertinax resistentia revelationi divinæ sufficienter propositæ, etiam si privata sit*. Ad alterum sufficit et requiritur voluntarius et pertinax error in materia fidei catholicæ contraria, in homine christiano, id est baptizato, I, 1462-1153, 1154. — Qui incidunt in hæresim externam, seu quæ manifestatur per aliquod signum externum, incidunt in excommunicationem majorem, eamque jure et facto incurrunt, XIII, 1053-832. — Non excommunicantur hæretici pure mentales et per se occulti, 1054-832. — Hæresis est casus reservatus, XVIII, 1073. — In omni diœcesi requiritur ut hæresis sit *interna* signo exteriori expressa, 1074. —Ut hæresis censeatur externa, triplex conditio est necessaria. Prima, ut verbum, scriptum aut signum externum hæresim interiorem significet. Secunda conditio est, ut actus exterior sit de se malus et mortalis. Tertia, ut actus externus sit confessio hæresis, 1074. — In quibusdam diœcesibus reservatur hæresis tam occulta quam publica, 1074, 1075. — Corollaria, 1075. — Ut incurratur reservatio, necessarium est, 1° ut hæresis sit vera : non sufficit materialis error ; 2° ut hæresis sit externa, et quidem cum animo hæretico : quæ vel mere interna est vel licet externa sine animo hæretico profertur, ecclesiasticis pœnis non subjacet, XXII, 801 ; — 3° ut eadem hæresis sit ab homine Christi fidem professo, 802. — Ignorantia moraliter culpabilis ab hæreseos pœnis excusare potest, 802. — An hæresis quæcumque exterior reservationem inducat, id pendet e varia locorum disciplina, 803. — Qui hæreticorum concionibus, iisve domos suas locant, reservatam non incurrunt censuram, nisi hæc speciali locorum lege vetita sint sub pœna censuræ, 803. — An solus pontifex possit absolvere a peccato hæresis extra mortis periculum, XIII, 1054 et seq.-833. — In Ecclesiis Galliarum, episcopi absolvunt per se, vel per deputatos quibus id officium demandatur, ab hæresi etiam publica, 1055 *in nota*.-834. — Hæreticus, generaliter loquendo, nonnisi a sacerdote pro reservatis approbato solvi potest, XXII, 803 — Quæ a confessario erga pœnitentem ab hæresi reversum sint observanda. 804

Hæreses nobis scandalo esse non debent, I, 977-980. — 769-773. — Prænuntiatæ fuerunt, 999-788. — Natæ de ingenio sapientiæ sæcularis, hæreses a philosophia subornantur, 981, 982-774. Hæreses fideles probant, 980-773. — Ad explicanda fidei fundamenta et fidem firmandam viam aperiunt hæreses, III, 981. — In hæresis castris confusio, I, 1009, 1010-796. — Primæ hæreses ab apostolis damnatæ fuerunt, 1002 et seq -790. — Posteræ in primis damnatæ, 1004-792. — Plurimæ absque synodis proscriptæ fuerunt hæreses, IV, 520. — De præcipuis sectis, præsertim in fide erroneis, earumque auctoribus, fatis et expugnatoribus, V, 9-124. — De sectis antichristianis, 9. — Atheismus, 10 et seq.—Polytheismus, 13. — Deismus, 21. — Mahumetanismus, 21. — Judaismus, 24. — Sectæ præcipuæ a temporibus Christi et apostolorum per singula sæcula ad moderna usque tempora deductæ, 27. — Plures harum pestium fontes detexere SS. Patres, 27, 28. — Hæreses exortæ sæculo primo. Capharnaitæ, Simoniani, 29. — Pseudoapostoli, Nicolaitæ, Cerinthiani, 31. — Ebionitæ, 32. — Hæreses sæculi II. — Gnostici, 32. — Valentiniani, 33.— Marcionitæ, Appellitæ, Tatiani seu Encratitæ, 34. — Montanistæ, 34. — Tertullianistæ, Quartodecimani, 35. — Hæreses sæculi III. — Novatiani, 36. — Sabelliani, 37. — Origenistæ, 38. — Manichæi, 39. — Hæreses sæculi IV.— Donatistæ, seu Donatiani, 42. — Ariani, 43.— Semiariani, 45. Macedoniani, 46. — Aeriani, 46. — Aetiani et Eunomeniani, 47. — Apollinaristæ, 48. — Priscillianistæ, 49. — Audæani, seu Anthropomorphistæ, 51. — Jovinianistæ, 51. — Hæreses sæculi V. — Pelagiani, 52. — Semi-Pelagiani, 56.—Prædestiniani, 63.—Nestoriani, 64.— Eutychiani, 66. — Hæreses sæculi VI et VII. — Tria capitula eorumque auctores, 68. — Monothelitæ, 69. — Hæreses sæculi VIII et IX. — Iconoclastæ, 70. — Græcum schismatæ, 71. — Hæresis sæculi X et XI. — Secta Manichæorum Beringarius, 72. — Hæresis sæculi XII et XIII. — Albigenses, 74. — Petrus Abælardus, 75. — Waldenses, 76. — Dulcinistæ, Beguardi et Beguinæ, 77. — Hæreses sæculi XIV et XV. — Wicleffistæ, 78. — Hussitæ, 80.— Hæreses seculi XVI. — Lutheriani, 83. — Præcipui Lutherani discipuli, 90. — Calviniani, 95. — Schisma Anglicanum et hinc ortæ hæreses, 98. — Sociniani, 101. — Baiani, 102. — Hæreses sæculi XVII. — Janseniani, 107 — Novi quietistæ, 114. — Quæsnellistæ, 116. — Hæresis de jure naturali est causa divortii, dum non resipiscitur, XXV, 500-501. Des hérésies et du schisme. XXVI, 1296-1301

Hæreticus bifariam dissentire potest articulo fidei : 1° admittendo revelationem Dei, et negando illam esse infallibilem ; 2° admittendo omnem Dei revelationem esse infallibilem, sed negando existentiam revelationis alias sufficienter propositæ, VI, 594. — Ad hæreticum constituendum multa requiruntur. Primum error. Deinde ut is error catholicæ veritati contrarius sit. Tertio, ut constet errorem illum veritati catholicæ repugnare. Quarto, ut errori adjungetur pertinacia non quævis, sed quæ cum certa Ecclesiæ regula pugnet. Quinto, ut is error sit post susceptam fidei professionem in illo, qui Christo se credere profitetur, I, 774 ; 1459-610, 1151. — Hæreticus dicitur qui pertinaciter proprium errorem sectatur, VI, 638. — Nemo hæreticus proprie et formaliter dici potest, nisi qui pertinaciter errat circa fidem, 637, 748-590. — Nullus formaliter est hæreticus, quandiu judicium suum submittit Ecclesiæ, VI, 647. — Hinc quis potest ex ignorantia culpabili contra fidem mortaliter peccare, qui tamen sit hæreticus, 647. — Plures sunt inter doctos qui hæretici dicendi non sunt, etsi erroribus contra fidem non carent, 648. — Cum dissidium inter catholicos est num aliquid definitum sit ab Ecclesia necne, hæreticus non est credendus qui neganti parti adhæret, 648. — Qui exterius tantum fidem negat, aut aliquid profert contra fidem, nec hæreticus formaliter est, nec hæreticorum pœnis obnoxius, 649. — Contra fidem non peccat qui vel scrupulis, vel tentationibus veluti obrutus, sic judicium suum suspendit, ut consensum non præbeat. — Reflexio, 650. — Hæreticus non est, sed graviter peccat qui sciens pugnat cum eo dogmate quod theologi docti credunt a Deo revelatum, I, 769-606. — Multiplex est hæreticorum genus. Alii publice contrariam Ecclesiæ romanæ religionem profitentur. Alii, licet non id omne credant quod a sancta Ecclesia definitum est, ab ea schismatice non recedunt ; imo unum id formidant, ne ab ejus gremio ejiciantur, XXII, 803. — Alii sunt pure mentales, qui hæresi mente conceptæ pertinaciter inhærent ; sed nullo exteriori signo errorem suum manifestant, VI, 642. — Alii dicuntur hæretici solo actu externo, qui exterius faciunt aut proferunt quod hæresim præfert, sed interius ipsi non assentiuntur, et Ecclesiæ

judicio acquiescunt, 643. — Alii hæretici animo hæresi assensum præbent, et aliquo signo externo eam produnt quantumvis occulto. 643

Hæreticus formaliter est : 1° qui negat infallibilitatem Ecclesiæ in propositionibus definiendis tanquam de fide, aut improbandis tanquam hæreticis; 2° qui veritatem tanquam dogma fidei definitum amplecti, aut propositionem velut hæresim proscriptam damnare contumaciter recusaret, I, 1457-1149. — Præsumptive est hæreticus qui post Ecclesiæ definitionem conclusionibus mere theologicis materialiter sumptis adversaretur, 1457-1149. — Dissentiens privatæ revelationi in foro Dei et quoad culpam est hæreticus, sed non incurrit pœnas ecclesiasticas hæreticis impositas, 1463-1154. — Hæretici sunt qui Ecclesiæ judicio non acquiescunt, nisi argumentis convincantur de proposito dogmate, VI, 649. — Catechumenus, qui post susceptam Christi fidem ad hæreticos deficit, coram Deo vere est hæreticus, licet pœnis ab Ecclesia contra hæreticos latis non subjaceat, XXII, 802. — Hæretici sunt, quidquid dicat recentior, qui a fide apostatant. 802

Quo sensu dubius in fide hæreticus est, VI, 638. — Dubitatio pertinax de aliqua veritate ad fidem pertinente, saltem moraliter loquendo, nunquam est sine hæresi, 636. — Qui de aliquo fidei articulo proprie dubitat inter hæreticos est accensendus, 649. — Hæreticus censeri debet qui pertinaciter dubitat de aliquo fidei capite, XXII, 802; I, 760, 763-399, 603. — Alii negant, 761-399. — Qui catholicis veritatibus addictus, non tamen credit his veritatibus adversari eos qui Ecclesiæ definitiones impetunt, falsi et maxime temerarii judicii reus est, sed non est proprie hæreticus. XXII, 802, 803

Hæreticorum fraus. — Mala fides, I, 922, 496-727, 389. — Ad seducendum scriptura utuntur : sunt lupi in vestitu ovium, I, 984-732 et seq. — Nobis nihil quærendum est apud hæreticos, 986, 988-778, 779. — Hæretici ad nullam de Scripturis disputationem sunt admittendi, 989, 990-780, 781. — Eorum nulla est missio, 1000-789. — Ad eos merito dicendum est : Qui estis? Quando et unde venistis? — Scripturas alterant, 1006, 1007-793, 794. — Legatur integer de Præscriptionibus adversus hæreticos liber. 997-786

Confusio apud hæreticos protestantes et veritatis inveniendæ impossibilitas, 1173, 1174, 1177, 1178-925, 926, 929. — Nullum est decalogi præceptum, nulla veritas adeo lumine naturali nota, quam heretici non oppugnarint, VI, 794. — Nihil est tam absurdum et impium sive circa fidem, sive circa mores, quod dictum non fuerit ab aliquo hæreticorum, 1217, in nota. — Hæreticis, qui sensa sua catholicis etiam verbis exprimunt, semper non est credendum, X, 1080-851. — Apud hæreticos pietatis forma esse potest, non virtus, 1081-851. — Ecclesiæ victoria est hæreticos aperte dicere quod sentiunt. *Ibid.*

Facilius hæretici vinci possunt quam persuaderi. S. Hier., XI, 787. — Quandonam licitum est cum hæreticis disputare, XIII, 1045 et seq.-824. — Etiam secluso scandalo et periculo perversionis, non est licitum fidelibus communicare extra casum necessitatis cum hæreticis, 1040 et seq.-826. — Non licitum est hæreticos ad fidem compellere, 1050, 1051-829, 830. — Quanta charitate habendi hæretici. Dolendi magis sunt quam detestandi, X, 1158-912. — Eorum miseranda conditio, I, 946-746. — Nihil excusationis iis qui errant, sed judicii metus, 1011-798

De prohibitione librorum hæreticorum, VI, 643. — Hæc prohibitio alia est ex jure ipso naturali; alia ex jure humano positivo. 644

De pœnis contra hæreticos, VI, 641. — Duplicis generis sunt, aliæ temporales, aliæ spirituales. Temporales infliguntur a catholicis principibus, scilicet : 1° confiscatio bonorum; 2° incapacitas ad publica officia obtinenda; 3° privatio jurisdictionis temporalis; 4° pœna mortis, sic enim declaratum est variis imperatorum legibus; et usus obtinet in quibusdam regnis, 642. — Pœnæ spirituales, quas Ecclesia solum infligit, sunt : 1° excommunicatio major, quam plures summi pontifices sibi reservarunt; 2° privatio ecclesiasticæ sepulturæ; 3° irregularitas; 4° privatio jurisdictionis ecclesiasticæ, sicut etiam aliarum dignitatum et officiorum Ecclesiæ; 5° inhabilitas ad omnia beneficia, 642. — Quædam observantur circa excommunicationem in hæreticos latam, 642. — Nec hæretici pure mentales, nec solo actu hac censura illaqueantur, 642. — Bene vero qui assensum interius errori præstantes, illum signo aliquo externo, etiam occulto, produnt, 643. — Ad Ecclesiam non pertinent hæretici notorii, IV, 1080 et seq. Jurisdictione non destituuntur notorii omnes hæretici, 1084 et seq.— Hæc sententia quæ tenenda videtur, a gravibus tamen multis impugnatur theologis, 1084, in nota.— Ab Ecclesiæ communione excluduntur hæretici, VI, 310 et seq. — A communicatione sanctorum excluduntur, 338. — Hæretici declarati extra Christi Ecclesiam sunt, 1215 et seq. — Ad Ecclesiam pertinent hæretici occulti, IV, 1095. — Hæretici in Ecclesia catholica baptizati, qui cum defecissent a fide, postea ad ipsam redibant, admittebantur *per manus impositionem*. Quæ manus impositio erat in pœnitentiam, non autem in Spiritum Sanctum, XXI, 1025. — Hæc manuum impositio, pœnitentialis et mere reconciliatoria erat, non autem confirmatoria, 1027. — Pœnitentia in quam illis hæreticis manus imponebatur, levior erat, modo illi nec in hæresi rebaptizati, nec rei capitalis criminis essent; tunc enim pœnitentiæ publicæ subjiciebantur, 1027. — Illi hæretici, nec in Occidente, nec in Oriente admissi videntur per chrismatis unctionem, 1028. — Hæretici in ipsa hæresi invalide baptizati, in Ecclesiam ut gentiles admittebantur, 1029, 1031. — Hæretici in ipsa hæresi valide baptizati, sed nondum confirmati, in Ecclesiam per ritum confirmatorium admittebantur; si vero criminis capitalis rei essent, ad pœnitentiæ labores et stationes remittebantur, 1031. — Hæretici foris valide baptizati et confirmati, primis quatuor sæculis, in Ecclesiam occidentalem per manuum impositionem admittebantur, nulla facta mentione chrismationis, 1032. — Hinc usum, quo hæretici per solam manuum impositionem admitterentur, Ecclesia romana constanter retinuit, 1034. — Ecclesiæ romanæ consuetudinem aliquandiu imitata est gallicana Ecclesia, 1036. — In Galliis tamen sæculo quinto manuum impositioni addi cœpit chrismatis unctio, 1036. — E Galliis mos ille transiisse videtur in Hispanias, 1038. — Quatuor primis Ecclesiæ sæculis, orientalis Ecclesia ad Laodicenam usque synodum hæreticos foris valide baptizatos et confirmatos admisisse videtur per solam manuum impositionem, 1038. — Synodus Laodicena, omnium prima meminit unctionis, 1039. — A synodo Laodicena Orientis Ecclesia in illis hæreticis admittendis unctionem adhibuit, 1041. — Alii baptizantur; alii duntaxat inunguntur sacro chrismate; alii hæresim suam anathematizant, 1043, 1044. — Unctio per quam hæretici in Ecclesia orientali admittebantur, non excludebat manuum impositionem, 1044. — Utrum manuum impositio, seu chrismatis unctio per quam hæretici, in ipsa hæresi, valide baptizati imo et confirmati, in Ecclesiam admitterentur, Confirmationis esset sacramentum, XXI, 1047 et seq. *Vid.* CONFIRMATIO. — Momenta quibus affirmans opinio stabilitur, graviora sunt. Utraque tamen opinio sua se probabilitate tueri potest, 1062. — De ritibus et orationibus quibus hæc unctio, vel manus impositio, in Oriente et Occidente fieret, 1045. — Bénédiction sur ceux qui reviennent de diverses hérésies. XX, 187

HARMONIA. De systemate harmoniæ præstabilitæ. II, 363, 366

HASTA. De venditione sub hasta. Illa est qua res venales publice expositæ per præconem proclamantur, ita ut cuivis liberum sit augere pretium, et res majus offerenti post tempus datum adjudicetur, XVI, 663. — Licita est venditio sub hasta. — Conditiones requisitæ ut licita sit petuntur vel ex parte venditoris, vel ex parte emptoris (gallice *enchérisseur*), vel ex parte præconis, 665, 666. *Vid.* Codicis civilis articulos, 1680 ad 1689.

HEBDOMAS duplicis generis est apud Hebræos, nempe annorum et dierum, et utraque usitatissima, IX, 130-132 — Aliæ ex septem annis, aliæ ex septem diebus constantes, XXVI, 111. — Hebdomadæ dies sic distinguebantur, prima sabbati seu prima dies post sabbatum, secunda sabbati, etc. 111

HEBETUDO sensus, sive mentis, quinta gulæ filia, non solum pœna peccati, sed peccatum est si sit voluntaria. Quandoque peccatum lethale est. XI, 1088

HEBRÆI. *Vid.* JUDÆI.

HEMEROBAPTISTÆ, apud Judæos secta, quotidie baptizabantur. V, 26

HERBAS nascentes in sylvis et agris circumseptis dominus sibi reservare potest, et peccant qui eo rationabiliter invito eas decerpunt. XIV, 889 et seq.-702

HERMAPHRODITUS in quo alter sexus prævalet potest matrimonium inire juxta sexum prævalentem, XXV, 591. — Hermaphroditi alii dubii sexus sunt; in aliis masculinus, in aliis fœmineus sexus prævalet, XXIV, 853. — Hermaphroditus, sive in eo sexus alter alteri prævaleat, sive non, irregularis est, XVII, 239. — Si sexus fœmineus prævaleat, hermaphroditus non est ordinis capax; si virilis sexus prævaleat, valide quidem ordines recipiet, sed illicite, 239, XXIV, 853. — Puella in virum mutata est irregularis. 854

HERODIANI dicuntur Herodem Ascalonitam pro Messia habuisse, V, 26. — De Herodianis. Quare vocati Herodiani ab Herode. XXVI, 141

Hessæi, Judæorum secta, quinam fuerunt, XXVI, 128. — Unde Hessæorum nomen deductum, et ejus significatio quænam. — Unde originem traxit Hessæorum secta, 128. — Hessæorum ratio vivendi, 129. — Quomodo tyrones in eorum societatem eligebantur, 129 — Quare in Evangelio nequa mentio non fit Hessæorum, ac Pharisæorum et Sadducæorum. 130

Hierarcha proprie præciseque vocatur qui sacris præest, non qui personis præsidet, VII, 744. — Datur in Ecclesia sacra hierarchia divinitus fundata, cujus nomine intelligitur principatus sacer secundum certos gradus tam ordinis quam jurisdictionis distinctus. VI, 1049

Hierarchia est sacer ordo, et scientia, et actio ad divinam similitudinem, quoad licet, accedens; atque, ut Dei proprium est purgare, illuminare ac perficere, sic hierarchia ad eadem illa præstanda vim ac potestatem affert, VII, 744. — Hierarchia dupliciter accipitur, vel ratione formæ, vel ratione subjecti in quo et circa quod versatur. Ratione formæ definitur: Gubernandorum sacrorum potestas et functio, 744. — Ex tribus constat perfecta hierarchia: ordine, potestate, actione, quæ omnia in humana et ecclesiastica hierarchia considerantur, 745. — Si desit legitima potestas, non erit hierarchia, 745. — Vir in quem definitio hierarchiæ competit debet esse perfectus ac divinus, et sacræ omnis scientiæ peritus, qui Dei quam simillimus, tales eos possit facere quos imbuendos suscepit, 745. — Rursus hierarchia ratione formæ dupliciter accipitur. Aut quemcumque gradum et sacrorum præfecturam significat, complectens episcopos, presbyteros, diaconos et reliquos gradus, 745; V, 1208. — Aut supremam tantummodo jurisdictionem ac summum sacrorum magistrum complectitur, VII, 745. — Episcopatus est apex hierarchiæ, 746. — Ratione subjecti considerata hierarchia non solos sacrorum antistites et administros complectitur, sed eos etiam qui illis subjecti sunt, quales sunt populi ac laici, 746. — In tria dividitur hierarchia: in sacra et cæremonias, in sacrorum præsides, in subjectos, 746. — Hierarchia alia est quæ ordinis, sive sacri ministerii, alia quæ jurisdictionis seu regiminis dicitur, V, 1208, 1210. — Potestas et hierarchia ordinis pertinent ad sacrum ministerium, et ad spiritualia bona christiano populo tribuenda, 1210 et seq. — Hierarchia ordinis constat episcopis, presbyteris et ministris, 1212, 1213. — Hierarchia jurisdictionis omnis est posita in regendis gubernandisque subditis, cum Deus instituit ut optime homines regerentur, 1219. — Ea pertinet ad optimum Ecclesiæ regimen. Inter Ecclesiæ magistratus unus esse debebat qui cæteris præesset, 1219 et seq. — De hierarchia ecclesiastica. De jure personarum, de laicis et clericis generatim, 1207. — De hierarchia ordinis, 1210. — 1° De episcopis, 1212. — 2° De presbyteris, diaconis, subdiaconis et reliquis ordinibus, 1215. *Vid.* Hæc verba. — De hierarchia jurisdictionis, 1219. — 1° De summo pontifice, 1222. — 2° De cardinalibus et legatis, 1225. — 3° De patriarchis, primatibus, metropolitis, 1228. — 4° De coadjutoribus, 1231. — 5° De chorepiscopis, 1232. — 6° De prælatis inferioribus, 1233. — 7° De capitulis canonicorum, 1234. — 8° De dignitatibus, personatibus, officiis, 1237. — 9° De vicariis, 1239. — 10° De parochis et reliquo Clero. 1242

In tres hierarchias angeli distribuuntur. Suprema continet Seraphinos, Cherubinos et Thronos; media Dominationes, Virtutes et Potestates; infima Principatus, Archangelos et Angelos. VIII, 1323

Hircus emissarius erat Christi figura, XV, 202, 206. — Sensu allegorico accipiendus est. 209-210

Historiæ humanæ auctoritas est decimus locus theologicus, I, 587-696-461-548. — De historiæ humanæ in theologiam utilitate, 587 et seq.-461. — Utilis est ad vitandos errores, 588, 589-462, 463. — Utilis est ad Scripturæ sacræ intelligentiam, 589, 590-463, 464. — Historia, ut dixit Cicero, magistra vitæ est et lux veritatis, 591-465. — Necessarium est homines hominibus credere, nisi vita pecudum more degenda sit, 599-471. — Historiæ humanæ auctoritas aliquando probabilis, quandoque etiam certa, 599-471. — Præter auctores sacros nullus historicus certus esse potest, id est, idoneus ad faciendam certam in theologia fidem, 600-472. — Ex uno tamen historico certitudo historica præteritorum factorum haberi potest, 605, in nota.-475. — Testis unius testimonio quæ fides adhibenda, 600, 605, in nota; 607-472, 474, in nota, 478. — Historici graves ac fide digni probabile argumentum theologo suppeditant, 600-472. — Historiæ fides vel certa habenda est, cum in idem auctores universi consentiunt. Tunc ex eorum auctoritate certum argumentum theologicum promitur, 601-473. — Regulæ certitudinis historicæ, 602, in nota.-473. — Omnis historia est verax, quæ res gestas ita narrat uti narrantur in libris coætaneis, vel ætate proximis, qua res gestæ sunt. VI, 809

Qui sint probatæ fidei auctores, qui contra non sint, I, 656-691-516-544. — Tres regulas, quibus historici cujusque fides ac veritas exploretur, Joannes Annius ponit. Prima regula: Suscipiendi sunt absque repugnantia omnes qui publica et probata fide scripserunt, 656-516. — Secunda: Gesta et annales quatuor monarchiarum (Assyriorum, Persarum et Medorum, Græcorum, Romanorum) non possunt negari et rejici ab aliquo, quia solum publica fide notabantur, et in bibliothecis aut archivis servabantur, 657-516. — Tertia regula: Qui solo auditu, vel per opiniones scribunt, hi, tanquam privati, recipiendi non sunt, nisi ubi a publica fide non dissentiunt. 657-517

Multiplex regula qua veraces historicos a fallacibus distinguere valeamus. Prima lex ex hominum probitate et integritate sumetur, 677-533. — Scriptoris probitas et integritas, licet aliquando in scriptis ipsis eluceat, fama et gravi atque frequenti præteritorum hominum testimonio cognoscetur, 682-536, 537. — Regula altera: Ut eos historicos reliquis anteferamus, qui ingenii severitati quamdam prudentiam adjunxerunt et ad eligendum et ad judicandum, 683-538. — Tertia regula: Si cui historico auctoritatem Ecclesia tribuit, hic dubio procul dignus est cui nos etiam auctoritatem adjungamus. Cui Ecclesia derogavit fidem ei quoque nos fidem jure ac merito derogabimus. 686-540

Historiæ humanæ auctoritas octodecim argumentis impugnatur, I, 592, 599-465, 471. — Adstruitur eadem auctoritas. 599, 696-471, 548

Primum argumentum: ex Christi genealogia, 592-466. — Confutatur, 605-474. *Vid.* Genealogia.

Secundum arg.: ex fratribus Christi, 593-466. — Confutatur, 607 et seq.-478. *Vid.* Consortes.

Tertium arg.: ex patre Herodiadis, 593-466. — Diluitur. Herodias non Aretæ regis, sed Aristobuli filia fuit. 609-479

Quartum arg.: ex Magis, qui reges non fuerunt, 593-467. — Diluitur. Magos fuisse reges communis opinio est. Sed sive negans, sive affirmans opinio vera sit, non inde historiæ fides labefactatur. 610-480

Quintum arg.: ex tempore quo Magi Christum adoravere, 594-467. — Diluitur. Magi ante diem Purificationis accesserunt, 611-481. — Herodes, qui bimos interfecit, ex propria malitia tempus ampliavit, sicut ampliavit et locum, 613-482. — Ab Oriente Magi tam paucis diebus venire potuerunt. 613-482

Sextum arg.: ex miraculo nuptiarum in Cana Galilææ edito, 595-468. — Christus passus est anno ætatis suæ trigesimo tertio. De annis prædicationis. 614 et seq.-485

Septimum arg.: de vulgi erroribus in historia scripta. 595, 619-468, 487

Octavum arg.: de loco sepulturæ Adami. 595, 620-468, 488

Nonum arg.: de septuaginta annis prophetiæ Danielis, 595, 621 et seq.-468, 489. — Quo regnante initium habet. 626 et seq.-492

Decimum arg.: quo anno Templi fundamenta posita. 596, 633-468, 499

Undecimum arg.: quisnam ille Artaxerxes fuerit, qui cum Cyro et Dario jusserit Templum ædificari. 596, 636 et seq.-468, 500

Duodecimum arg.: de erroribus chronologicis, 596, 639 et seq.-469, 505. — Plures quam 480 annis ab exitu Israel de Ægypto ad initium Templi intercesserunt. 644 et seq.-506

Tertium decimum arg.: de falsis in Ecclesia receptis historiis. 596, 651-469, 512

Quartum decimum arg.: 596-469. — Non est idem historiæ approbatio et usurpatio, 652-513. — De Constantini donatione, 653-513. — De Constantini lepra, 653-514. — De baptismo Constantini, 654 et seq.-514. — Historiam hæretici vitiant. 655-515

Decimum quintum arg.: de Josephi fide in historia. 597-693-469, 544

Decimum sextum arg.: de usu historiæ profanæ in philosophia. 597, 695-470, 545

Decimum septimum arg.: de historiis apocryphis, et de fide historiis ethnicorum habenda. 597, 659 et seq.-470, 516

Decimum octavum arg.: contra quamlibet historiam. 598, 694-470, 546

Historia brevis studii theologici, 34, 49-29, 41. — De studio historiæ ecclesiasticæ. 60-41

Historici. De dotibus historici scriptoris. I, 603, in nota, 473

Histriones. Eorum officium, quod ordinatur ad solatium hominibus exhibendum, non est secundum se illicitum S. Thomæ. XI, 1253

Holocaustorum sacrificii species humanæ servitutis tributum proprium erat, I, 816-645. — Holocaustum, a voce

græca, [illegible], id est, totum combustum, appellatum est, quod in eo tota victima in Dei honorem consumeretur. Hoc ritu summum Dei dominium in res omnes significatur, et qui sacrificium offerebant se totos Deo profitebantur, XV, 98.—Hebraice derivatur a verbo ascendere. XXVI, 63, 66

Homicida vel mutilator. De restitutione ad quam tenetur. Læsor aut homicida tenetur, etiam ex justitia, ad aliquid parti læsæ ad arbitrium viri boni restituendum. Hæc sententia verior est et communior, XIV, 981-775. — Homicida aut mutilator tenetur ex justitia ad compensanda damna temporalia ex ejus injusta actione consecuta, 982-776. — Si læsus inde non moriatur, ipsi facienda est restitutio; si fuerit occisus, hæredibus ejus necessariis tenetur homicida compensare omnia ad sustentationem necessaria, juxta ipsorum statum, quæ illis defunctus subministrare jure naturæ tenebatur, et eis de facto proprio labore et industria subministrabat, 983-776. — Variæ assignantur causæ excusantes homicidam a restitutione facienda, 984 et seq.-777.

Obligatio restituendi oritur ex omni et solo homicidio injusto et voluntario, XV, 961. — Quid restituere teneatur ille qui alium injuste occidit, 961. — Damnum naturale ex justitia reparandum est, si reparabile sit; sic membrum disjunctum in suo loco restituendum est, 962. — Si damnum non sit reparabile, alii affirmant adesse obligationem illud damnum per bona alterius ordinis compensandi, alii negant, 962. — Qui alium injuste occidit aut mutilavit tenetur ad reparationem damnorum temporalium quæ per se ex homicidio aut mutilatione sequuntur, et quæ prævidit aut prævidere potuit saltem in confuso, 963, 964. — Certum est restitutionem faciendam esse ipsimet læso vel mutilato, si adhuc supersit, 964. — An homicida teneatur restituere hæredibus occisi, 964, 965. — Homicida, generatim loquendo, non tenetur restituere creditoribus occisi, 966, 644. — Homicida, generatim loquendo, non tenetur restituere iis qui ab occiso liberalitates accipiebant vel accipere sperabant, 966, 645. — Injustus homicida non liberatur a restitutione facienda, si defunctus ante mortem remiserit offensam personalem; secus, si remiserit expresse damnum reale, exceptis stricte debitis, 967. — Qui injustum aggressorem occidit, sive servaverit justum moderamen inculpatæ tutelæ, sive non servaverit, ad restitutionem non tenetur. Duellans occisor non tenetur restituere pro morte duellantis occisi qui prælium singulare provocaverat vel acceptaverat. Semper ea excipienda sunt quæ aliis stricte sunt debita, 968. — Tenetur solvere integras impensas factas in curationem læsi, 636. — Tenetur etiam restituere, non quidem quantum ipse erat lucraturus, sed quantum illa spes lucri valebat, si quæstum aliquo officio vel artificio faciebat, 637.— Si homicida vel qui damnum intulit moriatur, tenentur hæredes ex ejus bonis restituere, 637. — Quomodo æstimatio lucri futuri facienda est, cum ignoretur quamdiu fuisset victurus, 637. — Qui ab altero fuit provocatus ad pugnam, etiamsi modum forte excessit, non tenetur ad restitutionem: ita multi recentiores, 639. — Qui invaditur ab altero sine provocatione, si justam moderationem notabiliter excedat, ita ut mortifere peccet occidendo suum invasorem, tenetur integre damna compensare. Ita plerique hoc tempore. Invasor tamen videtur ex parte amittere jus ad compensationem damni, 639, 640. — Qui invasus ab altero potest fugere, vel aliter declinare, et si id non faciat, sed debita moderatione se vel sua defendens occidat invasorem, non tenetur ad restitutionem, 640. — Idem omnino dicendum de eo qui alium contumelia vel alia injuria affecit, si ab illo invasus justa ratione se tueatur et illum occidat, non tenetur ad homicidii compensationem, 640. — Utrum quando homicida sustinuit pœnam talionis, debeat fieri damnorum compensatio. Quidam recentiores negant, 640. — Sed verius est in rigore omnia damna ex homicidio secuta ex bonis homicidæ sarcienda, 640. — Pro vita, membro, vel cicatrice hominis liberi, nihil in conscientia necessario debetur, 641. — Hinc patet 1° solum damnum pecuniarium secutum ex homicidio esse ex justitia compensandum; pro damno autem vitæ et pro injuria solum deberi satisfactionem quamdam, signis doloris et petitione veniæ, 643. — 2° Si vir nobilis aut alius occisus sit qui nihil lucri faciebat, nihil restituendum præter expensas in medicos, si quæ factæ sunt, 643.—Ordinarie nihil pro expensis funeris restituendum est, 643. — Communior sententia est homicidam non obligari ex justitia ad aliquid animæ occisi restituendum, quamvis sit saluberrimum consilium, et æquitas naturalis videatur quodammodo postulare, 644.— Occisor solum videtur obligari parentibus occisi, filiis et uxori, 645. — Si læsus interfectori omnia remittat, ad nihil tenebitur, sicut qui volentem interficit: est communior sententia doctorum. 646. Vid. Restitutio.

Homicidium est hominis per hominem interfectio, XVIII, 1077. — Dividitur in necessarium, voluntarium, casuale, 1077; XVII, 286.—Necessarium, quod etiam justum dicitur illud est ad quod aliquis quasi obligatur, seu ratione legitimæ defensionis, ut cum vitam suam aliter tueri non potest; seu ratione officii vel professionis, ut cum magistratus servato juris ordine sontem morti addicit, aut miles in bello justo hostem cædit, 286; XVIII, 1077, 1078.—Homicidium voluntarium, quod alii injustum appellant, illud est quod contra regulas æqui intenditur directe vel in se, vel in causa, 1078, 1081; XVII, 287. — Homicidium simpliciter voluntarium dicitur quod committitur per industriam, per insidias, ex proposito, 288. — Homicidium non est voluntarium quoties est contra intentionem agentis, etiamsi ex tali opere non raro, sed sæpius, modo tamen non necessario et inseparabiliter sequatur, 287.— E contrario homicidium erit voluntarium, si ab agente intentum et præcogitatum fuerit, tametsi raro admodum ex actione quæ posita est sequatur, 289.— Quid judicandum de homicidio quod commisit quis habens animum percutiendi, neque excludendo, neque includendo animum occidendi, 288. — Ad homicidium voluntarium indirecte constituendum tria hæc requiruntur et sufficiunt, ut quis possit, debeat et non faciat, XIV, 632, 634-515, 517. — Quod dupliciter contingit: uno modo, quando dans operam rebus illicitis quas vitare debebat homicidium incurrit; alio modo, quando non adhibet debitam sollicitudinem. 632-513

Prima regula generalis est quod, si aliquis det operam rei licitæ, debitam diligentiam adhibens, et ex hoc homicidium sequatur, non peccat, nec incurrit homicidii reatum: secus dicendum si non adhibeat sufficientem diligentiam ne consequatur homicidium, 652-515. — Secunda regula generalis est quod, quando aliquis dat operam rei illicitæ etiam per respectum ad læsionem et necem, quia ad illam tendit, quantamcumque adhibeat diligentiam, si tamen ex sua actione sequatur occisio alterius, incurrit homicidii reatum et irregularitatem, 654 et seq.-517. — Homicidium casuale illud est quod agens nec in se, nec in causa cum effectu necessario conjuncta voluit. Duplex est: aliud pure casuale, quod etiam inculpatum vocatur; aliud mixtum et culpabile, XVII, 287. — Homicidium pure casuale est illud quod præter intentionem agentis sequitur ex actione ex qua nec prævidetur, nec moraliter prævideri potest esse secuturum. — Homicidium casuale mixtum est illud quod quis nec intendit, nec prævidit, sed prævidere potuit et debuit, et ea tenus impedire, 287; XVIII, 1078, 1082. — Homicidium quod omnino casu fit non est peccatum, nec proprie homicidium vocatur, sed occisio simplex, XV, 628 et seq. — Si occisio non omnino casu fiat, eo quod in opere periculoso non sit præstita cautio necessaria, erit peccatum injustitiæ et homicidii, mortale vel veniale, pro ratione negligentiæ, 630. — Homicidium præmeditatum est illud quod resolvitur in animo occidentis ex aliquo intervallo antequam committatur, XVIII. 927

Licitum est, imo et necessarium occidere peccatores auctoritate publica, XV, 595; XIV, 570-450. — Judices non possunt ad mortem malefactorem condemnare, nisi servato juris ordine, 572-452.— Peccatorem impœnitentem judex potest morte punire, 573-453. — Non potest princeps, nisi ob specialem causam, sceleratum occidendi facultatem cuilibet privato concedere, 573-453. — Privato non licitum est malefactorem occidere, 574-454; XV, 595

Qui tyrannus est ratione tituli, nempe qui absque ullo jure armis principatum invadit, vel occupat, a quovis de regno interfici potest, XV, 596. — Id fieri potest jure defensionis et jure vindictæ, 596.—Qui est verus princeps et tyrannus ratione duntaxat administrationis non potest a privatis interimi quamdiu manet princeps, 592. — An licitum sit occidere filiam in adulterio deprehensam, vel ipsum adulterum, 598.— In foro animæ, illud non est licitum ante sententiam, 599. — Post sententiam legitime latam potest parens occidere filiam, et maritus uxorem, si per judicem ei occidenda tradatur, ut fit in quibusdam regnis. 600

Occidere malefactorem non licet clericis auctoritate publica fungentibus, XIV, 577-456. — Hæc prohibitio est solum de jure ecclesiastico antiquissimo. 578-457

Nunquam licet innocentem directe occidere, 599-473; XV, 603. — Indirecte tamen, ut in bello, licitum est, XIV, 601-473. — Licet innocentem tradere tyranno urbis excidium minitanti, nisi ille tradatur ad occidendum, 603-476; XV, 606. — Judex inferior tenetur ad mortem damnare eum quem privata scientia novit innocentem esse, sed qui convincitur esse reus, XIV, 605 et seq.-478. — Non licet procurare abortum ad mortem vitandam, 609 et seq.-481. — Nec licitum est feminæ sumere potionem ad sterilitatem procurandam. 614-483

Quomodo liceat alteri necem inferre, VI, 857. — Hujus veritatis regula. 858

Licitum est occidere injustum invasorem, ob defensionem vitæ et integritatis membrorum, servato moderamine inculpatæ tutelæ, XIV, 615-485; XV, 607. — Quibus modis vita impeti potest, 608 et seq. — Quis censeatur injustus aggressor? In quo consistat moderamen inculpatæ tutelæ, XIV, 615-486. — Qualis debeat esse intentio invasi, dum se defendit, 616 et seq.-486.— Defendendo propriam vitam licet injustum aggressorem in ipso conflictu occidere, servatis conditionibus allegatis, 622-491; XV, 611. — Etsi licitum est occidere invasorem, quando aliter nos tueri non possumus, sæpe tamen est salutare consilium permittere se potius occidi, quam occidere, 612. — Nunquam licet prævenire et occidere futurum aggressorem, sed solum in actuali conflictu cum moderata defensione, illum præter intentionem occidere, XIV, 625 et seq.-494.—Si is qui invaditur non possit se tueri, nisi cum periculo innocentis quo invasor se protegit, probabilius et licet se cum illo periculo defendere, XV, 612.—Quidam doctores sentire videntur licitum esse ad conservationem vitæ matris præbere pharmacum quo proles poterit moritura, 613. — Contraria sententia videtur omnino vera, 614. *Vid.* Abortus.

Licet raptorem interficere, si bona rapta fuerint magni momenti, si nulla alia via recuperari valeant, si occisio furis fiat subito, et cum moderamine inculpatæ tutelæ, neque a defendente directe intendatur. Est communior sententia, XIV, 629 et seq.-497; XV, 616. — Idem licitum est clericis pro defensione rerum suarum, 618. — Non pauci tamen theologi negant, XIV, 631, in nota,-498. — Pro defensione honoris et famæ nunquam licet calumniatorem occidere, 633 et seq.-501. — Ad salvandum honorem, et etiam vitam puellæ gravidæ, non licet abortum procurare, 638-504. — Fœmina defendendo suam castitatem potest occidere aggressorem, si alia via non suppetat. Ita communiter, 640-505; XV, 619 —Fas est viro honorato occidere invasorem, qui fustem vel alapam impingere, ut ignominiam inferat, si aliter hæc ignominia vitari nequit, 620 et seq.—Qui fuste vel pugno invaditur, non tenetur fugere, si fuga illa esset ignominiosa, sed potest sistere gradum, cum animo se defendendi, et ignominiam impediendi. 623

Licet personæ privatæ ad proximi vitam, aut pudicitiam, aut bona defendendum, occidere injustum aggressorem, positis conditionibus requisitis. Non plus licet ad proximi defensionem quam ad propriam, 623; XIV, 641-506 et seq. — Privatus non tenetur furem occidere ad defendendum bona proximi, cum propriæ vitæ periculo, aut gravi suarum rerum damno, 645-508; XV, 624. — Privatus non tenetur tueri vitam alterius privati, quando non potest sine occisione invasoris, 624.— Qui non defendit vitam vel fortunas proximi, dum commode potest, peccat quidem mortiliter contra charitatem, non tamen tenetur ad restitutionem, nisi ex justitia teneatur defendere, 624. — Duellum est de se intrinsece malum, illicitum et omni jure prohibitum. Ita communiter, XIV, 644 et seq.-509. *Vid.* Duellum.

De bello et militum occisionibus. 647 et seq.-511

Homicidium ex genere suo est peccatum mortale, cujus malitia augeri potest ex quatuor circumstantiis. Primo, ex conditione personæ quæ occiditur, XIV, 650-514.—Secundo, ex circumstantia loci. Tertio, ex circumstantia temporis. Quarto, ex circumstantia sociorum, 651-514.— Non potest esse veniale ex parvitate materiæ, 651-514.—Homicidium voluntarium in pluribus diœcesibus est casus reservatus, XVIII, 1081. — Corollaria, 1084. — Homicidium illud solum reservatur, quod a theologis communiter habetur pro mortifero, XXII, 805. — An homicidium casuale subjaceat reservationi, id pendet a circumstantiis, 805. — Reservationi obnoxius est qui vulnus inflixit, a quo quis nonnisi longo post tempore decessit, 805.— Reservationem incurrere potest ebrius homicida, 805. — Ubi simpliciter reservatur homicidium, reservationi subjacet non is solum qui fecit, sed et qui mandavit. Negant non pauci, 806. — Qui mandatum vere et efficaciter revocavit non subjacet reservationi, 807. — Qui mandavit Petro mortem Joannis in reservationem non incidit, si Petrum ipsum, cujus mortem non intendebat nec prævidebat, occidi contingerit, 807.— An qui mandavit percussionem subjaceat reservationi, si mandatarius fines mandati prætergressus sit, 807. — Homicidium simpliciter voluntarium gravissimam inducit irregularitatem, XVII, 289.—Homicidii hujus voluntarii ii omnes rei sunt qui actione, sive physica, sive morali proximi mortem directe intendunt et procurant, 289. — Hinc: 1° homicidæ voluntarii sunt qui in duello, in bello clare injusto, in alia quacumque occasione, ex proposito alium injuste et spontanei necant, 289. — An homicidii simpliciter voluntarii reus sit qui in rixa repentina hominem subito occidit. Res ex circumstantiis resolvenda est, 290.— Hinc : 2° homicidæ simpliciter voluntarii sunt mandantes, consulentes et alii cooperantes, 290. — Circa mandantem notanda, 291. — An quisquis homicidium consulit irregularitatem contrahat, 291. — Qua ratione agnosci possit an consilium influxerit in homicidium, 292. — Quomodo qui alteri consilium occidendi dedit gerere se debeat ut vitet irregularitatem, 292.—Cooperantes iniquæ mutilationi vel occisioni irregularitatem homicidii voluntarii contrahunt, 293.—Irregulares etiam esse possunt ex homicidio voluntario qui ei consentiunt, 294. — An non impediens homicidium quod impedire potest fiat irregularis, 294. — Non impediens homicidium quod ex justitia impedire tenetur incurrit irregularitatem homicidii voluntarii. 296

De irregularitate ex homicidio casuali, 296. — Qui vacat rei licitæ, et debitam adhibet diligentiam ad vitandum homicidii periculum, non contrahit irregularitatem, aliasve homicidii pœnas, etiamsi ex facto ejus sequatur homicidium, 297. — Qualis et quanta ad incurrendam homicidii casualis irregularitatem requiratur negligentia et culpa, 297. — Qui dat operam rei illicitæ, sed non periculosæ, non nisi ex culpa lata casualis homicidii irregularitatem incurrit; unde ab ea immunis est, si ad præcavendum homicidium eamdem adhibeat diligentiam quam adhibere communiter solent homines qui vel similem, vel eamdem actionem licite exercent, 299. — Tenendum est in praxi, eum qui vacat rei illicitæ et non parum periculosæ, secuto homicidio irregularem fieri, licet sufficientem ad illud vitandum diligentiam adhibuerit. 300

Praxis dispensationis super irregularitate ex homicidio voluntario, XIX, 279-289. — Praxis dispensationis super defectu lenitatis perfectæ, 290-294.—Potest papa dispensare in qualibet irregularitate, etiam ex homicidio injusto procedente, XVII, 302. — Episcopi non possunt dispensare in homicidio voluntario justo vel injusto, 302. — Episcopi dispensare possunt in irregularitate quæ provenit ex mutilatione injusta, si mutilatio sit occulta, 303.—Episcopi dispensare possunt in irregularitate contracta ex homicidio casuali occulto. 303

Nullo in casu licitum est, absque divina auctoritate, se ipsum directe seu ex intentione interficere, XIV, 580-458; XV, 600 et seq. — Licitum tamen est, quando justa causa subest, aliquid facere vel omittere unde certo scitur interitus secuturus indirecte, 603; XIV, 583, 580-461, 466. — Homo dupliciter peccare potest contra obligationem conservandi vitam. Primo positive, seipsum voluntarie occidendo. Secundo negative, seu non fugiendo mortis pericula dum potest, 589-466. — Reus per sententiam damnatus ad famem moriendum tenetur comedere cibos sibi clanculum oblatos, 590-466. — Alii docent eum posse ab illo cibo abstinere, XV, 603. — Licite potest aliquis velle potius mortem quam adhibere remedium valde periculosum et dolorosum. Idem dicendum de puella aut fœmina in verendis et secretis partibus morbo laborante, XIV, 591-467. — An licite possit aliquid sumere venenum ad experiendam virtutem theriacæ, 592-468. —Licitum est ad certam mortem effugiendam se mortis periculo exponere, 592-468; XV, 605. — Licitum est militibus injicere ignem in pulverem tormentarium ad evertendam turrim hostium, ex quo certum est eos milites momento dissipandos, item comburere naves proprias ne in hostium manus perveniant, etiam si certo sint perituri, 604; XIV, 592-468. — Qui exercent hasti ludum, torneamentum, agitationes taurorum, etc., non semper peccant mortaliter, 593-469; sed talia spectacula illicita sunt, 594-469. — Non est licitum hominem seipsum mutilare, quando membrum est sanum, nec aliunde per accidens nocivum, 594, 596-469, 471; XV, 625 et seq. — An quis licite possit se mutilare, dum hostis aut tyrannus id jubet, eique necem minatur, nisi pedem abscindat; quidam affirmant, XIV, 596-471. Alii negant, 597-471. — Licet per publicam potestatem possit reus mutilari, non potest tamen condemnari ad exequendam illam sententiam, amputando sibi suum membrum, 597-472.—Membrum non est præscindendum propter salutem corporalem totius, nisi quando aliter subveniri non potest toti. Et in nullo casu licet membrum præscindere propter quodcumque peccatum vitandum, nec ad virtutem exercendam, 597-472. — Non est licitum castrare seipsum, nec permittere se ab alio castrari, etiam sine vitæ periculo, ad facilius carnis tentationes vincendas, 597-472; XV, 626. — Eviratio et membri abscisio licita est, solummodo ad vitam et totius corporis salutem conservandam, quando scilicet non potest ei aliter subveniri. XIV, 598-473.

De affectibus et votis quæ ad homicidium quodammodo reduci possunt, XIV, 637-519. — Ob bonum proprium temporale alterius mortem vel grave damnum optare est prorsus illicitum et ab Ecclesia merito condemnatum, 657

et seq.-519. — An quis possit licite sibi optare mortem naturalem, et Deum rogare ut illam immittat, 601-522. — De iracundia et odio proximi et inimici, 603 et seq.-523. — De rixa, discordia, contentione, litigio, seditione, crudelitate, aliisque similibus vitiis. 608 et seq.-528

Homicidium est impedimentum ad matrimonium, XXV, 624

De obligatione restituendi ex homicidio orta. *Vid.* Homicida.

Homiliarum, liber homelias in Evangelia complectens. V, 264

Homo postremus omnium creatus est ob multiplicem rationem, imprimis quod omnia condita sunt hominis gratia, VII, 1007 et seq.; VI, 964. — Homo constat corpore et anima immortali, 964; VII, 1384. — De utriusque substantiæ, 1336. — Quilibet homo unica tantum constat anima, VI, 963. — Cur anima spiritus et afflatus vocetur, VII, 1037, 1038. — Hominis supra cætera Dei opera præstantiam demonstrat ipsa procreandi ratio aliter atque in aliis instituta, 1009 et seq.; VI, 82. — Ad imaginem et similitudinem Dei factus est homo, 83; VII, 1011, 1330. — Theologi discernunt id quod imago est, et id quo, seu propter quod imago dicitur, 1027. — In quo imago sita sit. Variæ de ea sententiæ. — Pessima omnium quæ corpore circumscribit. Ea tamen sensu aliquo non improbanda, 1011 et seq.; VI, 85. — Alii in cognitione et intelligendi facultate imaginem constituunt, VII, 1015. — Alii in voluntate et arbitrio libero Alii in virtute et Spiritu Sancto, 1018, 1019. — Sunt qui imaginem a similitudine discernunt, 1019. — Communior sententia est hæc verba idem significare, 1331. — In immortalitate alii denique imaginem ponunt, 1020. — De alia imaginis interpretatione, quæ in dominatione in animantes, et res omnes homini tributas illam collocat, 1021 — Ea demum de imagine Dei opinio proponitur quæ maxime probabilis videtur. In mente collocanda est. Duplex ratio constituitur illius imaginis : una, quæ est secundum essentiam; alia, quæ qualitates spectat. Prior in intelligentia et ratione posita est, 1025, 1030. — Imago est totus ipse homo ex corpore et anima constans, sed primaria ratione animæ et eorum quæ natura illi competunt, 1027. — Quomodo Trinitatis imago est homo, 1028. — Tria quæ in anima totidem divinis personis respondent sunt intellectus, voluntas et memoria, sive, quod proprius videtur, mens, cognitio qua mens seipsam percipit, et amor, 1029. — Pars imaginis libertas sui juris, ac potestas ; pars etiam dominatus in animantia cætera, 1029. — In imperio præcipua vis imaginis a plerisque ponitur, 1031. — Altera ratio imaginis spectat animæ qualitates, quæ sunt immortalitas, virtus et quidquid imagini superfusum ejus venustatem complet, 1030. — Imago Dei qua donatus homo in collectione dotum spiritualium potissimum consistit, 1334. — Quomodo caro ipsa ad imaginem Dei facta dicitur. Corporis in homine forma præstantissima et statura recta, 1031. — Manus propter rationem et sermonis usum datæ, 1031. — Complures affirmant hominem ad solius Verbi imaginem factum esse, et eum appellandum non imaginem Dei, sed ad imaginem factum, 1032 et seq. — Homo ad imaginem Dei factus est, et imago Dei est, 1034. — Explicantur voces imago et similitudo, 1035. — Homo ad imaginem Dei factus est, angelis non exclusis. 1025, 1026

Formatione mulieris ex Adam costa, 1067. — Cur ita procreata, et quomodo suffecta alia costa, 1068, 1070. — Mulier sicut vir ad imaginem Dei formata est, 1332. — Hebræorum ridicula opinio de androgyno Adamo, 1069. — Adamus animantibus nomina imposuit : probabiliter, non piscibus, 1067. — De Paradiso in quo primi parentes collocati sunt, 1038 et seq. *Vid.* Paradisus.

De statu primi hominis ante peccatum, 1046. — De labore ei injuncto, et horti custodia, 1047. — Nunquam moriturum fuisse, si in innocentia perseverasset, catholica fide constat, 1048 et seq. — Ante peccatum Adamus mortalis erat conditione corporis animalis, immortalis beneficio Creatoris, 1050 et seq.; VI, 963, 964. — Explicatur eorum sententia qui medium inter mortalem et immortalem statum Adamo vindicant, VII, 1052. — Revera homines erant cibo usuri, 1053 et seq. — An arbor vitæ immortalitatem tribueret ante et post peccatum; idque naturali efficientia, an Dei gratia, 1056 et seq. — Non fuit naturalis ista vis, quæ in perpetuum vitam extendere potuisset, 1059. — Neque morbis, neque senectuti obnoxius fuisset status innocentiæ, 1061. — Status innocentiæ dotes præcipuæ sunt : gratia sanctificans, sufficiens rerum notitia, appetitus submissio, corporis immortalitas, morborum et aliarum molestiarum omnino expers, X, 1038-817. — Qua ratione propagatum esset humanum genus in statu innocentiæ. Non sine sexus commixtione, sed sine libidine, VII, 1063 et seq. — Cur non coierunt primi parentes ante peccatum. Quia nondum Deus jusserat ut coirent, 1066. — De mandato homini primo divinitus edito. An soli datum fuerit, incertum est, 1070. — Primaria causa præcepti fuit ut virtutum, præsertim obedientiæ, exercendarum materia suppeteret. Altera causa ut se Deo subjectum homo agnosceret, 1072 et seq. — Cur Deus homini legem ediderit, quam non servaturum esse sciret, 1074. — Vis præcepti. Legis cautio et sanctio, 1075. — An Deus non modo comedere vetuerit, sed etiam tangere. Alii affirmant, alii negant, 1075. — Primi hominis lapsus, VI, 85. — Primi parentes mandatum sibi a Deo datum transgressi sunt, ac per ejus transgressionem graviter peccaverunt, 1418. — Difficultates, VII, 1420. — De pœna violati præcepti et comminatione mortis, 1076 et seq. — Probabilius est solam exprimi mortem corporis, 1078. — Morte morieris, id est, mortalis eris, 1078 et seq. — Hanc mortis necessitatem quemadmodum Christus in bonum converterit, et cur a morte suos non exemerit, 1082, 1083. — De propagatione peccati originalis. 1422

De homine lapso et reparato, X, 817-643 et seq. — De primi parentis peccato, 829, 1018-652, 800. *Vid.* Originale peccatum.

De cœlestis Adam, sive Christi gratia, 1019, 1181-801, 1171. *Vid.* Gratia.

Primi parentes immediate a Deo conditi sunt, VII, 1369. — Difficultates solvuntur, 1372 et seq. — Universum hominum genus ab Adam omnium protoparente propagatum est, 1375 et seq.; VI, 963. — Difficultates *Præadamitarum*, 1380. — Difficultates Coadamitarum, VII, 1382, 1391

Primi parentes in gratia et justitia originali creati sunt, VI, 84, 962; VII, 1392 et seq. — Solv. obj., 1393. — Una cum justitia et sanctitate conjuncta erant in primis parentibus eximia tum animæ tum corporis dona. Quoad animam scientia in primis, 1397. — Perfecta voluntatis ordinatio, 1398. — Quoad corpus, immortalitas, 1398. — Immunitas ab ærumnis et doloribus, 1400; X, 1037, 1038-816, 817. *Vid.* Gratia. — Justitia originalis et dona ipsi affixa homini insonti debita non erant, nec ejus gratiæ appendices sunt reputanda, 1039. — Difficultates, VII, 1401 et seq. — Status justitiæ, seu gratiæ sanctificantis et felicitatis, in qua primi parentes creati sunt, non erat iis debitus, 1407 et seq. — Difficultates, 1412. — Deus hominem extra statum gratiæ et justitiæ originalis creare potuit, VI, 86. — Fructus ex hominis creatione colligendi, 87. — De variis hominis ad ultimum finem comparati statibus, 667 *Vid.* Status. — Deus debuit omnino hominem propter se creare, VII, 1368, *in nota.* — Homo creatus a Deo vera gaudet libertate ; homo liber est (a servitute humana). XVI, 533

De homine in societate constituto, VI, 862. — Tria certissima statuuntur. Primum, quod bonum commune, cæteris paribus, sit bono particulari præferendum. Secundum, quod naturalis sit hominum propensio et inclinatio ad societatem et pacem mutuo ineundam. Tertium, quod teneantur homines ad leges et conditiones quascumque observandas, quas licite et libere ex pacto subiere, 862, 863. — Necessitas societatis ineundæ, 863. — Fundamenta quibus astruitur societas. Homines sunt naturaliter rationales et liberi, 863. — Omnis superioritatis initium, 864. — Triplex est hominis bonum ratione subjecti, mentis scilicet, corporis et fortunæ, 864. — Obedientia subditi civili magistratui debita est de jure divino, 865. — Omnis potestas creata habet limites, 865 et seq. — Adamus a Deo ipso fuit edoctus, sicut institutus est in statu perfecto quantum ad corpus, ut statim posset generare, ita etiam institutus est in statu perfecto quantum ad animam, ut statim posset alios instituere et gubernare, II, 984. — Deus necessario primus primi hominis institutor fuit, 1095. — Homo quantumvis eruditus falli potest, et in doctissimis remanet sæpe aliquis dubitandi locus an recte concluserint, I, 22, 26-19, 22. — Homo privatus, eam rationis exercitium nonnisi sociali aliqua educatione valeat adipisci, et nunc communis est sententia, simul Dei notione eum imbui necesse est, II, 1076, *in nota.* — Ubi hominem non posse invisibiliter Deum ignorare affirmant theologi, intelligendi sunt de homine sociali seu a suo statu naturali accidentaliter non avulso, 1076. — Homo, sine revelatione, et rejecto peccati originalis dogmate, enigma est, 1019 et seq. — Verba Ciceronis. 1020

Honestas temperantiæ pars integralis est quædam spiritualis pulchritudo, XI, 1239. — Honestas publica est quædam propinquitas, seu species affinitatis, orta ex sponsalibus vel ex matrimonio rato tantum, XXV, 621. — Varia disciplina, 622. — Illud impedimentum synodus Tridentina restrinxit ad sola sponsalia valida, et statuit ut primum gradum amplius non excederet, 622, 762. — Remanet hoc impedimentum post mortem sponsi, vel sponsæ. Durat etiam si sponsalia dissoluta sint mutuo consensu, 623. — De impedimento honestatis publicæ, 501, 502. — Jusqu'à quel degré s'étendait autrefois l'empêchement qui résultait de l'honnêteté publique, XX, 1100. — Praxis dispen-

sationis matrimonialis super impedimento publicæ honestatis, sive cum copula inter oratores secuta, sive sine ea, XIX, 762. — Pii V constitutio, 763. — Quandonam invalida sunt sponsalia, et nullo modo necessaria dispensatio, 764, 765. — De impedimento publicæ honestatis proveniente ex matrimonio rato, sed non consummato, 763 et seq. — Formulæ supplicationis. 769, 778

Honor nihil aliud est quam testificatio quædam excellentiæ alterius, XV, 662. — Honor definitur : excellentiæ illius qui colitur testificatio factis expressa, IX, 1135-808. — Honor est testimonium externum reverentiæ alicui præstitæ ob excellentiam in aliquo genere. Fundatur in excellentia habita vel supposita. Honori contumelia opponitur, XV, 373. — Excellentia quam respicit honor potissimum consistit in sapientia et virtute, 662. — Honor consistit in externa significatione nostræ æstimationis de excellentia alterius, 663. — Honor læditur contumelia, irrisione, sannis, alapa inflicta, aliisque similibus modis, 697. — Modus reparandi honorem pendet ex variis circumstantiis, 987. — Qui injuste alterius honorem læsit, tenetur ad restitutionem seu satisfactionem, sive id publice coram aliis, sive privatim fecerit coram illo solo, 697. — Omissio honoris debiti superioribus vel æqualibus non est contra justitiam commutativam, sed contra virtutem observantiæ; unde per se non obligat ad restitutionem, 698. — Qui in alterius absentia aliquid fecit vel dixit apud alios in ejus contumeliam, tenetur apud eosdem restitutionem facere, si probabile est aliquid honori ipsius apud eos detractum, 698. — Varii sunt modi honoris restituendi, ex quibus is solum est necessario adhibendus, quo, judicio prudentis, satisfit honori violato. Primo, restitui potest honor amica et honorifica salutatione aut compellatione; secundo, adhibendo ad mensam, etc.; tertio, veniam petendo, 698. — Quomodo honor ablatus sit restituendus, XIV, 991 et seq. — 784. — Honores appetere laudabile esse potest, XI, 1231. — Non tamen semper, 1232. — Tripliciter appetitus honoris esse potest inordinatus, 1233. — Non quivis honoris appetitus est laudabilis, sed qui recta ratione regulatur. 1233

Horæ diei, cui omnium primo diei in horas divisio tribuenda, XXVI, 110. — Horarum divisio triplex : aliæ vocantur minores, aliæ majores, aliæ horæ precum. 111

Horæ canonicæ, seu officium divinum. — In Breviario Romano hæ partes officii divini numerantur : psalmi, cantica, hymni, lectiones, responsoria, versiculi, benedictiones, absolutiones, capitula, invitatorium, antiphonæ, collectæ seu orationes ecclesiasticæ, Oratio Dominica et Angelica, antiphonæ peculiares pro Virgine cum aliqua oratione ad Deum adjuncta, ac denique symbolum fidei, XVIII, 17. — Difficultates, 17 et seq. — Omnes illæ partes materiæ spiritualis sunt ad divinum officium componendum, 19. — Prima pars divini officii est psalmodia, quæ in se summæ auctoritatis est, 20 et seq. — Ex institutione Ecclesiæ in fine uniuscujusque psalmi additur SS. Trinitatis confessio et glorificatio, per illa verba quæ antiquissima sunt : *Gloria Patri*, etc. 21. — Hymni et cantica, 23, 24. — Lectiones, etc., etc., 25, 26. — Antiphonæ, 26. — Capitulum in laudibus et aliis minoribus horis, quod est lectio brevis, 26. — Responsoria, versiculi, collecta, etc., 27. — Objectiones, 27 et seq.

Ecclesiasticum officium in nocturnum et diurnum ab Ecclesia convenientissime divisum est, XVIII, 31, 36, 37. — Hæc perpetua fuit Ecclesiæ consuetudo, 36. — Ecclesia convenientissime distribuit noctu nam orationem publicam in varias partes vel tempora, 37. — Totum matutinum a laudibus distinctum et constans ex tribus nocturnis dicebatur per modum unius officii, et una oratione concludebatur : ergo verisimilius est semper fuisse dictum continue, et non per partes, 40. — Aliquando tamen vel alicubi tres nocturni in tribus vigiliis noctis, interjectis aliquibus horis, dicebantur, 41. — Certius est antiquum morem fuisse, ut nocturni separatim dicerentur nocte, et in galli cantu prope auroram laudes, tempore separato. 42

Diurnum officium convenientissime ab Ecclesia in varias partes seu horas distributum fuit, 43. — Inter sex diurni officii partibus tres videntur esse celebriores, tertia, sexta, nona, 44. — Vespertina hora est etiam antiqua, 44. — De prima vero et completorio, earumque antiquitate non est tam certa notitia, 44 et seq. — Horæ canonicæ non sunt pauciores quam septem. Non sunt plures quam octo, 49, 50. — Dubitatio est an nocturnus seu nocturni sint hora distincta a laudibus, 50. — Communior sententia est tantum esse numerandas septem horas canonicas, 53. — Dividere matutinum a laudibus, generatim loquendo, semper licuit ex vi primævæ institutionis, et nunc etiam licet, 55. — Imo addit Navarrus, si anticipatio facienda sit, melius esse in principio noctis dicere nocturnos et relinquere laudes pro matutina hora quam laudes simul cum nocturnis anteponere, 56. — Non licet, nisi ex justa causa, saltem sine culpa veniali, interponere aliquod tempus inter unum et alium nocturnum, 56. — Cum fit divisio matutini a laudibus, dicenda est oratio in fine nocturnorum, 57. — De antiquitate institutionis horarum canonicarum. 58

Horæ canonicæ ab Ecclesia militante dicendæ sunt voce sensibili, ita ut hoc sit quasi de substantia hujus moralis actionis, XVIII, 59. — Quando clericus privatim orat, quia non tenetur pro una aliorum fidelium in Ecclesia publice recitare, tunc non est necesse alta voce orare per se loquendo, sed satis est submissa voce officium dicere. 59

Quicumque ad officium divinum tenentur, etiamsi privatim, dicunt, debent non solum mentaliter, sed et vocaliter proferre verba, ita ut possint se audire et intelligere, nisi sint surdi XIV, 44-56. — Si quis oret cum socio, tenetur quisque tam alte dicere ut ab alio audiri possit, XVIII, 61. — Qui recitat solus non tenetur ex præcepto ad dicendum tam alte ut ab assistentibus percipi possit. Sed moraliter necessarium est ut ita loquatur, ut ipse saltem seipsum possit audire, 61. — Quando officium canonicum pro usu fidelium in Ecclesia recitandum est, convenions ac necessarium est alta voce illud proferre, 62. — Sanctissima est consuetudo ut horæ canonicæ cum cantu et psalmodia in Ecclesia dicantur. Conclusio est de fide, 63 et seq. — Duo dubia circa ecclesiasticum cantum expediuntur, 65. — Cantus organicus seu figuratus in missa et divinis officiis nec per se malus est, nec simpliciter jure ecclesiastico prohibitus, 66. — An in hoc cantu liceat uti musicis instrumentis, absolute negat S. Thomas, 67. — Horum tamen instrumentorum usus gravis et moderatus, nec per se indecens est, nec ab Ecclesia est prohibitus, 68. — Organorum usus antiquissimus est in Ecclesia, 68. — Valde conveniens est, quando pars aliqua aut versus divini officii per organum vel aliud instrumentum musicum dicitur, ut non fiat sine aliquo cantu vocis. 69

Munus canendi publice horas canonicas ad ecclesiasticas personas, seu peculiares Ecclesiæ ministros, per se loquendo pertinet, XVIII, 70. — Hoc munus cantandi divinum officium, licet ad totam plebem fidelium non pertineat, nihilominus non est ita proprium clericorum, ut illi soli ad illud assumantur; possunt enim aliqui non ordinati ad hoc ministerium deputari, 71. — Omnes theologi concludunt psalmistam per se non esse clericum, nec constituere proprium ordinem clericorum, 72. — Munus hoc et ad sæculares clericos, et ad religiosos pertinet, quamvis diverso titulo et ratione, 74. — Non omnes clerici occupandi sunt in hoc ministerio cantandi in choro, sed illi tantum qui in gravioribus Ecclesiæ ministeriis seu officiis occupati non sunt. Quæ regula in religiosis etiam personis servanda est, 75 et seq. — Tenentur ad recitandas horas canonicas singulis diebus, primo, clerici in sacris ordinibus constituti, XIV, 44-56. — Secundo, habentes beneficium ecclesiasticum etiam simplex, sine ordine sacro et sine cura animarum, 44 et seq. 57. — Tertius titulus hujus obligationis est professio religiosa emissa ab iis qui choro sunt destinati, 46-58. — Munus publice dicendi horas canonicas in Ecclesia est sub obligatione præcepti impositi Ecclesiæ, ministris et clericis ad hoc officium deputatis, XVIII, 78. — Hoc præceptum obligat, quoad ecclesias sæculares, ut quotidie fiat hoc officium in cathedralibus et collegiatis, in aliis vero ecclesiis solum diebus dominicis et festis, nisi aliud habeat consuetudo, 79. — In ecclesiis regularibus etiam est obligatio dicendi publice horas canonicas in choro juxta uniuscujusque institutum et consuetudinem, 81. — Hæc obligatio principaliter cadit in prælatum vel rectorem aut superiorem uniuscujusque ecclesiæ respective; descendit vero ad singulos qui sunt membra communitatis, quamvis non eodem modo ad omnes, sed cum proportione, 82 et seq. Episcopi non tenentur per se loquendo ad chorum, nisi fortasse certis quibusdam diebus festis, 84. — Religiosi qui chorum profitentur, non videntur teneri ex vi generalis legis obligatione sub culpa mortali, ad canendum in choro, 85, 86. — Canonici et alii beneficiati, qui quotidianas distributiones recipiunt propter assistentiam in choro, non possunt illas tuta conscientia recipere, nec receptas retinere, si choro non intersint, 88. — Tenentur clerici ad dicendum officium in ecclesiis et temporibus ad hoc munus deputatis, 89. XIV, 56-46. — Quodnam officium divinum in choro recitandum sit, XVIII, 90. — Singulæ ecclesiæ in choris suis tenentur observare vel formam officii divini in Breviario romano præscriptam, vel formas Breviarii hujus vel illius episcopatus consuetudine firmatas, 90 et seq. — Præceptum per se obligat determinate ad tale officium, prout ad singulos dies in Breviario applicatur, 92. — In dicendis horis canonicis publice in choro servandus est ordo tam inter ipsas horas, inter se, quam inter partes uniuscujusque horæ, 93. — Interpolatio

facta præter institutionem, in quacumque hora est peccaminosa de se, 94 et seq. — An satisfaciant clerici in choro alternis vocibus psalmos canendo, et quid in hoc servare teneantur, 96-108. — Unusquisque psallentium aut recitantium publice suo muneri satisfacit, dum quisque, postquam versum ad se pertinentem dixit, alium dicentem attente audit, 97. — Qui singulos versus ad se pertinentes dicit, licet submisse, et alios audit alternatim, sine dubio recitat integrum officium canonicum, 100. — Qui non canunt partem suam, etiamsi submisse recitent illam, non solum peccant, sed etiam non faciunt suas distributiones, quæ assistentibus choro dantur, 101. — Non tenentur clerici unius chori, dum alius chorus cantat, quidpiam loqui, sed audire, et quasi per alios canere, 106. — Tenentur clerici unius chori, dum cantatur versus in alio choro attentionem sufficientem servare, sive interim omnino sileant, sive aliquid recitent, 107.— Pars chori quæ tacet, tenetur attendere ad ea quæ canit altera, XVI, 1177

Privare Ecclesiam omnibus horis canonicis per integrum diem naturalem, peccatum est mortale, XVIII, 109. — Omittere quamcumque horam divini officii in choro, ita ut non dicatur, gravis transgressio est, nec prælatus particularis potest in hoc dispensare, nisi ubi tam gravis necessitas urget, ut prudenter judicetur præceptum non obligare in tali casu. Idem dicendum est de parte notabili uniuscujusque horæ, 109. — Omissio vel mutilatio potest esse peccatum mortale, nisi ex levitate materiæ fiat veniale, 111. — Addere in choro vel cantu aliquid divino officio, quod sit veluti pars ipsius officii quasi perpetuo ritu hoc statuendo, ex genere suo grave peccatum est, secus si addatur aliquid concomitanter et quasi adjacenter ad majorem solemnitatem, 115, 116. — Non est per se damnabilis usus intermiscendi in divinis officiis sonus organorum sine ullo cantu. 117

De attentione ac devotione servanda in choro, et circumstantiis externis quæ ad illam pertinent, XVIII, 117.—Qui ex præcepto recitare vocaliter tenetur etiam tenetur studiose ac devote recitare, 117 et seq.—Præceptum hoc, quatenus internam attentionem præcipit, etiam ad modum recitandi in choro obligat, unde interdum cum mortali peccato violari potest, 121. — Non censetur distractus ab oratione chori, qui alicui ministerio ejusdem chori ibidem incumbit. In alio modo distractus voluntarie in choro, cum animo repetendi ea quæ tunc dicuntur, videtur non peccare mortaliter, etiamsi distractio sit per horam integram, vel partem notabilem horæ alicujus, 122. — Valde probabile est non excusari a culpa mortali beneficiarios qui choro intersunt sine proposito ibi orandi vel attendendi, sed tantum cantandi materialiter vel assistendi, ne lucrum amittant, 123. — Obligantur recitantes in choro ad externa signa devotionis in gestu et habitu corporis, 125. — De tempore singulis horis canonicis præscripto pro publico officio chori, 125; XIV, 53-43. — Tempus publicæ recitationis horarum in choro determinatur secundum laudabilem cujusque Ecclesiæ et patriæ consuetudinem, 53-44. — Matutinum si jus ipsum attendatur, proxime post mediam noctem inchoandum est, XVIII, 126. — Prima hujus temporis institutio, magna ex parte per consuetudinem immutata est, 126. — Reliquæ horæ juxta nomina habent tempora determinata, 127.— Multi existimant post occasum solitas fuisse dici vesperas. Alii censent tempus proprium hujus horæ olim fuisse horam ultimam diei, ante occasum solis, 129. — Tempus completorii videtur fuisse omnino nocturnum, 130. — Ex genere suo gravis est obligatio servandi perfecte et exacte hæc tempora in publica chori recitatione horarum. 131, 132

Clerici in sacris ex vi ordinationis suæ ad septem horas canonicas quotidie recitandas tenentur, XVIII, 132. — Nullum datur jus divinum immediate obligans clericos ad aliquod officium divinum recitandum, 133. — Præceptum de hac materia est ecclesiasticum, 134. — Præceptum de diacono et subdiacono in jure non est expressum, sed consuetudine extensum est, vel ita declaratum, 136. — Communis resolutio est clericos in minoribus constitutos non teneri ad horas canonicas dicendas, 136. — Quidam dicunt hos clericos ex consuetudine teneri ad dicendum parvum officium virginis, vel septem psalmos pœnitentiales, vel quindecim graduales, si tantum sit clericus primæ tonsuræ, 138. — Religiosus non ordinatus in sacris, qui ex vi sui instituti chorum profitetur, et qui in choro non recitavit, tenetur private horas canonicas dicere, 139 et seq. — Hæc obligatio fundatur in consuetudine præscripta, 141 et seq. — Beneficium ecclesiasticum secum affert obligationem recitandi canonicas horas, etiamsi persona quæ illud habet, religiosa non sit, neque ordinata in sacris. Generalis regula est, 144. Dubitatur an hæc obligatio sit non solum de jure positivo, sed etiam de jure naturali, 144 et seq. — An beneficium obliget ad recitandum ex vi solius tituli, vel possessionem etiam requirat, 150. — Beneficium non obligat ad recitandum officium ratione solius tituli ante acquisitam possessionem, nisi per ipsum beneficiatum stet habere illam. 152 et seq.

Post titulum et pacificam possessionem beneficii, statim quis tenetur recitare, quamvis fructus beneficii non statim accipiat, si habet moralem spem certam obtinendi illos, 155. — Qui beneficium et administrationem ejus acceptat et recipit cum onere solvendi alteri omnes fructus in pensionem, licet integre illos solvat, non liberatur ab obligatione recitandi horas canonicas, ratione talis beneficii, 155. — Habens et pacifice possidens beneficium, cujus fructus non recipit primo vel secundo anno ex præscripta et justa consuetudine, sicut tenetur beneficio inservire, ita etiam tenetur illo tempore recitare, in quo fructus non recipit, 157 et seq. — Quando quis non recipit fructum ex suo beneficio, sua voluntate, vel culpa, non propterea excusatur ab onere recitandi, 162. — Licet clericus habens beneficium, per potentiam, coactionem vel injustitiam privetur fructibus beneficii, non propterea semper excusatur justo ab onere recitandi, 163. — An habens beneficium tenue ad horas canonicas recitandas teneatur, 164. — Communis opinio simpliciter affirmat ex beneficio quantumvis tenui oriri obligationem recitandi, 165 et seq. — An clericus habens reditus ab Ecclesia sine beneficio, teneatur horas canonicas recitare, 171. — Quoties fructus beneficii alicui etiam clerico dantur per modum stipendii propter actionem temporalem, ille non obligatur ad dicendum officium divinum, 172. — Qui habent ab Ecclesia pensionem seu portionem ex fructibus Ecclesiæ, non ut clerici, sed aliquo titulo communi laicis, non tenentur ad dicendum officium, 172. — Probabilior sententia est eum qui habet præstimonium teneri ad dicendum officium canonicum, 174. — Capellania collativa inducit obligationem recitandi officium canonicum secus vero de capellania non collativa, 176. — Qui habet beneficium integre commendatum quoad totam ejus administrationem, tenetur ad dicendum officium, 177. — Habentes beneficia manualia sine dubio tenentur ad officium recitandum, 178. — Coadjutores beneficiorum non tenentur ad officium canonicum recitandum, 179.—Coadjutor non videtur teneri recitare, eo etiam tempore quo onus Ecclesiæ sustinet pro principali, 181. — Sed tenetur ad officium Virginis, 182. — Quodnam officium divinum teneantur dicere clerici cum privatim recitant, 182-190.— Officium suæ Ecclesiæ aut religionis quisque recitare debet, XIV, 53. — Officium pro officio sine legitima causa non dicendum est, 53. — Unusquisque clericus, qui ad horas canonicas privatim dicendas obligatus est, tenetur eas dicere, stando in jure communi, juxta breviarium in sua diœcesi vel ordine approbatum et receptum; alioqui suo muneri non satisfacit, XVIII, 182 et seq. — Juxta novum jus Pii V, omnes ecclesiastici qui tenentur ex præcepto recitare horas canonicas, tenentur eas dicere juxta formam a Pio V, seu Clemente VIII, reformatam et approbatam, 186. — Malum de se ac peccatum est mutare officium diei in recitandis horis canonicis, et genere suo potest esse mortale peccatum, potest autem esse leve ex parvitate materiæ, vel omnino excusari ex gravi causa, aut justa dispensatione, 187 et seq. — Peccat venialiter qui advertenter et sine rationabili causa, ordinem horarum non observat, XIV, 54-44. — Inversio ordinis divini officii in choro et oratione publica, est quid grave ex genere suo, 54-45. — An facere aliquam mutationem in ordine, vel continuatione horarum in privata recitatione, grave peccatum sit. XVIII, 191

Initium officii divini sumitur a vesperis præcedentis diei. Officium canonicum a matutino incipit, 191. — Qui dicit matutinum diei crastinæ priusquam dicat vesperam et completorium diei præcedentis, peccati venialis reus est, 192. — Mutatio in ordine horarum ejusdem diei non fit sine peccato, sed solum veniali, secluso contemptu, 192.—Mutatio inter partes ejusdem horæ non fit voluntarie sine gravi peccato veniali; et si fiat ex contemptu, erit mortale, 193.— Secluso contemptu, non est peccatum mortale dicere missam ante matutinum, 193 et seq. — Interruptio nocturnorum inter se, et matutinorum a laudibus sine peccato fieri potest, 195. — De interruptione inter Psalmos vel alias partes ejusdem horæ, generalis regula est, si sit notabilis, et moralis, et sine rationabili causa fiat, sine peccato non fieri, 196. — Officium recitari debet sine notabili interruptione partium unius et ejusdem horæ, XIV, 52, 45. — Per verba devotionis cum socio, aut verba jaculatoria ad Deum non fit interruptio : hæc enim officio deserviunt. XVIII, 197

Qui privatim recitat, tenetur ad recitandas integre septem horas canonicas, reverenter et verbis distinctis. Satisfacit qui cum socio recitat, partim dicendo, partim audiendo. 197 et seq.

Quid pertineat ad officii integritatem, 200, 201. — Est grave peccatum voluntarie omittere integrum officium canonicum unius diei, sive cum contemptu, aut tædio, sive ex sola negligentia, dummodo omissio humana ac libera et voluntaria sit, et sine legitima excusatione. Hæc assertio est communis, 202. — Conveniunt omnes omittere notabilem partem officii unius diei, esse de se peccatum mortale, seclusis causis excusantibus, 202 — Quæcumque ex septem horis, etiam minima, est pars notabilis et sufficiens, ut ejus omissio sit lethalis, 202 — Peccat mortaliter qui vel unam ex septem horis canonicis advertenter et sine rationabili causa omittit, XIV, 50-41. — Dimidia pars completorii auctori non videtur notabilis pars, quia in se et absolute non videtur gravis materia, XVIII, 203. — Sententia communis est omittere omnes horas unius diei, aut aliquas tantum earum inter se distantes, unum duntaxat esse peccatum externum; nam interna possunt numero multiplicari, 204 et seq.; XIV, 51-42. — Peccatum est mortale verba officii truncare, et syncopare, ita ut sensus notabilis partis officii corrumpatur, 51-42. — An in recitatione privata necessaria sit attentio ad implendam obligationem tam ecclesiastici præcepti, quam justitiæ, seu proprii beneficii. Aliqui negant, XVIII, 206 — Est communis sententia peccatum esse mortale horas canonicas sine formali vel virtuali attentione dicere, 207. — Ad implendum præceptum recitandi horas canonicas necesse est ad illas accedere cum proposito orandi, et in eo durare formaliter vel virtualiter, quandiu oratur, 208. — Ad implendum ecclesiasticum præceptum recitandi horas canonicas, necessarium est cum attentione orare, 213 et seq. — Peccatum esse potest veniale, propter defectum perfecti voluntarii cum admixtione alicujus voluntarii indirecti, per negligentiam levem; aliquando tamen potest esse mortalis culpa, non solum propter directam voluntatem, sed etiam per supinam et crassam negligentiam, 218. — Quotiescumque aliquis ex defectu attentionis non implet præceptum recitandi horas canonicas, tenetur iterum eas recitare intra eumdem diem, et nisi id faciat, tenebitur ad restituendum perinde ac si non recitasset. 221

De cæremoniis quibusdam pertinentibus ad situm seu habitum corporis, ut quod aliquid dicatur genibus flexis, vel stando: talia in recitatione privata servanda sunt, si commode fieri potest; licet singula non obligent sub rigore præcepti, secluso contemptu, XVIII, 223, 224. — Nullus est locus per se loquendo in quo non liceat privatim officium recitare; per accidens tamen non licet in platea, etc., XIV, 56-46. — Officium divinum singulis diebus horis statutis recitandum est, 53-43. — Circa hoc observari potest consuetudo legitime introducta, 53-43, 44. — Privatim officium recitans, sine rationabili causa et advertenter non observans tempus statutum peccat solum venialiter, ut si dicat matutinum post prandium. 53-44

Olim sententia communior docebat peccatum mortale celebrare ante matutinas horas peroratas, XI, 305 et seq. — Communis sententia nunc negat. 306

An summum peccabit venialiter, qui sacrum celebrat ante dictas matutinas, etiam sine legitima causa, 306, 307; XVIII, 55, 193 et seq.; XIV, 54-44, 45. — Non censetur peccare nisi venialiter, nec qui quatuor minores horas recitat ante matutinas, nec qui mane recitatis matutinis, recitat officium diei totum, XI, 306. — Non peccatur mortaliter ex sola antepositione vel postpositione horarum, etiam mere voluntaria et sine causa, modo sit intra tempus legitimum, XVIII, 224. — Qui usque ad mediam noctem finitam horas vel notabilem earum partem non dixit, peccavit mortaliter, nisi per naturalem oblivionem vel aliam legitimam causam fuerit excusatus. Jam vero amplius non tenetur ad horas illius diei præteriti dicendas, 224. — Qui distulit horas præsentis diei in suis propriis temporibus, semper tenetur usque ad horam mediam noctis ejusdem diei id recitare quod non dixit, 225. — Dilatio matutini usque ad meridiem vel noctem non est peccatum mortale, 225. — Nec venialiter peccat ille qui ante completam mediam noctem, officium integrum dicit, etiamsi horas postponat, quando ex urgente et rationabili causa id facit, 225. — Consultius est anteponere quam postponere. Minus tamen malum esset completorium dicere post decimam horam noctis, quam dicere summo mane, 227. — Matutinum diei sequentis cum laudibus dici potest ante solis occasum, 228, 229. — Sine scrupulo dici potest matutinum ab hora quarta postmeridiana, tam in ætate quam in hieme. Si alicubi alia vigeat consuetudo, consultum erit servare illam. 230

Quibus de causis excusetur a culpa clericus non recitans officium canonicum ad quod tenetur, XVIII, 230-249 — Prima causa est vera impotentia, nam ad impossibile nemo tenetur, XIV, 47-39 — Locum non habet excusatio ob spirituale impedimentum, quod a censuris ecclesiasticis provenire solet, XVIII, 230-231. — Alia excusatio esse solet ignorantia, 231. — Oblivio naturalis, seu non voluntaria, omissionem a culpa excusat, 231 et seq. — Tertia principalis excusatio solet esse ex parte corporis, 234 et seq. — Cæcus habens præbendam tenetur choro interesse et audire alios canentes, et recitare quantum ipse potest, XVI, 1176. — Quando res est dubia, consulendus est medicus, XVIII, 238. — Consulendus est etiam prælatus, et ejus assensus postulandus, 239. — Quid si causa judicetur sufficiens ad excusationem unius partis officii, et non totius, 240 et seq. — Qui non potest omnes horas dicere, illas dicere tenetur, quas potest, 240. — Ad hanc excusationem reduci potest metus mortis. 244

Quarta excusatio principalis est honesta, gravis et repentina occupatio, quæ nec possit simul cum recitatione officii conjungi, nec concedat liberum tempus ad illud recitandum, 245, XIV. 49-40. — Porro duplex est necessitas, una justitiæ, altera charitatis, XVIII, 245 et seq. — Ultima excusatio est dispensatio. 247 et seq.; XIV, 50-41

Ad quid tenentur beneficiati choro addicti, XVI, 1173 et seq. — Canonici et alii beneficiarii absentes sine legitima causa non possunt juste quotidianas distributiones recipere, XIV, 57-47. — Variæ sunt causæ sufficientes ad hoc ut beneficiarius absens a choro solitas distributiones lucretur, 57-47. — Qui ultra tempus permissum notabiliter et frequenter absunt a choro, mortaliter peccant etiamsi in amissionem distributionum consentiant, 58-47. — Qui etiam ex legitima causa a choro absunt, non lucrantur distributiones quotidianas, et receptas tenentur restituere, non obstante remissione, XVI, 1174. — An beneficiatus non recitans per sex primos menses aliquid teneatur restituere, XVIII, 249 et seq. — Jus positivum non obligat ad aliquid restituendum pro illis sex mensibus, 252. — Beneficium datur propter officium (Axioma), 254. — Beneficiatus non recitans tenetur ex natura rei ad aliquam restitutionem faciendam. — Et hæc restitutio fieri potest in bonis spiritualibus quæ fuerunt omissa, 255 et seq.

Quid teneatur restituere, qui post sex menses non recitat, 258. — Obligatio nascitur ex injustitia; ergo urget in conscientia ante judicis condemnationem, licet delictum sit occultissimum, 258. — Restituendi sunt omnes fructus beneficiorum omnium quæ habet ille qui non recitat, cum proportione declarata a Pio V, 259 et seq. — Pro minori omissione quam unius horæ integræ non contrahitur aliqua obligatio restituendi, 262. — Beneficiatus qui externus non dicit officium, propter naturalem oblivionem, vel aliam ignorantiam invincibilem, non videtur teneri ad restitutionem, 263. — Restitutio facienda est fabricis vel pauperibus, 264 et seq.

Horæ canonicæ. XXV, 505

Horror futuri sæculi est filia luxuriæ. XI, 1020

Hosanna, vox hebraica, duplici modo scribitur, XXVI, 72, *in nota*. — Sensus hujus acclamationis, 211. — SS. Patrum de his verbis: *Hosanna Rabba* opinio, 72. — In libris Ritualibus Judæorum, quænam significatio voci Hosanna subjecta sit, 73. — *Cur Hosanna* septimum tabernaculorum diem significat, 73. — Unde habes Hosanna nomine preces esse intelligendas, 74. — Quare Hosanna sumitur pro salice, 74. — Quando Hosanna fasciculum totum ex tribus ramorum speciebus colligatum significat, 75. — Quare Evangelistæ vocem Hosanna non sunt interpretati 75

Humilitas definitur virtus qua homo verissima sui agnitione sibi ipsi vilescit, XI, 740. — Humilitas magnanimitati non est opposita. Est tutissimus omnium virtutum thesaurus. — Est tota christianæ sapientiæ disciplina, 740. — Humilitas est omnium magistra virtutum; ædificii spiritualis fundamentum, 741. — Humilitas necessaria est ad salutem æternam, 741. — Humilitatis excellentia, 743. — Humilitatis christianæ duo sunt præcipua officia. Primum est, hominem Deo subjicere, 744. — Secundum, hominem cæteris omnibus subjicere. Qua ratione, 745, 749. — Ut primum humilitatis officium impleat homo, necessaria illi est notitia Dei; ut alterum, necessaria est cognitio sui. In duplici illa cognitione summa salutis posita est, 748. — Non est mentiendum ut superbia vitetur, 775. — Humilitatis christianæ duodecim gradus sunt. Primus est timor Dei, 749. — Secundus est abdicatio propriæ voluntatis ejusque ad divinam accommodatio. — Tertius est, ut christianus divini amoris impulsu omni obedientia se subdat præpositis. — Quartus, ut in ipsa obedientia, duris verbis vel etiam irrogatis injuriis, tacita conscientia patientiam amplectatur. — Quintus, ut pravas cogitationes et male clam commissa humili confessione conscientiæ suæ moderatori aperiat. — Sextus, ut abjectionem omnem et contemptum sui æquo et lubenti animo ferat — Septimus est, ut omnibus se inferiorem lingua pronuntiet, et intimo cordis affectu credat. — Octavus, ut nihil agat monachus contra re-

gulam; christianus, præter id quod docet Evangelium, et Ecclesia vel proponit, vel approbat, 750. — Nonus est, ut linguam coerceat. — Decimus, ut non facile solvatur in risum et ineptam lætitiam. — Undecimus, ut, cum loquitur, leniter, sine risu, pauca verba, prudentiæ sale condita, submissa voce proferat. — Duodecimus, ut non solum animo, sed toto corporis habitu, in omni loco humilitatem præ se ferat, 751. — Rationes ad humilitatem moventes. Consideratio originis nostræ, miseriæ, novissimorum nostrorum, 751. — Christi propter nos humiliatio, 753. — Humilitas theologo necessaria, I, 70-56. — Humilitate nihil est ad veritatem detegendam aptius. 70 et seq.-58

HUSSITÆ hæretici, XV sæculi, V, 80. — Eorum errores, 81. — Damnata primum Joannis Huss dogmata ab universitate tum Pragensi, tum Parisiensi, 81. — Huss et Hieronymus de Praga ad rogum damnati, 82. — Propositiones damnatæ. VI, 658

HYDROMANTIA, divinatio per aquam, III, 450; XIV, 80-72

HYMNUS pars divini officii, XVIII, 25. — Hymnus dicitur carmen continens laudem Dei cum cantico. Psalmi Davidis hymni dici possunt, 21. — In Ecclesia hæc vox significat ecclesiasticum carmen, non canonicum. 22.

HYPERDULIA est cultus B. Mariæ exhibitus, IV, 700. — *Vid.* CULTUS.

HYPOCRISIS, tertia vanæ gloriæ filia, est peccatum quo quis alienam personam simulat, vel occultando vitia quibus scatet, vel per se ferendo speciem virtutis qua caret, XI, 774. — Hypocrisis est grave peccatum, 775. — Omnino fugienda est ut exitiale christianæ vitæ malum, 775 et seq. — Hypocritas octuplici maledictione Christus ferit, 778. — Hypocrisis mortale peccatum est, cum aliquis non curat sanctitatem habere, sed solum sanctus apparere, 779. — Mortale peccatum est, cum quis simulat sanctitatem propter finem repugnantem charitati Dei vel proximi, 780. — Qui simulat sanctitatem ob finem non repugnantem sanctitati, veniale duntaxat peccatum committit, 780. — Mortale peccatum hypocrisis committit qui in minimis anxie religiosi sunt, de gravibus autem nequaquam solliciti, 780. — Hypocrisis lethalis peccati reus est, qui omnia sua, et præsertim pietatis opera ad hominum gratiam laudemque captandam et ad inanem gloriam referi, 782. — Qui habitum sanctitatis assumit, intendens se ad statum perfectionis transferre, si per infirmitatem deficiat, non est simulator hypocrita, 782. — Hypocrisis, cæteris paribus, gravius peccatum est iis quæ palam committuntur, 782. — Christiana pietas interior simul et exterior esse debet. 782

HYPOSTASIS, vox græca, id significat quod reipsa existit. Olim sumebatur pro substantia, vel pro subsistantia, IX, 748. 749-392. — A sæculo quinto, sumitur pro supposito aut persona, 749-393. — Quid de veteri vocis hypostaseos usu statuendum sit, 753 et seq.-395. — Variæ opiniones de vocibus hypostasi, essentia seu substantia et natura, 749, 758-392, 660. — Probabilior opinio, 753 et seq.-396. — Terminus naturæ, quo natura ultimo completur, appellatur subsistentia naturæ, personalitas, sive hypostasis. V, 617

HYPOTHECA in genere definitur : jus reale concessum in rem mobilem, ut ex illa creditor possit solutionem habere, si debitor non solvat, XVI, 688. — Tale jus omnino indivisibile est, et singulas boni hypotheca gravati partes afficit. Unde axioma juris : hypotheca tota est in toto, et tota in qualibet parte, 688. — Triplicis generis distinguitur hypotheca, alia legalis, alia judicialis, alia conventionalis, 689. — Hypotheca legalis quæ etiam implicita seu tacita dicitur, ea est quæ vi solius legis et sine ulla speciali conventione instituitur, 689. — Judicialis illa est quæ ex legitima judicis sententia statuitur in gratiam eorum qui sententiam obtinuerunt, 689. — Conventionalis est contractus solemnis quo quis ad contrahendum habilis bona specialiter designata creditori obligat in assecurationem et solutionem debiti determinati, 689. — Hypothecæ extinguuntur ; 1° per extinctionem debiti principalis pro cujus assecuratione creatæ sunt; 2° per renuntiationem creditoris hypothecæ; 3° per impletionem formalitatum præscriptarum ut purgentur hypothecæ ; 4° per præscriptionem, 689. — *Vid.* CODICIS CIVILIS ARTICULOS. 2114-2204

IBERI, V, 395. — *Vid.* GEORGIANI.

ICHTHYOMANTIA, divinatio ex piscibus. III, 451

ICONOCLASMI chronologia. XXVII, 33 et seq.

ICONOCLASTÆ, seu Iconomachi, sanctorum imaginum contemptores et eversores, sæculi octavi et noni hæretici, V, 70, 71. — Sacrorum imagines venerandas esse negabant, VI, 842. XXVII, 17. — *Vid.* IMAGO.

ICONOMACHI. *Vid.* ICONOCLASTÆ.

IDEALISTÆ corpora ex mundi notione rejecerunt, solas substantias spirituales statuentes. VII, 1359

IDENTICE. Illud in alio identice continetur, quod continetur in ipso tanquam in re omnino eadem, sic in divinis intellectus et voluntas. I, 1455-1132

IDENTITAS formalis seu conceptuum est vel totalis et adæquata, vel partialis et inadæquata, sic definitum in definitione formaliter adæquate continetur. Sic pars essentialis in toto actuali formaliter inadæquate continetur. I, 1455-1132

IDOLOLATRÆ dicuntur qui divinitatem divinumve cultum creaturæ tribuunt, VI, 950 in nota. V, 13, 14. — Duplex idololatrarum classis : altera eorum qui creaturam in se ipsa venerantur ut Deum, seclusis simulacris, etc. ; altera eorum qui simulacra sibi conficiebant, et iis divinos honores exhibebant. 14

IDOLOLATRIA communiter et improprie sumpta convenit cuicumque peccato mortali quo peccator adhæret creaturæ tanquam ultimo fini, XIV, 78-63. — Idololatria duplicis generis est : alia perfecta et imperfecta alia. Perfecta est idololatria qua idolo, quod verus Deus habeatur, honor defertur. Imperfecta est, dum debitus Deo honor creaturæ, quæ creatura existimetur, tribuitur, XIX, 1040, 1041. — Proprie sumpta idololatria potest definiri : superstitio qua divinus honor tribuitur alicui creaturæ sicut Deo, XIV, 78-63. — Aut brevius : Idololatria est cultus divinus creaturæ sicut Deo exhibitus, V, 13. — Ad actum idololatriæ duo concurrere debent ; primum, ut cultus Deo debitus tribuatur creaturæ ; secundum, ut cultus iste divinus tribuatur creaturæ prout Deo tribui solet et debet. XIV, 78, 79-64. — Actus idololatriæ intentione et voluntate peragi debet, quod duobus modis fieri potest : primo, expressa atque præsenti intentione, quæ summa est in hoc genere perversitas ; secundo, virtualiter aut implicite et indirecte, 80-64, 65. — Idololatria tam interior quam exterior gravissimum peccatum est, 80-65. — Non excusatur ab hoc peccato, qui metu mortis exterius idola coleret, etiamsi fidem in mente servaret, 81-65. — Prima idololatriæ origo repetitur a posteris Chami, impii filii Noemi, V, 14. — Non improbabile existimatur idololatriæ principium a sceleratis hominibus qui ante diluvium vixerunt, repetendum esse, XV, 28. — Solemnis epocha fuse per orbem idololatriæ fugienda esse videtur ad Babelicam linguarum confusionem, 29. — Quo auctore, quo tempore cœperit, incertum est. 29. V, 15

Idolorum usus a Chaldæis proxime migravit ad Ægyptios, 16. — Quibus rebus vel personis divini honores præ cæteris sunt primo attributi, XV, 30. — Idololatriæ in deorum numerum retulerunt homines sceleratissimos, bruta animantia, aurum, argentum, etc., V, 15, 16. — Triginta millia falsorum numinum fuisse perhibent Hesiodus et Eusebius, 17. — Credibile tamen videtur e gentilibus sapientiores, etsi plures deos venerarentur, unum Deum deorum ac summum agnovisse, 17. — Quibus modis homines ab avita religione ad idololatriam desciverunt, XV, 27. — Idolum finxit defunctorum amor et ambitio, provexit adulatio et metus principum, formavit fraus dæmonum, splendor idolorum, tot sæculorum error et usus, 28. — Qua ratione factum ut ne religio vera penitus extirparetur. 30

IDOLUM græce significat imaginem seu figuram, V, 14.

IGNAVUS est quandoque et pœna dignus, qui suo jure cedit, XI, 818. — Reus est ignaviæ et desidiæ qui onus impositum suscipere pertinaciter recusat. 813

IGNORANTIA est privatio scientiæ perficientis rationem in quantum dirigit actus humanos, XI, 697. — Ignorantia generatim sumpta est defectus scientiæ. Negativa est negatio scientiæ cum impotentia sciendi ex parte subjecti. Privativa est defectus scientiæ quam quis potest habere. Positiva est judicium erroneum. — Ignorantia juris versatur circa legem, præceptum. Huc reducitur ignorantia pœnæ. Ignorantia facti respicit factum aut aliquam illius circumstantiam. — Simplex vincibilis est eorum qui simpliciter nesciunt quæ scire potuerunt. — Antecedens est causa operis et voluntatis, vel potius conditio, sine qua nec velles, nec faceres actionem quam exerces. — Concomitans nec est causa nec effectus operis aut voluntatis. — Subsequens est effectus voluntatis, XVIII, 1416. — Ignorantia juris dividitur in juris communis et particularis, 1416. — Ignorantia considerari potest ex parte mentis, vel ex parte subjecti, vel ex parte hominis ignorantis, vel in ordine ad opus, vel ex parte voluntatis actui pravo consentientis, XI, 697. — Ex parte mentis, alias est negativa, id est simplex scientiæ negatio, sive nescientia rerum quas scire aliquis non potest nec debet, 100, 698, IX, 932-737. — Alia privativa quæ est privatio scientiæ rerum quas aliquis scire potest et debet : sola proprie et simpliciter ignorantia dicitur, 932-737. — XI, 101, 698. — Alia positiva, seu prava dispositionis, est habitus seu dispositio scientiæ contraria, aut error veritati contrarius. 100, 698

Ratione objecti alia est facti et personæ, alia juris vel divini

tum naturalis, tum positivi, vel humani tum ecclesiastici, tum civilis. 101, 698

Ratione subjecti seu ex parte hominis, ignorantia alia est vincibilis quæ studio et diligentia vinci potest; alia invincibilis quæ nulla diligentia vinci potest, 101, 698.—Vincibilis ignorantia subdividitur in affectatam et crassam seu supinam. Affectata est ignorantia directe volita, quando quis vult expresse ignorare id quod scire poterat et tenebatur. Ignorantia crassa et supina parum inter se differunt, 101, 699. — Ignorantia crassa est ignorantia desidiosi ac tepescentis. Supina est ignorantia variis distracti negotiis, XVII, 70 —An, præter ignorantiam crassam aut supinam, detur alia ignorantia pure vincibilis, quæ sit mortaliter culpabilis, non tamen sit ignorantia crassa aut supina. Alii negant; alii melius affirmant, 70, XI, 101. — In ordine ad opus, ignorantia alia est antecedens quæ est causa operis; alia est concomitans quæ nec directe nec indirecte est voluntaria, neque causa operis, 102, 698. — Tripliciter se habet ignorantia ad actum voluntatis, antecedenter, concomitanter, et consequenter, 316, 317. — Ignorantia concomitans talis et ut secum habeat, imo requirat voluntatem non mutandi sententiam, I, 1461, 1462-1153. — Ex parte voluntatis, ignorantia alia est antecedens, quæ nec directe nec indirecte volita est, unde coincidit cum ignorantia invincibili; alia consequens quæ vel directe est volita, qualis est affectata; vel indirecte, qualis est crassa seu supina, et quælibet alia ignorantia vincibilis, XI, 102, 698, 699. — Ignorantia antecedens respectu tam operis quam voluntatis causat involuntarium simpliciter, quantum ad id quod ignoratur, 102. — Ignorantia antecedens respectu operis, si sit consequens respectu voluntatis, causat voluntarium simpliciter, et involuntarium secundum quid, 103.— Ignorantia concomitans nec causat positive voluntarium, nec positive seu contrarie involuntarium, sed causat voluntarium negativum, seu non voluntarium, 103.—An qui inimicum concomitanter ignoratum occidit, non peccet peccato homicidii ratione affectus interim? Distinguendum est, 103, 104. — Communis et ordinaria diligentia requiritur ut legis ignorantia sit invincibilis, 104. — Non datur ignorantia mortaliter culpabilis, quæ excuset a mortali transgressione in præceptis humanis, 105, 106. — Ignorantia vincibilis eorum quæ confessarius ad munus suum rite obeundum scire tenetur, est in se peccatum, 106, 107. — Illa ignorantia est speciale peccatum, sine malitiæ specie distinctæ ab eo quod per illam causatur, 107. — Cum ignorantia illa habeat rationem peccati ratione omissionis debitæ diligentiæ, confessarius solum peccat quando est tempus acquirendi scientiam, quam habere tenetur lege studiositatis, 107. — Ut peccata ex ignorantia vincibili nata ad culpam imputentur, aliquo modo debent esse ab ignorante prævisa non ut metaphysice, sed ut moraliter possibilia, 108.—Quot peccata ex illa ignorantia vincibili orta confessario imputentur ad culpam, colligi debet ex loco, tempore, personarum quantitate, etc., 109. — Ignorantia aliqua potest esse uni invincibilis quæ alteri est vincibilis et culpabilis, 150.— Ignorantia eorum quæ scire tenemur, non modo est causa peccati, sed et peccatum in se ipsa, modo ejusdem malitiæ, modo distincta ab eo quod per illam causatur, 317. — Qua ratione ignorantia peccatum saltem minuat, 318. — Ad arguendum opus factum ex ignorantia, duo indispensabiliter requiruntur, quod ignorantia vinci possit, et quod ad eam vincendam operans teneatur, 318. — Constat quasdam esse ignorantias quæ a peccato non excusant, 331.— Ignorantia rerum maximi momenti ad vitam bene instituendam labes est sine dubio et pœna peccati. — Ignorantia autem rerum non necessariarum non tam malum est quam imperfectio, II, 339. — Utrum ignorantia invincibilis excuset a peccato? Errores, X, 908-762. — Ignorantia invincibilis, seu quæ, quidquid agatur expelli non potest, etiam juris naturalis, si detur, ab omni peccato eximit. Cuilibet catholico probata esse debet, præsertim post censuram contradictoriæ sententiæ. Probatur auctoritate S. Augustini, 967-762, 763. — Probatur auctoritate Ecclesiæ, 972-765.— Probatur unanimi Doctorum Catholicorum consensu, 973-766. — Probatur ratione, quæ plura suggerit argumenta adversus Jansenismum, 975-768.—Objectiones, 977 et seq.-769. — Principia solutionum, 983. — Ignorantia invincibilis vel antecedens tam juris particularis, quam communis excusat a censura, XVIII, 1416. — Invincibilis vel antecedens ignorantia facti excusat a censuris, 1417. — Ignorantia invincibilis et antecedens pœnæ seu censuræ excusat a censura, 1417. — Excusat pariter a censura ignorantia vincibilis seu subsequens, sive juris, sive facti, sive pœnæ, dummodo non sit crassa, supina, vel affectata, 1417. — Secundum plerosque a censura non excusat ignorantia crassa, supina vel affectata, 1417. — Ignorantia concomitans excusat a censura et irregularitate, quæ ex delicto provenit. 1418

Omnis ignorantia quæ excusat factum, ne peccatum sit, excusat etiam debitum pœnæ in utroque foro, XII, 1008-796. — Quando ignorantia non excusat a culpa gravi, non excusat simpliciter a pœna, 1011-799. — Ignorantia quæ excusat culpam mortalem, licet non excuset culpam venialem, excusat a culpa gravi legis, 1016-803. *Vid.* XXV, 503 et seq.

Illegitimi alii sunt physice, alii canonice. Physice illegitimi dividuntur in naturales et spurios. Spurii alii sunt adulterini, alii incestuosi, alii sacrilegii, alii nefarii. XVII, 216

Inventio sanctæ crucis, XV, 356. — Multæ nunc existunt particulæ de ligno S. Crucis per varias ecclesias dispersæ, 357. — Ostentum celeberrimum Constantino divinitus objectum, XXVI, 478. — Vindicatur illius miraculi veritas ab impiorum argutiis, 479. — Sacrorum in Palæstina locorum Hadriani studio polluta sanctitas, 479. — Tres cruces a S. Helena effossæ in Calvario, 479. — Vera Christi ex tribus illis crucibus miraculo cernitur, 480. — Non sub Eusebio papa inventa Crux est, sed sub Sylvestro, 480. — Acta quæ tradunt S. Crucem Judæorum opera repertam, velut spuria rejiciuntur, 481. — Retinenda historia de Crucis inventione, quæ Breviario romano continetur, 482. — Calvinistarum qui eam historiam explodunt evertuntur argumenta, 483. — Ipsa instituendæ hujus festivitatis ratio exponitur, 484. — Quo tempore instituta fuerit hæc festivitas. Spurium Eusebii decretum. Notata est hæc festivitas in martyrologio quod S. Hieronymo tribuitur, 485. — Crucis pars Hierosolymæ locata, pars Romam missa. Unde originem traxerit ritus ostendendæ crucis in feria sexta majoris hebdomadæ, 485. — Bollandistarum conjectura de origine hujus festi. Gregorius XI officium componi jussit, 486. — Sublata inde a Clemente VIII quæ ex adulterinis Hebræorum actis desumpta fuerant, 486. — Hæreticorum error, qui cultum S. Crucis ademerunt. — Lex a Theodosio lata adversus Judæos, 487. — Repertus etiam Crucis titulus. Qui de crucis inventione egregie scripserint. 487

Imago sincera veri Theologi, ex S. Hieronymo. I, 72-56

Imago est similitudo ad repræsentandum expressa, VIII, 614. — Imago, cum sermo est de Christo Patris imagine, tria postulat, 614. — Imagines Christi, B. Mariæ et sanctorum licite venerantur, I, 1508, 1509, 1509-1052, 1053, 1081. — Nulla est idololatria sacras imagines Dei, Christi, angelorum et sanctorum colere, XIV, 67 et seq.-54. — De cultu SS. imaginum, 1211 et seq.-955. — Qui sacris imaginibus exhibetur honor, non est adoratio aut servitus, sed cultus longe inferior cultui qui Christo, vel B. Mariæ, aut sanctis exhibetur. Non imagines propter ipsas colimus, sed propter prototypa, ad quæ refertur hujusmodi honos, 1215-956. — Nemini licet ullo in loco vel Ecclesia, etiam quomodo libet exempta, ullam insolitam ponere, vel ponendam curare imaginem, nisi ab episcopo approbata fuerit. Decretum est synodi Trid.. 1225-964

Quid de sacris imaginibus sit necessario credendum, VI, 841. — Fructus ex legitimo sacrarum imaginum usu percipiendus, 842. — Abusus in imaginibus abolendi sunt, 842. — Hæreticorum errores, 842. — Sacrarum imaginum usus et cultus licitus est, 989. — Sed nullum exstat præceptum quo obligentur fideles ad invocandos sanctos, 989 in nota. — Non est de fide SS. Trinitatis, aut Patris, aut Spiritus Sancti separatim imagines habendas et retinendas esse, et eis honorem ac venerationem impertiendum esse, 989; I, 1370-1081. — Longe longius est a fide adorandam esse imaginem, ne quidem Christi, multo minus sanctorum, 1372-1083. — Nec de fide est cultum delatum imaginibus esse religiosum, 1372-1083. — Neque de fide est imagines eadem veneratione cum exemplari honorari, 1372-1083; VI, 989. — Non solum non est de fide, sed ne quidem certum est, Deum non vetuisse Judæis omnem usum imaginum I, 1371-1082

De historia SS. imaginum et picturarum. Monitum, XXVII, 1. — Natalis Paquot lectori benevolo, 5. — Epistola nuncupatoria primæ editioni præfixa, 9. — Epistola nuncupatoria secundæ editioni præfixa, 13.— Sacrarum imaginum utilitates, 15. — Liber primus, qui est oratio contra Iconomachos. Præfatio, 17. — Quam in Oriente apertam originem habuerit, quemque progressum, sacrarum imaginum devastatio, 18. — Qua diligentia a Romanæ Ecclesiæ pontificibus iconomachia sit confutata, ac tandem in Oriente exstincta, 23. — Habuit Ecclesia romana multos filios qui zelum suum pro catholico dogmate posteritati commendaverunt, 27. — Multa sunt quæ nos in sacrarum imaginum legitimo usu merito retineant, 29.— Iconoclasmi chronologia.

Liber secundus. Præfatio, 57. — Quod in libris prohibetur, prohibendum etiam est in picturis, quæ sunt idiotarum libri, 39. — Defenduntur et explicantur imagines sacrosanctæ Trinitatis, 40 —Rejiciuntur quædam imagines SS. Trinitatis, 43. — Picturæ, quas nobis commendat antiquitas, omni honore sunt suscipiendæ, 44. — Exempla vetustatis de imaginibus Christi, 45. — Imaginum sanctæ crucis exempla, 48. —Exempla antiquitatis imaginum Spiritus Sancti. — Imagines Deiparæ Virginis, 50. — Imagines angelorum ex vetustate observatæ. — Veteres picturæ Joannis Baptistæ, 51. — Antiquæ picturæ patriarcharum et prophetarum, 52. — Exempla antiquitatis de Apostolorum picturis, 53. — Martyrum vetustæ aliquot imagines commendantur. 54

De confessorum picturis, 57.—De artificiosissima pictura Euphemiæ, 58. — Inter antiquas picturas, eæ potissimum sunt observandæ, quæ nos ad detestationem peccatorum ipso visu movent, 59. — Illæ imagines sunt amplectandæ, quæ solidæ imitantur historiæ, 60. — Non est reprehendendum, si quid convenienter pictura exprimatur, quod in historica narratione deest, 61. — Sicut in parabolis, sic neque in picturis, omnium quærenda est significatio, 65. — In imaginibus, licet sint idiotarum libri, multa metaphorice et allegorice recte depinguntur, 64. — Dæmonum metaphorica pictura explicatur, 65. —Non sunt statuendæ imagines, quæ periculosi erroris occasionem rudibus præbent, 66.—In corrigendis imaginum abusibus nihil privata auctoritate attemandum; sed zelus discretione est condiendus, 68. — Nulla periculosi erroris imago habetur in Ecclesia, 69. — De imagine duodecim signorum, quæ ante ephemerides ponitur, 70. — Puerperium B. Virginis decumbentis et ægrotantis, non est pingendum, 71. — Circa imagines et picturas quæ errorem continent non periculosum, quid tolerandum cavendumve sit, 73. — In picturis corrigendæ aliquando sunt non picturæ ipsæ, sed earum significationes, 79. — Multa in picturis et imaginibus sunt toleranda, quæ probabilia sunt apud doctos quosdam, aut vulgum, 80. — Exempla dantur, 82. — Superstitio omnis tollenda est in sacrarum imaginum circumgestatione, 84. — Dissertation sur le mot *Prisio*, 85. —Imaginum in supplicatione circumgestatio a superstitione contra hæreticos defenditur, 87. — De superstitionibus cavendis ulterius disseritur, 88. — Sine superstitione una sancti imago præ alia ejusdem celebrior esse potest, neque hic audiendi sunt hæretici, 90. — Lascivia omnis vitanda est in sacris imaginibus, 91. — Profana non sunt sacris imaginibus admiscenda, nec in templis, nec in monasteriis, 93.— Sanctorum imaginibus religiose altaria ornantur, 98. — Sanctorum imagines rectissime auro et argento teguntur, et coronis, vel pretiosis vestibus ornantur, 99. — Quædam, per se vilia, fides efficit pretiosa; inter quæ luminarium usus, 101. — In picturis cavendum est quidquid ad libidinem provocat, 103. — Imagines a nimia vetustate, situ et sordibus conservandæ sunt, 107. — In imaginibus collocandis habenda est ratio loci, 110. —De sacris imaginibus in viis publicis, navibus, poculis, et libris, 111. — Non anxie laborandum est, quo ordine sanctorum imagines collocentur; et quod Paulus recte ponatur a dextris S. Petri, 113. — Novitas omnis diligenter est in picturis examinanda, antequam approbetur, 114. — Quam late sese extendat sacrarum imaginum appellatio, 115. — Habenda est ratio eorum, quæ ad sacras imagines reducuntur, 116. — Donaria, et imagines brachiorum, pedum et similium, in memoriam restitutæ sanitatis, per vetusto more in ecclesiis suspenduntur, 116. — De statua uxoris Loth, obsidione Jerusalem ab Ezechiele depicta, et peccati imagine quam Zacharias vidit, 118.—Multitudo sacrarum imaginum non referenda est in abusus, 120. — Nomina utiliter adscribuntur in sanctorum imaginibus minus notis, 124. — Refutantur quædam ab Erasmo Roterodamo scripta de sacris imaginibus, 126. — Contra eumdem, 131. — Veteres Christiani, Deiparam, ac alios nonnullos sanctos depinxerunt in ea effigia, quam viventes habuerunt, 133 — Ethnicæ picturæ et statuæ non debent christianis placere, 137. — Hæreticorum effigies non sunt conservandæ, 140. —De falsorum deorum et philosophorum picturis qui scripserint, 142. — Imagines ethnicæ, quas pagani habuerunt, utiliter a nobis conservantur, 144. — Ecclesia non convertit schemata virtutum in fictitios sanctos, 148. —De iis qui parentum et majorum, vel etiam suas imagines exprimi cupiunt, 151. — De inscriptione nummorum, 154. — De sacris numismatibus, 155. — De statuis principum, potissimum Constantini Magni, 156. — De clementia piorum imperatorum in eos qui statuas eorum everterunt aut læserunt, 157. — Pictura coronationis Lotharii III male intellecta, 158. — Romæ rariores sunt sanctorum statuæ, quæ apud Belgas sunt crebriores : hæc diversitas non est reprehendenda, 159. — Sacræ statuæ nec sculptilia appellandæ sunt, nec simulacra, 161. — Qui de arte pictoria scripserint, 164. — Variorum de pictura et cognatis artibus librorum indiculus, 165. — Contra blasphemas hæreticorum picturas, 178. — Admonitio ad pingentes, 181. — Ex Frederico Borromæo de pictura sacra. Pietas pictori imprimis est necessaria. 182

Liber tertius. Præfatio. Januarius. Nomen Jesu recte in radiis solaribus pingitur, XXVII, 183. — De circumcisione Domini, 186. — De pictura S. Genovefæ. De S. Pharailde virgine, 188. — De picturis trium Magorum in Epiphania Domini, 189. — De S. virgine Gudula, 194. — De buxea veste Pauli, primi eremitæ, 194. — De pictura S. Antonii, 195. — De pictura Sebastiani, Fabiani et Agnetis, 200. — De S. Carolo magno, imperatore et rege Franciæ. 201

Februarius. — De imagine Ignatii martyris, 203. — De S. Matthia apostolo. 204

Martius. — De pictura Thomæ Aquinatis. — Explicatio picturarum Gregorii pontificis, 205. — Patricius cur pingatur serpentes conculcans. — Gertrudis cur cum muribus pingatur, 207. — De picturis S. Joseph, 209. — Observatio circa historiam Annuntiationis Dominicæ. 213

Aprilis. — De armatura equestri S. Georgii, 214. — Marcus quare cum leone pingatur. 216

Maius. — Jacobus non pingendus est facie Christo simillimum. — De forma crucis dominicæ, 218. —Bernardinus cur in manu solem gestet, cum nomine Jesu, 221. — Urbanus pontifex quare cum vite jungatur. 222

Junius — Joannis Baptistæ picturæ, cum exuviis et agno, 223. — De baptismo Domini et decollatione S. Joannis, 228. — Picturæ quædam Apostolorum Petri et Pauli, 230. — De crucifixione S. Petri, 232. — De decollatione S. Pauli, 234. — Paulus quibus de causis sæpe a dextris Petri pingatur. 236

Julius. — Maria Magdalena absque vestium pompa pingatur, 240. — De pictura Jacobi Zebedæi, 241.— Christophori pictura multipliciter discutitur, 242. — De familia S. Annæ depicta, 246. — Martha cum aspergillo cur sculptatur. 248

Augustus.—Laurentii imago quam convenienter nummis imprimatur, 249. — Pictura S. Claræ cum Eucharistia. — Assumptio B. Mariæ quomodo pingenda, 250. — Cur Mariæ sub pedibus serpens pingatur, 252. — Pictura S. Helenæ. — De S. Bernardo, 254. — De imaginibus S. Bartholomæi, 255. — De picturis S. Augustini. 256

September. — Ægidii pictura examinatur, 260. — Imagines divi Adriani. — Imagines S. Michaelis archangeli, 261. — De picturis Angelorum, et cur eorum statuæ ad altaria ponantur, 263. — Sanctorum Angelorum picturæ plenius explicantur, 265. — De picturis S. Hieronymi. 269

October. — De S. Francisci stigmatibus, 272. — De S. Brunone Cartusiani ordinis institutore, 274. — Cur Dionysius Areopagita caput manu gestat, 275. — De S. Luca evangelista. — De pictura Quintini et Wolfgangi. 278

November. — De purgatorio, et annua commemoratione fidelium defunctorum, 279. — De S. Huberto, episcopo Leodiensi, 281. — De numero et pictura coronatorum martyrum. — Pictura Martini vestem scindentis, 282. Pictura Elisabeth cum tribus coronis. — In picturam Præsentationis B. Mariæ, 283. — De S. Cæcilia virgine et martyre, 284. — De S. Catharinæ imagine, 286. — De cruce S. Andreæ. 288

December. — De malleo S. Eligii, et calice S. Barbaræ, 288. — De picturis S. Nicolai, 289. — Cur Ambrosius cum flagello pingatur. — De pictura conceptionis B. Mariæ, 293. — De S. Lucia, 294. — De situs S. Thomæ inter duodecim apostolos. — De pictura Nativitatis Christi, 295. — De pictura Joannis Evangelistæ, 297. — De pictura Sabini episcopi Spoletini. 299

Liber quartus. — De vultu Christi, XXVII, 299. — De vultu Christi sancto qui Romæ asservatur, 302. — De Jesu duodenni, inter Doctores invento, 304. — Annotatio ad historiam Christi in horto orantis, 305. — De transitu Christi per torrentem Cedron et ejus flagellatione, 306. — In picturam crucifixionis Christi, 310. — Num Christus in crucem sublatus, equuleo insederit, 315. — De forma crucis Christi, 320. — De titulo crucis Domini, 324. — De numero clavorum Christi, 327. — De corona Christi in cruce pendentis, 329.— De lapsu B. Mariæ sub cruce. Item de pictura Ecclesiæ et synagogæ sub eadem cruce, 331. — Latro bonus a dextris Christi ponendus, 334. — De clavis latronum, 336. — Cur nonnulli sub cruce pingant Adæ calvariam, 337. — In Christum de cruce depositum observationes. Et erronea pictura ferentinatum qui Christum mortuum esse negabant, 340. — Annotatio in picturas Resurrectionis Christi, 342. — De pictura As-

— Quid observandum est circa extractionem reorum privilegio asyli non gaudentium, 950. — Additio, 951. — Observanda ab ipso rectore ecclesiæ vel monasterii illius in quo reus quærit asylum. 952

Immutabilitas est mutationis exclusio et repugnantia, quæ competere nequit nisi enti cujus naturæ repugnat ut perfectiones augeat aut minuat, atque consilia mutet, VII, 147. — Immutabilitas est impotentia acquirendi aut deperdendi aliquam perfectionem, 150. — Deus est omnino immutabilis, 147. — De concordia libertatis cum immutabilitate. Prima sententia intellectu facilior falsa videtur, 150 et seq. — Altera sententia Dei naturæ consentanea magis videtur. 153 et seq.

Immutatio est mera mutationis absentia, quæ reperiri potest in mutabili naturaliter ente, si constans sit et firmum in servandis perfectionibus et non mutandis consiliis. VII, 147

Impassibilitas corporis gloriosi est qualitas excludens ab eo omnem corruptionem læsionem, dolorem, afflictionem, etc. VII, 1388. VI, 351

Impatientia gravis in rei familiari amissione, animum prodit lethalis avaritiæ reum, XI, 840. — Impatientia est vitium quo quis dolet, aut queritur de malis quæ ipsum circumveniunt. 1228

Impedimentum matrimonii. Per impedimenta matrimonii generatim intelliguntur ea quæ obstant ne matrimonium rite ineatur, XXV, 289, 601. — Impedimenta quæ obstant ne valide contrahatur matrimonium, dirimentia dicuntur. Quæ connubium illicitum tantum reddunt, mere prohibentia seu *impedientia*. *Ibid.* — Quatuor numerantur impedimenta impedientia. Ecclesiæ vetitum, tempus feriatum, sponsalia, votum, 290, 601. — Duodecim numerantur, 503. — Quatuordecim dirimentia numerantur : error, conditio, votum, cognatio, crimen, cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas, amentia, affinitas, clandestinitas, impotentia, raptus, 290, 503, 603. *Vid.* Hæc verba. — De la nature des empêchements de mariage en général, XX, 1038. — Causæ dispensandi in impedimentis dirimentibus, XXV, 411. — Circa impedimenta dirimentia inter protestantes et catholicos magna viget controversia, 290 et seq. — De potestate constituendi impedimenta matrimonium dirimentia : ac primo de statu quæstionis, et de erroribus circa hanc materiam, 630. — Verum ac proprie dictum dogma fidei catholicæ est Ecclesiam jure proprio, seu potestate a Christo accepta impedimenta dirimentia statuere posse. Probatur : 1° ex Scriptura sacra, 635 ; — 2° ex traditione, 636 ; — 3° ex praxi principum catholicorum, 637 ; — 4° ex ratione theologica ; — 5° ex auctoritate S. Thomæ ; — 6° ex definitione ac factis concilii Tridentini, 638 ; VI, 1033, 1034 *in nota*. — Que la puissance ecclésiastique et la séculière ont droit d'en établir d'irritants, 1059. — Usage que l'une et l'autre ont fait de leur pouvoir en ce point. Différentes manières dont ces empêchements ont été établis, 1061 et suiv. — Potest Ecclesia constituere impedimenta dirimentia, neque in eis constituendis erravit, XXV, 293. — Ecclesiæ nomine a Tridentinis canonibus tertio et quarto non reges et sæculi principes, sed ecclesiasticus ordo et hierarchia designatur. Hæc propositio certa est et fidei proxima, 296. — De vero sensu canonis quarti judicium episcoporum Belgii, 659. — Declaratio et definitio summi pontificis Pii VI, circa verum sensum ejusdem canonis quarti, 662. — Difficultates. 297

Recensiti Tridentini canones dogmatici sunt, et fidei regulam constituunt, 300. — Difficultates, 302. — Præfati Tridentini canones non de adventitia ex tacito vel expresso principum consensu, sed de intima, originaria ac propria Ecclesiæ potestate loquuntur. Est de fide, 307. — Difficultates, 311. — Ecclesia sola jure proprio et originario potest constituere impedimenta dirimentia, quæ scilicet matrimonii vinculum afficiunt. Est certa, 320. — Difficul., 320. — Causæ matrimoniales spectant ad judices ecclesiasticos. De fide est, 333. — Et quidem causæ omnes ad solos ecclesiasticos judices spectant. Certa est, 337. — De potestate civili circa impedimenta matrimonii, 665. — Impedimenta a sola potestate civili constituta matrimonium christianorum quoad vinculum dirimere non possunt. Probatur ex doctrina Ecclesiæ, 668. — Confirmatur aliis argumentis ex doctrina Ecclesiæ desumptis, 669. — De vero sensu canonis 12, sessione 24, 669. — Confirmatur ex praxi Ecclesiæ, 671. — Probatur auctoritate S. Thomæ ac communi theologorum, etiam Gallorum, consensu, 672. — Sententiæ facultatis theologiæ universitatis Lovaniensis, circa potestatem principum, 674. — Probatur a ratione theologica. Ex absurdis, 675. — Probatur ex refutatione fundamenti opinionis oppositæ, 675, 1602 et seq. *Vid.* Matrimonium.

Des dispenses d'empêchements de mariages. Les anciens étaient très-réservés quand il s'agissait d'en accorder : on s'est ensuite beaucoup relâché sur ce point, XX, 1135. — Lettre de S. Ambroise contre les mariages entre proches parents, 1140. — Praxis dispensationis super matrimoniis contrahendis in gradibus prohibitis, XIX, 465, 820. *Vid* Dispensatio.

Impensæ ordinariæ sunt quæ fiunt sive ad rem conservandam, sive ad fructus percipiendos, sive ad solvenda alia onera quæ ab usu fructuario communiter solvuntur. Extraordinariæ sunt vel necessariæ, id est, sine quibus res periret vel saltem deterioraretur ; vel utiles, id est, quæ rei valorem augent ; vel voluptuariæ, id est quæ fiunt tantum ad ornamentum rei. XV, 890

Imperatus actus ille est quem imperat quidem voluntas, sed qui corporis ministerio exercetur, ut deambulatio, membrorum flexio. *Vid.* Actus humanus.

Imperium quod dicitur monasticum, quo homo sibi ipsi et suis potentiis imperat, definiri potest : Actus ordinans aliquem ad aliquid agendum cum quadam intimativa motione, XI, 521. — Datur in homine imperium respectu suarum potentiarum, 521. — Imperium est actus voluntatis, 407. — Imperium est substantialiter actus rationis, præsupposito actu voluntatis, in cujus virtute ratio movet per imperium ad exercitium actus, 523. — Imperare tria dicit : ordinare, intimare, movere : quæ tria sunt rationis, 525. — Imperium vocatur, a quibusdam judicium practice practicum, 526. — Illi actus qui sunt in potestate et arbitrio nostro, et ad quos ratio suadens movere non potest, imperari possunt, non autem alii, 530. — Imperare est superioris gubernantis et potestatem habentis ad movendum et obligandum ut sibi obediatur. 531

Impietas. Primus fons impietatis, cordis corruptio. Plurima afferuntur Juvenalis, Horatii, Ciceronis, Lucretii et aliorum testimonia, II, 883, 905. — Secundus fons, rationis perturbatio, 906 et seq. — Tertius fons, systema novatorum (protestantium). Secundum sententiam suam unusquisque explicare potest sanctam Scripturam. Testimonia Cortii, Cudwortii, Moshemii, *etc.*, 912, 934. — Quartus fons impietatis, libri perniciosi, 935-963. — Quam firma catholicorum doctrina, quam infirma impiorum opinio. 945

Impositio manuum non est proxima sacramenti Pœnitentiæ materia, XXII, 183. — Pourquoi le sacrement de Pénitence s'appelle *Imposition des mains*. XXI, 243

Pourquoi le sacerdoce est appelé *Imposition des mains*, 260. — Impositiones manuum sunt verba mystica, 228. — L'imposition des mains qui confère l'épiscopat, n'a point la vertu de faire un évêque d'un homme qui n'est pas prêtre. 293, 295

De extentione manuum pontificis precantis super ordinandos, XXIV, 1490. — De diversis impositionibus manuum, 1491. — Duplex est in ordinatione manus impositio, una omnino accidentaria, altera essentialis, 1492. — Quo ritu seu unica manus, seu duæ, in ordinatione imponerentur, 1492. — Manus impositio essentialis non debet fieri sine contactu ordinandi, 1492. — Duplex manus impositionis in ordinatione significatio : prior, juxta quam divinum auxilium ea manus impositione significari dicitur. Cujus significationis duplex est ratio, 1495. — Secunda significatio hæc est, ut moneantur omnes ita sacris ministeriis incumbere, quasi sub Deo, et divinas capiti suo impositas manus semper habeant, 1496. — Cur dextera potius sinistra capiti ordinandorum imponenda sit. 1496, 1497

Impositio manuum ab apostolis ad nos usque in Ecclesia præsertim occidentali, inter confirmandum adhibita fuit, XXI, 777. — Apostoli Spiritum Sanctum per manuum impositionem neophytis conferendo, non modo rem sacramenti, sed et ipsum confirmationis sacramentum contulerunt. 779

Impositio manuum, cujus veteres, et recentiores mentionem faciunt, confirmationi essentiales est, 781. — Solvuntur objectiones adversus tres paragraphos præcedentes, 784. — Utrum antiqui, præter manuum impositionem a chrismatione diversam, aliam agnoverint quæ in ipsa chrismatione includatur. Affirmant gravissimi theologi, 788. — Manuum impositio quæ chrismationem præcedit, non desiit essentiales esse sæculis, VI, VII, et VIII ac retro sequentibus, hæc sententia longe probabilior videtur, 790. — Utraque manuum impositio in confirmatione nunc adhibetur in Occidente, 793. — An utraque essentialis sit, incertum est, 794. — Græci veteres manuum impositionem in sacramento confirmationis admiserunt, 796. — Manuum impositio quam Græci veteres admiserunt, erat chrismationi prævia, 801. — Satis est si una manus imponatur, 802. — Alterutra sufficit, 802. — Manuum impositione significatur descensus Spiritus sancti, 802. — Pourquoi le sacrement de confirmation est appelé : Imposition

des mains, XXI, 221. — Le sacrement du saint chrême est substitué à l'imposition des mains, qui fut employée par les Apôtres, 225. — Les pères de tous les siècles n'ont appelé la Confirmation *Imposition des mains*, qu'au sens qui convient à l'onction en vertu des paroles. 229-243

Impotentia debitoris duplex est : primo physica seu absoluta, qua durante nihil omnino habetur unde restitutio fieri possit, ea certe suspenditur obligatio restituendi. Secundo, moralis, seu maxima restituendi difficultas, quæ solet vocari impotentia, XV, 944. — Triplex est moralis impotentia : 1° Necessitas extrema quæ est periculum mortis proximum ex restitutione certo imminens, et ideo vocatur extrema seu ultima ; 2° Necessitas gravis, seu periculum probabile gravis damni in bonis sive animi, sive corporis, sive honoris, sive fortunæ ; 3° Communis, quæ est status eorum qui non nisi magno cum labore vivunt, 945. — Necessitas communis non suspendit restitutionis obligationem, 946. — Quæ impotentia vel inopia excuset debitorem a restitutione, 801. — Axioma : In extrema necessitate omnia sunt communia. 945

Qui non potest restituere nisi se moveo in extremam necessitatem conjiciat, justam habet causam differendi restitutionem, quandiu durat illa necessitas, 945. — Quando creditor in eadem versatur necessitate, ac debitor, si extrema necessitas creditoris venit immediate ex rei ipsius ablatione, debitor rem reddere debet, 945. — Quando necessitas creditoris ex alia causa venit, si rem debitor juste possideat, v. g., contractu, eam sibi retinere potest, 945. — Quando res ex delicto possidetur, disputant theologi, 946. — Qui in extrema necessitate re aliena usus est, quatuor in casibus certo eam postea reddere tenetur, 946. Magna lis est inter theologos, an qui in extrema necessitate rem alienam consumpsit, illius pretium solvere teneatur, si eum non habuerit ex delicto et sit ipse absolute pauper, id est, in re et in spe, quando rem consumpsit, 947. — De necessitate gravi. Qui non potest restituere, nisi se moveo in gravem necessitatem conjiciat, justam habet causam differendi restitutionem quandiu durat illa necessitas, positis tamen quibusdam conditionibus, 948. — Ut ea solutio in praxi majoris sit utilitatis, applicatur præcipuis casibus in quibus censetur adesse gravis necessitas, 948 et seq. — An excuset a restitutione impotentia restituendi in eodem genere, 1229. — Qui restituere non potest in eo genere bonorum in quo nocuit, restituere non tenetur in alio genere, 1220 et seq. — Extrema necessitas excusat a restitutione ; sive potest omitti restitutio, quando fieri non potest quin subeas extremam necessitatem, aut te conjicias in apertum et proximum periculum vitæ, 1227. — Qui rem alienam consumit in extrema necessitate, quando re simul et spe pauper est, ordinarie, transacta necessitate, si pervenerit ad pinguiorem fortunam, non tenetur eam restituere, 1228. — Necessitas gravis sæpissime sufficiens est ut licite differatur restitutio, positis tamen certis conditionibus, 1228. — Extrema necessitas tua, vel tuorum, vel proximi, cui aliter subvenire nequis, nisi rem alienam vel alteri debitam impendendo, excusat a restitutione, quandiu ea durat, 801 et seq. 1228. — Quid si creditor sit in pari necessitate, 804. — Non solum extrema, sed etiam gravis necessitas tua et proximi excusat, quandiu durat, nisi creditor sit in pari necessitate ; est communis sententia doctorum, 804. — Si creditor jam necessitatem gravem patitur, et debitor tunc ea non laborat, sed laborabit restituendo, certe tenetur restituere, quamvis in necessitatem gravem sit constituendus, quia in æquali necessitate gravi præferendus est creditor ; sive debitor sit ex delicto, sive ex contractu, XXII, 1003 in nota. — Excusat etiam a restitutione statim facienda, primo, magnum periculum salutis animæ tuæ, vel tuorum ; secundo, magnum detrimentum in rebus non debitis ; tertio, notabilis jactura decentiæ status, XV, 805. — Impotentia moralis excusat a restitutione, quando non potes restituere sine gravi dispendio bonorum altioris ordinis, puta, si non potes restituere rem furtivam sine gravi tua infamia, 1229. — Objectio, 1252. — Impotentia moralis excusat etiam a restitutione, quando non potes restituere sine detrimento valde notabiliter majori in bonis ejusdem ordinis, 1229. — Impotentia moralis excusat saltem a restitutione statim facienda, quando non potes restituere quin decidas a statu quem obtinuisti justis mediis, 1250, XIV, 978-772. — Objectio, XV, 1255. — Qui per statum suum aliena detinet, sive qui rapuit aliena bona quæ nobilem statum efficiunt, tenetur statum dimittere, nec potest idcirco restitutionem differre, nisi forte periculum gravis infamiæ concurrat, 1251. — Qui per statum suum non possidet quidem aliena, sed tamen ad statum emersit injustis mediis, differre non potest restitutionem, nisi excuset fortassis infamiæ gravis periculum, 1251. — Debitor per se non potest differre restitutionem præcise propter detrimentum lucri cessantis, 1252. — Si ad angustias tua culpa sis redactus, v. g., ludis, comessationibus, etc., tunc non mereris dilationem, neque debitor ex contractu, neque ex delicto, 807. — Probabiliter differre non potes restitutionem, 1251. — Si creditor ex dilatione damnum accepturus sit in re familiari, vel statu, tunc teneris statim restituere, 802. — Quomodo omnimoda impotentia seu necessitas extrema debitoris, eum a restitutione liberet. XIV, 975-770

Impotentia, quæ dirimit matrimonium, est vel absoluta seu respectu omnium, vel respectiva, seu respectu alicujus tantum. Utraque dividitur in perpetuam, quæ tolli non potest, saltem sine miraculo, vel sine peccato, vel sine vitæ periculo, et in temporalem, quæ sic tolli potest, XXV, 648. — Impotentia ut matrimonium dirimat, debet esse perpetua et simul antecedens. Traduntur regulæ quibus plerumque cognoscatur quandonam in dubio ut talis habenda sit, 648, 505 et seq. — Impotentia ex maleficio, 536 et seq. — De l'impuissance naturelle et surnaturelle. De quelle manière on se conduisait autrefois, et l'on s'est conduit depuis à l'égard de ceux qui, en étant atteints, s'engageaient dans le mariage, XX, 1121. — On parle en peu de mots, à cette occasion, du mariage des vieillards, des impubères, et des femmes stériles. 1126

Imprudentia semper est peccatum, aliquando mortale, aliquando veniale, XI, 401. — Quodnam sit ignorantiæ ab imprudentia discrimen, quoad rationem peccati. 402

Impudens est qui laudes quærit humanas, etc. I, 65-52

Imputare quidquam alicui est idem atque inter ea quæ sunt ipsius aliquid recensere. V, 1059

Incantatio est invocatio dæmonis tacita vel expressa, per verba ad agendum aliquid supra naturam, sive incantare est aliquid supra naturam agere per verba ope vel auxilio dæmonis, XVIII, 1236. — Distinguitur incantatio a maleficio et veneficio, tum ex parte efficientis, tum ex parte finis, 1124. — Sub incantationibus intelliguntur omnes deceptiones, quæ arte magica fiunt, per sensuum et rerum varias immutationes, etc., 1253. — Incantatio fit dicendo verba inutilia vel inefficacia ad talem effectum, 1234. — Ordinatur ad actionem simpliciter præter naturalem, 1255. — Est casus reservatus in constitutione Clementis. VIII, 1253, 1125 et seq.

Incantatores vocati sunt qui artem verbis peragunt. XVIII, 1124

Incarnatio. Tractatus de Incarnatione verbi divini duodecim dissertationibus concluditur, IX, 11 et seq.-9. — Incarnatio juxta vim nominis unionem cum carne significat, 11-11. — Aliis nominibus Incarnatio a Patribus græcis et latinis designata est. Sæpissime vocatur œconomia, exinanitio, abbreviatio, demissio, apparitio, Dei manifestatio et declaratio, unio, unitio, adunatio, unitas, commixtio, incorporatio, inhumanatio, assumptio, apprehensio, 12, 13-11, 12. — Inter varias voces quibus illud mysterium significatum est, nulla aptior Incarnationis nomine, 13-12. — Definiri potest Incarnationis mysterium, Unio naturæ duplicis, divinæ scilicet et humanæ, in unica verbi divini persona, ex qua unus Christus. 13-12

De cognitione possibilitatis mysterii Incarnationis, IX, 13-13. — Quæstio movetur triplex de usu rationis in possibilitate Incarnationis investiganda. Prima, an possibilitas Incarnationis demonstretur positive ; secunda, utrum saltem demonstretur negative ; tertia, utrum homo, cui Incarnatio proponitur credenda, jure inquirat prius an ratione illud mysterium repugnet, quam an revelatum sit, 13-14. — Etiam supposita fide, mysterii Incarnationis possibilitas ratione sola non potest demonstrari positive, 19 et seq.-17. — Ostenditur illud mysterium demonstrari negative, seu demonstrationibus non impugnari. Triplex error hic notandus, 22-19. — Alii duplici distincta veritate opposita, altera fidei, altera rationis, docuerunt illud quod juxta fidem est verum, posse esse falsum secundum rationem, et vice versa, 25-19. — Alii unica veritate admissa, propter argumenta quibus ratio impetit Incarnationis possibilitatem, judicant illud dogma contradictionem involvere, et illius veritatem et revelationem negant, 25-20. — Alii etsi rationis axiomata quædam mysteriis plane opposita existiment, non rejiciendam putant Incarnationis, aut cujusvis alterius mysterii fidem, rati veritatem quæ una est et simplex posse evidentibus quibusdam rationibus adversari, 25-20. — Adversus triplex illud errorum genus sit : Mysterii Incarnationis possibilitas demonstrari potest negative, 26-22. — Fides nullis argumentis insolubilibus impugnatur, 27 et seq.-23. — Solv. objectiones generales, 31-35-26. — Objectiones ex parte verbi divini, 36-56-30. — Objectiones ex parte naturæ humanæ, 56-63-46. — Objectiones ex parte unionis hypostaticæ, 63 et seq.-53. — Mysterii Incarnationis veritas ex revelationis sensu

native indaganda est, posthabitis circa ejus possibilitatem rationis difficultatibus, 68-55. — Probatur ex Scripturis, 71-58. Probatur ex sanctis Patribus, 73-59. — Probatur ratione theologica, 74-60. — Solv. objectiones, 76-62. — Corollarium. 81-66

Angeli mysterium Incarnationis non potuerunt cognoscere nisi revelatione, IX, 83-65, 67. — Mysterium Incarnationis, quantum ad substantiam, angelis in via revelatum sine fundamento diceretur, 85-69. — Angelis beatis nota fuit Incarnatio peracta. Antequam perageretur, aliquatenus iisdem innotuit, 86, 87-70. — Angelis illud mysterium quantum ad substantiam a principio suæ beatitudinis cognoverunt, 88-71. — Variis subinde temporibus, plures Incarnationis circumstantiæ angelis patefactæ fuerunt, 89-72. — Angeli multo plenius Incarnationem agnoverunt postquam peracta est, 89-72. — Non tamen nisi in consummatione sæculi angeli mysterium illud plenissime agnoscent, 90-73. — Mysterium Incarnationis nec futurum, nec peractum, ante Christi mortem, certo dæmonibus innotuit, 91-74. — Futurum Incarnationis mysterium Adamo ante et post ejus lapsum innotuit, 93-75. — Mysterium Incarnationis non latuit Patriarchas et Prophetas, 95-76. — Legisperitiores apud Judæos hoc mysterium non ignorarunt, de Judæorum vulgo aliter statuendum, 95-77. — Ab electione populi Judaici, nulla alia gens dici potest Incarnationis mysterium cognovisse, 96-78. — Nonnullis apud gentiles futurum Incarnationis mysterium notum fuit, 97-78. — Fides de Deo Incarnato et redemptore implicita sufficiens erat ante Christi adventum. 96, 98-77, 79

De existentia mysterii Incarnationis adversus Judæos adstruenda, IX, 99 et seq.-80. — Adversus Gentiles, 457-363. — Adversus hæreticos, 494-392. — *Vid.* Christus jam venit. — De convenientia et necessitate Incarnationis, 666. — Incarnatio potest accipi vel speciatim, quatenus est unio hypostatica talis naturæ humanæ cum verbo divino, hoc modo, hoc de fine, et his in circumstantiis peracta; vel generatim, et quantum ad substantiam, nempe pro unione cujuslibet naturæ intelligentis cum aliqua persona divina, abstrahendo a modo et a circumstantiis, 666 667-328. — Deo per se convenientissimum fuit extrinsece, ut Incarnationem perageret, 668-529. — Incarnatione maxime exprimitur perfectio, munificentia et bonitas divina, 668-529. — Maxime Incarnatione exprimuntur Dei virtus et omnipotentia, 669, 670-530. — In mysterio Incarnationis emicat sapientia, 670-531. — Mysterium Incarnationis non fuit absolute necessarium, 671-531. — Deus ad Incarnationem peragendam bonitate et sapientia sua immutabili non fuit certo et infallibiliter inductus, 671 et seq.-532. — Incarnatio mundo et homini convenientissima fuit, 682-540. — Solv. objectiones, 689-545. — In hypothesi creationis hoc mysterium non est necessarium, 684-542. — Connexionem aliquam necessariam Incarnationis cum creatione non adstruit gloria accidentalis quam ex creatione Deus percipit; nec gloria Dei essentialis, 685, 686-543. — Nec hanc connexionem immutabilis ordo exigit, 688-545. — Solv. objectiones, 690-546. — Quo sensu Deus propter gloriam suam omnia operatur. 696-551

Divinæ misericordiæ et hominis lapsi conditioni conveniens fuit ut ipse erigeretur et repararetur, 697-552. — Deus tamen hominem lapsum potuit non liberare. 699 et seq.-553

De convenientia aut necessitate Incarnationis in hypothesi reparationis generis humani, IX, 703-557. — Incarnatio tum in se sumpta, tum ratione modi quo peracta est, medium fuit reparando generi humano maxime conveniens, 703 et seq.-558. — Cur tantum in plenitudine temporum, 708-560, 561. — Solv. objectiones, 712-564. Incarnatio tamen quoad substantiam spectata, redemptioni hominis simpliciter necessaria non fuit, 709 et seq.-561. — Solv. objectiones, 716 566. — Hypothesis condignæ satisfactionis pro peccato exhibendæ, 719-569. — In hypothesi condignæ et accuratæ satisfactionis simpliciter necessaria fuit Incarnatio, 725-572. — Satisfactio æquivalens non potuit sine Incarnatione pro peccatis impendi, 726-574. — Sine Incarnatione satisfactio non potuit esse ex propriis, nec ex alias indebitis, 727-575. — Solv. object., 728 576. — Actibus charitatis perfectæ purus homo non posset pro peccato ad æqualitatem satisfacere, 730 et seq.-578. — Homo purus, gratia sanctificante ornatus potest de condigno satisfacere pro peccato veniali; ita communiter. 736 et seq.-582

De natura Incarnationis, IX, 738-584. — Natura hujus mysterii in ea unione mirabili consistit, qua natura humana Christi cum natura divina in persona verbi hypostatice conjungitur, 739-584. — *Vid.* Christus homo factus.

De causis Incarnationis. De fide est causam efficientem Incarnationis esse totam Trinitatem, 838-662, 663. — De causa meritoria Incarnationis, 839-663. — Christus nullo modo meruit Incarnationem, 840-664. — Quæcumque non omnia Incarnationis suæ consectaria Christus de condigno promeruit, 840-664, 665. — Veteres patriarchæ et prophetæ de condigno Incarnationem non meruerunt, imo nec hujus mysterii circumstantias; quas tamen de congruo meruisse dicendi sunt, 841-665. — Beata Virgo nec Incarnationem, nec ejus circumstantias, nec maternitatem divinam de condigno meruit, licet tamen de condigno meruerit eum gratiæ statum, quo posito in Dei matrem præ cæteris assumpta est. Imo ne quidem proprie et stricte loquendo de congruo maternitatem divinam meruit, sed tantum latius loquendo et minus proprie, 842-665, 666. — De causa finali Incarnationis, 843-667. — Finis ultimus Incarnationis est gloria Dei. Finis cui sunt creaturæ intelligentes, præsertim vero homines quibus summa bona attulit Incarnatio, 843-667. — De fide est verbum ad redimendos homines revera incarnatum fuisse, 845-668. — Probabilius est decretum non fuisse Incarnationem nisi consequenter ad peccati prævisionem, ejusque reparandi consilium, ac proinde Christum vi præsentis decreti, venturum fuisse, si Adamus non peccasset, 845-668. — De satisfactione Christi, 849 et seq.-672. — *Vid.* Christus.

Brevissimum tractatus de Incarnatione compendium, VIII, 1499 et seq. — De natura Incarnationis, 1500. — Christus est Deus, 1500. — Christus est homo. Tria sunt in humanitate Christi consideranda, illius veritas, origo, et dotes eximiæ, 1500. — Christus ita est Deus et homo, ut ambæ naturæ in unicam personam coeant, 1501. — De fructibus qui ex Incarnatione prodierunt. Ex Incarnatione Dei cognitio latius per orbem diffusa est, 1502. — Hominum amor in Deum nova inde suscepit incrementa, 1502. — Multo perfectior Deo exhibitus est cultus, 1503. — Qui ex Incarnatione in Mariam fructus redundarint, 1503. — Quos fructus Incarnatio humano generi contulerit, 1504. — Qui fructus ex Incarnatione angelis advenerint, 1504. — Quem ex Incarnatione fructum natura corporea perceperit. 1504

De humani generis redemptione et reparatione. Quibus bonis homo spoliatus fuerit per lapsum, VIII, 1505. — Quibus malis circumvallatus homo post lapsum fuerit, 1506. Quod homini ex tantis malis nulla superesset emergendi ratio, 1506. — Qua ratione Christus nos redemerit et a malis liberaverit, 1507. — Quod Christus debita nostra in se susceperit, 1507. — Quod Christus debita nostra plane exsolverit, 1508. — Quod Christus redemptionis nostræ pretium dederit, 1509. — Quod Christus alias multas nobis gratias promeruerit, 1509. — Qua ratione nobis applicari queat Christi reparatio, 1510. — Quænam documenta ex humani generis reparatione hauriri queant. 1511

De mysterio Incarnationis, III, 607-611. — Post peccatum, ait S. Thomas, fuit explicite creditum mysterium Incarnationis Christi non solum quoad Incarnationem, sed etiam quantum ad passionem et resurrectionem, quibus humanum genus a peccato liberaretur. Post tempus gratiæ revelatæ tam majores, quam minores tenentur habere fidem explicitam de mysteriis Christi, præcipue quantum ad ea quæ communiter in Ecclesia publice proponuntur. IV, 45

Incendiarius is omnis et solus est qui privata auctoritate et animo saltem implicito nocendi, alienæ domui, seu profanæ, seu sacræ, ignem admovet, et totam vel ejus partem, quantum ad lethale peccatum satis est, in cineres redigit, XXII, 807. — *Vid.* Incendium.

Incendium. An jure scripto episcopis reservatum sit? XVIII, 1086 et seq. — An incendiarii incurrant excommunicationem eamque summo pontifici reservatam. Variæ sunt sententiæ. Prima, docet omnes incendiarios ipso facto excommunicatos esse. Communiter rejicitur, 1089. — Secunda, docet excommunicationem in incendiarios non quidem ferri, sed latam supponi jure aliquo antiquiori; hoc loco reservationem pontificiam addi, quando per judicem fuerit publicata. Quæ sententia non admittenda videtur, 1090. — Incendium, seu exustio voluntaria domorum profanorum, episcopo reservatur, si incendiarius non est publice denuntiatus; alioquin rei absolutio pontifici reservata foret, XXII, 807. — Incendii complices reservationem non incurrunt ut auctores, ni statutum ut auctores sic et cooperatores includat, 808. — Qua ratione crimen illud denuntiari oporteat, ut Rom. pontifici reservatum sit? 808. — Qui ex gravi negligentia domum combarit tenetur ad reparationem damni, sed reservationem non incurrit, nisi effectum hunc præviderit, 809. — Tertia sententia admittit ipso jure excommunicatos esse incendiarios Ecclesiarum, non vero alterius loci profani, sed hos tantum excommunicari per sententiam episcopi, XVIII, 1090. — Tenor casus, 1091. — Incendium quadrupliciter considerari potest. Primo, ex parte causæ efficientis ad incendium reservatum in quavis diœcesi requiritur ut fiat directe, ex

propositio et deliberata voluntate, 1092. — Secundo, ex parte causalitatis seu actionis requiritur in quavis diœcesi actus incendii positivus, repugnans justitiæ, 1092.—Tertio, ex parte materiæ seu objecti, varia est disciplina, 1092 et seq. — Quarto, ex parte effectus requiritur in quavis diœcesi ut incendium reipsa sit consummatum, saltem pro notabili parte, 1094. — Corollaria. 1094

INCENSUM. De l'encensement ; des *obligations* dans plusieurs églises. XX, 256

INCESTUS est commixtio venerea personarum consanguinearum vel affinium intra gradus prohibitos, scilicet usque ad quartum gradum consanguinitatis inclusive; item usque ad quartum gradum affinitatis ex matrimonio legitimo contractæ inclusive, ex copula autem illicita usque ad secundum. Ad quam speciem pertinet violatio cognationis spiritualis ortæ ex Baptismo vel Confirmatione, et congressus confessarii cum filia spirituali pœnitente, vel illius sollicitatio, XI, 955. — Incestus effectus circa matrimonium, XXV, 511.—Est peccatum mortale, et inter graviora luxuriæ peccata computatur. XIV, 721-570 ; XVIII , 1095

Incestus species est luxuriæ a cæteris distincta, malitiæ et deformitatis singularis, XI, 982 ; XIV, 722 571. — In confessione sacramentali exprimendum est, utrum incestus perpetratus sit cum consanguinea vel affine, et in quo consanguinitatis vel affinitatis gradu. Eo enim gravius peccatum est, quo personæ sunt magis conjunctæ, XI, 984 ; XIV, 727-574. — De incestu propter affinitatem contracto, 728-575. — Necessario in confessione a pœnitentibus qui carnaliter commixti sunt exprimenda est cognatio spiritualis, XI, 984. — Non sunt absolvendi incestuosi in eadem domo manentes, ante separationem, si cohabitatio et convictus sit illis occasio proxima incestum committendi, 984. — Incestuosos sacri canones excommunicatione percellunt, 985. — Ad incestum proprie dictum requiritur imprimis copula carnalis sic consummata ut possit sequi generatio. Secundo, ut concubitus sit illicitus. Tertio, ut fiat concubitus inter consanguineos vel affines. Quarto, necesse est ut committatur intra gradus matrimonium dirimentes ex jure naturali, divino vel humano, XVIII, 1096. — Legitime dispensati ad ineundum matrimonium probabilius non committunt incestum proprie et stricte sumptum, 1101. — Incestus est casus reservatus in pluribus diœcesibus. Tenor casus, 1103. — Corollaria, 1104 — Incestus Parisiis reservatur in secundum gradum consanguinitatis, vel affinitatis etiam ex illicita copula, XXII, 809. — Incestus spiritualis confessarii cum pœnitente, vel parochi cum parochiana, reservatur, 810. — Qui peccat cum pœnitente, ratus invincibiliter se peccare cum alia, reservationem non incurrit, 811. — Impuberes non tenentur lege reservationis. XVIII, 1110

INCERTITUDO creditoris non omnino excusat a restitutione. XV, 819

INCHOATIO alicujus semper ordinatur ad consummationem ipsius. XI, 610

INCOMMUNICABILITAS quadruplex distinguitur. Prima est incommunicabilitas alteri tanquam subjecto inhæsionis. Secunda est alteri tanquam inferiori. Tertia est alteri tanquam toti, IX, 741-586. — Quarta est alteri tanquam supposito, id est, qua natura singularis et totalis fit sui juris physici. 742, 745-587

INCOMPREHENSIBILIS est Deus, seu a nulla mente creata comprehendi potest. VI, 371 ; VII, 224

INCOMPREHENSIBILITAS videtur appendix omnis veræ de Deo doctrinæ, III, 280. — Variæ rerum incomprehensibilium classes. 281 et seq.

INCONSIDERATIO, filia luxuriæ, peccatum est ex libidine velut ex radice progerminans, quo aliquis a recto judicio deficit, ex hoc quod contemnit et negligit attendere ex quibus rectum judicium procedit. XI, 1017

INCONSTANTIA, luxuriæ filia peccatum est quo vir libidinosus a bono proposito recedit, aut mediocri difficultate factus, aut voluptate illectus, XI, 1018.—Inconstantia præcipuo actui prudentiæ opponitur, 402. — Inconstantia recessum quemdam importat a bono proposito definito. 402

INCONTINENTIA vitium temperantiæ oppositum. Incontinentia proprie et simpliciter sumpta versatur circa illicitas delectationes tactus XI, 1248

INCREDULITAS. Præjudicia adversus incredulitatem depromuntur ex vitio tum doctrinæ ipsius, tum personarum quæ eam tuentur.

1° Ex natura doctrinæ. Primo, dignitati hominis est injuriosa. Secundo, ejus felicitatis inimica. Tertio, mentem veri appetentem, circa capita maximi momenti, suspensam relinquit, II, 859. — Quarto, animum avocat a virtute, 860 — Quinto, animum inclinat ad vitium, 861. — Sexto, ordini societatis et imperiorum tranquillitatis exitiosa est, 861. — Ipso fatente J.-J. Rousseau. 863

2° Ex indole incredulorum. Primo, sunt hominum inconsideratissimi, 863.—Secundo, testes sunt in propria causa, ideoque non audiendi : aut saltem ea est plerorumque conditio, 864. — Tertio, sunt plerumque judices imperiti, qui causam de qua pronuntiant non probe noverunt, 864. — Quarto, præcones hypocritæ doctrinæ, minime credunt, quam pudendam ipsi detestandamque persentiunt, 865 Quinto, idonea et vere philosophica methodo non procedunt, 866. —Sexto, contradictionibus scatent, et multis aliis vitiis laborant, 867. — Vestra solum legitis, vestra amatis ; cæteros, causa incognita, condemnatis, ait Cicero, 868. — Specimen historiæ incredulorum adversus religionem, 875 et seq.— Inter eos varia systemata secum pugnantia ; discordia, 876 et seq.— Incredulis audacia, impudentia et mendacium non deest, 878 — Eorum libri erroribus, obscenis descriptionibus scatent, 877-883 ; 889 891 ; 957 et seq — Increduli in periculis ad meliorem frugem redeunt, 895 et seq. — Eorum pavor puerilis, 898. — Rationis incredulorum perturbatio, 906-911.—Incredulorum fraudes, audacia, 944-957. — Incredulorum Patres et philosophos antiquos accusantium amentia, 989-997. — Culpabiliter in incredulitate ex hac vita decedentibus nulla salus esse potest, VI, 1245-1256 — *Vid.* IMPIETAS.— Incredulorum vanitas et temeritas. III, 501

INDEFECTIBILITAS in fide in eo consistit quod sedes Romana, etsi erraret aliquis pontifex, nunquam posset ab unitate catholica avelli per hanc pertinaciam quæ est propria hæresis indoles. V, 1145

INDIFFERENTIA fide constat hominem lapsum non solum indifferentia contradictionis, sed etiam indifferentia contrarietatis esse præditum, X, 1302-1026 —Essentia liberi arbitrii non constituitur in indifferentia contrarietatis, sed in indifferentia contradictionis cum qua subsistere potest necessitas ad unum. 1301-1026

Indifferentia religionum supponit absurdum : omnes religiones esse æqualiter veras. II, 502

INDIFFERENTISMUS est Deo injuriosus, hominibus perniciosus, et pestis societatis. II, 502

INDIGNATIO, iræ filia, est commotio animi, qua quis eum a quo læsus est, vel se læsum putat, indignum æstimat a quo talia patiatur, ideoque nec sua familiaritate, nec alloquio eum dignatur, XI, 1131. — Indignatio lethale peccatum est, si gravem proximi contemptum contineat, vel grave pusillis scandalum afferat ; vel si quis a sua familiaritate et colloquio proximum velut indignum arceat, vel si ita sit affectus, ut eum in gravi necessitate corporis aut animi constitutum juvare nollet, 1132. — Indignatio est peccatum communiter veniale. — Potest quandoque esse sine peccato, quando scilicet ex justo rationis judicio procedit. XIV, 665-525

INDUCIÆ, quæ etiam alio nomine treuga vocantur, sunt pactum publicum, quo id agitur, ut manente etiamnum bello, bellicis et hostibus actionibus abstineatur, XVI, 69. — Differunt ab armistitio. 70

INDULGENTIÆ nomen aliquando sumitur pro licentia culpam ad male agendum concessa. Aliquando sumitur pro benigna debiti alicujus remissione, XVIII, 515. — Usu ecclesiastico sumitur pro condonatione pœnæ quam subire debent pœnitentes propter peccata quoad culpam dimissa. Unde indulgentia definiri potest : Remissio pœnæ temporalis quæ post culpam et pœnam æternam condonatam luenda superest, a legitimo superiore extra sacramentum concessa per applicationem thesauri Ecclesiæ, 515. — Indulgentiam dividitur in plenariam seu totalem ; et partialem , seu non plenariam. Indulgentia plenaria ea est quæ remittit totam pœnam temporalem debitam peccatis quoad culpam remissis, 516. — Indulgentia dividitur in plenam , pleniorem, plenissimam ; circa divisionis hujus sensum variæ sunt sententiæ. Verior sequens videtur : Plena dicitur quando tota pœna in foro et judicio Dei debita remittitur ; *plenior*, quando superadditur potestas extraordinaria absolvendi a casibus et a censuris reservatis ; *plenissima* quando dispensandi in votis et hujusmodi vinculis potestas communicatur , 516. — Indulgentia plenaria vocatur aliquando indulgentia in forma Jubilæi, 517. — Indulgentia partialis est ea quæ solum remittit determinatam partem pœnæ peccatis quoad culpam remissis debitæ, actu vel potentia, eamque vel majorem vel minorem, 516. — Indulgentia partialis multiplex est : alia quadragenæ, seu quarantenæ ; alia septenæ ; alia quadraginta aut centum dierum , vel annorum ; alia de injunctis pœnitentiis, 517 et seq. — Dividitur indulgentia in *temporalem* quæ ad certum tempus concessa est ; *indefinitam* , quæ simpliciter et absque durationis determinatione tribuitur ; et *perpetuam*, quæ in perpetuum conceditur, 521. — Dividitur indulgentia in localem, realem et personalem. Localis ea dicitur quæ certo loco affixa est, 522. — Quid juris, si pereat locus cui annexa erat indulgentia vel in profanum convertatur, 523. — An quando annexa indulgentia visi-

tationi alicujus ecclesiæ, necesse sit eam corporaliter ingredi et an ingressus ille sufficiat, 525. — Indulgentia realis est ea quæ annexa est quibusdam rebus piis, puta cruci, numismatibus, etc., 524. — Notanda circa realem indulgentiam, 524, 525. — Indulgentia personalis, ea est quæ conceditur immediate personis, seu in individuo, seu in communi, non tamen omnibus generatim, 525. — Qui indulgentiam concedit, ejus particeps fieri potest. 525

De effectibus indulgentiarum. Indulgentia per se non confert remissionem culpæ mortalis, imo nec venialis, XVIII, 525. — Indulgentia pœnam canonicam remittendo, consequenter vere et coram Deo remittit pœnam Purgatorii; quo autem in gradu et qua mensura soli Deo notum est, 528. — Indulgentiæ viventibus applicantur per modum solutionis simul et absolutionis judiciariæ; defunctis autem per modum meræ solutionis, sive per modum suffragii, 529 et seq. — An indulgentiæ eximant ab operibus pœnitentiæ, quædam recepta sunt apud theologos, quædam in controversiam vocantur, 532, 533. — Indulgentiæ nec eximunt, nec quemquam eximere possunt a laboriosis pœnitentiæ operibus, quæ ad obtinendam cum Deo reconciliationem aliquando requiruntur, 534. — Indulgentia nunquam eximit a tota pœnitentia per confessarium injuncta. An a parte ejus pœnali eximat, controvertitur. Curandum in praxi ut hæc tota impleatur, 535 et seq. — Indulgentiæ effectum suum pariunt, quo instanti consummatum est moraliter opus ad eas lucrandas præscriptum, 540. — An possit Ecclesia indulgentias dispensare. — De indulgentiis juxta catholicos et protestantes, V, 989. — Des indulgences. Bossuet, VI, 763. — Credimus indulgentiarum potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, et illarum usum esse salutarem, I, 1309, 1543-1033, 1061; VI, 1044. — Quæ sunt de fide in materia indulgentiarum et quæ non sunt, I, 1546-1356-1062-1070; VI, 1044, *in nota*, 1345, *in nota*. — Quid de indulgentiis sit necessario credendum, 835. — Catholica doctrina. Sollicitudo Ecclesiæ ad tollendos abusus. — Explicatur doctrina catholica, 835. — Incerta de pœna in hoc sæculo solvenda. Incerta circa pœnas in futuro sæculo solvendas, 836. — Hæreticorum errores, 836. — Ecclesia recepit a Christo potestatem indulgentias conferendi. — Qua potestate semper usa est, XVIII, 541. — Probatur ex agendi ratione Apostoli erga incestum Corinthium, 542. — Probatur ex usu Ecclesiæ tum secundo, tum tertio sæculo, 543. — Probatur ex concessione indulgentiarum facta a plurimis pontificibus pietate et scientia conspicuis, 544. — Probatur ex conciliis pluribus quæ indulgentiarum largitionem approbando, catholicum de iis dogma necessario approbaverunt, 545. — Solv. objectiones, 546 et seq. — Potestas largiendi indulgentias, non est ordinis, nec ordinem prærequirit, sed est jurisdictionis, 552. — Potestas concedendi indulgentias, tantum residet in primis Ecclesiæ pastoribus, episcopis nimirum, ac præsertim in summo pontifice, qui multo plus hac in parte potest, quam episcopi, 554. — Summus pontifex potest propria auctoritate dare sibi indulgentias, XXIII, 695. — An potentiæ episcopalis restrictio locum habeat etiam in foro pœnitentiæ; ita ut episcopus non possit, audita pœnitentis confessione, ampliorem ei tribuere indulgentiam, quam quæ sibi a concilio Lateranensi permissa sit, 556. — Episcopus ante consecrationem suam potest indulgentias largiri, et id potest per delegatum non laicum, 557. — Episcopi pure titulares, vel episcoporum coadjutores proprio jure indulgentias erogare non possunt, 557. — Episcopus indulgentias concedere potest suis subditis, sive hi in sua diœcesi, sive in alia commorentur, 557, 558. — Archiepiscopus easdem in provincia sua indulgentias concedere potest, quas episcopus in propria sua diœcesi. 558

An concilium generale, cui papa nec per se, nec per legatos suos præest, possit indulgentias Ecclesiæ toti concedere. Alii negant, 558. — Alii probabilius affirmant, 559. — An cathedrale capitulum indulgentias, sede vacante, largiri possit. Quisque antiquum Ecclesiæ suæ morem sine scrupulo sequi potest, 559. — In indulgentiarum materia, nihil possunt jure ordinario cardinales, archidiaconi, pœnitentiarii, et generales episcoporum vicarii, 560. — Communis sententia docet abbates, prælatos religiosum et parochos nihil posse in indulgentiarum materia. 560

Indulgentiarum dogma vel ex una S. Bernardi cruciatum denuntiantis prædicatione solide probatur, XVIII, 562 et seq. — De thesauro indulgentiarum fonte, 563. — Thesaurus Ecclesiæ primario coalescit ex infinitis ac superabundantibus Christi meritis et satisfactionibus. Conclusio videtur esse de fide, et saltem contraria sententia erronea censetur, 566. — Coalescit etiam thesaurus Ecclesiæ ex superaffluentibus sanctorum omnium meritis et satisfactionibus, 567 et seq. — In thesauro reponuntur etiam superfluæ satisfactiones justorum aliquando reprobandorum, quamdiu ii sunt in gratia. 573

Indulgentiæ nunquam aliunde quam ex thesauro conceduntur. Satisfactiones Christi in thesauro contentæ dispensantur etiam per sacramenta, 573. — Satisfactiones sanctorum ad indulgentias concurrunt, non modo per viam impetrationis, sed et per modum veræ solutionis, 574. — De indulgentiarum validitate et usu, 577. — Ut indulgentia licite concedatur, requiritur causa aliqua. Ita omnes, 577. — Ut valeat indulgentia, requiritur non solum auctoritas ex parte dantis, sed et causa legitima, seu indulgentiæ gradui proportionata, 578. — Solv. objectiones, 579. — Indulgentia quæ defectu causæ non sufficit ad pœnæ remissionem, valet quoad absolutionem a censuris, etc., 583. — Ad indulgentiam particularem sufficit causa privata; ad generalem requiritur causa generalis, 583. — Quæ præcipuæ sint indulgentias largiendi causæ, 583. — Indulgentiæ causa, non solum ex conferentis, sed et ex suscipientis parte, eidem debet esse proportionata, 584. — Quomodo cesset valor indulgentiæ, 584 et seq. — Indulgentia non cessat per renuntiationem illius cui concessa est. 587

De conditionibus ad indulgentiæ consecutionem necessariis, XVIII, 587. — Ad indulgentiam lucrandam requiritur status gratiæ. Ita communiter, 588. — Ut quis indulgentiam consequatur necesse non est ut omnia ad eamdem præscripta exequatur in statu gratiæ, nisi id expressum sit; sufficit et requiritur ut omnia impleat animo vere pœnitenti; ut sit in statu gratiæ, cum operum, quæ ad indulgentiam præscripta sunt, ultimum adimplet. Constat tamen eos plenius indulgentiam lucrari, qui vel in statu gratiæ, vel ex vehementiori pœnitentiæ spiritu omnia præscripta exequuntur, 589 et seq. — Ad indulgentiam contritis et confessis propositam non requiritur confessio sacramentalis iis qui peccati mortalis conscii non sunt, nisi expresse requiratur ut pars operis injuncti, 594. — Opus ad indulgentiam requisitum non potest per alium poni; nec prodest nisi integre positum, 595. — Qui opera ad indulgentiam præscripta tempore designato exequi non potest, eadem alio tempore exequi non potest, nisi ex prudentis confessarii dispensatione, 596. — An quis possit uno et eodem actu lucrari plures indulgentias distinctis titulis seu causis concessas, 596. — An possit quis eodem tempore lucrari diversas indulgentias partiales, 597. — Nemo plures eodem die lucrari potest indulgentias iis concessas, qui quasdam Ecclesias certa die pie inviserint, 598. — Ad lucrandam indulgentiam non requiritur opus externum, 598. — Qualis ad lucrandas indulgentias requiratur intentio. 598

De indulgentiarum subjecto, XVIII, 598. — Constat catholicos omnes indulgentias fidelibus Ecclesiæ militantis per charitatem Christo conjunctis applicari posse, 598. — Indulgentiæ ipsis etiam mortuis prosunt, si in forma earum dicatur ipsas etiam defunctis applicari posse, 599. — Indulgentiæ non prosunt defunctis per modum absolutionis et judicii, sed per modum suffragii, 600. — Indulgentiæ defunctis verisimiliter prosunt, non solum ex libera Dei misericordia, proinde ex congruo, sed ex quadam justitia, proinde ex condigno, nisi aliud exigat ratio divinæ justitiæ, 601. — Ut indulgentiæ defunctis prosint variæ requiruntur conditiones, 603. — Indulgentiæ prosunt eis defunctis pro quibus in particulari suscipiuntur, 603. — Non verum est omnes indulgentias ex recenti summi pontificis concessione posse applicari defunctis, 605. — Indulgentiæ quæ in defunctorum gratiam concessæ sunt iis qui certam Ecclesiam pie inviserint, obtineri non possunt ab iis qui prædictam Ecclesiam, vel quia absunt, vel quia legitime sunt impediti, visitare non valent. 606

De altaribus privilegiatis, XVIII, 606 et seq. — *Vid.* Altare. — An per privilegiorum communicationem ipsæ etiam pro defunctis indulgentiæ et cum his altarium privilegia communicantur, 611. — Indulgentiæ altaris privilegiati non suspenduntur in Jubilæo nec cæteræ pro defunctis indulgentiæ, 612. — Cur sæpius defunctis applicentur plenariæ altarium indulgentiæ, cum iis una sufficiat. 613

Solvuntur variæ quæstiones de indulgentiis. Rosaria terræ sanctæ, etc., si vendantur, excidunt ab indulgentia, 613. — Ille cui concessum est a pontifice ut cum numismatibus indulgentias, seu benedictiones distribueret, suam hanc facultatem distribuendi non potest alii in toto vel ex parte impertiri, 613. — Quid sint indulgentiæ stationum, qui eas lucrari possint, et qua conditione, 614. — Quæ sint annotanda circa indulgentiam portiunculæ, 614. — Quid advertendum circa indulgentias reales, id est, certis rebus affixas, puta numismatibus, rosariis, granis, aliisque hujusmodi, 615. — Quid advertendum sit circa regularium indulgentias, 616. — Quid juris de indulgentia pro defectibus in Breviarii citatione commissis, 619. — Quæ sint

indulgentiæ fidelibus omnibus communes, et quid circa illas observandum, 619. — Quid circa indulgentias confraternitatum, 622. — Quid statuendum de indulgentiis in articulo mortis, 623. — Quid sit indulgentia viæ crucis, 624. — Qua hora incipiunt vel desinunt indulgentiæ certis diebus affixæ, 625. — Quibus sub conditionibus soleat indulgentia concedi pro peregrinis, 625. — Pro authentica haberi potest indulgentia, quando habetur duntaxat authenticum ejus exemplar. 625

De indulgentiarum abusu. Indulgentiis abutuntur : — 1° qui sub spe plenariam in articulo mortis remissionem peccatorum consequendi, desides languent, nec satisfactoriis operibus incumbunt, XVIII, 625; — 2° qui indiscretas indulgentias promulgant aut distribuunt; — 3° Qui indulgentias quasi venales exhibent, et turpes eorum occasione quæstus faciunt, 626. — 4° Qui certas orationes, imagines, amuleta sacra, cum annexis, ut aiunt, indulgentiis, fidelibus, nec utique gratis distribuunt, 626. — *Vid.* Jubilæus.

Indurare. Quo sensu Deus excæcat et indurat. Non obdurat Deus impertiendo malitiam, sed non impertiendo misericordiam, XI, 682, 683; I, 100, 103-76, 80; VII, 413. — Excæcatio et obduratio duo important, quorum unum est motus animi humani inhærentis malo, et aversi a divino lumine. Aliud est subtractio gratiæ, ex qua sequitur quod mens divinitus non illuminetur ad recte videndum, et cor hominis non emolliatur ad recte vivendum, XI, 682, 683. — Excæcatio mentis et cordis important ex parte hominis singularem malitiam, et ex parte Dei derelictionem, sive gratiæ subtractionem, X, 1228-968. — Deus peccatores improprie et figurate dicitur excæcare, indurare etiam, facere quibus facultatem videndi, liquescendi, ad veritatem rectam ingrediendi adimit, I, 103-79. — Causa subtractionis gratiæ est non solum ille qui ponit obstaculum gratiæ, sed etiam Deus qui suo judicio gratiam non apponit, XI, 683. — Excæcatis et induratis aliquis sufficientis gratiæ lux et calor inspiratur, quo ex profunda peccatorum voragine orationis beneficio sensim exire et cæcitatem ac duritiem tandem deponere possunt. Est probabilior, X, 1229 et seq.-968. — Conveniunt doctores peccata induratis merito imputari, sed qua ex causa, dissentiunt, 1234-972. — Induratus potest singula distributive peccata mortalia naturali virtute vitare, et ideo non indiget gratia ut peccata juste ipsi imputentur, 1233-973. — Induratus agens ut induratus non potest bene agere; secus si ita non operetur, ut potest, 1234, 1232-973. — De quocumque quamvis pessimo hac in vita non est desperandum, 1334-973. — Nulla est in hac vita perfecta obduratio. 1235-973

Infallibilitas residet in Ecclesia, quo nomine pastorum omnium cum suo capite, quod est Romanus pontifex, idem sentientium cœtus intelligitur, II, 928-931. — Infallibilitatis dogma potest per se constantes in fide reddere animos, dubia ex iis removere, et controversias definire, 931. — De infallibilitate Ecclesiæ, IV, 433-713. — *Vid.* Ecclesia.

De infallibilitate Romani pontificis opiniones, I, 1321-1402 et seq.

Infamia opponitur famæ. Nihil aliud est quam publica diminutio seu amissio boni nominis et rectæ æstimationis, XVII, 250. — Duplex distinguitur infamia, juris, et facti. Infamia juris contrahitur, 1° per criminis commissionem; 2° per judicis sententiam; 3° per exercitium officii aut professionis licitæ vel illicitæ, quam qui exercent in jure reputantur infames, 250. — Infamia facti ea est quam quis contrahit ex commisso delicto quod infame censetur non ex *jure*, sed apud graves viros. 251

Alii aliter definiunt infamiam. — Infamia juris contrahitur per sententiam judicis declaratoriam aut definitivam vel per juridicam rei confessionem. — Infamia facti contrahitur ipso facto. Duplex est : alia legalis quæ oritur ex solo facto, cui annexa est infamia, 251; — Alia popularis quæ incurritur ob crimen infamia notatum non in jure, sed ex prudentium æstimatione, 252. — Infamia saltem aliqua parit irregularitatem, 252. — Nullum crimen quantumlibet grave et enorme, etiamsi ex iis sit quæ in jure infamantia dicuntur, infamiam et irregularitatem inducit, quamdiu manet occultum, exceptis paucis, 252. — Infames omnes, seu jure, seu facto etiam populariter tales sint, ab ordinibus et beneficiis arceri debent, 253. — Probabile est infames, non solum infamia juris, sed et facti legalis, vere esse irregulares. 253

Infamia multis modis auferri potest. Infamia popularis tollitur emendatione sceleri proportionata et publica, 255. — Infamia per sententiam contracta tollitur per Ecclesiæ dispensationem, 256. — Infamia facti legalis sola etiam dispensatione tollitur in opinione eorum qui irregularitatem ei annexam censent, 257. — Infamia facti tollitur per baptismum, sed infamia per sententiam imposita non videtur tolli per baptismum, 257. — Infamia facti tollitur per mutationem loci; sive autem tollatur per loci mutationem infamia juridica, sive non, non tollitur irregularitas inde contracta. 257

Infans jure naturæ dicitur omnis ille qui nondum habet tantum rationis usum, ut bonum a malo distinguere possit. — Jure civili infans dicitur qui nondum complevit septimum ætatis annum, XVI, 129. — Stando in jure naturæ, infans naturaliter talis nulla ratione vere paciscí aut ex contractu vero obligari potest, bene tamen infans solum civiliter talis, 130. — Infans juridice talis, etiamsi rationis sit capax, de jure positivo, nec se alteri, nec alium sibi per contractum obligare potest, 141. — Infans juridice talis nec auctore tutore valide contrahere, vel se alteri, aut alium sibi obligare potest, 141. — Potest tamen infans juridice talis, sicut etiam naturaliter talis de jure positivo contrahere per tutorem, 142. — Errores circa sortem parvulorum absque baptismo pereuntium referuntur, X, 984-774. — Infantes ex hac vita sine baptismo decedentes ad æternam salutem pervenire non possunt, VII, 1548. — Difficultates. 1550

Parvuli sine baptismo pereuntes omni beatitudine, sive supernaturali, sive naturali privantur. Est de fide quoad primam partem, et quoad secundam ad fidem proxime saltem accedere videtur, X, 985-775. — Opiniones de sorte parvulorum sine baptismo morientium adducuntur, et una eligitur, 986-776. — Prima hos parvulos nulli sive interno, sive externo dolori subjicit. Secunda eosdem igneam combustionem non experiri, sed interno quodam dolore ex amissione cœlestis beatitudinis torqueri docet. — Tertia docet hos parvulos flammea concrematione, mitissima licet, cruciari, 986-776. — Probabilius est parvulos sine baptismo e sæculo raptos non damni tantum, sed et sensus pœnam, mitissimam tamen, subire. Primum momentum; ex Scriptura, 987-777; — Momentum secundum, ex sanctis Patribus, 993-782. — Solv. objectiones, 1001-788. — Momentum tertium, ex Ecclesiæ sensu in conciliis manifestato, 1008-793. — Momentum quartum, ex theologorum suffragiis, 1009-794. — Momentum quintum, ex rationibus theologicis, 1012-796. — Solv. obj., 1014-798. — Principia solutionum, 1016-800. — Sententia de sensibili parvorum sine baptismo morientium pœna perverso Jansenii systemati non favet, 1017-800, 801. — Infantes in solo peccato originali decedentes patiuntur pœnam damni, VII, 1597. — Aperta est sententia S. Thomæ parvulos in solo peccato originali morientes non pati pœnam sensus, 1598. — Conclusio practica. 1598

Opiniones theologorum circa voluntatem Dei salvandi parvulos absque baptismo decedentes, 527 et seq. — Deus vult sincere salutem parvulorum in utero materno decedentium, et eis sufficienter providit media vere sufficientia salutis, 528. — Infantibus sine baptismo morientibus parata est baptismi gratia. VI, 258

An de baptizandis parvulis, qui vel in utero, vel extra uterum sine baptismo moriuntur, sufficienter curaverit Deus, X, 1250-985. — Certum est Christum pro iisdem parvulis mortuum esse, et ideo Deum eorum salutem sincere voluisse. — Quomodo autem de illorum salute curaverit Deus, incertum est, 1250 et seq.-985. — Fides causa fuit justificationis parvulorum, non præcise, ut erat actus personæ credentis, sed propter objectum seu Christum qui venturus credebatur. XX, 1217, in nota.

Infanticidium, seu prolis oppressio, est casus reservatus, XVIII, 1181 et seq. — Corollaria. 1183

Inferi. Inferorum nomen abdita illa receptacula significat, in quibus detinentur animæ quæ cœlestem beatitudinem nondum sunt consecutæ. Ante Christi resurrectionem tria erant : Infernus damnatorum, purgatorium et limbus, VI, 240. — *Vid.* Hæc verba.

Inferiores. Ad quid superiores et inferiores generatim obligantur erga se invicem, XVI, 1247. — Subditi erga superiores quoslibet debent amorem, reverentiam et obedientiam, secundum cujusque potestatem ac munus. 1247

Infernus damnatorum est infima regio terræ, sive carcer teterrimus et obscurissimus, ubi reproborum animæ, Dei visione in æternum privatæ, perpetuo et inextinguibili igne cum diabolo et angelis ejus torquentur. Gehenna etiam et abyssus vocatur, VI, 240. — Divina et catholica fide creditur pœnas damnatorum esse æternas, 1000. — Inferni nomine designatur status ille in quo dæmones cæteri que omnes qui ex hac vita lethalie peccato obstricti decedunt, æternum puniuntur, VII, 1518. — Hoc unum de fide est, dari infernum, seu destinata esse supplicia impiis, et hæc vere æterna, id est, sine fine, 1518. — Dæmonum et hominum impiorum pœnæ æternæ sunt. Fidei dogma est, 1519 et seq. — Non admodum difficile esset ostendere in idem dogma de æternitate pœnarum universam conspi-

rasse genus humanum, 1522. — Difficultates, 1522-1532. — Dogma de æternitate pœnarum rectæ rationi minime adversatur, 1532 — Difficultates, 1534-1542. — De statu decedentium absque baptismo, 1543 et seq.-1597. — Infernum seu locum tormentorum, in quo damnati puniuntur, existere fides docet, VII, 1594. — Pœna inferni duplex est : alia damni quæ est privatio visionis Dei in vindictam peccati, cum perpetua Dei inimicitia et summa tristitia, 1594, 1595. — Alia pœna est sensus quæ sensibus percipitur, ab igne et aliis tormentorum generibus. — Torquentur visus, auditus, odoratus, gustus, tactus, 1595. — Pœna damni incomparabiliter major est pœna sensus, 1595. — Omnium damnatorum æqualis non est pœna, 1595. — An inferorum ignis corporeus sit, 856 — Origenis et aliorum quorumdam in hac re error, 856. — S. Augustinus, Gregorius Magnus et alii corporeum ac verum ignem agnoscunt, 858 et seq. — Nullum de igne corporeo fidei decretum est, 860. — Communis et certissima est opinio inferos in terra ipsa contineri, et inferorum ignem esse verum ignem corporeum seu materialem, igne nostro acriorem, 860-1595. — Quomodo dæmones ac Spiritus, eo igne torqueantur, non convenit, 860 et seq. — Uri ab igne dæmones probabilius videtur, 863. — Dæmones, ubicumque sint, secum portant gehennam, 1596. — Vermis improprie intelligitur, 1596. — In inferno erunt tenebræ corporales. Erit fletus corporalis, stridor dentium, omne pœnarum genus. 1597

Pœnæ damnatorum durabunt in æternum. De fide est, 1598, 1519. — Æquitas æternitatis pœnarum ostenditur, 1598. — Nunquam damnatos pœnitet peccati, in quantum est peccatum, sed tantum illud odio habent ratione pœnæ adjunctæ ; ita ut voluntas malitiæ peccati in eis remaneat, 1601. — Pœnæ illæ sola duratione sunt infinitæ, 1599. — Quomodo cum æternitate pœnarum consistit, quod quidam ex inferno legantur liberati, ut Trajanus, etc., 1599. — Pœna inferni non minuetur aut interrumpetur. An pœna deleta peccatis venialibus damnati aliquando finietur? An damnati puniantur infra condignum, 1600. — Damnati habebunt aliquorum notitiam, 1600. — De Deo ut punitore tantum cogitant; inde prava eorum voluntas et odium Dei, 1601. — Damnati beatorum gloriam cognoscunt. — Dæmones in omni actu peccant mortaliter, similiter omnes damnati, 1601. — Damnati non amplius demerentur : non crescit eorum pœna principalis, 1601. — Ipsa tamen damnatorum voluntas et peccata ex ea commissa, sunt damnatis pœna et supplicium. 1602

Infidelis non potest habere probabilitatem de sua secta inculpabiliter, VI, 1330. — Inter infideles alii negativi, qui de Christo nihil unquam audiverunt; alii positivi, qui oblato vel audito Evangelio sese immorigeros exhibuerunt, X, 1240-977; XIII, 1031, 1032-815. — Infidelis peccat si non credat ductus opinione minus probabili, quia opinio minus probabilis est solum apparenter probabilis, cum habeat contra se evidentiam credibilitatis, VI, 1331. — Infidelis tenetur credere Evangelio, si illud proponatur magis credibile, etiamsi sua secta credibilis etiam videatur; sed id solum videtur esse verum in articulo mortis, 1329. — Quo sensu accipienda est hæc sententia, 1333. — Omnia infidelium opera non sunt peccata. Nam sine fide theologica elici possunt aliquæ actiones bonæ tum ex officio, cum ex fine, sive illæ adscribendæ sint divinæ gratiæ, sive non, X, 1084-854. — Momentum primum; ex scripturis, 1085-854. — Momentum secundum; ex patribus, 1088-857. — Momentum tertium; ex rationibus theologicis, 1090-863. — Monitum, 1098-863. — Principia solutionum, 1099-866. — Quo sensu actiones infidelium sunt peccata, 1093, 1095-861, 862; VI, 629. — Infidelibus gratia sufficiens datur, 252. — Ipsis pro loco et tempore infunduntur sufficientes gratiæ quibus peccata vitare possunt, sicque remote saltem et mediate sibi ad fidem et æternam salutem viam aperire, cujuscumque naturæ sint illa auxilia, quod certo definiri non potest, X, 1242 et seq.-979. — Inspiratio fidei cunctis infidelibus datur, non fides : unde inspiratio fidei est absolute prima gratia, non fides ipsa, nisi relative ad opera justificationem proxime præcedentia, 1249-984. — Gentibus datur auxilium, quo per plures operum occasiones excitentur ad bene operandum, et ut in peccatum non consentiant, V, 1044. — Gentiles non recipiunt gratias proxime sufficientes, sed quia non carent omni auxilio, etiam speciali, hæc gratia est talis, ut Deus recte existimetur et vere sufficientem non negaturus, si ista bene utantur. 1043

Non omnibus licitum est cum infidelibus disputare, VI, 630; XIII, 1043 et seq.-824. — Etiam secluso scandalo et periculo perversionis, non est licitum fidelibus communicare extra casum necessitatis cum infidelibus, 1046 et seq.-826; VI, 631. — Illicita semper est communicatio fidelium cum infidelibus in iis quæ ad cultum superstitiosum attinent. — Communicatio in rebus civilibus absolute considerata non est prohibita, 645. — Peccant christiani qui ea ministrant aut vendunt infidelibus, quæ vanæ suæ religionis ritibus exercendis inserviunt, 643. — Infideles communiter admittendi non sunt ad eas spectandas sacras functiones quæ proprie sunt religionis christianæ, 646. — In communicatione fidelium cum infidelibus jure positive letita, attendendus maxime est spiritus legis et probata consuetudo. Hinc licet aliquando comedere Judæorum azyma. Hinc etiam explicanda lex quæ vetat Judæos admittere ad convivia, 646. — Nisi necessitas urgeat, vocandi Judæi non sunt ad curandos christianorum morbos, 647. — Infidelium ritus sæpius toleranti sunt quam non tolerandi, XIII, 1048-828. — Non licitum est infideles ad fidem compellere, 1050-1051-829. — De potestate christianorum in infideles, VI, 632 et seq. — Infidelis initus matrimonium post votum castitatis non potest debitum petere, XXV, 511. — Circa matrimonium infidelium, 511 et seq.

Infidelitas est vitium fidei oppositum, VI, 628; XIII, 1031-815. — Infidelitas triplex est : primo negativa, sive ignorantia inculpabilis rerum fidei, et est in eo cui fides vel simpliciter vel sufficienter non est sic annuntiata, ut credere possit et debeat. Hæc quidem peccati pœna est, non autem peccatum, VI, 593, 628; IV, 199. — Secundo, privativa; id est, ignorantia culpabilis in eo qui licet sibi fides sufficienter sit annuntiata ut credere debeat, omittit tamen credere, quin simul positive dissentiat, VI, 593. — Tertio, positiva, sive contraria, est deliberatum et pertinax judicium contra aliquem fidei articulum, 593. — Infidelitas proprie dicta non nunquam cum hæresi confunditur. Communiter universalius sumpta subdividitur in paganismum, judaismum et hæresim ad quam reducitur apostasia, 594, 629; XIII, 1032, 1033-815, 816. — Est gravissimum peccatum, VI, 628, XIII, 1032-815. — A rectitudine fidei christianæ dupliciter quis deviare potest. Uno modo quia Christo non vult assentire, et hoc pertinet ad infidelitatem paganorum et hæreticorum. — Alio modo per hoc quod intendit quidem Christo assentire, sed deficit in eligendo ex quibus Christo assentiat, et id pertinet ad infidelitatem hæreticorum, 1033-816. — Infidelitas est impedimentum matrimonium dirimens, XXV, 511 et seq.

Infinitum, grammatice et quoad vim nominis, videtur esse quid mere negativum, et idem est ac finis negatio, II, 212; VII, 130. — Philosophice autem et in se consideratum, est aliquid maxime positivum, quo negatio et limites excluduntur, 130, II, 213. — Duplex distinguitur infinitum; nempe, simpliciter et secundum quid; primum complectitur omnes perfectiones; secundum importat solum aliquod perfectionis genus, VII, 130. — Infinitum tale est, vel actu, vel potentia; infinitum actu, est tam perfectum actu, quantum perfici potest, vel simpliciter, vel in aliquo genere. Infinitum potentia illud est cujus perfectio semper augeri potest. 130

Infirmis assistendi praxis brevis, XXII, 1125. — Monita ad sacerdotem assistentem, 1126. — Remedia adversus tentationes, 1128. — Varia motiva et affectus ægrotis suggerenda. Motiva fiduciæ. Motiva contritionis, 1132. — Motiva amoris, conformationis, 1133. — Motiva desiderii erga paradisum, 1134. — Affectus ægroto suggerendi dum crucifixum deosculatur, 1134. — Affectus suggerendi sacerdotibus et religiosis infirmis, 1135. — Monita circa confessionem, 1135. — Circa communionem, 1136. — Circa extremam unctionem, 1138. — Monita circa agonem et mortem, 1139. — Affectus qui suggeri possunt agonis et exspirationis tempore, 1141. — Imminentis mortis signa, 1142. — Preces, actus christiani et benedictiones, 1143 et seq. — Benedictio seu indulgentia plenaria in articulo mortis. 1144

Ingressus in religionem. Utrum liberet a restitutione, XV, 816, 956, 1246 et seq. *Vid.* Restitutio.

Injuria theologice sumpta est violatio juris alieni. Illa violatio fit vel voluntarie, vel involuntarie. Si prius, dicitur formalis; si posterius, materialis est, XV, 879, 1013. — Consentienti valide non fit injuria, 880, 1015. — Sæpissime fit injuria consentienti, quando consensus est invalidus, et inefficaciter tantum tollit aut suspendit obligationem juris, 1016. — Objectiones, 1016, 1021. *Vid.* Injustitia. — De injuriis verborum extra judicium, nempe contumelia, detractione, susurratione, irrisione et maledictione, XIV, 1107-*Vid.* Hæc verba. De injuriis verborum in judicio, 1135-*Vid.* Injustitia.

Injustitiæ nomen dupliciter accipitur : primo pro omni legis violatione. Hoc modo omne peccatum est injustitia, XV, 569. — Secundo modo accipitur injustitia ut opponitur justitiæ particulari, idque vel ut actus, vel ut habitus. Si ut actus, nihil aliud est quam alieni juris violatio, nec differt ab injuria, 569. — Si accipitur ut habitus habitu jus

titiæ oppositus, nihil aliud est quam prava voluntatis dispositio ex injustis actibus orta, 570. — Duplici modo fit alteri injuria, commissione et omissione, 570. — Injustitia habitualis generatim non tantum consistit in prava dispositione reali, sed etiam in morali et imputativa, 570. — Injustitia sive actualis, sive habitualis dividitur in illegalem et particularem, XIV, 564, 563-446. — Injustitia est vitium speciale, 564-446. — Ex genere suo est peccatum mortale, 566-448. — In individuo potest esse solum veniale, 568-448. — De injustitia judicis in judicando, 1134 et seq.-894. *Vid.* Judex. — De pertinentibus ad injustam accusationem, 1147 et seq.-905. — De injustitia ex parte rei seu accusati in sua defensione, 1152 et seq.-909. — De injustitia testium, 1168 et seq.-921. — De injustitia advocatorum in patrocinando, item tabellionum, procuratorum et aliorum, 1176 et seq.-927. — Præloquium de justitia et injustitia. 555 et seq.-437

Injustus dicendus est qui sponte illud facit, quod scit esse injustum, XV, 570. — Injustus non dicendus est qui ignorantia inculpata nescit esse injustum, vel si scit, non consentit in opus, sed vi externa impulsus facit, 570. — Si ignorantia sit culpabilis, vel vis extrinseca, aut passio qua incitatur talis sit, ut ei possit resisti, vere erit injustus, si faciat opus injustum, licet minus, quam si sciens et volens, 571. — Per se formaliter loquendo, nullus potest injustum vel facere nolens, vel pati volens, XIV, 565-446. — Scienti et libere consentienti non fit injuria, 566-448. — Sicut nemo potest facere injustum proprie vel injuriam, nisi volens, ita nemo potest proprie pati injuriam nisi nolens, XV, 571. — Fieri potest ut quis ex parte sua injuriam inferat, et tamen alter proprie injuriam non patiatur, et vice versa. 573, XIV, 565-447

Innocentiæ status. II, 567

Inobedientia, inanis gloriæ filia primogenita, est peccatum quo violatur præceptum superioris ex contemptu, XI, 708. — Regula prima. Mortale peccatum est, etiam in rebus minimis, si sit perfectus contemptus, 768. — Regula secunda. Tanto gravior est inobedientia, quanto superior est qui præcipit, 769. — Regula tertia. Inobedientia qua divinum mandatum contemnitur, eo gravior est, quo melius est majorisque momenti quod Deus præcipit, 769. — Regula quarta. In iis quæ præcipiuntur ab homine, eo gravior est inobedientia, quo superior magis vult servari suum præceptum. — Regula quint. Inobedientia qua contemnitur præceptum hominis, levior est peccato quo contemnitur ipse præcipiens. — Regula sexta. Idem dicendum de Deo et de præcepto divino. — Regula septima. Non omnis inobedientia est peccatum in Spiritum sanctum, sed solum illa cui obstinatio adhibetur. 769

Inopia debitorem excusat a restitutione, XV, 891. *Vid.* Impotentia.

Inquietudo seu sollicitudo, filia avaritiæ, est nimia anxiaque animi occupatio circa temporalia vitæ subsidia, ne forte in futurum desint. XI, 868

Inquisitio est secundus modus procedendi in judiciis, XIV, 1139-898. — Inquisitionem præcedere debet publica infamia, 1139-898. — Inquisitio triplex est, generalis, quando in genere quæritur, an leges serventur, XVI, 1236. — Specialis, cum de certa persona et certo crimine inquiritur. Mixta cum inquiritur generatim de persona, et specialiter de crimine, vel e contra. 1237; XIV, 1140 et seq.-899

Nobis inquisitione opus non est post Evangelium, I, 982-778. — Quo sensu, dictum est, quærite et invenietis, 983-775. — Credenti nihil aliud quærendum, 984-776. — Qui semper quærit, non inveniet, 985-777. — Qui habet non quærit ubi quærendum, 986-777, 778. — Solum disputandum est cujus sint Scripturæ, et quibus tradita sit disciplina qua fiunt christiani, 990-781. — Religionis inquirendæ fundamentum est animæ salus, 1127-889. — Quo modo inquirenda religio. Modus ab auctoritate divina sumendus, 1128-890. — Homines inveniri non possunt, quibus sit credendum, 1133-894. — Quærenda est veritas apud romanos catholicos. 1134 et seq.-895

Insensibilitas, qua quis nec propriis nec alienis malis tangitur, est vitiosa et virtuti patientiæ opponitur, XI, 1228. — Insensibilitas vitium per defectum temperantiæ oppositum, tunc dicitur quando aliquis ita delectationes gustus et tactus aversatur, ut nolit eis uti quantum necessarium esse recta ratio præscribit. 1247

Inscriptiones. De veterum christianarum inscriptionum usu in rebus theologicis, V, 309, 395. — Argumenta quæ inscriptionum auctoritatem impugnant, 309. — Eadem confutantur, 319. — Inscriptionum auctoritas defenditur, 313 — Regulæ quibus definienda est. Prima : Lapidum, quorum testimonium adhibetur, ætas constare debet, 314. — — Secunda : antequam inscriptiones antiquæ ad theologicam tractationem deducantur, legendæ quam accuratissime sunt, 316. — Tertia : curandum maxime est, ut recto ac genuino sensu inscriptiones intelligantur. — Quarta : cavendum ne phrases quædam perperam accipiantur. — Quinta : ut firmum ex inscriptionibus ducatur argumentum, una cum aliis conferenda est, 316. — Sexta : cum aliis ejusdem ætatis certissimis monumentis inscriptiones conferantur. — Septima : non inscriptiones solum, sed earum quoque ornamenta perpendantur, 318. — Ea exponuntur quæ christiani lapides de Deo et Jesu Christo docent, 324. — De duabus Ecclesiæ notis ex lapidibus, 332. — De solemni illa formula in pace, 334 et seq. — Inscriptionibus veterum christianorum comprobantur S. Petri primatus et conciliorum auctoritas, 341. De membrorum militantis Ecclesiæ partitione in clericos et laicos ; ac primo de clericis, 3

— Monachatus antiquitas ex lapidibus demonstrata ; item votorum continentiæ præsertim defensio, 351. — De laicis : potestas politica et militia a christianorum legibus non abhorrent, 333. — Legem posse servari, et opera bona, orationem præsertim ac eleemosynam, esse meritoria ex lapidibus ostenditur, 357. — Baptismi necessitas, baptismus infantium, ejusdem sacramenti effecta, et cæremoniæ ex lapidibus illustrantur, 359 et seq. — Christiani lapides recensentur qui confirmationem memorant. Confirmatio est sacramentum a Baptismo distinctum ; unctio ejus est materia 372. — Sacramenta alia, de quibus christianorum lapides meminere expenduntur et illustrantur, 379. — Res funereæ christianorum, animæ immortalitas, preces pro defunctis, resurrectio, judicium, inscriptionum suffragio confirmantur, 382. — Reliqua catholicæ Ecclesiæ dogmata de sanctorum beatitudine, invocatione et cultu, inscriptiones produnt. 389

Inspiratio est motus quidem insolitus, et incitatio interior qua quis impellitur et applicatur ad scribendum et agendum, illæsa quidem libertate, sic tamen ut habeatur *tanquam calamus scribæ velociter scribentis*, IV, 563. — Tres inspirationis gradus distinguuntur ; primus est revelatio seu manifestatio rei antea ignotæ omnino divinitus facta. Secundus, peculiaris instinctus seu internus animi motus a Deo in scriptore excitatus, vi cujus ad ea conscribenda animatur, quæ Deus vult ut litteris consignentur. — Tertius, specialis assistentia, sive præsentia, qua Spiritus sanctus scriptorem ita dirigit, ne in errorem incidat, quum ea que aliunde jam noverat, litteris mandat, VI, 907, IV, 563. — Quid de inspiratione integræ S. Scripturæ credendum, VI, 906 et seq. — Tantum abest a dogmate fidei, ut ne quidem certum et necessarium sit, ut singulæ veritates et sententiæ immediate a Spiritu sancto sacris scriptoribus suggerantur aut inspirentur. Sufficit ea inspiratio, qua Spiritus sanctus auctores sacros inter scribendum direxit, ne errarent, 908. — Libri etiam historici Dei pleni sunt, 908. — Inspiratio Scripturæ sacræ perpetua et pro singulis verbis seu particulis impugnatur, I, 210 et seq.-163. — Eadem adstruitur. Ostenditur singulas particulas librorum canonicorum Spiritu sancto assistente scriptas fuisse, 213, 233-166, 184. — Inspirationis privatæ absurditas, 1063. 1064. 1147. 1148-838. 839. 905. 906. — Inspiratio privata est semen dissensionum, 1067-841. — Est fons errorum, 1086-856 et seq. — Privatarum inspirationum divinitas non alio dignoscitur titulo, quam ex earum fructibus et effectibus. VI, 844

Inspiratione interiori non promulgarunt præcepta primitus a Deo revelata, sine dubio patres filios ea docebant, *In nota.* XX, 1214

Installatio est institutio corporalis, sive realis ; non est aliud quam missio in actualem possessionem beneficii. XVIII, 696

Instinctus, quo moventur animalia motu naturæ est causa operationum eorum. — Instinctus procedere potest vel a causa corporali, vel a causa spirituali, scilicet vel ex Deo, vel ex dæmonibus. XIV, 101-81, 82

Institutio, postremus modus, quo ecclesiasticos magistratus et beneficia consequimur, definitur : Beneficii concessio facta ad præsentationem ejus qui habet jus patronatus, V, 1262. — Institutio late accepta comprehendit quamlibet provisionem ecclesiasticam in causa beneficii, XVIII, 798. — Strictius sumpta institutio dividitur ; 1° in collativam per quam confertur titulus beneficii ; 2°, in auctorisabilem, quæ est approbatio ad curam animarum ; 3°, in possessariam per investituram, seu corporalem, 798. 696. — Præcipua institutionum species est collativa quæ duplex est, alia libera, alia necessaria, 799. — Institutio collativa quam alii verbalem appellant est concessio necessaria beneficii vacantis ab ordinario facta ad præsentationem patroni. 799. — Causa efficiens est ipse instituens, ad quem de jure vel consuetudine pertinet institutio, persona nempe ecclesiastica, 799. — Jus instituendi clericos posset competere laicis. 800

Causa materialis, seu subjectum, quod recipit institutionem ab ordinario. Requiritur 1° ut sit clericus; 2° ut instituendus sit dignus; 3° ut intra tempus debitum sit præsentatus, 801, 802. — Causa formalis est modus quo fieri debet institutio: tribus absolvitur. Requiritur 1° ut fiat ad præviam patroni præsentationem; 2° ut fiat auctoritate ordinarii; 3° ut ante institutionem per edictum, publice affixum, citentur et audiantur omnes qui volunt aliquid opponere, quo tamen edicto opus non est in institutionibus a summo pontifice factis, 803. — Causa finalis. 803

Objectum, seu materia, circa quam versatur institutio est beneficium patronatum vacans, 803. — Institutio ex parte instituti producit proprietatem beneficii, ac jus in re, 804. — Institutio auctorisabilis, seu approbatio ad exercendam curam animarum, cum collatione jurisdictionis pro foro interno, 804. — Hæc de jure communi pertinet ad episcopum, et regulariter facienda non est antequam per examen idoneus inveniatur, qui fuit institutus, 804 et seq. — De institutione corporali seu investitura, 806 et seq. — Hæc institutio corporalis, seu realis, alio nomine vocatur, investitura, installatio, missio in actualem possessionem, 696. — Institutione a prima pueritia vel auctoritate inculcanda est vivendi scientia. 481

Institutio necessaria ad cognoscendam veritatem, II, 481. — Cum lego, ait Cicero, assentior, cum posui librum, omnis illa assensio elabitur, 488. — Experientia constat nullos plane per rationem informari. Totum genus humanum institutione a parentibus, magistris et publica fide accepta, ubique reipsa eruditur, 488. — Institutionis rectæ necessitas. Testimonium Ciceronis. 981

Instrumentum est scriptura aliquid probans, I, 1005 861 — Instrumentum fidei probandæ S. Scriptura. *Ibid.*

Insula in mari nata primo occupanti cedit. Nata in flumine navigabili ad rem publicam pertinet, nisi adsit titulus et præscriptio contraria. Nata in flumine non navigabili, ad eos qui prope ripas possident agros, pertinet, XV, 861. — *Vid.* Codicis civilis, art. 560, 561

Integrales virtutis partes dicuntur quædam conditiones ad virtutem aliquam requisitæ. XI, 1238

Intellectio duplex est: prima quæ radicalis dicitur, est ipsamet intelligendi vis; secunda est actualis intellectio. VII, 84

Intellectus in obsequium fidei captivandus est ut simus christiani, I, 1122 883. — Intellectus objectum est omne et universale verum, XI, 616. — Intellectus passivus recipit imagines ab objectis profluentes, quæ vocantur species impressæ: activus vero ad præsentiam speciei impressæ producit formalem objecti repræsentationem quæ dicitur species expressa, VII, 210, 211.—Duplex facultas in intellectu distinguitur, altera quæ sistit in cognitione veritatis, et vocatur intellectus speculativus; altera quæ veritatem cognitam ordinat ad opus, et vocatur intellectus practicus, XI, 181, 393. — Intellectus hominis conjunctus naturaliter operari non potest, quin simul phantasia cooperetur. — Est naturalis dependentia inter intellectum conjunctum et phantasiam, XVII, 1196. — Necessitas cooperationis phantasiæ, dum intellectus noster operatur, non est tam essentialis vel intrinseca, ut repugnet impediri divina virtute, 1197. — Ad intellectum spectant cogitatio, consideratio, meditatio, speculatio, auditio, lectio, locutio, visio seu contemplatio. 1149

Intemperantia est vitium temperantiæ oppositum, quo delectationes sensibiles, ac præcipue gustus et tactus, appetuntur plusquam oportet juxta rectæ rationis regulam, XI, 1248. — Intemperantia est morborum causa. Plus hominum occidit esca quam gladius, II, 352, *in nota.* — Innumerabiles, ait Seneca, esse morbos miraris? coquos numera, *ibid.* — *Vid.* Gula.

Intentio est desiderium efficax finis per media assequendi. Differt a simplici volitione. — Est actus voluntatis, XI, 513. — Intentio dividitur in explicitam qua aliquid intenditur in seipso, et implicitam qua aliquid intenditur non in seipso, sed in alio in quo continetur, XXI, 73, 74. — Alia est intentio in actu signato, ut cum quis dicit expresse ore vel mente: Volo hoc facere. Alia in actu exercito, ut dum quis absque eo quod dicat expresse: Volo facere, facit tamen sciens et advertens quid faciat, 74. — Alia est intentio absoluta quæ a nulla conditione pendet; alia conditionata qua aliquid intenditur non absolute, sed dependenter ab aliqua conditione, 74. — Intentio est quadruplex: actualis formalis, virtualis, interpretativa et habitualis, XI, 609 et seq.—Intentio actualis est volitio finis, 71. — Actualis formalis intentio est quando quis actuali et expressa volitione finem cognitum intendit, 609. — Virtualis intentio potest fieri dupliciter, 1° quando quis vi intentionis præteritæ, non retractatæ, operatur et media eligit, licet actu de fine non cogitat; 2° quando quis facit aliquid ex natura sua ordinatum et tendens ad aliquem finem, sive finem cognoscat, sive non, 610. — Interpretativa intentio dicitur non quæ est aut fuit de facto, sed quæ foret si de fine cogitaretur, 611; XXI, 73. — Habitualis intentio, seu relatio, dicit puram concomitantiam habitus alicujus cum actu, absque ullo influxu ad actum, XI, 611. — Intentio virtualis per se durat donec per contrariam intentionem amoveatur, 610. — Virtualis alia est implicita, alia explicita, 611. — Bona intentio, ut movens ad malam electionem, ex ea vitiatur; et electio mala ex bona intentione non cohonestatur, ejus tamen malitia minuitur secundum quid, 531. — Electio bona, ut electio, sordescit ex mala intentione, et intentio mala non rectificatur ex bona electione, 532. — Intentio pura theologo necessaria est, I, 68-54. — Aliquam intentionem, saltem faciendi quod facit Ecclesia, ad validitatem sacramenti requiri, dogma fidei est, XXV, 1026. — *Vid.* Sacramentum.

Intentio mentis, id est, affectus et propositum orandi seu laudandi Deum, aut petendi aliquid ab eo, est de ratione orationis vocalis. Differt ab attentione, XIV, 58-48; XVII, 1248, 1271. — Sufficit prima intentio, qua quis ad orandum accedit, XIV, 50-48.— Intentio duplex est: una actualis et formalis, quæ consistit in actu quo quis proponit expresse ac intendit orare; altera virtualis et implicita quæ in vi et virtute, præcedentis actus seu primæ intentionis remanet, 57-48, 49. — Sufficit ad orationem intentio virtualis, XVII, 1250. — *Vid.* Oratio.

Interdicti ii dicuntur qui judicis sententia declarantur incapaces seipsos regendi et sua bona administrandi, XVI, 551. — *Vid.* Codicis civilis articulos 489-512.

Interdictum est censura ecclesiastica prohibens usum quarumdam rerum divinarum, quatenus, eæ a fidelibus possideri possunt. — Aliter definitur: Censura qua certis personis, certisve in locis prohibentur officia divina, sacramenta quædam, et sepultura ecclesiastica. XVII, 176

Dividitur primo in personale, locale et mixtum. Interdictum personale immediate personas afficit, et eas ubicumque sint, arcet a divinis. — Locale immediate respicit locum et prohibet in illo fieri functiones sacras. — Mixtum complectitur personale et locale, 177. — Quando interdicitur persona et locus omnis in quem ea se contulerit, est deambulatorium, 177. — Dividitur secundo tam locale quam personale, in generale et particulare. Locale generale illud est quo interdicitur locus universalis, ut regnum, diœcesis. Locale particulare illud est quo interdicitur locus aliquis particularis. 177

Interdictum generale personale fertur in aliquam communitatem, 179. — Personale particulare fertur in unam pluresve personas, 180. — Effectus per se interdicti triplex est, privatio quorumdam sacramentorum, divinorum officiorum sepulturæ ecclesiasticæ. Effectus per accidens sunt pœnæ quas incurrit violator interdicti, 182. — Quibus sacramentis privat interdictum, 182 et seq. — Interdictum quodcumque, seu locale sit, seu personale a divinis officiis prohibet. Jure antiquo licitum non erat celebrare missam tempore interdicti, nisi ad conficiendam pro infirmis Eucharistiam. Jure novo mitigata est pristini juris severitas, 184. — Tempore interdicti generalis omnes ecclesiastica privantur sepultura, exceptis tum laicis qui privilegio gaudent, tum clericis qui nec specialiter interdicti sunt, nec causam dederunt interdicto, nec illud observare omiserunt, 185. — In interdicto locali speciali, qui nec specialiter interdicti sunt, nec causam dederunt interdicto, sepeliri possunt in alio loco non interdicto, 185. — In generali loci interdicto sepeliendi sunt mortui in campo aliquo, vel in loco non benedicto ab iis quorum interest deputato, 185. — Interdictum locale in sex præcipue casibus incurritur, 186. — De iis qui interdicuntur ipso facto ab Ecclesiæ ingressu, 186. — De pœna cui obnoxii sunt qui interdictum violant, 187. — Quis interdictum relaxare possit, 191 — Interdictum non incurritur ob culpam venialem. XXV, 814. — Tempore interdicti potest licite et valide contrahi matrimonium, etc. 514

Interitus rei debitæ non semper excusat a restitutione, XV, 814, 815. — Quandonam cesset restituendi obligatio per interitum rei debitæ, XVI, 585. — Quid juris, si debitor in communi incendio vel naufragio rebus suis vel alienis simul prospicere nequeat, 586. — *Vid.* Cod. civilis articulos 1302, 1304.

Interpretatio est actus intellectus, et rationem justitiæ involvit, XII, 238-206. — Differt interpretatio a dispensatione quod non tollit obligationem legis, sed declarat legem interdum non obligare, 238-206. — Interpretatio legum et decretorum alia est authentica, alia doctrinalis, 1193-942; XVIII, 935. — Authentica est quæ nititur auctoritate principis seu legislatoris, declarantis verba obscura legis suæ, vel prædecessorum, aut inferiorum suorum, hoc vel illo sensu esse intelligenda. Est necessaria

et in scriptis redigenda et generalis. Ad hanc reducitur usualis, quæ fit communi consensu et legitima consuetudine. Consuetudinis interpretatio est probabilis et necessaria, et non in scriptis redigenda, 955, 956. — Dari potest interpretatio legis quæ legis auctoritatem habeat: quæ fieri non potest nisi ab eo qui auctoritatem habet, XII, 1195-943. — Interpretatio doctrinalis est quæ nititur doctrina et judicio, non auctoritate interpretis. Ad hanc revocatur interpretatio consuetudinis non præscriptæ. Item judicialis, facta a judicibus inferioribus. Similiter quæ fit a principe, sed tanquam doctore privato, XVIII, 957. — Interpretatio doctrinalis legis virtutem non habet, 957. — Multum valet interpretatio ex usu desumpta, et interdum pro lege habenda est, XII, 1196-944. — Communes regulæ quas sequi debet doctrinalis interpres, ad hæc tria capita revocantur, scilicet ratio legis, intentio legislatoris, verborum sensus et significatio. XVIII, 958

De significatione quam sequi debet doctrinalis interpres, 959. — Ratio legis, XII, 1203-952. — Mens legislatoris, 1200-948. — Verba legis, 1197-945. — In dubio de sensu legis benigna interpretatio in sano sensu intellecta generaliter est præferenda, XI, 508. — Benigna legis interpretatio illa proprie et simpliciter dicitur, quæ favet communi hominum fragilitati, 509. — Benigna interpretatio dicitur, quæ favet promissionibus, legatis, testamentis, adeoque et votis et juramentis ad pias causas. 510

Interpretatio Scripturæ sacræ Spiritus sancti dono fit, I, 108, 109-154, 155. — Fit Ecclesiæ traditione, 251. — In interpretatione S. Scripturæ necessaria est Patrum auctoritas, 456, 457-381, 382. — Patrum omnium sensus consors est Spiritus sancti sensus, 478, 496-374, 389. — Regula necessaria est ad sacram Scripturam interpretandam, 954, 956, 961-732, 734, 737. — Interprete opus est ad intelligendam S. Scripturam, 1156. — Interpretatio duplex est, altera traditionalis, altera rationalis, I, 253-184. — Interpretatio sensu privato non fit, 1094, 1095-862, 863. — Interpretatio privata falsa est et absurda, 239, 242-186, 190. — Damnatur, 489, 490-383, 384. — Quam temeraria. Verba S. Aug. et S. Hieronymi, IV, 83, 84. — Sensus privatus errori obnoxius, I, 479 et seq. 488, 491-376, 383, 385. — Sensus omnium Patrum sententiæ contrarius, erroneus est, 477, 478-374, 375. — In Scriptura interpretanda quis profectus permissus. 497, 499-390, 391

Interstitia vocantur intervalla temporum, quæ inter unum et alterum ordinem debent intercedere. Et ea in minoribus etiam ordinibus servanda sunt. Vetus in Ecclesiæ est lex interstitiorum, V, 1243; XXIV, 1349 et seq. — Quam stricta fuerit hujus legis obligatio, et quibus pœnis confirmata, 1353. — Pœnæ olim suspensionis, depositionis aliæque hujusmodi, tum in ordinatores, tum in ordinatos, prætermissa temporum canonicorum intervallis, latæ sunt, 1357. — Episcopi est dispensare in ea lege, 1358. — In quibus præsertim ordinibus mora aliqua trahenda fuerit, et quanto tempore in iis immorandum esset, 1359 et seq. — Quorum interstitiorum dispensatio facilius concedi hoc tempore possit; quorum observatio strictius urgeri debeat, 1363. — Quantum tempus interstitiis olim præfixum, et a Tridentino postea præscriptum sit, 1367. — Causæ statutorum interstitiorum referuntur. 1369 et seq.

Intrusus minime est parochus legitimus, XXV, 698. — Non licet baptismum recipere a parochis intrusis etiam in casu extremæ necessitatis, in nota. 698

Inventio verbi humanis facultatibus impervia est. II, 501

Inventio definitur quædam occupatio rei a domino suo separatæ, XV, 852. — Res a suo domino quadrupliciter separari potest, vel quia dominus rem abscondit, et tunc est thesaurus; vel quia invitus amisit, et tunc dicitur amissa; vel quia illam rejecit, et tunc est derelicta; vel quia moriens reliquit absque hæredibus, et tunc est bonum vacans, 852. — De inventione thesaurorum, 852 et seq.; XIV, 892 et seq.-704. *Vid.* Thesaurus.

Inventor thesauri ille est qui thesaurum cum detegit. Opifex in agro laborans, licet de mandato domini qui eum thesaurum detegeret, vere thesauri inventor esset; secus, si dominus opificem ad detegendum thesaurum adhiberet, XV, 853. *Vid.* Thesaurus.

Investitura est institutio corporalis seu missio in actualem beneficii possessionem, XVIII, 696, 806. — Modus investituræ varius est pro diversis locis et pro diversa beneficiorum ratione, 807. — Effectus investituræ sunt illi ferme qui ex capta possessione aliarum rerum et jurium solent consequi, 808. — Investitura est consensus ab imperatore vel rege adhibitus electioni factæ alicujus ad episcopatum vel abbatiam, et concessio honorum ecclesiasticorum solemni quodam ritu facta, 807. — Investiturarum origo fuit munificentia principum erga Ecclesias, 808. — Quæcumque fuerint investiturarum initia, illud exploratum est quod libertati Ecclesiæ ejusque sanctissimis legibus minime consonæ communiter habebantur. 817

Quis investiturarum status in Germania, Gallia et Anglia, ante Gregorii VII pontificatum, 809 et seq. — Scholia, 816. — Cum Henricus IV et Henricus V, Germaniæ reges, aliique principes, investituris ad opprimendam sacrarum electionum libertatem, et ad sacrilegam episcopatuum et abbatiarum nundinationem abuterentur, iisdem suum jure prohibuit Ecclesia, 817 et seq. — Investituras primus prohibuit et damnavit Gregorius VII in frequentibus synodis, 823. — Gregorii VII decreta adversus investituras Victor III innovavit et confirmavit, 827. — Urbanus II decessorum exemplo investituras proscripsit, 828. — Urbani II et decessorum contra investituras decretis nec Henricus IV imperator, nec Willelmus II et Henricus Angliæ reges, paruere; paruit vero Philippus I rex Francorum; haud tamen dimissa regalium seu feudorum investitura legitima, 829 et seq. — Scholia, 836. — Nota, 837. — Paschalis II Henricum I Angliæ regem ad investituras dimittendas compulit; hominium vero ut ab episcopis pro feudis sive regalibus exigeret, secundum regni mores, prudenti œconomia permisit, 837 851. — Scolion, 851. — Paschalis II investituras in concilio Guastallensi damnavit, 851. — Inter Paschalem II et Henrici Germaniæ regis legatos colloquium de investituris Catalauni (Châlons-sur-Marne) in Gallia habitum est. Deinde concilium Trecis ab eodem pontifice celebratum, in quo investituræ iterum proscriptæ, 852. — Paschalis II, in Italiam redux, investituras iterum damnavit, in synodis Beneventana et Romana, 855. — Paschalis II, cum Henrico Germaniæ rege pactionem fecit, ut episcopi regalia ipsi dimitterent, ille vero investituris renuntiaret. Pactum violavit Henricus et privilegium investiturarum a pontifice extorsit, 856. — Ab Ecclesia Romana et Gallicana improbatum ac damnatum est privilegium de investituris a Paschali II concessum Henrico imperatori contra canones et prædecessorum pontificum decreta. Pontifex a sapientioribus excusatus. Plerique investiturarum propugnandarum pertinaciam hæresim esse asserebant; consultius ac doctius negabant alii. Henriciana itaque hæresis hac in materia fictitia videtur, 860-873. Scholia, 874 et seq. — Privilegium investiturarum a se Henrico imperatori concessum rescidit Paschalis II, et damnavit ceu privilegium contra Spiritum Sanctum et canonicam institutionem indultum, in duabus synodis Romæ celebratis, annis 1112 et 1116, et insigne magnanimæ humilitatis exemplum successoribus ac omnibus episcopis dedit, 876. — Scholia, 880. — Nota, 881. — Ecclesiæ decreta contra investituras laicæ potestatis, fucata obedientia, imo fraude eludere quidam tum in hoc conatæ sunt, baculum quidem pastoralem et annulum electis prælatis non tradentes, sed prohibentes, ne illa ex altari reciperent, nisi ab ipsis rite solemni eo ducerentur, 882. — Gelasius II controversiam investiturarum componere noluit aut Henricum imperatorem ab anathemate absolvere, sine judicio synodi. Scholium, 883. — Callixtus II investituras damnavit, et Henricum imperatorem eas retinentem excommunicavit in concilio Remensi, 886. — Controversia de investituris composita est in concilio Lateranensi I, œcumenico IX. — Imperator investituras episcopatuum et abbatiarum per baculum et annulum dimisit, et canonicas electiones libere fieri permisit. — Ecclesia concessit ut electiones præsente imperatore fierent, et si quæ oriretur discordia, ipse saniori parti assensum auxiliumque præberet, metropolitani et comprovincialium judicio vel consilio: electus vero regalia ab ejus majestate per sceptrum acciperet, 894. — Nota, 898. — De canonibus concilii Lateranensis primi. 899 et seq.

Invidia, vitium charitati oppositum, est tristitia de bono proximi æstimato ab invidente propriæ excellentiæ diminutivo, XIII, 1187-938; XI, 1027. — De bono alieno potest quis tristari quatuor modis, XIII, 1187-188-938, 939. — Invidia est semper mala, 1189 et seq.-940. — Invidia certe proprium est diaboli vitium, 1191-942; XI, 1036. — Est peccatum ex genere suo mortale, 1027, XIII, 1193-942. — Quam grave sit invidiæ crimen, docet S. Cyprianus, XI, 1027 et seq. — Est aliquando veniale peccatum, 1035; XIII, 1194-943. — Invidia superbiæ fœtus est, cum superbia sit amor excellentiæ propriæ, invidia vero sit odium felicitatis alienæ, XI, 1132. — Invidia est inanis gloriæ filia, XIII, 1199-947. — Regula morum circa invidiam. — Tristitia de bono alterius, quatenus ex eo timetur grave malum, vel sibi ipsi, vel aliis bonis injuste inferendum, non est invidia; imo sine peccato esse potest, si ordo charitatis servetur, XI, 1032. — Qui dolet de bono spirituali alterius, non quod proximum hujus modi bono carere velit, sed quod ipse illo careat, non est reus invidiæ, 1033. — In genere invidiæ nullum peccatum gravius est fraternæ charitatis invidentia, 1033. — Tristitia de

bonis alienis concepta, eo solum nomine quod indignis eveniant, non est peccatum, sed justa indignatio, 1034. — Tristitia de temporalibus aliorum bonis concepta, quatenus ex divinæ providentiæ ordine etiam improbis distribuuntur, peccatum est, et lethale quidem, si adversus divinam providentiam propterea quis insurgat, vel obmurmuret, aut studium pietatis deserat, 1034. — Tristitia de bono alterius quatenus nos excedit in bonis, aut nobis coæquatur, peccatum est ex genere suo mortale, 1035. — Lethalis invidiæ rei sunt artium et scientiarum professores, qui tironibus suis aut discipulis abscondunt aliqua ad artis aut scientiæ perfectionem necessaria, ne ipsis coæquentur, aut parem nominis celebrationem obtineant, 1035. — De invidiæ remediis et pœnis, XIII, 1196-1200-945 et seq. — Primum remedium contra invidiam est consideratio gravitatis illius criminis, et pœnarum illi debitarum, XI, 1036. — Secundum est consideratio pusillanimitatis et ignaviæ invidorum, 1036. — Tertium remedium est consideratio societatis spiritualis, cujus caput Christus est, et cujus ratione alterius bona quisque sua existimare debet, 1037; XIII, 1200-948. — Quartum est alienæ virtutis imitatio, XI, 1037. — Quintum est rerum humanarum despicientia, 1037. — Auferenda est de corde hujus mali causa et radix, nempe propriæ excellentiæ nimius appetitus, honorum terrenorum amor, et cœlestium donorum contemptus, XIII, 1199-947. — Sextum remedium est studium spiritualis profectus, XI, 1038. — De remediis adversus peccata odii et invidiæ, XXII, 1307-1316. — Invidia recte ponitur vitium capitale, XIII, 1194 et seq.-943. — Quinque filias parit, scilicet odium, susurrationem, detractionem, exultationem in adversis proximi, et afflictionem in prosperis, XI, 1038. *Vid.* Hæc verba.

Involuntarium vel ex eo provenit quod operatio procedat a principio extrinseco, vel quod tollatur aut turbetur cognitio dirigens. Ex duplici hoc capite, quatuor distinctæ involuntariæ causæ eliciuntur: violentia, metus, concupiscentia, ignorantia, XI, 313, 89, 90. — Involuntarium positivum et proprie dicitur illud quod est contra inclinationem elicitam, seu renitentiam positivam voluntatis, 93. — *Vid.* Voluntarium.

Ira dupliciter considerari potest: vel pro passione quadam appetitus sensitivi, a qua vis irascibilis denominatur; vel pro actu voluntatis. Utroque modo accepta, ira est appetitus quidam vindictæ, ex se indifferens, XXII, 1322; XIV, 663-324; XI, 1112. — Ira est appetitus vindictæ cum fervore sanguinis circa cor, 1177. — Effectus iræ sunt delectatio ob spem vindictæ, fervor sanguinis circa cor; turbatio mentis et corporis; taciturnitas, 1178. — Laudabilis est iræ motus quo quis appetit vindictam secundum ordinem rationis, et vocatur ira per zelum, 1112. — Ordo rationis circa iram quantum ad duo potest attendi. — Primo quantum ad rem in quam tendit, quæ est vindicta, 1112. — Secundo quantum ad modum irascendi, 1113. — Non semper peccat qui vehementer irascitur, sed qui irascitur ultra quod exigit recta ratio, 1172. — Bona est ira, qua irascimur his quos diligimus, non ut lædamus, sed ut corrigamus, XIV, 663-323. — Peccatum est defectus iræ, quæ est simplex motus voluntatis quo aliquis non ex passione, sed judicio pœnam infligit, 665-323. — Hoc vitio non raro laborant parentes, superiores, principes, magistratus. Blanda patrum pravos facit indulgentia natos. XXII, 1323

Si quis vindictam expetat contra ordinem rationis, tunc motus iræ vitiosus est et vocatur ira per vitium, XI, 1112. XIV, 663, 664-324. — Ira vitiosa definitur: ultionis libido, sive immoderatus animi motus, quo quis injustam et indebitam ultionem sumit vel expetit ab eo, a quo vel reipsa læsus est, vel se læsum arbitratur, XI, 1112. — Brevius: Ira est appetitus vindictæ inordinatus cum fervore sanguinis circa cor, 1177. — Ira vitiosa est peccatum mortale ex genere suo, quia contrariatur charitati et justitiæ. Potest tamen esse duntaxat veniale vel ex parte irati, vel ex parte vindictæ, vel ex parte modi, XIV, 664-324; 325; XXII, 1322. — Ira non per se et semper, sed aliquando tantum peccatum lethale est, XI, 1113. — Quam grave peccatum sit ira, quam turpe et immane vitium, quantoque studio fugiendum, ostenditur. 1113 et seq.

Regulæ morum circa iram. Ira cum injustæ vindictæ appetitu deliberato conjuncta lethale ex genere suo peccatum est, XI, 1117. — Repentinus iræ motus, vel deliberatus quidem, sed cum levioris vindictæ appetitu conjunctus, veniale duntaxat peccatum est, 1117. — Tres iræ gradus a Christo Domino explicati lethalia peccatum sunt, 1118. — Ira inveterata lethale peccatum est, 1119. — Ira vehemens, tam etsi nullum vindictæ appetitu contineat, lethale quandoque peccatum est, cum nimirum in Dei prorumpit injuriam, cum charitatem erga proximum in animo extinguit, vel grave scandalum affert, 1120. — Iniquiores sunt qui citius irascuntur, et iram tardius deponunt. 1120

Ira per zelum, si sit immoderata, peccatum est, 1127. — Multo melius est nec juste cuiquam irasci, quam in alicujus odium iræ occulta facilitate delabi, 1127. — Quamvis ira in quolibet christiano peccatum sit, gravius tamen in sacerdotibus peccatum est, 1127. — Prælati disciplinam lenitate et clementia temperare semper debent, ne in punitione culparum ira surrepat vel dominetur, 1129. — De remediis adversus iram. Remedium præcipuum est patientia, cujus exemplum et præceptum Christus nobis dedit, 1140-1148. — Alia remedia. XXII, 1325 et seq.

Ira sextum capitale peccatum est, ex quo sex filiæ oriuntur, scilicet rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, blasphemia, 1322, 1325, XI, 1151. *Vid.* Hæc verba.

Ironia seu dissimulatio, oppositum jactantiæ vitium est, XI, 772. — *Vid.* Dissimulatio.

Irregularitas definitur: Impedimentum canonicum, quo directe impeditur ordinum susceptio, et secundario susceptorum usus, XVII, 173 et seq. — Irregularitas a quibusdam primo dividitur in eam quæ juris est divini, et eam quæ juris est ecclesiastici. Quæ divisio communiter recipitur, 193. — Dividitur secundo, sed male, in eam quæ est ab homine, et eam quæ est a jure, 195. — Dividitur tertio, et bene in perpetuam quæ dispensatione sola tolli potest; et temporalem quæ solo temporis lapsu cessat, 195. — Dividitur quarto, in totalem, quæ excludit ab omni ordine, ordinis usu et beneficio; et partialem quæ non omnes istos effectus parit. 196

*Regula prima.* Dantur irregularitates partiales quoad exercitium ordinum, id est, quæ ita excludunt ab exercitio unius ordinis, ut non excludant ab omni aliorum ordinum exercitio, 196. — *Regula secunda.* Dantur etiam irregularitates partiales respectu beneficiorum, seu quæ ita excludunt ab uno, ut non excludant ab alio. — *Regula tertia.* Irregularitas quam incurrunt laici, sive ex defectu, sive ex delicto, semper totalis est, excepta tamen ea quæ oritur ex defectu ætatis vel scientiæ. — *Regula quarta.* Irregularitas quam incurrunt clerici, semper totalis est respectu promotionis ad ordines, at non semper totalis est respectu functionum ordinis jam suscepti. — *Regula quinta.* Toties irregularitas quam incurrunt clerici, debet censeri totalis, quoad ordines et ordinum usum, quoties eadem irregularitas pure, simpliciter et absolute annexa est casui in quem iidem clerici inciderunt. 196

Dividitur quinto, in eam quæ est ex defectu, et eam quæ est ex delicto, 197. — Irregularitatum ex defectu species octo recensentur, 1° natalium; 2° animi; 3° corporis; 4° ætatis; 5° libertatis; 6° famæ; 7° bigamiæ; 8° lenitatis, 197. — Irregularitatem ex delicto pariunt, 1° homicidium; 2° iteratio baptismi; 3° mala ordinum receptio; 4° pravus eorumdem usus; 5° hæresis. 197

De causis irregularitatis. Irregularitatis finis est tuenda sacrorum majestas, servandum religionis decus, 197. — Jus instituendæ irregularitatis soli Ecclesiæ et Romano pontifici competit: ita omnes, 197. — Nulla unquam est irregularitas quæ ab homine per sententiam feratur. — Omnis irregularitas ipso facto incurritur. Nulla est irregularitas quæ vel peculiaribus diœceseos statutis, vel ipsa simplicis consuetudine introducatur. In irregularitatibus non valet argumentum a simili vel a fortiori, 198. — Qui irregularitate innodatus ordines recipit aut exercet, novam irregularitatem non incurrit, 199. — Causa materialis proxima irregularitatis aliquando est defectus sine peccato; aliquando actio peccaminosa, 199 et seq. — Causa formalis irregularitatis seu forma verborum in jure non determinatur. 202

De effectibus irregularitatis, XVII, 202. — Irregularitas totalis impedit susceptionem ordinum et eorum executionem. Non impedit quin ordines valide recipiantur vel exerceantur. — Irregularitas arcet ab ipsa etiam tonsura. Irregularitas aliquando omnes suos effectus, aliquando quosdam solum habet, 203. — Beneficii collatio irregulari facta prorsus invalida est, 205. — Aliqua irregularitas, saltem ratione criminis cui annexa est, privat clericum beneficiis antea obtentis; at non omnes, imo paucæ sunt quæ eum effectum operentur, 207. — Irregularis qui ordines quoscumque, imo et tonsuram recipit, peccat mortaliter, 209. — De iis quæ ab incurrenda irregularitate excusant. — Quæ a peccato mortali ab incurrenda irregularitate etiam excusant. — Ignorantia vere hic et nunc vincibilis, quæcumque ea sit, non excusat ab irregularitate, 209. — Ignorantia solius irregularitatis ab ea non excusat eum qui sciens et volens violat legem ecclesiasticam cujus transgressioni annexa est irregularitas, 210. — Neque etiam ignorantia Ecclesiasticæ legis excusat reum ab irregularitate, 210. — In dubio juris nemo censeri debet irregularis. Ita pene omnes, 212. — In dubio facti homicidium concernentis debet quisquis pro irregulari se gerere. Ita

vulgo theologi, 213.— In dubio facti quod homicidium non sit, non incurritur irregularitas. 213

De irregularitate ex defectu natalium, XVII, 216. — Illegitimi tam physice quam canonice irregulares sunt, sive illegitimitas eorum occulta sit, sive publica, 217. — Mater filio quem sola illegitimum esse cognovit, suadere potest ut clericatum ingrediatur, 218. — Filius qui pro legitimo habetur, patri et matri qui in extremis declarant eum esse illegitimum, fidem habere non tenetur, nisi rationibus validis convincatur, 218. — Quid juris de infantibus expositis. 218

Legitimi sunt relative ad ordines et beneficia, 1° qui nati sunt de matrimonio vero. — 2° Qui nati sunt de matrimonio nullo quidem et invalido propter aliquod impedimentum dirimens, sed invincibiliter saltem ab uno contrahentium ignoratum. — 3° Qui licet ex fornicatione nati sint, per matrimonium deinceps contractum legitimati sunt, 220. — Tribus modis tolli potest irregularitas ex defectu natalium. Primo tollitur professione religiosa, sed solum partialiter, 222; XXV, 515. — Secundo tollitur per legitimationem, XVII, 224. — Tertio tollitur per dispensationem, 224. — Solus papa dispensat ad ordines majores vel beneficia curam animarum habentia. Episcopi dispensant solum ad tonsuram et ordines minores, eaque beneficia quibus animarum cura non imminet, modo beneficia, etc., 224. — Quod potest episcopus respectu illegitimorum, hoc potest capitulum sede vacante, et abbates jurisdictionem quasi episcopalem habentes, 225. — Non conveniunt doctores an episcopus cum illegitimo dispensare possit ad effectum possidendi canonicatum in ecclesia cathedrali, 225. — Qui a proprio episcopo dispensationem obtinuit ad possidendum beneficium simplex, ubique dispensatus censetur.—Dispensatio prout a legitimatione distinguitur stricte interpretanda est. Dispensatus ad ordines non est dispensatus ad ordines sacros, 225. — In hac dispensatione petenda, omnino exprimendum est an illegitimus sit ex soluto et soluta, etc. 224

De irregularitate ex defectu animi. — Tres sunt defectus animi irregularitatem inducentes, defectus rationis, scientiæ et fidei confirmatæ. Irregulares sunt 1° qui totaliter carent usu rationis, 2° qui variis temporum intervallis a ratione usu excidunt, ut lunatici, energumeni, furiosi, epileptici, XVII, 226. — Stricte irregulares non sunt qui vertigine laborant. 228

Secundus animi defectus est defectus scientiæ, 228. — Qui caret scientia competente, nec ordines suscipere sine gravi peccato, nec in susceptis ministrare potest, 229. — Qui caret scientia competente quam exigit Tridentina synodus, habendus est pro irregulari, 229-230. — Irregularitas ex defectu scientiæ aliquando indispensabilis est, aliquando ad tempus dispensari potest. 231

Defectus fidei confirmatæ. Neophyti recens ad fidem conversi, sunt irregulares. 232 et seq.

De irregularitate ex defectu corporis. Corpore vitiati per quatuor ad minus secula irregulares non fuere, ne ad episcopatum quidem, nisi vitium corporis tale foret ut eo laborans sacrarum functionum incapax efficeretur, XVII, 234. — A quinto Ecclesiæ sæculo et deinceps vitium corporis irregularitatem induxit, 234. — Ille solum corporis defectus hominem facit irregularem, quo qui laborat, vel secure propter debilitatem, vel sine scandalo, seu notabili quadam indecentia quæ ministri adeoque et ministerii ipsius contemptum pariat propter deformitatem, functiones suas exercere non potest, 235 et seq. — Privatio membri occulti quæ nec periculum in celebrando, nec horrorem inducit, per se non inducit irregularitatem; sed tunc solum cum quis vel sibi membrum hoc culpabiliter resecavit, vel sua culpa meruit illud ab aliis resecari. 238

Quid sentiendum de hermaphroditis, 239.— Non eadem est ratio defectuum corporis qui ordines et beneficia præcedunt, ac eorum qui subsequuntur, sed differunt tripliciter, 239.— In dubio an ordinandi ex defectu corporis irregulares sint, standum judicio episcopi eorum qui ad ordines promovendi sunt, 240. — Cessat irregularitas ex defectu corporis: 1° per cessationem defectus; 2° per dispensationem, quæ papæ reservata est. 240

De irregularitate ex defectu ætatis. Vera fuit variis temporibus Ecclesiæ disciplina circa ætatem ad ordines requisitam, XVII, 241. — Juxta præsentem quæ jamdiu viget disciplinam, nullus ad subdiaconatus ordinem ante vigesimum secundum, ad diaconatus ante 23, ad presbyteratus 25 ætatis suæ annum promoveri potest, 241. — In his materiis annus inceptus habetur pro completo, 241. — Jus commune et gallicum non semper conveniunt in assignanda ætate ad beneficiorum possessionem necessaria; quod ut probetur, satis erit ætatem ad singulas beneficiorum species utroque jure requisitam exhibere, 242. — Ætas ad beneficia vel ordines requisita a puncto nativitatis computatur, 243. — An in supputanda ætate ordinandorum eorumve qui religionem aliquam profiteri debent, enumerandus sit dies bissextus, 245. — An qui die vigesima quarta martii, hora quinta vespertina, annum ætatis vigesimum quintum ingressurus est, possit eadem die, hora decima vel undecima matutina presbyter ordinari, 245. — Quoto a tempore annus quem quis attigisse debet, ut ordinetur, inchoatus esse debeat, 246.—Defectus ætatis irregularitatem inducit quoad ordines et quoad beneficia, 246 — In defectu ætatis solus nunc papa dispensat; neque omnis ejus dispensatio valet in Gallia, 247.— Irregularitas ex defectu ætatis non contrahitur per nimiam et decrepitam ætatem. 247

De irregularitate ex defectu libertatis. Defectum libertatis relative ad ordines habent tum servi, tum curiales seu magistratus, tum ad reddenda ratiocinia obligati, tum denique conjugati. XVII, 247

De irregularitate ex defectu famæ, 249 et seq. — Infamia saltem aliqua parit irregularitatem, 252. — Nullum crimen irregularitatem inducit, quamdiu manet occultum, exceptis paucis, 252.— Infames omnes, seu jure, seu facto etiam populariter tales sint, ab ordinibus et beneficiis arceri debent, 253. —Probabile est infames, non solum infamia juris, sed et facti legalis, vere esse irregulares, 253. — Infamia multis modis auferri potest, 253. *Vid.* Infamia.

De irregularitate bigamiæ, XVII, 257. *Vid.* Bigamia. — De irregularitate ex matrimonio, XXV, 514, 515. — De irregularitate ex defectu lenitatis. Irregularis est generatim loquendo omnis et solus baptizatus, qui actu consummato et voluntarie hominem occidit vel mutilat, aut ad homicidium vel mutilationem proxime concurrit, XVII, 266. — Qui ut vitam suam ab injusto invasore tueatur, eumdem mutilat vel occidit cum moderamine inculpatæ tutelæ, non fit irregularis, 270.— Qui occidit vel mutilat ad defensionem vitæ, si id facit ex odio, irregularis non fit, 271. — Qui sua culpa se constituit in necessitate vel occidendi, vel mutilandi, aliquando irregularis est, aliquando non est, 271. — Irregularis est qui iniquum invasorem occidit aut mutilat, cum fugiendo posset sibi consulere, 272. — An irregularis sit qui parantem sibi insidias ad inferendam necem, prævenit et occidit, 273. — Qui ob honoris vel bonorum defensionem olim occidit, irregularis est, 273. — An irregularis sit qui alium necat, ut servet vitam patris, fratris, alteriusve sanguinei, aut proximi innocentis, quam aliter servare nequit. Affirmat communis et tutior sententia, 273. — Homo injuste accusatus, qui justitiæ ministros a quibus quæritur ad mortem, interficit, communiter loquendo irregularis non est, 274. — An irregularis sit fur qui in actione furti deprehensus, modo occidendus est, nisi occidat, 274. — An irregularis sit qui, vitam tuendo, venialiter solum excedit moderamen inculpatæ tutelæ; res ad ordinarium deferatur. 275

De occidentibus, ordine judiciario, vel cooperatione ad prolationem sententiæ, vel cooperatione ad ejusdem sententiæ executionem, XVII, 275.—Juxta exteros theologos (Collet gallus est), quisquis alium criminaliter accusat, seu contra eum agit ut puniatur, contrahit irregularitatem, si judex accusato mortem aut mutilationem inferat, 275. — Juxta eosdem, testes in causa sanguinis, secuta illius contra quem testantur morte vel mutilatione, irregulares sunt. Aliter sentiunt Galli, 276. — Exteri theologi pro irregularibus habent procuratorem, advocatum et scribam. Aliud communiter sentiunt Galli, 277. — In Gallia, ut aiunt, irregulares sunt 1° procurator regius, vel alius hujusmodi, qui reum morte plectendum esse concludit; 2° judices qui sententiam mortis ferunt; 3° lictores qui sontem conducunt; 4° tortor qui eum morte afficit, 277. — An irregulares sint qui furem comprehendunt aut in causa sunt clamore suo ut ab aliis comprehendatur, aut eum judici tradunt, 277. — Peccant, nec tamen irregularitatem contrahunt clerici qui reorum supplicio intersunt, 278 — Nec extranei, nec Galli inter se consentiunt, an irregularitati subjaceant funium vel furcarum artifices, qui hæc justitiæ ministris ad reorum occisionem præbent, 278. — Qui per accidens solum et præter intentionem causa est cur reus citius moriatur, non fit inde irregularis, 279. — Irregularis non est sacerdos qui grassantia crimina reprimi intendens, suadet principi ut legem, qua rei capite plectantur, nec princeps, qui legem hanc tulerit; nec confessarius absolutionem denegans seu principi qui hujus modi legem ferre non vult, seu magistratui qui ut sonti parcat secundum hanc judicare non vult, seu reo qui juridice interrogatus, crimen suum detegere non vult, 279. — An is quem judex consulit de reo, irregularis fiat, si respondeat eum esse dignum morte. 280

De militibus et chirurgis. Simplex armorum gestatio non valetur irregularem constituere hominem militiæ adscriptum, XVII, 281. — An irregularis sit qui in bello

justo, non occidit quidem propria manu, sed aliis occidentibus aut mutilantibus opem tulit; eisve pulverem pyrium et arma offensiva distribuit, aut eos ad strenue et acriter pugnandum adhortatus est, 281. — Irregulares sunt ii omnes qui in bello aggressivo mutilant vel occidunt, non autem qui in bello defensivo, nisi eo venerunt animo præliandi, 282. — Clerici in sacris qui ex dispensatione pontificia pugnant in bello justo, irregulares non sunt si manu propria occidant, 283. — Qui alium hortatur ad fundendum pro fide sanguinem, irregularis non est, secuta morte, 283. — Laici qui medicinam aut chirurgiam exercent, non sunt irregulares, morte etiam secuta, licet membrum abscindant aut abscindi præcipiant, modo secundum artis suæ regulas operentur, 283. — Clericus, etiam in sacris, non fit irregularis exercendo medicinam aut chirurgiam secundum artis regulas, citra incisionem aut adustionem, 284. — Sed quid si mors sequatur, non quidem ex adustione, sed ex vi morbi, vel ex ægroti culpa, qui regimen sibi præscriptum sequi noluit. Divisi sunt hic theologi, 285. — Solus Papa, vel quibus id ab eo concessum fuerit, in irregularitate ex defectu lenitatis dispensare potest. 285

De irregularitate ex delicto, XVII, 286. — Homicidium simpliciter voluntarium gravissimam inducit irregularitatem, 289. *Vid.* Homicidium — Qui per vim vel dolum retrahit medicum aut alium quemlibet ad subveniendum homini periclitanti paratum irregularis est, 295. — Qui ex justitia ad avertendam proximi cædem obligantur, et non obstant quantum possunt, irregulares sunt, 295. — Hinc irregulares sunt, 1° princeps et gubernator qui innocentum defensionem negligunt; 2° judex qui injustæ mortis sententiæ non obstat; 3° dominus aut ferarum custos, qui non caveret ne animalia custodiæ suæ credita, obvios occidant; 4° pater qui illatam sibi injuriam, a filio suo vindicandam esse cognoscens, eum omnibus quibus potest modis non coercet; 5° pater qui uxori, aut puellæ quam decipit, abortum proponenti non contradicit; 6° maritus qui uxori aliunde non habenti alimenta denegat; 7° medici qui privato vel publico stipendio conducti, ægros imperitia sua aut negligentia occidunt, 295. — Non impediens homicidium quod ex justitia impedire tenetur, incurrit irregularitatem homicidii nunc voluntarii, nunc casualis. 296

De irregularitate ex homicidio casuali. Certum est homicidium prorsus casuale non inducere irregularitatem, XVII, 296; XXV, 513. *Vid.* Homicidium.

De irregularitate ex iteratione baptismi. Irregulares sunt qui rebaptizat et qui rebaptizatur, XVII, 304. — Qui in infantia semel et iterum baptizatus est non contraxit irregularitatem, 304. — Qui ex metu gravi rebaptizat aut rebaptizatur, est irregularis, 305. — Summus pontifex in hac irregularitate dispensat si publica sit, si occulta sit, ab episcopo relaxari potest, 305. — Irregularitas incurritur cum quis ab hæretico declarato libere et sine necessitate baptismum recipit, vel cum baptismi receptionem usque ad mortem differt, 305. — Iterata alterius sacramenti receptio, vel confectio, irregularitatem non inducit. 305

De irregularitate ex mala ordinum receptione, XVII, 306. — Qui ordines recipiunt furtive, id est, qui examen fraudulenter effugerunt, nec alias approbati aut admissi fuere, sed per dolum, aut ignorante episcopo, immiscent se ordinandis, fiunt irregulares, 306. — Qui minores ordines et subdiaconatum eadem die de consensu episcopi recipiunt non sunt irregulares, 307. — Qui per saltum, seu omisso ordine inferiori ad superiorem promotus est, non videtur esse irregularis, 307. — Irregularis non est qui ordines sacros recipit ab episcopo qui dignitati suæ, id est, jurisdictioni et executioni ordinis episcopalis renuntiavit, 307. — Qui excommunicatione majori ligatus ordines recipit, sive cum ignorantia affectata, sive etiam scienter, stricte irregularis esse non debet, 308. — Qui suspensus vel interdictus ordines recipit, non est irregularis, saltem si subdiaconatu solo aut diaconatu donetur, 309. — Qui scienter ordinatur ab episcopo excommunicato excommunicatione majori, suspenso, interdicto, deposito, vel degradato, peccat mortaliter, et est suspensus ab ordinis sic suscepti executione, et aliquo modo irregularis, 310. — Qui durante matrimonio nondum etiam consummato, aliquem de sacris ordinibus præsumit accipere, nec in ordine sic suscepto ministrare, nec ad superiores ordines provehi potest, soluto etiam matrimonio. 310

De irregularitate ex malo ordinum usu. Ligatus majori excommunicatione, suspensione, vel interdicto, etiamsi toleratus sit et occultus, irregularitatem incurrit exercendo solemniter seu ex officio actum majoris ordinis, nisi legitima ratio excuset, XVII, 310. — Qui post censuram sacramentaliter absolvit clanculum fit irregularis, 312. — Cui prohibitum est sub excommunicatione ipso facto incurrenda ne ordines exerceat exercendo prima vice non fit irregularis, 312. — Qui duplici ligatus censura, ordines sacros exercet, geminam incurrit irregularitatem, 313. — Qui serio, scienter et quasi ex officio, sacrum quem non recepit ordinem exercet, est irregularis, 313 — Qui non est sacerdos, si confessionem alterius excipiat, irregularis est, 314. — Sacerdos qui Eucharistiam, Pœnitentiam, et alia id genus ministrat non subditis, non fit irregularis, 315. — In hac irregularitate solus papa dispensat, si crimen publicum sit; episcopus vero, si sit occultum. 315

De irregularitate ex delicto hæresis. Jure communi irregulares sunt hæretici, apostatæ a fide, eorumque fautores et defensores; unde ne quidem post receptam absolutionem ordinari possunt. Est communis, 315. — Pure schismatici non sunt irregulares, 316. — Hæreticorum filii usque ad secundum gradum per paternam lineam, per maternam ad primum duntaxat, sunt irregulares, 316. — Non sunt irregulares qui ex neophytis, paganis aut Judæis descendunt, 317. — In Galliis hæreticorum filii non sunt irregulares. 317

De dispensatione irregularitatis. Regula prima. Omnis irregularitas ex defectu, quæ causam habet transitoriam, cessat cessante eadem causa, sine ulla superioris dispensatione, XVII, 317. — Regula secunda. Irregularitas quælibet ex delicto proprio consurgens, tollitur per baptismum, 318. — Secundum jus commune, professio in religione approbata reddit faciliorem cujuscumque irregularitatis dispensationem; et efficit ut illegitimi ad sacros ordines, licet non ad prælaturas etiam regulares, possint promoveri, 318. — Nulla est irregularitas canonica in qua papa dispensare non possit, 318. — Episcopis licitum est in irregularitatibus omnibus ex delicto occulto provenientibus, ea excepta quæ oritur ex homicidio voluntario, et exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare, 318. — Irregularitates omnes ex defectu, paucis exceptis, communiter sunt romano pontifici reservatæ. Idem dicendum de irregularitatibus ex delicto publico, 320. — Irregularitates papæ reservatæ, in duplici casu ab episcopis relaxari possunt, 321. — An irregularitas quam quis incurrit, violando proprio sui episcopi censuram, possit, etiam cum publica est, ab eodem episcopo relaxari; verior videtur sententia negans. 322

Praxis dispensationis super irregularitate ex defectu sacramenti. — Primo super bigamia, XIX, 27 et seq. — Secundo super reiteratione baptismi, 121. — Praxis dispensationis super irregularitate proveniente ex defectu corporis et animæ, 121 et seq. — Praxis dispensationis super irregularitate ex defectu ætatis et temporis, 175 et seq. — Praxis dispensationis super irregularitate ex quocumque homicidio proveniente, 279 et seq. — *Vid.* Dispensatio.

Irrisio est injuria verborum, quæ causat erubescentiam, XIV, 1107-873. — *Vid.* Derisio.

Irritatio contractuum, XVI, 507, 543 et seq. — *Vid.* Contractus.

Jacobitæ sive Jacobini. De natione Jacobitica, ac de eorum erroribus, V, 570 et seq. — Hæreses et errores nationis Jacobitarum ex eorum catechismo collecti, 574. — Constitutio concilii Florentini sub Eugenio IV, super unione Jacobitarum, 577 et seq. — Eorum errores brevius expositi. 603

Jactantia, inanis gloriæ filia, est peccatum quo homo verbis se extollit supra id quod in se est secundum rei veritatem, aut secundum aliorum opinionem. Est libido gloriandi, XI, 769. — A jactantiæ peccato nos deterret Spiritus sanctus, 770. — Jactantia mortale peccatum est, cum aliquis jactanter de se profert quod est contra gloriam Dei, 771. — Mortale peccatum est, cum proximo debitam charitatem extinguit, scilicet cum aliquis jactando seipsum, prorumpit in contumelias aliorum, 771. — Jactantia de peccato mortali est mortale peccatum, 772. — Jactantia procedens a superbia vel inani gloria quæ sit peccatum mortale, peccatum et ipsa lethale est, 772. — Jactantia propter lucrum aliquod illicitum et cum gravi proximi damno conjunctum, est peccatum lethale, 772. — Qui se jactat causa lucri non semper mortalis peccati reus est, 772. — Qui aliqua de se jactat, quæ, neque sunt contra Deum, neque contra proximum, venialis duntaxat peccati reus est, 772. — Qui delectationis causa se jactat, venialis solum peccati fit reus, idque ad mendacium jocosum pertinet; nisi forte hoc divinæ dilectioni præferret, 772. — Qui se jactat ut jurgia concitet peccat mortaliter, 772. — Ironia seu dissimulatio oppositum jactantiæ, vitium est, 772. — Qui verbis vel signis externis, defectum in exterioribus rebus præ se fert, sed excellentiam aliquam spiritualem mentitur, dissimulationis simul et jactantiæ vitium incurrit, et gravius peccat, 773. — Jactan

jus ab Ecclesia constitutum, XI, 1261. — Lex ecclesiastica jejunii secundum se obligat sub mortali. Est communis. XIV, 1260 et seq.-992. — Lethalis peccati inobedientiæ et gulæ reus est qui jejunii præceptum violat, sive carnes aliosve cibos vetitos comedendo, sive corpus duplici refectione recreando, sive refectionis horam legitimam notabiliter anticipando, absque justa causa, XI, 1106. — Convenienter determinata sunt tempora jejuniorum ecclesiasticorum, XIV, 1263-994. — Quadragenarius dierum numerus in quadragesima, et ternarius in quatuor anni temporibus, sunt etiam convenienter assignati, 1263-995; XXIV, 1434. — Convenienter Ecclesia non instituit de præcepto jejunia tempore paschali usque ad Pentecosten neque diebus dominicis, XIV, 1265-996. — Præter assignata jejunia, alia fuerunt jure communi præcepta pro tota Ecclesia. 1267-997

Ad jejunium requiritur quod semel tantum comedatur in die, excepta cœnula, 1269-999. — Qui peccat contra legem jejunii, probabilius peccat non solum secunda refectione, sed toties, quoties comedit ultra unam refectionem, excepta collatione, 1270-999. — Solv. object., 1271-1000. — Quomodo jejunare debeat qui mane vel culpabiliter vel inculpabiliter sumpsit jentaculum, 1274-1002. — Qui aliquid leve pluries comedit in die jejunii, peccat mortaliter, dum pervenit ad quantitatem notabilem, 1274-1003. — Quantitas notabilis ad peccatum mortale sufficiens ea videtur, quæ æquivalet vel levi jentaculo, vel collationi, vel tertiæ parti refectionis, 1275-1003. — Qui lautius prandit ut facilius sustineat laborem jejunii satisfacit præcepto, 1275-1005. — Qui sine causa legitima sic dividit refectionem jejunii, ut non remaneat moraliter una, frangit jejunium, 1275 et seq.-1004. — Cœnula vespertina quæ dicitur collatio, diu ignota fuit in Ecclesia. Hujus origo. 1277-1005

De qualitate ciborum sumendorum in hac cœnula, 1278-1006. — De quantitate ciborum, 1279-1007. — Quantus excessus requiritur in collatione ad peccatum mortale, 1281-1008. — Non licet sine causa sumere collationem meridie, prandio in vesperam dilato, 1281-1008. — Vigilia Nativitatis non potest sumi largior collatio, nisi ubi viget consuetudo contraria, aut nisi labor assumendus in cantu plurium horarum excuset, 1281-1008. — An potus solvat jejunium, 1281-1008. — Juxta S. Thomam potus proprie sumptus secundum se non frangit jejunium, 1282 et seq.-1009. — Solvuntur objectiones, 1286-1012. — Lac, mel, jusculum, *bouillon*, *chocolat*, et similia non censentur potus. Quantum ad *thé* et *café*, videntur habere rationem potus, 1284-1010. — Illud adagium: liquidum non frangit jejunium, ex duplici capite est falsum, 1286-1012. — An sumere liceat leve quid cibi ne potus noceat. — Absolute loquendo, ad sedandam sitim non licet manducare poma, pyra, cerasa et similia. 1292-1016

De hora solvendi jejunii. — Prioribus Ecclesiæ seculis, hora solvendi jejunii communis extra quadragesimam erat nona, hoc est, tertia pomeridiana, hora quadragesimam protendebatur ad vesperam, XIV, 1292-1017. — Seculo decimo tertio mos obtinuit ut omnia jejunia indistincte solverentur hora nona, seu tertia pomeridiana, 1293-1017. — Nunc hora solvendi jejunii est circa meridiem, 1293-1018. — Qui absque legitima causa notabiliter anticipat horam refectionis in die jejunii, peccat mortaliter, 1294-1018. — Anticipatio unius horæ probabiliter notabilis est. 1295-1019

De abstinentia a carnibus, ovis, et lacticiniis, XIV, 1295-1019. — Ecclesia jure potuit interdicere jejunantibus esum carnium. — Abstinentia a carnibus pars ecclesiastici jejunii semper fuit, 1296-1020. — Convenienter ab Ecclesia interdicitur jejunantibus esus carnium, ovorum et lacticiniorum, 1297-1021. — Objectiones. 1298-1021

Præceptum abstinendi a carnibus, ovis et lacticiniis, secundum se obligat sub mortali, 1306-1028. — Toties peccat qui violat præceptum, quoties in die jejunii carnes comedit. — Qui die jejunii non habet alium cibum nisi carnes, potest eas comedere, 1307-1029. — Exemptus seu dispensatus in abstinentia a carnibus, hoc ipso non est dispensatus in abstinentia a pluribus refectionibus; nec vice versa, 1307-1029. — Ova et lacticinia prohibentur etiam diebus dominicis, in locis in quibus tempore quadragesimæ prohibentur. — Cui licet ex dispensatione comedere carnes aut ova, pisces etiam potest comedere, 1308-1029. — Prohibitio permiscendi carnes cum piscibus in eadem comestione, 1° obligat sub gravi; 2° complectitur etiam dies dominicos quadragesimæ et alios dies jejunii extra quadragesimam. Permissio carnes manducandi non extenditur ad vespertinam refectiunculam, 1309, in nota 1030. — Cui plus permittitur in hoc materia, permittitur et minus, 1309-1030. — Qui tenetur jejunare sive ex voto, sive ex pœnitentia injuncta, sive Jubilæi lucrandi causa, debet et potest iis uti cibis quibus concives communiter utuntur in jejuniis Ecclesiæ tunc occurrentibus, 1309-1030. — Pueris nondum adeptis usum rationis, et amentibus, licet ministrare carnes die jejunii, 1310-1030. — Religiosi exempti per se loquendo non possunt, vel extra conventum, comedere carnes aut ova non prius obtenta licentia sui prælati regularis, quando episcopus pro sua diœcesi dispensavit, 1310-1030. — Non licet absque justa et rationabili causa violaturis jejunium ministrare cibos vetitos aut cœnam, 1310-1031. — Ex justa et rationabili causa licet. 1311 et seq.-1032

Omnes christiani vigesimum primum ætatis annum completum adepti, tenentur ad jejunia ecclesiastica, nisi in eis fuerit aliquod speciale impedimentum, XIV, 1314-1034. — Nemo ante vigesimum primum ætatis annum completum tenetur integre vi legis ecclesiasticæ ad jejunia ecclesiastica, 1316 et seq.-1035. — Religiosi professi qui nondum vigesimum primum annum complevere non vi legis ecclesiasticæ, sed vi et pro modo suæ regulæ tenentur ad jejunia ecclesiastica, 1319-1038. — Religiosi exempti non tenentur vi legis episcopi ad jejunia mandato episcopi indicata. — Peregrini tenentur jejunio loci in quo sunt; ita communius. 1319 et seq.-1038

De causis excusantibus a jejunio, XIV, 1321-1039. — Circa jejunium tria in confessarii memoriam revocantur, XXII, 1012. — Infirmitas præsens vel imminens in tantum excusat a jejunio, in quantum est aut saltem creditur juxta experti et timorati medici, aut eo deficiente, alterius viri prudentis et probi judicium, vel incurrenda, vel aggravanda, vel non sananda si servetur jejunium. Est communis et certa, XIV, 1321-1039, 1040. — Secundum jus antiquum, labor non necessarius, etiam gravis, non eximit a jejunio; sed eximit labor gravis necessarius ad bonum sive proprium sive alienum, 1323-1041. — Secundum jus novum, omnis labor honestus cum jejunio incompossibilis, etsi non necessarius, modo non sit in fraudem jejunii susceptus, eximit a jejunio, 1323-1041. — Quod iter, quantum et quale requiratur et sufficiat ad eximendum a jejunio, 1326-1043. — Agricolæ, fabriferrarii et similes, qui laboriosa opera exercent propter quæ eximuntur a jejunio, per se loquendo non videntur exempti eo die quo hæc opera intermittunt, puta die festo incidente in quadragesima, 1327-1044, 1045. — Quid agendum cum illis pœnitentibus qui neque infirmi, neque laborantes, confessario urgenti obligationem jejunandi, simpliciter respondent: Non possum jejunare, et nihil aliud. 1328-1045

Paupertas non semper excusat a jejunio, quia non semper affert impotentiam moralem jejunandi; solus panis semel sumptus non sufficit ad plenam refectionem qualis requiritur ad onus jejunii sustentandum, 1328-1045. — Pietas in tantum excusat a jejunio, in quantum importat laborem incompatibilem cum jejunio, 1329-1046. — Inter causas a jejunio eximentes, plurimi reponunt ætatem senilem, et a lege jejunii sexagenarios excusant. Theologi sunt qui censent hanc causam in ecclesiis Galliarum non esse admittendam. 1329 in nota.-1046

Specialiter notanda circa præcedentes causas excusantes a jejunio, 1330-1047. — Jejunium licite frangitur, quando vir non potest aliter reddere debitum, XXV, 595. — Jejunium existimant aliqui non posse ne quidem ab universa Ecclesia penitus aboleri, eo quod traditionis sit apostolicæ. VI, 843

Digressio historica. A quo instituta sint jejunia ecclesiastica. Jejunium ante paschale quod quadragesimale dicimus non fuit institutum a Christo, sed probabilius ab apostolis, XIV, 1332-1047. I, 254-198. — Objectiones, XIV, 1333-1049. — Probabile est jejunium antepaschale semper fuisse quadragesimale, hoc est, quadraginta circiter dierum, 1331-1048. — Objectiones, 1336, 1343-1051. — Probabile est jejunia quatuor temporum instituta fuisse ab Apostolis, licet aliqua diversitas supervenerit circa tempus, 1343 et seq.-1053; XVI, 845. — Quatuor apud Hebræos ad jejunandum solemnes dies fuerunt, qui incidebant in menses quartum, quintum, septimum et decimum, id est in menses julium, augustum, octobrem et januarium, XXIV, 1521. — Judæorum imitatione quatuor tempora jejuniorum a christianis observata sunt, 1522. — Quatuor jejuniorum tempora non videntur eodem semper modo observata, 1523. — De variis causis jejunii quatuor temporum, quarum potissima est ordinatio, 1523, 1524. — De jejunio ad communionem requisito, XXIII, 602 et seq. — De jejunio naturali ad licite celebrandum, 1158 et seq. — Qui die Nativitatis Christi in prima missa ablutionem imprudens sumpserit, duas reliquas celebrare non debet, 1159, 1160. — Disputant theologi an possint sumere eucharistiam qui sunt in dubio an fregerint jejunium, 1161. — Sacerdoti non jejuno non licet celebrare, ut infirmo viaticum possit ministrari, 1161. — Jejunium naturale non frangitur a tabaci fumo aut pulvere naribus attracto. 1167

De jejunio ordinationibus præmisso, XXIV, 1433. — De jejunio ad lucrandum Jubilæum præscripto, XVIII, 652. — *Vid.* JUBILÆUM.

JEPHTE. De illius voto, II, 802 806. — Longe verisimilior opinio videtur ejus filiam virginem Deo consecratam, non immolatam fuisse. 806 et seq.

JESUS salvatorem significat. — Hoc nomen proprium mediatoris Dei et hominum, qui Deus est et homo, illi ab Angelo Dei consilio et præcepto impositum est, VI, 115. — Nomen Jesu fuit convenienter Christo impositum. Illi soli est proprium hoc nomen, quia Jesus idem est ac salvator: Christus est salvator omnium hominum, et quoad animam eos liberat per gratiam a morte peccati, et quoad corpus per immortalitatem in resurrectione conferendam. VIII, 1371, 1372

Salvatoris typi, VI, 116. — Jesus filius Josedech Christi salvatoris typus merito dicitur, 118. — Non sola magni nominis umbra, sed veritas in Christo Jesu fuit, 118. — Omnia nomina, quæ prædicta sunt Filio Dei divinitus imponenda, ad unum hoc Jesu nomen referuntur, 119 et seq. — Cur nomini Jesu Christi nomen addatur. — Christus unctum significat, et officii est ac honoris nomen, 121. — Jesus verus Deus, Deique Filius est, 127. — Patri coæternus. Cujus coæternitas similitudinibus quibusdam explicatur. 130

De festo sanctissimi nominis Jesu, quod secunda post Epiphaniam dominica celebratur, XV, 349; XXVI, 200. — Quoto infantibus die a nativitate nomen a Romanis inditum. Judæi octavo die pueris nomen imponebant, 200. — Octavo die Christo inditum nomen Jesus, 201. — Plures Jesus nomine appellati in lege veteri, 201. — Vis et potestas hujus nominis, 201. — Angelus Gabriel, ante Christi conceptum, nomen Jesus ediderat, 202. — Festum nominis Jesu apud Angelos etiam nunc celebratur, 202. — Officium hujus festi sub Xysto IV compositum, a Clemente VII approbatum, et ab Innocentio XIII ad omnem Ecclesiam extensum, 203. — De sanctissimo nomine Jesu præclara S. Bernardi verba. Quædam in eo S. Bernardi loco notanda, 204. — Cur Ecclesia non dicat: Jesu Christe, ora pro nobis, 204. — Tabella S. Bernardini senensis in qua depictum nomen Jesus, 202. — Ejus tabellæ cultus a S. Joanne Capistra vindicatus, 203. — Nomen Jesu recte in radiis solaribus pingitur. XXVII, 183 et seq.

JOCUS in verbis dicitur, ludus in factis, XI, 1251. — A peccato immunes sæpe non sunt joci, 1262. — *Vid.* LUDUS.

JOVINIANISTÆ, a Joviniano nuncupati, seculi quarti hæretici. V, 51.

JUBENS, seu mandans ille est qui, ob proprium suum commodum alium vulgo sibi inferiorem, jussione, aut mediis jussioni æquivalentibus vere movet ad actionem alteri damnificativam. Quid fieri potest vel expresse vel implicite, XV, 906; XIV, 928-733. — Mandans tenetur ad restitutionem totius damni quod inferri jussit, aut ex sua jussione secuturum prævideri potuit. XV, 906

Mandans tenetur ad restitutionem damnorum, quæ ob executionem mandati mandatario obveniunt, dummodo mandatarius non se sponte obtulerit, et mandans ea damna, saltem in confuso, præviderit, 906. — Mandans, ut talis, ad nihil tenetur, si mandatum efficaciter revocaverit et hanc revocationem mandatario manifestaverit, 907. — Mandans non tenetur reparare damnum quod mandatarius ex errore inculpabili alteri intulit, v. g., iste mandatum acceperat occidendi Paulum, et Petrum occidit. Hæc sententia probabilior videtur, 908, 1133. — Utrum qui verbis, nutibus, aut etiam silentio manifestavit se gratum habiturum si quoddam damnum alteri inferatur, illud resarcire debeat? 908, 909. — An restituere teneatur ille qui sciens alium paratum esse ad damnum alteri inferendum suo nomine, non ei contradicit, cum posset? 909. — An mandatum revocatum censeatur ob longum temporis decursum? Alii negant, alii affirmant, 1134. — Qui mandatarium tempestive monere non potest ut desistat, debet, si potest, ex justitia tertium monere ut sibi caveat vel rebus suis consulat, 1134. — Probabilius, per se mandans non tenetur ex justitia vel charitate saltem monere tertium, ut sibi consulat, quando revocavit quidem mandatum, videt tamen mandatarium in suo proposito persistere, 1135. — Probabile videtur quod mandans non eximatur a restitutione, si revocasset mandatum, sed mandatarius crederet revocationem esse solum simulatam propter adstantes, aut si putaret quidem serio factam, sed illius post modum oblivisceretur, ac perficeret damnum, 1135. — Si mandatarius excessit fines mandati et in ejus potestate fuit servare fines mandati, mandans non tenetur ad excessum damni; secus, tenetur, 1135. — An mandans teneatur etiam reficere damna quæ mandatarius est passus ob executionem mandati, 1136. — Si mandatarius a principio mandato non consensit, sed potius omnino respuit, et postea tamen delictum patravit, probabilius mandans restituere tenetur, 1136. — Non tenetur ad restitutionem qui non mandavit, sed postea ratum habuit injustum damnum, 1137. — Non semper tenetur ad restitutionem qui scit aut timet nomine suo vel gratia sui damnum inferendum, et tamen non impedit, cum facile possit. 1137

JUBILÆUS dicitur annus quo indulgentia conceditur, jubilæum vero ipsa indulgentia, XVIII, 627. — Jubilæum novæ legis definiri potest: *Remissio totius pœnæ temporalis peccatis debitæ in foro Dei, extra sacramentum cum singularibus privilegiis concessa per applicationem satisfactionum Christi in communi Ecclesiæ thesauro contentarum.* Brevius: Indulgentia plenaria cum privilegiis annexis sub certis conditionibus concessa, 627. — Jubilæum dividitur, 1° in Romanum, Compostellanum, et extraordinarium. — Romanum illud est quod Romæ per totum annum sanctum, singulis 25 annis hodie recurrentem celebratur, 628. — Dividitur, 2° in jubilæum simpliciter dictum, et jubilæum ad instar, 629. — Soli papæ competit facultas concedendi jubilæum, 629. — Qui fuerit jubilæi institutor, 630. — De his qui jubilæi lucrandi capaces sunt. Is solus est capax, 1° qui viator est; 2° compos rationis; 3° fidelis et baptizatus; 4° liber ab excommunicatione, saltem majori, 631. — Quinam Romanum, seu anni sancti jubilæum lucrari valeant. — Quid sanctimonialium vel eremitarum nomine intelligendum veniat, 631. — Quid carceratorum vel infirmorum nomine intelligendum sit, 632. — Regularibus qui, nisi obesset infirmitas, apostolorum limina essent invisuri, opera pia ad lucrandum jubilæum ab ordinariis locorum vel ab eorum superioribus injungenda sunt. — Peregrini qui transeunt per diœcesim vel civitatem, cui apertum est jubilæum, illud lucrari possunt, 633. — An qui in diœcesi sua jubilæum lucratus est, illud denuo in alia lucrari possit, 635. — An viatores ab itinere reversi Jubilæum lucrari possint, et quandiu, 635. — Ad jubilæi consecutionem sufficit intentio habitualis vel interpretativa, 636. — An possit quis jubilæi indulgentiam alii seu vivo seu defuncto applicare, 636. — An jubilæum ante lucrifieri valeat, quam fuerit promulgatum, ab episcopo, 637. — An fidelibus incumbat obligatio lucrandi jubilæum, 637. — An qui præscripta opera præstant, omnes ex æquo jubilæi gratiæ participes sint, 637. — De operibus ad lucrandum jubilæum requisitis, 638. — An ad lucrandum jubilæum debeant omnia opera perfici in una hebdomada? Auctor affirmanti sententiæ adhæret, XXII, 1048 *in nota*. — Confessio semper requiritur in eo qui peccati mortalis reus est, XVIII, 639. — Num necessaria sit etiam venialium confessio, 640. — Confessio vera quæ ad absolutionem valere possit requiritur, 641. — Nihil interest an præcedat confessio, an interponatur, an fiat in fine, 642, 643. — An in omni jubilæo necessaria sit communio. Alii negant, alii affirmant, 644. — An sufficiat communio solum informis, non autem formaliter sacrilega. Distinguendum, 644. — Pueris nondum ad sacram communionem admissis hæc in aliud opus commutanda est, 645. — Communio peragenda est tempore per diploma præscripto, 645. — De visitatione ecclesiarum. — Qui unicæ visitationi defuerit, minime lucratur indulgentiam, 645. — Omnes eadem die Ecclesiæ designatæ invisendæ sunt, sententia communior. — Quæ ecclesiæ visitatio requiratur, 646. — An satis sit extra fores ecclesiæ precari, 523 et seq., 646. — Qualis esse debeat oratio, an expresse finem intendens, an vocalis, et quanta, 646. — Episcopus stationes præscriptas ad unam reducere potest. — Potest et debet confessariis largiri facultatem reducendi stationes ad minorem numerum justis de causis, 647. — Diruta fortuito casu Ecclesia designata, aliam episcopus designat. 647

Eleemosyna spiritualis non sufficit, cum bulla jubilæi præcipit eleemosynam, 648. — An sufficiat eleemosyna quælibet, etiam modicissima. — An ipsi pauperes et religiosi stipem erogare teneantur, 648, 649. — Eleemosyna hæc non in simplici tantum pecuniæ alicujus traditione consistit, 649. — An jubilæi particeps sit ille cujus eleemosyna famulo commissa vel distributa non fuit, vel non nisi post elapsum jubilæi tempus, 649 et seq. — Opinio negans verior videtur, 650. — Cum eleemosyna pro alio erogatur, necesse est ut illud resciat, eamque donationem ratam habeat tempore jubilæi, 651. — Sufficit ut eleemosyna semel detur intra tempus præscriptum. 651

Jejunium non semper ad jubilæum lucrandum requiritur. — Non alio opus est jejunio, quam quod fidelibus ab Ecclesia certis diebus præscriptum est, 652. — Jejunium paschali tempore in eleemosynam ab episcopo commutari non potest, 652. — Sed potest in aliam diem transferri jejunium incidens in præcipuum alicujus loci festum, 653. — Omnes ad jejunium pro jubilæi consecutione tenentur, 653. — Quando jejunandum sit ob finem jubilæi, 653. — Quid juris si elapso jejuniorum tempore accedat quis ad confes-

sorium die dominica, sibique, ut jubilæum lucretur, jejunia commutari efflagitet. 634

De privilegiis jubilæi. Quod non est in bulla, non potest esse in praxi, XVIII, 634; XVII, 92. — Si contingat pontificem mori paulo post jubilæum ad causam quæ jam non subsistit, et ante cognitam ejus necem fideles a censuris aut votis absolvantur, valet absolutio vel commutatio, XVIII, 634. — Absolutio a censuris et votorum commutatio ab uno eodemque sacerdote conferri possunt; vel a pluribus quorum alter peccata, vota alter relaxet. 635

Tempore jubilæi non potest quilibet sacerdos in confessarium eligi, 636. — A quo ordinario approbatus esse debeat sacerdos jubilaris, 636. — Necessaria est approbatio ab episcopo tum confessarii, tum pœnitentis facta, 637. — Ab episcopo designatus confessarius jubilaris in tota diœcesi absolvere potest, 637. — Graviter peccat, sed valide absolvit confessarius regularis qui illimitate quidem approbatus est, sed alio laborat impedimento audiendi confessiones, 658. — An regulares vi jubilæi confessarium extra religionem possint eligere, 658. — Tutior est opinio negans, 659. — A quo approbatus esse debeat sacerdos apud quem confiteri vult regularis ex jubilæi gratia, 659. — An moniales eligere possint quemcumque sacerdotem ab ordinario approbatum, 660. — Parochus et quicumque pastorale beneficium habet, in confessionem jubilæi eligi potest. 662

Potestas absolvendi a censuris ad omnes omnino censuras et casus reservatos se extendit, 662 et seq. — Tempore jubilæi possunt sacerdotes omnes, modo tamen ab ordinariis approbati sint, absolvere in foro pœnitentiæ a censuris papæ reservatis, XVII, 91. — Qui nominatim percussus est censura, virtute jubilæi absolvi potest intra præscriptum tempus, cum bulla sancitum est ut absolvi possit, XVIII, 665. — Confessarius jubilaris extra tribunal nec peccati, nec censuræ reservationem auferre potest. Imo ut tutius tenendum est eum non posse a censuris prius quam a peccatis absolvere, 667. — A reservatis absolvi potest qui in ea ex spe jubilæi incidit, 667. — A reservatis absolvi potest qui ea post jubilæi promulgationem commisit, 668. — In praxi tenendum est eum qui semel a reservatis absolutus jubilæum lucratus est, a reservatis altera vice absolvi non posse, 668. — Ille cui dilatum est jubilæum, quia actu indulgentiæ incapax foret, a reservatis commissis post finitum jubilæi tempus absolvi potest, 668. — Qui jam a reservatis absolutus fuit et denuo in reservatum incidit, ab eo absolvi potest et debet, si nondum indulgentiam lucratus est, 669. — Qui reservati peccati oblitus est in confessione sua ab eodem post jubilæum lucratum a quocumque confessario absolvi potest, 669. — An a reservatis inculpate oblitis absolvi possit, qui vel sacrilegam confessionem facit in jubilæo, vel post, validum jubilæum sua culpa non lucratus est, 670. — Num peccat qui virtute jubilæi a reservatis absolutus, opera injuncta subinde non implet, 671. — Jubilaris confessarius ab irregularitatibus dispensare non valet, 672. — Confessarius tempore jubilæi non potest criminis sui socium absolvere, ubi id per statutum loci prohibetur. Hæc opinio sanior et longe certior, 673. — Cum quis sacrilege in jubilæo confessus fuerit, reservatio non aufertur, XXII, 1046. — An per confessionem invalidam in jubilæo absolvantur censuræ reservatæ, et auferatur reservatio peccatorum, 1049, in nota.

In omnibus jubilæis non datur facultas commutandi vota, XVIII, 673. — A confessario jubilari commutari possunt vota omnia quæ per jubilæi bullam non excipiuntur, 674. — Commutari non possunt vota juramento confirmata. Hæc opinio tutior et probabilior, 674. — Votum emissum primario in honorem Dei, secundario autem in proximi utilitatem jam acceptatum, non potest commutari. Opinio tutior, 675. — Voti commutationem petere potest qui vovit se eam non esse petiturum, 675. — Voti commutatio fieri potest in aliquid pœnitenti suavius, sed non in aliquid moraliter minus, 675. — Ad voti commutationem in jubilæis requiritur causa, 675. — Confessarius pœnitenti commutationem voti legitima de causa petenti acquiescere tenetur, 676. — Vota solum in confessione et a confessore ad id electo commutari possunt. 676

An commutatio voti necessario intra tempus jubilæi fieri debeat, 677. — Confessarius jubilæus commutare potest omnia religionis et castitatis vota papæ non reservata, et ab episcopo ex ordinaria ipsius potestate dispensabilia, 679 et seq. — Commutare non potest simplex castitatis votum, cujus post emissionem vovens contraxit matrimonium, 679, 681. — Qui durante jubilæo obtinuit voti commutationem, novam ejus post jubilæum commutationem obtinere potest, 681. — An valeat commutatio facta et qui postmodo vel sine culpa, vel ex culpa, jubilæum lucratus non est. Affirmant alii, alii verius negant, 681. — Ille cui ab habente potestatem commutatum est votum papæ reservatum in materiam eidem non reservatam, materiæ hujus subrogatæ commutationem in jubilæo obtinere potest, 682. — De suspensione indulgentiarum per jubilæum anni sancti, 683. — Non omnes indulgentiæ suspenduntur, 683. — An eodem anno suspendantur etiam indulgentiæ partiales, 684. — Quæ partiales indulgentiæ a suspensione hac præservatæ sint, 685. — Suspenduntur etiam indulgentiæ ad septennium vel aliud definitum tempus concessæ, 685. — Non acquiritur indulgentia ab iis qui hujus suspensionem ignorant, 686. — Quid incurrant pœnæ qui suspensas indulgentias promulgare vel in usum demandare præsumunt, 688. — An durante jubilæi anno suspendantur facultates a papa regularibus concessæ, 686 et seq. — Quando incipiat aut desinat hæc indulgentiarum aut facultatum suspensio. 690

De difficultatibus circa facultates jubilæi. Annotantur sancita a Benedicto XIV, XXII, 1040 et seq., in nota. — *Vid.* Bulla, XXV, 407 et seq. — Quinam erat annus jubilæus apud Hebræos, XXVI, 107. — Unde nomen annus jubilæus sortitus est, 108. — Quare Deus annum jubilæum instituit. 108

Judæi nomen hoc adepti a Juda patriarchæ Jacob filio, dicti sunt etiam Hebræi ab Heber, V, 24. — In plures sectas divisi sunt, ac præcipue quatuor: Samaritanorum, Sadducæorum, Pharisæorum et Essenorum, 24. — Aliæ sectæ minus celebres, 26. — Capitalis et communis Judæorum error est, quod negent Messiam jam venisse. 27

De notis divinæ originis in œconomia Mosaica conspicuis, II, 773 et seq. — Theocratica reipublicæ judaicæ constitutio sancta præmiis et pœnis temporalibus a Deo retribuendis, non hominem, sed Deum habuit inventorem. Primo, multum recessit Moyses ab Ægyptiorum exemplis et a scientiæ politicæ præceptis, dum primam causam patronum Judæorum pronuntiavit, 781. — Secundo, alienum valde erat a politica prudentia et a praxi legislatorum, omnem e republica tollere potestatem legislativam et leges sancire ex divina auctoritate immutabiles, 784. — Tertio, divinæ opis promissio divinam habuit originem, 785. — Multa Moyses præcepit a prudentia humana abhorrentia, 785 et seq. — Solvitur objectio prima. Ægyptios Hebræi non imitati sunt, 788. — Objectio secunda, 789. — Primo, fœdus a Deo cum Israelitis initum non pugnat cum divinis attributis, 790. — Secundo, non falsas et pravas de divina natura opiniones animis suorum Moyses insevit, 792. — Tertio, Judæos Moyses non docuit in legibus suis odio alios habere, sed e contrario complecti benevolentia, 793. — Judæorum electio omnibus gentibus utilis fuit, 791, 792. — De legum Mosaicarum finibus et sapientissima institutione, 794. — In lege Judaica triplicis generis præcepta sunt, alia moralia, alia civilia, alia ritualia, 794, 795. — Duplex finis legis Mosaicæ, unus veræ religionis conservatio; alter, repræsentatio rerum evangelicarum in imagine, 795. — De moralibus legis Mosaicæ præceptis, 795. — Lex moralis contenta Decalogo cæterisque Pentateuchi partibus est in omnibus legi naturæ consentiens: imo omnia continet ad religionem et mores recte instituendos necessaria præcepta: atque in hac parte multum superat omnes alias legum naturalium complexiones, sive a legislatoribus, sive a philosophis olim confectas, 796. — Erga homines justitiam et charitatem commendat, 797. — Unicuique erga seipsum officia, sive ad animi culturam, sive ad corporis cultum præscribit, 798. — De permissione divortii et fœnoris. 799

De voto et anathemate, 800-804, in notis. — Objectio. Arguitur crudelitatis lex Mosaica, 799 et seq. — Solvitur: primo, lex levitica humana sacrificia non permittebat, 803. — De duplici anathemate, 803, 803. — Secundo, ex exemplis in objectione laudatis nullam habet confirmationem contraria sententia, 803 et seq. — De præceptis moralibus legis Mosaicæ, XV, 39. — Omnia præcepta legis naturæ et omnia præcepta moralia veteris legis in Decalogo continentur vel ad illum revocantur, 41. — Tria præcepta ad primam tabulam, septem ad alteram pertinent, 42. — Tota lex in duobus præceptis est, in dilectione Dei et in dilectione proximi, 44 et seq.

De legibus cæremonialibus, II, 809. — Israelitæ tempore Moysis fuerant idololatriæ et superstitionibus ethnicis addictissimi, 812. — Post mortem Moysis superstitionibus veterum dominorum addicti permansere, 813. — Lex cæremonialis ad veræ religionis præsidium, depellendamque idololatriæ partem, quæ animos etiam Hebræorum infecerat, inventa et lata est. Probatur. 1° Scriptura sacra, 816. — Probatur 2° auctoritate SS. Patrum, 817. — 3° Eamdem doctrinam tradidere etiam ex Judæis multi, 818. — 4° Ratio varia argumenta suppeditat, 818 et seq. — Lex

1252 et seq. — Tria requiruntur in judice ad munus suum rite obeundum. — Primum auctoritas et potestas in personas et res de quibus judicat. Secundum, ut conformiter ad leges et juxta allegata et probata judicet. Tertium, ut juridice procedat, XIV, 1134-894. — Quæ potestas requiratur ad judicandum, 1134-894. — Potestas et auctoritas legitima est vel ordinaria vel delegata, 1135-895. — Quatuor modis potest quis habere potestatem judicandi aliquem, XVI, 1252. — Qui revera non est judex potest interdum valide proferre sententiam, XIV, 1136-896. — In judice necessaria est scientia et peritia legum, qua officio suo recte fungi valeat, 1137-897. XVI, 1252. — Judex ex imperitia male judicans tenetur compensare totum damnum, 1252. Idem dicendum, si judex aut negligens in cognoscenda vel decidenda causa fuit, aut iniquus, 1254. — De forma juris quam judex servare debet judicando, XIV, 1137-897. — Triplex modus procedendi vulgo assignatur: scilicet denuntiatio, inquisitio, accusatio, 1139. 1140. 1143-898. 899. 903. — Judex non potest pœnam in lege taxatam remittere, nec a cliente aliquid titulo stipendii recipere, 1143 et seq.-903. — Peccat judex vel accipiens aliquid in pretium præter id quod lege aut consuetudine taxatum est, vel negando seu differendo justitiam, 1147-904. — Non licet judici munera accipere pro ferenda sententia sive justa, sive injusta, XVI, 1253. — Quando jus non est clarum, tenetur judex ferre sententiam secundum opinionem certo probabiliorem in quæstione tum juris, tum facti, 1253. — In causis vero criminalibus, in dubio debet reo favere, 1154. — Judex non potest capite condemnare eum quem certo novit innocentem, si per testes legitime probetur reus, 1254. — Idem dicendum de mutilatione, 1254. — Verior tamen videtur sententia contraria ita se habens: Tenetur judex judicare secundum allegata testimonia, ut persona publica quæ sequi debet scientiam publicam. In causis civilibus et in iis in quibus agitur solum de pœnis pecuniariis, ex communi sententia, judex potest judicare secundum allegata et probata, 1255. — In utrisque causis tenetur omni industria curare, ut veritas detegatur, 1255. — Peccat et tenetur ad restitutionem judex, qui reum condemnat ex cognitione injuste extorta, 1255. — Quid judici servandum circa inquisitionem, 1256. 1257. — Quænam requiruntur ad subjiciendum torturæ reum, 1257. — Ad quid tenetur judex circa pœnæ impositionem, 1258. — Sententia judicis justa semper per se obligat in conscientia, 1257. — Sententia certo injusta per se non semper obligat, 1258. — Sententia injusta servanda est, quantum requiritur ad vitandum scandalum, perturbationem, ut incommoda graviora, 1258. — De muneribus judici a litigantibus oblatis. 215

De interrogationibus faciendis judici in sacro tribunali XXII, 1021

Judex controversiarum necessario admittendus est, I, 1046. 1259 et seq. 1404 et seq.-1109. — De judice controversiarum juxta catholicos et protestantes, V, 940. — Protestantes distinguunt tria genera judiciorum: circa scripturarum interpretationem; primum est discretionis, quod unicuique competit ad discernendos Spiritus, etc.; secundum est auctoritatis definitivæ et supremæ, quod soli competit Spiritui Sancto; tertium est mixtum ex discretione et auctoritate non suprema, cui fideles se voluntarie submittunt, 940. — Constat ex praxi catholicorum et protestantium controversias religionis terminari per synodos et concilia, et hæc proponere sensum Sacræ Scripturæ a subditis suis acceptandum, 941. — In omni bene instituta republica lex et legis judex distinguitur, 941. — Maximi momenti est quæstio de judice controversiarum, IV, 55. — De systemate Enthusiastarum, 56. — Refellitur, 85. — Solvuntur quæ objiciuntur ab Enthusiastis. 227

De systemate Socinianorum, 58. — Refellitur, 87 et seq. — Prima classis Socinianorum, 88. — Secunda classis, 91. — Solvuntur quæ objiciuntur a Socinianis. 208, 222

De systemate Baylii, 58. — Solvuntur quæ a Baylio objiciuntur. 223

De systemate protestantium, 59 et seq. — Docent primo, sive lutherani, sive calvinistæ, scripturam sacram solam esse inconcussam regulam, solum controversiarum judicem. Docent secundo scripturis aperte contineri omnia, tum credita, tum facta necessaria. Docent tertio nullam esse in terris constitutam auctoritatem, nullum ministerium, cui in canonicitate genuinoque sensu scripturarum inquirendis internum et absolutum debeatur obsequium, 59. — Docent privatum spiritum solum esse interpretem, cui ab omnibus quibus aspirat, omnino parendum sit, 60. — Refellitur systema protestantium, 97. — Primo, arcta necessitudine conjungitur cum sociniano systemate protestantium methodus, 97. — Secundo, in systemate protestantium certo constare non potest de canonicitate scripturarum, 98. — Tertio, in systemate protestantium vis non suppetit indubitanter dijudicandi scripturarum genuini sensus, 100. — Ipsa scriptura non est nobis regula credendi. — Primo, quia per hanc regulam non possumus judicare de ipsamet scriptura, III, 852. — Secundo, illa non est credendi regula, quæ contrariis dogmatibus æque accommodatur, 853. — Tertio, non sufficit regula quæ ita fert sententiam ut non possit liquido constare utrique parti, utri faveat, 853. — Quarto, quod non sufficiat ista credendi regula, indicat ipsa experientia. 854

Nunc eo ventum est, ut cum se quisque hanc regulam sequi, et ea uti putat, tot pene sint hæreses, quot hæretici, 854. — Scriptura sacra nusquam homines privatos in dubiis fidei ad scrutandas scripturas remittit, sed ad Ecclesiam et eos qui in Ecclesia præsident, 856. — Quarto, immerito profitentur protestantes credenda omnia et servanda scripturis contineri. IV, 102 et seq.

Traditionibus inhærendum est, 103, 104. — Quinto, privato examine non potest id quod est caput controversiarum dijudicari, 105. — Sexto, sua protestantes agendi ratione, suo ipsi derogant systemati, 106. — Solvuntur quæ a protestantibus objiciuntur. Objectio prima. Ex verbis S. Jacobi, 108. — Objectio secunda. — Ex verbis Isaiæ, Jeremiæ, Joannis, 110. — Objectio tertia. Ex Actibus apostolorum, 112 et seq. — Objectio quarta. Ex verbis S. Pauli, S. Aug., S. Chrysostomi, 116 et seq. — Objectio quinta. Scripturis et traditione, 124. — Objectio sexta. Ex eo quod Ecclesia a seipsa vim suam mutuaretur, 128. — Objectio desumpta ex actu fidei prudenter a rudibus etiam et illitteratis eliciendo. 129-145

Rudes et imperiti compertum habent, primo via auctoritatis dirimendas esse de rebus fidei controversias, 130. — Secundo, qua in societate præsto sit illa auctoritas, 132. — Tertio, improbari non potest usitata apud Ecclesiam docendi methodus, 134. — Quinque accurate animadvertenda, 133. — Organum fidei universale est ipsa catholica Ecclesia. — Organum fidei particulare multiplex est: aliquando a parentibus, aliquando a parochis aliisve Ecclesiæ ministris erudiuntur Ecclesiæ alumni, 135 et seq. — Objectio ducta ex statu Ecclesiæ prioribus mundi sæculis. — Tunc accepta primis a patriarchis traditione dirigebantur fideles, quam docebant sive parentes, sive constituti variis in civitatibus ad religionis munia sacerdotes, ita ut illis quoque temporibus adhiberetur auctoritatis via rebus religionis, 143. — Eadem semper fuit Ecclesia quoad substantiam, 143. — De visibili in spiritualibus auctoritate sub lege mosaica, audiatur P. Rozaven, 146, 183. — Objectio desumpta ex auctoritate qua etiam post adventum Christi valebat apud Judæos synagoga, 185. — Semper fuit auctoritate visibilis et docens, cui fides adhibenda erat. Ante Christum valebat synagoga. Deficiente synagoga, venit Christus qui suam Ecclesiam constituit, 186 et seq. — Objectio desumpta ex auctoritate Ecclesiæ Græcæ suos apud alumnos. In rebus fidei, non qualiscumque societatis christianæ judiciis, sed auctoritati ac decretis veræ Ecclesiæ adhærendum est, 193, 199. — Objectio desumpta ex vitioso qui Romanæ Ecclesiæ institutionibus exprobratur, circulo, 200. — A petitione principii, a vitioso circulo longe discriminatur catholicorum methodus, 200. — Ecclesia scripturæ, scriptura Ecclesiæ testimonium perhibet. Mutui simul et aptissimi testimonii insignia nobis suppetunt exempla, 201. — Solvitur objectio ex eo desumpta quod ipsi romanæ Ecclesiæ alumni tenerentur dubitare de ipsius auctoritate ac dogmatibus, 203. — Objectio ultima ex diversis conflata. 205

Exponitur catholica de judice controversiarum sententia, IV, 62. — A verbo Dei distinguuntur judicia Ecclesiæ, utpote probata non inspirante, sed assistente Spiritu veritatis, 62. — Deus privatis hominibus impertiri potest speciale donum interpretationis, 62. — Propositio fundamentalis: Ecclesiæ auctoritate dirimendæ sunt spectantes ad religionem controversiæ, 63, 84. — Quibus de causis obsequendum est Ecclesiæ judicanti, 117. — Oportet ut supremus controversiarum judex sit publicus et aditu facilis; ut pronuntiando sibi constet, non multiplex, non instabilis, ut vim habeat suo modo coercitivam, et proposito fini accommodatam, 68, 69. — Quæ conditiones in privatum non conveniunt. 69, 70

Utrum in ipso populo, utrum in principe sæculari, resideat jus ac potestas dijudicandi causas religionis, 228. — Populo christiano nec competit jus et auctoritas judicandi controversias de fide ac moribus, nec ab ejus testimonio vel assensu pendent pastorum Ecclesiæ judicia, 228 et seq. — Objectiones, 232. — Pro judice controversiarum haberi non potest in causis religionis princeps sæcularis, 236. — *Argumentum primum.* Distinctæ sunt ac diversæ temporalis ac spiritualis potestas, 237. — *Argumentum secundum.* Consistere non posset Ecclesia Christi sine sua

toritate docendis fidelibus et servando fidei deposito necessaria, 238. — *Argumentum tertium.* Ex constanti et perpetua Ecclesiæ praxi, 238. — *Argumentum quartum.* Se non esse judices in causis fidei ultro professi sunt religiosi principes, 239. — Qui jus illud invadere attentaverunt vehementer improbati sunt, et si quando de iisdem causis principes nonnulli decernere aggressi sint, vehementer reclamavit Ecclesia, 241. — *Argumentum quintum.* Plura complectitur theologica principia, 242. — Objectio ex scriptura, 242. — Objectio ex S. Aug., 246. — Objectio ex jure naturali, 247. — Consectarium maximi momenti ad notitiam veræ Ecclesiæ ex præcedenti quæstione deductum, 248. — Solis apostolis et eorum successoribus contulit Christus auctoritatem judicandi in causis fidei. 585, 593

Judicare de schismate aliud est, aliud de schismatico, VI, 1177. — Non est defectus charitatis quod catholici de protestantibus judicant. 1177

Judicium dogmaticum recte definitur : judicium de rebus a Deo revelatis aut cum iis certo connexis, IV, 615. — Jure formabile est et universale, 616. — Aliæ definitiones, I, 1411-1413. — Exigit internum et absolutum mentis assensum, 1411-1413. — Discrimen est inter judicium dogmaticum et regulam fidei stricte sumptam, 1412-1413. — Quinque sunt dogmatici Ecclesiæ judicii præcipui ac essentiales characteres, 1416, 1416-1417. — Judicii dogmatici a disciplinæ lege discrimen ex quinque potissimum capitibus repetitur. 1418-1418

Judicium Dei multiplex in scripturis declaratur, unum discretionis, aliud damnationis, VI, 272. — Rursus judicium aliud occultum quod in hac vita peragitur; aliud manifestum quod post mortem fiet, 272, 273. — Per judicium manifestum intelligitur sententia Dei decernentis unicuique præmium vel pœnam secundum merita vel demerita, VII, 1589. — Judicium manifestum aliud particulare et privatum quod fit post unius cujusque hominis mortem, VI, 273, 1065; VII, 1589. — Aliud generale erit, cum uno die, uno in loco, omnes simul homines ad tribunal summi judicis stabunt, 273. — Novissimi judicii tempus ignotum. Signa illud præcedentia, 274, 275; VII, 1592, 1595. — Quo sensu Christus dicat se nescire diem illum, 1592. — Generalis judicii causa prima est, quia post hominum mortem interdum superstites sunt filii vel discipuli exemplorum propagatores; quibus ipsorum mortuorum præmia et pœnas augeri necesse est, VI, 276. — Secunda est, quod plurium fama sæpe læditur, impii vero innocentia laude commendatur, 276. — Ut occulta omnia omnibus manifestentur, ad salutem quidem justorum, ad confusionem autem reproborum, VII, 1590. — Tertia ratio est, quod sancti et reprobi homines, quæcumque in vita egerunt, non sine corporibus egerint; unde bona et mala opera ad corpora etiam pertinent, velut ad instrumenta, VI, 277. — Ut totus homo judicetur; nam ad opera tam bona quam mala corpus fuit animæ instrumentum, VII, 1590. — Quarta ratio ex divina providentia, sapientia et justitia petitur, quas vindicari palam in omnium hominum conventu ac laudari decet, 277. — Quinta est ut illius metu peccatores ad meliorem frugem revocentur, pii vero ejus expectatione recreentur, nec in adversis rebus deficiant, 270. — Sexta ut Christus qui olim judicatus fuit injuste, clarificetur cum majestate judicans totum genus humanum, VII, 1590.— Christus Dominus ut homo judicabit. Judicis dotes, VI, 280 et seq., 1068. — Post corporum nostrorum resurrectionem instituetur a Christo universale omnium judicium, VII, 1573, 1590, 1591. — Difficultates, 1574 et seq. — Ultima sententia, VI, 283. — Consectarium ad mores informandos, 283, 284. — In ultimo judicio unusquisque videbit omnia opera sua et omnia opera aliorum, VII, 1590. — Peccata remissa etiam manifestabuntur, 1591.—Judicium discussionis erit mentale. Omnes comparebunt in judicio et judicabuntur. Angeli etiam judicabuntur, 1591. — Tres modi quibus aliqui alios judicare dicuntur : 1° comparative ; 2° interpretative ; 3° speciali modo, 1592.— Verisimiliter judicium universale in valle Josaphat instituetur. 1592

Judicium est firmus ac determinatus assensus in unam partem sine hæsitatione et formidine, XIV, 1099-866. — Judicium temerarium est certa, determinata et definitiva sententia de intentione mala proximi, sine sufficienti certitudine et ex levibus indiciis procedens, cui nulla hæsitatio aut dubitatio admiscetur, 1099-866; XV, 987. — Quadruplex est judicii temerarii gradus; nempe dubitatio, suspicio, opinio et judicium, 987. — Ad constituendum judicium temerarium lethale, tria hæc requiruntur et sufficiunt : primo quod judicans firmiter adhæreat sententiæ definitivæ de malo proximi. Secundo, quod oriatur ex levibus indiciis. Tertio, est malum quod de proximo judicat sit grave, illi injuriosum ac infame, XIV, 1099 867. — Judicium temerarium quoties est notabiliter temerarium vere voluntarium et in materia gravi est peccatum mortale contra justitiam et charitatem, 1100 et seq.-867; XV, 987 et seq. — Dubitatio est hæsitatio mentis non magis uni parti quam alteri adhærentis. Suspicio est inclinatio mentis ad assentiendum uni parti potius quam alteri, 987, XIV, 1097-866. — Opinio est verus assensus seu determinatum judicium de veritate unius partis, sed non ita firmum ut excludat omnem errandi formidinem de contrario, XV, 987. — Hæc omnia sunt peccata contra justitiam, non tamen ejusdem gravitatis ac judicia temeraria, 989. — Opinio temeraria quando adest sufficiens temeritas, voluntarietas et materiæ gravitas est peccatum mortale, 989. — Suspiciones et dubitationes temerariæ, etiam in materia gravi, ordinarie non sunt peccata mortalia, 989, XIV, 1102 et seq.-869. —Opiniones, suspiciones et dubitationes sunt peccatum mortale genere suo, in individuo autem tale erit si occurrant conditiones communiter assignatæ, scilicet actus plene deliberatus, materia gravis, vera et injuriosa temeritas defectu motivorum, 1105 *in nota*.-871. — Dubia in meliorem partem interpretanda sunt quando agitur de bonitate vel malitia personarum, 1106-872. — Quilibet potest de actionibus proximi dubiis suum judicium suspendere totumque Deo committere, 1106, 1107-873; XV, 990. — Si tamen judicare velimus, aut si suspensio nostri judicii proximo nocitura sit, debemus actiones dubias in meliorem partem interpretari, 990. — Aliquando tamen licitum est malum opinari de proximo per quamdam suppositionem, 990, XIV, 1106-872; XXII, 1313. — De remediis contra dubitationes, suspiciones et judicia temeraria injuriosa proximo. Prænotamina, 1311. — Non omne judicium de gravi malo proximi est temerarium, quia potest fieri quod indicia sint sufficientia, 1312.— Materia gravis in hoc negotio est omne peccatum mortale per se loquendo, 1312. — Ut judicium temerarium sit peccatum mortale non requiritur actualis advertentia, 1312. — Causæ ex quibus nascuntur judicia temeraria, 1313, 1314; XIV, 1102-869. — Assignantur remedia, XXII, 1315 et seq.—Qualis unusquisque erit, tale etiam judicium proferet. Ut palatum sanum recte de saporibus judicat; sic vir bonus et justus bonum a malo et rectum a pravo egregie discernit, I, 572-449, 450. — Ut judicium sit actus justitiæ tria requiruntur. Primo, ut procedat ex inclinatione justitiæ; secundo, ex auctoritate præsidentis; tertio, ut proferatur secundum rectam rationem prudentiæ. XIV, 1134-894

Judicium dicitur speculativum quod est circa propositionem universalem; practicum dicitur quod versatur circa propositionem particularem de actione hic et nunc licite exercenda vel omittenda, vel ut alii subdistinguunt, dicitur practice practicum. XI, 181

Juramentum est invocatio Dei in testem ad confirmationem alicujus rei, XIV, 161, 164-128, 131. — Est actus latriæ et religionis, 159 — Juramentum est invocatio divini numinis ad fidem faciendam seu promissionem firmandam, vel generatim, in confirmationem veritatis, XVIII, 1186. — Juramento invocatur Deus ut, tanquam testis infallibilis veritatis, confirmet id quod jure jurando affirmatur. Juramentum non est nisi Deus tacite vel expresse invocetur in testem, XIV, 160 et seq.-128. — Juramentum non potest esse vinculum iniquitatis, XVI, 480. — Regulæ circa juramentum. Prima regula est ut testimonium divinum expresse aut tacite adhibeatur ad confirmationem alicujus dicti vel facti. Secunda est ut semper habeatur ratio intentionis et animi interioris jurantis, XIV, 162-130. — Tertia regula est quod ad essentiam juramenti non est necessarium istud verbum *juro*, 163-130. — Quarta regula est quod ista verba : *Coram Deo loquor*, vel, *Deus scit*, et hujus modi possunt dupliciter intelligi : invocative, et tunc habent rationem juramenti, et pure enuntiative, et tunc non est juramentum, 163-130. — Quinta regula : juramentum est quoties aliqua fidei veritas adducitur in testimonium comparando illi aliam veritatem, 163-131. — Juramentum dividitur, 1° ex parte formæ, in contestatorium, quo Deus simpliciter vocatur in testem, et execratorium, quo insuper Deus invocatur in vindicem. 2° Ratione materiæ in assertorium, quo asseritur aliquid ; promissorium, quo promittitur aliquid futurum ; comminatorium quo juratur pœna alicui inferenda. 3° Ratione circumstantiarum aliud est judiciale, aliud extra judiciale, aliud simplex, aliud solemne quod fit cum certa quadam solemnitate. 4° Ratione modi dividitur, in tacitum, expressum, absolutum, conditionatum. XVIII, 1186; XIV, 164-131; XVI, 575

Ex parte modi proferendi aliud fit per simplicem contestationem ; aliud fit per execrationem et dicitur execratorium, seu de malo inferendo a Deo, XIV, 164, 171-131, 136. — Aliud est communicatorium seu de malo inferendo ab ipso jurante. 171-13

Licitum est juramentum, XIV, 164 et seq.-131. — Ut licitum sit juramentum debet fieri cum judicio, cum veritate et cum justitia, VI, 860 ; XVIII, 1284. — Ut juramentum sit licitum et actus virtutis ac religionis tres circumstantiæ requiruntur jure divino et naturali : judicium seu discretio ex parte jurantis ; justitia ex parte causæ ; veritas ex parte rei, XIV, 166-133. — Veritas in actu jurantis ; justitia in objecto juramenti ; judicium motivo jurandi, XVIII, 1166, 1167. — Judicio caret juramentum incautum ; veritate juramentum mendax ; justitia juramentum iniquum, sive illicitum, XIV, 166, 167-133. — De judicio requisito et prudentia, 167-133. — De justitia, 168-134. — De veritate, 168-134. — Juramentum promissorium duplicem veritatem exigit, unam de præsenti quando fit, alteram de futuro. 169-135

An semper committat peccatum mortale qui rem juratam parvam sine causa non implet, vel ex parvitate materiæ excusetur, sub lite est, XIV, 170-135. — An ratione vitiosæ consuetudinis indeliberata juramenta culpa non vacent, 172 et seq.-138. — Juramentum rite factum habet vim obligandi, 174-139. — Juramentum promissorium dolosum semper est peccatum mortale, et probabilius semper obligat in conscientia, 174 et seq.-139. — Juramentum coacte per metum et vim elicitum, obligat in conscientia, si sit de re licita et honesta, 176-140. — Possunt tamen qui juraverant repetere in judicio quod solverunt, vel prælato denuntiare, vel ab eo relaxationem juramenti obtinere, 177-141, XVI, 570. — Quid de juramento coacto, VI, 860. — Juramentum promissorium metu extortum proxime cadit in animum et assertionem de futuro, quod satis est ut sit obligatorium. An invalida sit promissio. XVIII, 1180

In juramento verbis amphibologicis et æquivocationibus uti non licet, XIV, 178-142. — An juramentum promissorium in rebus prohibitis obliget in conscientia, 180 et seq.-143. — An et quomodo obliget juramentum non lædendi, 181-147. — An obligatio juramenti transmittatur ad hæredes jurantis ? 184 et seq.-147. — Major est obligatio voti promissorii, quam juramenti, 185-148. — Quomodo obliget juramentum promissorium in favorem tertii vere et ex animo factum, ac promissione acceptata. 186-149

De irritatione et dispensatione juramenti, XIV, 187 et seq.-150. — Summus pontifex in omni juramento, cessante damno tertiæ personæ, ex causa rationabili dispensare potest, 191-152. — Quomodo juramentum sit dissolubile, VI, 861. — Legislator sæcularis juramenta jam facta potest irritare indirecte, seu obligationem nomine promissarii cui facta est promissio jurata, remittere, XVI, 487. — De personis quibus non competit jurare, et de aliis rebus ad completam juramenti notitiam spectantibus, XIV, 192-153. — Juramentum potest præstari per nuntium aut procuratorem, 193-154. — An juramentum exigi possit ab eo qui creditur pejeraturus ? 194-155. — Ut juramentum obliget necessario non requiritur ut jurans habeat actualem et expressam voluntatem se obligandi, 195-155. — Quatuor conditiones ex jure communi requiruntur in omni juramento promissorio simpliciter facto, ut obliget 195 et seq.-156. — In juramento promissorio et comminatorio involvitur aliqua promissio homini facta. 197 et seq.-157

Quænam pœnæ contra perjuros statuantur ? 197-157. — Quandonam valeat juramentum contractui invalido appositum, XVI, 575. — Quandonam juramento firmetur contractus invalidus, 576, 577. — Casus exponuntur in quibus juramentum contractus non confirmat, XIV, 182-145. — Qui infringit contractum validum valido juramento confirmatum obligationem tum justitiæ, tum religionis transgreditur, et duplicis peccati reus est, XVI, 578. — Juramentum falsum est casus reservatus. Quandonam incurratur reservatio, XVIII, 1284 et seq. — Du serment sur l'Eucharistie, XX, 505. — Juramentum æquivoce potest præstari, etc., etc. XXV, 317 et seq.

Jurare est Deum in testem assumere pro confirmatione alicujus rei, XIV, 160-128. — Licitum est jurare per creaturas, quatenus in eis relucet divina veritas, 161-128, 129. — Jurare est actus latriæ et religionis. 159-127

Lex naturalis pro fundamento docet Deum esse ens primum et necessarium per se existens, et a nulla sui causa dependens. XV, 11 et seq. — Lex naturalis; primo, omnium inducit hominem ad agnitionem Dei tanquam creatoris et summi boni sui, 15. — 2° Instigat hominem ad curam privati boni sui. — 3° jubet attendere ad bonum generale societatis, 16. — Religionem suam homines ante diluvium viventes constituebant; 1° in dogmatis; 2° in officiis religiosis interni et externi cultus per amorem Dei super omnia, et dilectionem proximi ad Deum, 17. — 3° in mysteriis quibusdam. 19

Homines post diluvium ante legem mosaicam religiosum cultum exercebant, 1° sacrificiis, primitiis, decimis; 2° in officiis amandi et adorandi Deum; 3° in lege referendæ gratiæ, spe et precatione; 4° in voto ac jurejurando. 21 et seq.

Verosimile est ante legem Moysis datam fuisse hominibus legem aliquam positivam divinam, 25 et seq. — Præcepta Noachidarum, septenario numero complexa, imperfectam juris naturalis disciplinam exhibent. 26

Lex naturalis, ut in ea poterant homines salvari, includebat intrinsece præcepta fidei, spei, charitatis et pœnitentiæ, quia hæc media semper fuerunt ad salutem necessaria, et consequenter semper etiam fuerunt præcepta legis divinæ. XIII, 640-506

Lex natura sic vocatur per oppositionem ad legem scriptam. XX, 1214 *in nota.*

An lex naturalis una sit. Illa lex sumi potest vel in ordine ad puram naturam, vel in ordine ad gratiam, XII, 321-291. — Duplex distinguitur, alia simpliciter naturalis respectu hominis; alia simpliciter supernaturalis respectu hominis, quæ naturalis dici potest respectu gratiæ, 117, 118-95. — In unoquoque homine plura sunt naturalia præcepta, ex quibus componitur unum jus naturale, 322-256. — Lex naturalis est una in omnibus hominibus, et ubique, 325-257. — Est una in omni tempore, et statu humanæ naturæ, 325, 358-285, 259. — Non datur ignorantia invincibilis primorum principiorum. 324, 358-258, 285

Lex naturalis obligat in conscientia, et vim obligandi habet a lege æterna, XV, 406. — XII, 326-260. — Nulla est obligatio in conscientia quæ non sit aliquo modo effectus legis naturalis saltem mediate et remote. 329, 330-262, 265.

Utrum lex naturalis obliget non solum ad actum, sed etiam ad modum virtutis, ita ut nisi per actum omni ex parte honestum implere non possit, 332-264. — Tres conditiones requisitæ in actu morali, ut sit bonus, 333-265. — Modus voluntarie operandi sub præceptum legis naturalis cadit, et ideo necessarius est, ut lex naturalis servetur, 334-266. — Operari cum displicentia præcepti non semper est peccatum, 335, 336-267, 268. — Operari ex scientia, seu cognitione est aliquo modo necessarium ad servandum naturale præceptum, 336-268. — Lex naturalis etiam obligat ad modum virtutis, seu, ut actus sit honestus et simpliciter bonus moraliter, necesse est ut sit non solum de bono objecto quasi materiali, sed etiam formali, id est, propter honestum motivum. 338 et seq.-270

Utrum lex naturalis obliget ad modum operandi ex di

lectione Dei, vel charitate, 341-271. — Sententia affirmans probabilis non est, 343 et seq -273. — Nec ad servanda supernaturalia præcepta est in universum ac per se necessaria dilectio Dei, 346-275. — Charitas semper est de se quasi regula boni operis, licet non necesse sit, ut etiam principium vel finis ab operante intentus. 347-277

Lex naturalis non solum prohibet, sed etiam irritat aliquos actus, 348 et seq.-277. — Duæ regulæ, 350-279. — In lege naturali illud dicitur licitum quod nulla lege prohibetur. XI, 343

De legis naturalis immutabilitate, XVI, 1009; XV, 406. — Lex naturalis eadem manet præcipiens honesta, vetans turpia. Verba Ciceronis, 407. — Secundum essentiam considerata sempiterna est et immutabilis, II, 431-436. — Æterna mens est, ait Cicero, omnia ratione aut cogentis aut vetantis Dei. — Orta simul est cum mente divina, 434. — Proprie loquendo, lex naturalis per se ipsam desinere non potest vel mutari, neque in universali, neque in particulari, manente natura rationali cum usu rationis et libertatis. XII, 352 et seq -280

Utrum jus naturale mutari, vel dispensari possit per humanam potestatem? 358-283, 298. — Multis modis potest aliquid dici de jure naturali, 362-288. — Aliquid est de jure naturali dupliciter, negative et positive, 367-292. — Nulla potestas humana, etiamsi pontificia sit, potest proprium aliquod præceptum legis naturalis abrogare, nec illud proprie et in se minuere, nec in illo dispensare, 363-289. — Præcepta juris naturalis, quæ pendent in sua obligatione præceptiva, a priori consensu voluntatis humanæ, et ab efficacia illius ad aliquid agendum, possunt interdum per homines dispensari, non directe ac præcise auferendo obligationem legis naturalis, sed mediate aliqua remissione, quæ fit ex parte materiæ, 365-291. — Per jus humanum, sive gentium, sive civile, fieri potest talis mutatio in materia legis naturalis, ut ratione illius varietur etiam juris naturalis obligatio, 366-291. — Solv. objectiones, 367 et seq, 292.

Utrum Deus dispensare possit in lege naturali etiam de absoluta potestate, 373-298. — Est prima sententia, generaliter affirmans posse Deum dispensare in omnibus præceptis Decalogi, 376-299. — Secunda sententia distinguit inter præcepta primæ et secundæ tabulæ, 377-300. — Tertia opinio distinguit inter præcepta negativa et affirmativa, 381-303. — Est quarta opinio quæ absolute et simpliciter docet præcepta Decalogi esse indispensabilia, etiam per potentiam Dei absolutam, 388-305. — Quæ sententia formaliter et proprie loquendo, vera est, 384-306. — De tertio præcepto, cum sit affirmativum, certum est posse a Deo fieri, ut sæpe non obliget, quando alias secundum communem cursum rerum obligaret, 387-308.—Proprie loquendo, non potest Deus dispensare in aliquo præcepto naturali, sed mutare ejus materiam vel circumstantias, sine quibus præceptum ipsum naturale non obligat ex se et sine dispensatione, 388 et seq.-309; XV, 408. —Quoties Deus facit licitum actum, qui jure naturæ videbatur prohibitus, nunquam id facit ut purus legislator sed utendo alia potestate, et ideo non dispensat, 409. — De Puffendorfii in suis principiis inconstantia. 409

Nulla exceptio, vel limitatio habet locum in lege naturali, si proprie de illa, et de vera dispensatione loquamur. XII, 393-313

Utrum circa legem naturalem habeat locum *epikia*, vel interpretatio sive a Deo, sive ab homine facta, 395-315. — Multa præcepta naturalia indigent multa declaratione, et interpretatione ad verum sensum uniuscujusque statuendum, 396-315. —Propria epikia non habet locum in aliquo præcepto naturali, ut naturale est, seu secundum se spectato. Unde nec ab homine, nec a Deo ipso fieri potest, 397-316. — Si præcepta naturalia spectentur ut per legem positivam constituta sunt, tunc recipiunt exceptionem epikiæ, præsertim in ordine ad intentionem legislatoris humani, licet secundum se et ut naturalia sunt, illam proprie non admittant. 403-322

Jurisperiti communiter distinguunt jus naturale a jure gentium in hoc, quod jus naturale est commune brutis; jus autem gentium est proprium hominum. 406-323.

An jus gentium aliquid præcipiat, vel prohibeat, aut potius solum concedat vel permittat, 413-328. — Non recte distinguitur jus gentium a naturali, quia primum concessivum tantum sit, et aliud præceptivum. 418-332

In multis conveniunt jus gentium et naturale Differt autem primo ac præcipue jus gentium a jure naturali, 418 et seq.-333. — Jus gentium simpliciter est humanum, ac positivum, a naturali derivatum, 420-334. — Differt etiam jus gentium a civili, 421 et seq.-335. — Corollaria ex superiori doctrina, et quomodo jus gentium et justum sit et mutabile. — Jus hoc est commune omnibus gentibus, licet naturale non sit, 426-339. — Præcepta juris gentium sunt conclusiones deductæ ex principiis juris naturalis; leges vero juris civilis non sunt conclusiones, sed determinationes juris naturalis, 427 339. — In præceptis juris gentium servanda est æquitas Jus gentium aliqua mala permittere potest, 428-340 — Jus gentium est mutabile, quatenus ex hominum consensu pendet, in quo etiam differt a jure naturali, 429-341. — De imperfectione et obscuritate legis naturalis, et de revelationis possibilitate, utilitate et necessitate, II, 463 et seq. *Vid.* Revelatio.

De lege positiva humana secundum se, et prout in pura hominis natura spectari potest, quæ lex etiam civilis dicitur. Lex positiva humana ita denominatur a proximo principio unde manat, XII, 120-97 — Dicitur humana lex, quia proxime ab hominibus inventa et posita est, 121-92.—Hujus legis necessitas, 121, 122-98, 99.—Lex divina positiva est nobilior et dignior; humana, nobis notior et propinquior naturæ, 431-343. — In ipsa lege civili duo status sunt, unus secundum se, ac pure prout fuit in gentibus, et nunc est in infidelibus, alius prout est conjunctus cum fide. 433-344

Legislativa hominis potestas justa est, et humanæ naturæ valde consentanea. Conclusio est certa de fide, 434-345 — In communitate perfecta necessaria est potestas, ad quam spectet gubernatio communitatis, 436-346. — Magistratus humanus, si in suo ordine supremus sit, habet potestatem ferendi leges, servatis conditionibus ad legem necessariis. 437 et seq.-347

Potestas condendi leges humanas ex sola rei natura in nullo singulari homine existit, sed ex vi solius juris naturæ est in hominum collectione. Conclusio est communis et certa, 442 et seq. 351. — Potestas dominandi, seu regendi politice homines, nulli homini in particulari, nec ipso Adamo, data est immediate a Deo, 443-352. — Non est necessario una numero in tota hominum collectione; sed in singulis communitatibus fuit distincta. 444, 508, 509-352, 403

Communitas coalescit, medio consensu et voluntate singulorum; ergo ab iisdem voluntatibus manat potestas legislativa, 445-354. — Hæc potestas datur immediate a Deo ut auctore naturæ, ita ut homines quasi disponant materiam, et efficiant subjectum capax hujus potestatis, Deus autem quasi tribuat formam dando hanc potestatem. 446 et seq. 354

Potestas legislativa non est immutabiliter in perfecta communitate, cujus est veluti proprietas naturalis, sed per consensum ipsius communitatis vel per aliam justam viam potest in alium transferri, 448, 452-356, 359. — Corollaria. Licet potestas legislativa absolute sit de jure naturæ, determinatio ejus ad certum modum potestatis et regiminis est ex arbitrio humano, 449-357. — Potestas civilis, quoties in uno homine, vel principe est legitimo ac ordinario jure, a populo et communitate manavit vel proxime, vel remote, nec potest aliter haberi, ut justa sit, 451-358. Loquendo ex natura rei, nullæ sunt leges civiles universaliter latæ pro toto orbe et quæ omnes homines obligent, 453-360. — Potestas ferendi leges humanas haberi potest immediate a Deo, vel naturaliter, ut ab auctore naturæ; vel supernaturaliter, ut ab auctore gratiæ. —Potest etiam hæc potestas esse immediate ab hominibus, et mediate a Deo, imo ordinarie ita est, loquendo de potestate naturali. Potestas haberi solet vel ut ordinaria, vel ut delegata. 454 et seq. 361

Potestas condendi leges delegabilis est, 455 et seq. 361 — Leges civiles per principes seculi Deus olim humano generi distribuebat, I, 584-459. — Potestas ferendi leges civiles perseverat in societate christiana, et per eas obligare potest fideles baptizatos Est de fide. XII, 457 et seq.-365

Infideles, qui sunt extra Ecclesiam, non subjacent jurisdictioni ejus, 465-369. — Summus Pontifex non habet directam potestatem temporalem in universum orbem, sed solum in illa regna, vel provincias, quarum est dominus temporalis, 466 et seq., 370. — Ratione potestatis spiritualis papa indirectam habet potestatem in temporalia. 469 et seq.-373

Fuit antiquorum utriusque juris doctorum receptissima sententia imperatorem habere jus et dominium jurisdictionis in universum orbem, 471 et seq.-374. — Imperator Romanus non habet potestatem legislativam in totam Ecclesiam, 476 et seq.-378. — Corollaria. Potestas imperatoris, et legum civilium juris communis magis explicatur. 480 et seq.-381

Potestas ferendi leges civiles inter fideles est in quocumque rege pro suo regno. 483-383. — Hæc potestas non excedit modum donationis vel conventionis, 486-386. — Potestas legislativa delegabilis est, 487-386, 387. — Potestas condendi leges est in qualibet communitate perfecta, 488-387. — Regina regni domina potest leges condere, 489 et seq -388. — Quælibet civitas tantum habet de po-

testate condendi legem, vel statutum, quantum habet de jurisdictione 494 et seq.-392
Potestas ferendi leges civiles non pendet ex fide, vel moribus principis, 498 et seq.-395. — Ecclesia in reges infideles non habet jurisdictionem directam; sed eos posset in defensionem innocentium potestate et regno privare. — Directam potestatem habet in reges hæreticos et apostatas, 500-397. — Subditi possunt et debent non obedire regi in præcepto de re iniqua. Usurpatori merito non obeditur, quia rex non est, sed tyrannus. 501-397
Utrum finis potestatis et legis civilis, prout nunc est in Ecclesia, sit alius a fine ejusdem potestatis et legis, ut in pura natura, vel in gentibus spectari potest, 503 et seq.-399. — Potestas civilis, et jus civile per se non respiciunt æternam felicitatem ut finem proprium, vel proximum, vel ultimum, 506-401. — In materia spirituali leges ferre non potest, 507-402. — Ejus finis est felicitas naturalis communitatis humanæ perfectæ, non singulorum, nec familiarum, 508, 509-403. — Potestas civilis nec major est nec alterius naturæ in principibus christianis, quam in infidelibus. Quas princeps de materia spirituali fert leges a pontificum auctoritate vim habent. 510, 511-404, 405
In sola materia honesta versantur leges civiles, 512 et seq.-406. — Lex civilis non potest esse de re turpi; alias lex non erit, 514-408. — Leges civiles iniqua non præcipiunt, sed interdum permittunt, aut tolerant ad majora mala vitanda, 515-403. — Non solum præcipiunt recta in materia justitiæ, sed etiam in materia aliarum virtutum moralium, et similiter vetare possunt vitia contra omnes virtutes, 516-409. — Leges civiles non possunt ferri de omnibus actibus omnium et singularum virtutum, 519-412. Ille actus virtutis potest esse materia legis humanæ, qui ad bonum finem talis legis necessarius, et ad commune bonum valde utilis, et communitati hominum, eorumque ordinariæ facultati accommodatus sit, 521 et seq.-415
Lex mere humana seu civilis non potest præcipere actum pure internum directe, et secundum se, 526-417. — Potest indirecte præcipere talem actum, 530-420. — Lex declarativa, quantum in se est, comprehendit non tantum futura, sed etiam præterita, 533-422 — Distinguendi sunt tres legis effectus, qui sunt obligatio in conscientia, pœna et irritatio actus, 535-424.— Lex constitutiva juris per se, et quasi natura sua de futuris tantum datur, 537-425. — Legislator habet potestatem ad puniendu delicta commissa contra suas leges, et contra alias leges divinas vel humanas, 538-426. — Lex potest irritare actus jam factos. 539-427
Quæ forma externa, seu sensibilis servanda sit in ferenda lege humana. XII, 540, 555-428, 440 — Ad ferendam legem prudentia et consilio opus, non ut valide sed ut prudenter et recte constituatur. Ad constituendam legem voluntas principis sufficit, 542-429, 430. — Licet optimus modus ferendi legem sit in scripto, non est tamen hoc de substantia et valore legis, 543 431. — Oportet ut verba legis constitutiva præceptiva sint, 545-432. — Communis opinio est, sententiam principis legem constituere. 548 et seq.-434
Promulgatio necessaria ad perfectam constitutionem legis civilis non est positive determinata, 555, 561-440, 447. —Fieri non potest ut lex humana incipiat esse lex et vim obligandi habeat priusquam sit aliquo modo promulgata publice. 556-441
Lex humana statim ac publice promulgata est in loco competente obligat in toto territorio pro quo fertur. Est opinio multorum, 565-448. — Ut possit obligare, necessarium saltem est, ut per se loquendo possit ad notitiam devenire, 566-448. — Lex sufficienter et absolute promulgata in uno loco competente, licet statim obligare incipiat, non simul, et in eodem momento obligat in toto territorio, pro quo fertur; sed successive, et intra tempus moraliter sufficiens, ut legis notitia et promulgatio per totum territorium diffundatur, 567 et seq.-450. — De legis promulgatione in Gallia. 557, *in nota*.-441
Leges imperatorum non incipiunt obligare intra duos menses a publicatione facta in unaquaque provincia, et post duos menses statim obligant totam provinciam, 573-454. — Leges regum qui non habent superiorem in temporalibus, et leges latæ a magistratibus inferioribus statim ac promulgatæ sunt, obligant, si non exprimunt aliam temporis determinationem. 577-457
Utrum acceptatio populi sit necessaria in lege civili, ut vim habeat obligandi. Prima sententia affirmat, XII, 579-459. — Secunda sententia negat, 581-460. — Posterior sententia pro regula habenda est, quæ tamen exceptiones pati potest. 585 et seq.-463
Voluntas legislatoris est intrinseca forma et anima legis, 587-465. — Ratio legis non est forma intrinseca legis humanæ, sed est quasi forma aut mensura extrinseca tenens se quodammodo ex parte objecti voluntatis superioris, 592-469.— Lex humana civilis habet vim et efficaciam obligandi in conscientia. Ita communiter. 596 et seq.-472. — Sententia negans est erronea, 594-470. — Omnis lex humana a lege naturali derivatur. 600-475
De legum humanarum obligatione in conscientia, I, 1358 et seq.-1072. — Utrum omnis lex humana, seu civilis, obliget in conscientia, aut possit esse vera lex sine tali obligatione, XII, 603-478. —Omnis vera lex humana necessario resolvitur in aliquam conscientiæ obligationem. 608-481
De legibus civilibus in præsumptione fundatis, 611-484. — Leges fundatæ in præsumptione ratione solius moralis periculi obligant in conscientia, 615-487. — Lex fundata in præsumptione definitiva, seu facti, non obligat non subsistente veritate facti. 616-488
Lex civilis ex genere suo obligare potest sub reatu mortalis culpæ, 618-489. — Quoties cum sufficienti cognitione ac deliberatione violatur Sive id fiat ex negligentia, sive ex alio pravo affectu, peccatum mortale est. 621-492
Gravitas materiæ præcepti est necessaria ad gravem legis obligationem, ita ut non sit in potestate legislatoris humani obligare sub mortali in materia levi, 622 et seq-493. — Præceptum Adæ impositum fuit de re gravi, 625-495. — Gravitas materiæ sufficiens ad gravem legis obligationem prudenti arbitrio judicanda est, nec potest certior regula tradi, 626-496. — Finis intrinsecus legis cadit sub lege. 629-498
An ex verbis legis colligatur obligatio ad mortale, et quæ verba ad hoc sufficiant, *ibid.* — Gravitas pœnæ per se loquendo magnum signum est gravitatis materiæ, de qua lex fertur, et gravis obligationis ejus, 630-499.— Multi sentiunt verbum *præcipimus*, vel æquivalens sufficere ad obligationem legis sub mortali culpa. Sed distinguendum videtur. 631 et seq.-499
Obligatio legis humanæ quoad ejus gravitatem ex intentione legislatoris pendet, 634 et seq -502. — Quantumvis materia legis gravis sit, si legislator sufficienter declaret se nolle obligare sub mortali, talis lex non obligat sub mortali, 638 505. — Lex de his quæ non sunt per se mala obligare potest ad veniale juxta voluntatem legislatoris. 641-507
Transgressio legis humanæ ex contemptu facta, est peccatum mortale etiam in materia minima. Ita omnes. Idem sentiunt de transgressione regulæ alias non obligantis ad aliquam culpam, vel etiam de consiliorum contemptu, 644-510. — Quid sit transgredi legem ex contemptu, et quotuplex sit contemptus, 645 et seq.-510. — Contemnere est nolle subjici legi, 650-515. — Transgredi legem ex contemptu rei præceptæ non semper et in individuo est peccatum mortale, 655-519. —Transgredi legem ex contemptu formali humani legislatoris, etiam videtur esse semper peccatum mortale. 657-520
Utrum lex humana obliget ad modum virtutis, et consequenter quo actu impleatur, 658-521. — Sufficienter impletur lex humana per actum præceptum secundum substantiam illius, etiamsi non sit simpliciter bonus moraliter, nec honesta intentione fiat, 661-523. — Per legem humanam actus præcepti determinantur ad certam speciem virtutis. 664-526
Lex humana et civilis potest obligare ad sui observationem cum periculo cujuscumque nocumenti temporalis, etiam mortis, 665 et seq.-526. — Quando obligat lex humana non obstante periculo mortis. 670 et seq.-530
Utrum leges humanæ generaliter et indifferenter omnes subditos obligent, 675-534. — Omnis homo viator et superiorem habens, potest illius legibus obligari; ac subinde leges humanæ obligant omnes subditos, ad quos loquuntur. Omnis lex humana obligat omnes personas quæ sunt partes illius communitatis pro qua lex fertur, si cætera concurrant, 677-535, 536. — Obligatio legis non extenditur ad eos qui omnino sunt extra communitatem cui lex imponitur. 679-537
Quatuor modis potest aliqua persona comparari ad territorium, vel diœcesim, *ibid.*—Lex non obligat extra terminum territorii principis a quo fertur; et ideo incolæ illius territorii, per se loquendo, non peccant contra legem agentes extra territorium. 680 et seq. 538
Lex territorii obligat advenas et hospites, quandiu ibi commorantur, in conscientia et eo modo quo obligat incolas, 685-542.—Potest ferri lex pro aliqua civitate aut territorio, quæ solos advenas in illo existentes obliget, 688-545.—Lex pro territorio lata comprehendit peregrinos ibi morantes, etiam quoad vim coactivam, 690-546.—Efficacia legis dantis formam judiciis, contractibus, etc., extenditur intra territorium etiam ad non subditos. 692-548
Leges civiles justæ, positis ponendis, ecclesiasticas personas obligant, 693, 710-549, 562.—Clerici tenentur in

conscientia ad servandas hujusmodi leges civiles, 698-551. —Hæ leges non comprehendunt clericos quoad vim cogendi illos, 703-558.— Quando leges civiles tales sint ut clericos obligent ad sui observationem. 708-560

Utrum legislator suis legibus obligetur, 710-562.—Tenetur legislator tam civilis quam ecclesiasticus ad servandas suas leges, quando materia communis et ejusdem rationis est in ipso et in aliis, 712-563.—Tenetur proxime ab ipsamet lege, et ex virtute et ex efficacia ejus, 714-565.—Lex non obligat principem quoad vim coactivam, 718 et seq.-568.—Legis effectus, qui est irritare contractus, seu actiones, fit etiam respectu legislatoris, 724-572. —Possunt ea tolerari quæ sola lege humana prohibentur. XVIII, 836

De lege positiva canonica. Leges condendi potestatem habet Ecclesia. VI, 844.—Vetus fuit error negans esse in Ecclesiæ pastoribus potestatem legislativam, XII, 727-575. —Est in Ecclesia peculiaris potestas ad regendam et gubernandam illam. De fide est, 729-577.—Potestas hæc vere ac proprie legislativa est, 731, 732-579.—Hæc potestas spiritualis et supernaturalis est, quæ veritas est certa de fide, dummodo termini recte intelligantur, 732 et seq -580.

Hujus potestatis vestigium semper in Ecclesia fuit; sed perfecta potestas est propria legis gratiæ. Sub lege naturæ erat in principibus, 737 et seq.-583.—Tempore legis scriptæ sacerdotium a dignitate regali distinctum erat : sed non constat pontificem ex vi pontificatus, habuisse potestatem legislativam, 740 et seq.-585.—In statu legis gratiæ potestas hæc spiritualis singulari dono a Christo Ecclesiæ data est, 742-587.—Hæc potestas immediate data est Petro a Christo, et singulari ac speciali modo. De fide est, 746-588. Aliis etiam apostolis data est immediate ab ipso Christo, sed diverso modo et minus perfecto quam Petro, 745 et seq.-590.—Summus pontifex immediate accipit ab ipso Christo, et ex vi institutionis ejus, potestatem legislativam in universam Ecclesiam. Conclusio est omnino certa, 749-593.—In solo pontifice est potestas absoluta ferendi leges; et potest valide illas ferre sine consensu et sine consilio cardinalium, 751-594.—Christus per seipsum immediate nulli alteri contulit unquam hanc potestatem. 753-596

Episcopus in sua diœcesi legislativam potestatem habet, jure ordinario humano fundato aliquo modo in divino, 754-597. — Hæc potestas legislativa non datur immediate a Christo, sed per summum pontificem ; nec est de jure divino, sed humano. 756-772 et 598-610

Episcopi non possunt leges ferre in rebus, quas papa sibi specialiter reservavit, 772-611. — sine consensu capituli vel cleri statuta efficere potest episcopus; necessarium est consilium, vel consensus cleri aut etiam populi in casibus a jure expressis, 773-612. — Archiepiscopi, primates, patriarchæ, nihil amplius quam episcopi, vel intra, vel extra diœceses possunt, nisi privilegio speciali eis concessum sit. Idem dicendum de cardinalibus, de abbatibus exemptis, de legatis pontificiis. 774-612

Quæ communitates, seu congregationes ecclesiasticæ, habeant potestatem condendi leges —Verior sententia est leges a concilio latas non obligare sine confirmatione papæ. 777-615. — Collegium cardinalium, vacante sede, nullas ferre potest leges quæ obligent totam Ecclesiam, 779-616. — Minora concilia possunt ferre leges proportionatas jurisdictioni suæ tam quoad territorium, quam quoad materiam legum, 781-618. — Capitulum ecclesiæ cathedralis, vivente episcopo, nihil potest statuere de his rebus quæ ad alios pertinent. Quæ solum pertinent ad bonum ordinem et regimen capituli possunt ab ipso statui sine confirmatione episcopi. Ita communiter. 783-619

Sententia valde communis est capitulum, sede vacante, posse ferre leges episcopales, quæ semper obligent, donec a succedente in episcopatu revocentur, 785-621. — De inferioribus communitatibus ecclesiasticis, 788-623. — Communitates religiosæ habent suam potestatem ferendi propria statuta et leges. 790-623

Potestas condendi leges ecclesiasticas esse et permanere potest in homine fideli et baptizato, licet iniquissimus sit, et in hoc sensu non pendet ex bonis moribus, 792-626. — Potestas hæc non pendet essentialiter ex fide habentis illam, 793-628.—Hæreticus non excommunicatus, ex vi talis delicti non amittit potestatem legislativam, 795-628. —Prælatus non solum per hæresim publicam, sed etiam per omnem externam, amittit usum omnis ecclesiasticæ jurisdictionis. 796-629

Potestas ecclesiastica ad ferendum leges in lege evangelica longe excellentior est potestate civili, primo, quia supernaturalis est, 797-631 ; — Secundo, ratione finis, 799-632 ; — Tertio, ex parte causæ efficientis et originis ; quippe quæ a solo Deo est ; — Quarto, ex parte subjecti, 802-634 ; — Quinto, quia in feminis esse non potest, 803-635 ; — Sexto, esse non potest in mere laicis. 814-636

Ecclesiastica potestas est superior civili, et illam sibi subjectam habet, 805 et seq.-637.—Potestas ecclesiastica et potestas civilis nec necessario conjunguntur, nec necessario separantur, quia neutrum est divino jure præceptum aut prohibitum. 809-640

In quibus conveniant jus canonicum et jus civile, XII, 812 et seq.-643. — In multis tamen differunt ex parte materiæ. 815-645

Papa potest reservare aliquam materiam, ut tantum canonica sit, 818-647. — Tria notanda. 819 et seq.-647

Potestas ecclesiastica efficaciam non habet in actus mere internos, qui per legem canonicam per se præcipi aut prohiberi non possunt. 821, 830-650, 657

Utrum lex canonica possit concomitanter præcipere aut prohibere actus internos simul cum externis, 831-657. — Aliquando actus internus potest cadere sub obligationem legis humanæ, dummodo sit necessarius ad aliquod esse morale externi actus, 834 et seq.-660. — Quando actus internus nullo modo est necessarius ad esse physicum vel morale exterioris actus, sed solum conjungi potest ex libertate operantis, tunc non cadit sub ecclesiasticam legem, nec forte cadere potest sub humanum præceptum saltem regulariter loquendo, 839-663 —Ecclesia non potest prohibere vel punire actum externum de se bonum ex objecto, propter defectum ex affectu interno, vel intentione operantis, 842-666. — Ecclesia potest prohibere et punire actum exteriorem cum dependentia ab interiori affectu, quoniam actus alias esset malus sine tali intentione. 845 et seq -666

Eadem solemnitas servanda est in legibus canonicis ferendis quam in lege civili, 849-671. — Epistolæ pontificiæ vim legis habent. 850 et seq.-672

Quæ promulgatio in legibus canonicis sufficiat, ut vim obligandi habeant, 856 et seq.-677. — Modus promulgationis legis ecclesiasticæ non determinatus, 858-678. — In legibus canonicis pontificiis non est necessarium tempus duorum mensium. 862-681

Utrum lex canonica obliget fideles priusquam ab iis acceptetur, 864-683. — Pontifex potest obligare Ecclesiam ad acceptandum leges canonicas a se latas, et sufficienter promulgatas, 865-684. — Supposita justitia legis canonicæ per se loquendo oritur ex illa obligatio ad acceptandum eam, post sufficientem promulgationem, 866-685 — Lex canonica, si per consuetudinem toleratam non acceptatur, tandem non obligat, etiamsi fortasse in principio culpabiliter fuerit non observata, 869-687. — Dubitari potest, quantum tempus necessarium sit ut hæc consuetudo prævaleat contra legem, et an oporteat legislatorem scire illam non servari. 870-688

Lex ecclesiastica obligare potest et ex se obligat in conscientia, 873-690. — Lex ecclesiastica ex se, seu ex genere suo obligat sub reatu mortalis culpæ si absolute feratur, 874-691. — Peccat mortaliter qui transgreditur multas leges canonicas, ut jejunii, missæ, communionis, confessionis et similium, etiamsi nullus alius contemptus, sed sola voluntaria omissio intercedat, 878-694. — In uno actu, vel omissione invenitur sæpe peccatum mortale, nec necessarius est contemptus, aut consuetudo. 879-695

Lex ecclesiastica, etiam absolute lata, non semper obligat sub mortali culpa, sed interdum sub veniali. — Tres conditiones requiruntur : gravitas materiæ, signa præceptiva et intentio præcipientis. 880 et seq.-696

Proprium est legum ecclesiasticarum, ut tantum homines baptizatos obligent, 885-700. — Leges pontificiæ de se obligant christianos omnes adultos, ubique terrarum degentes, et cujuscumque conditionis, 886-700. — Leges episcoporum, seu synodales, intra territorium obligare possunt de se homines cujuscumque status. 887-701

An leges synodales personas religiosas exemptas obligent. Negant alii, alii affirmant, 888 et seq.-702. — Religiosi, non obstante statu, prius obligantur ad servanda mandata Dei et Ecclesiæ, quam sua statuta, 891-705 — Leges Ecclesiæ communes et speciales servandæ sunt. VI, 844.

De varietate legum humanarum, et præsertim de odiosis. XII, 893-707

Lex humana dividitur primo, in jus gentium et civile, seu humanum strictius sumptum.

Secundo, leges canonicæ a civilibus distinguuntur, et in utrisque invenitur eadem subdivisio, quæ aliquando materialiter tantum datur, aliquando vero formaliter, 895-707, 708

Tertio, dividuntur ex parte eorum ad quos feruntur. 897-709

Quarto, solent distingui leges ex rebus, seu materia, quam præcipiunt. 899-711

Quinto, lex humana generatim sumpta dividitur in odiosam, seu onerosam, et favorabilem, seu beneficium con-

ferentem, 899-711. — Leges favorabiles et odiosæ distinguendæ sunt ex materia, 903-714. — Non repugnat eamdem legem diversis respectibus esse favorabilem et odiosam, 905-716. — Plures numerari solent modi, aut quasi species legum odiosarum. 908-718

Utrum leges pœnales obligent in conscientia ad actus quos proxime intendunt, 908-718. — Affirmat sententia verior et securior. 912-721

Dari possunt leges obligantes sub comminatione pœnæ, licet non obligent in conscientia ad actum, propter cujus transgressionem obligant ad pœnam, 916-724. — Aliquæ sunt leges pure pœnales, et in conscientia non obligantes, nisi ad pœnam, quæ ex materia, etc., a legibus pœnalibus mixtis discernendæ sunt. 920-727

Utrum lex humana pœnalis possit obligare in conscientia ad illam solvendam, vel exsequendam, seu observandam, ante judicis condemnationem et executionem, 925 et seq.-730. — Lex humana potest obligare in conscientia ad pœnam tam passivam quam activam ante omnem sententiam, si aliunde servetur æquitas. 933-738

Quando leges pœnales contineant sententiam ferendam et non latam, et ideo non obligent in conscientia ad pœnam ante judicis sententiam, 934-738. — *Prima regula* : Quoties lex tantum utitur verbis simplicibus comminantibus pœnam, non obligat in conscientia ad talem pœnam subeundam, cujuscumque generis pœna sit. 936-740

*Secunda regula* : Quando lex fertur simpliciter per verbum futuri temporis tantum, non obligat in conscientia ante sententiam. 941-744

*Tertia regula principalis* : Quando lex loquitur per modum imperandi, anceps est locutio, et ideo consideranda est materia circa quam proxime versatur imperium. 947-748

*Quarta regula est receptissima* : Lex quæ fertur per verbum temporis præsentis et indicativi modi, continet sententiam latam. 948-750

*Quinta regula* : Lex quæ fertur per verbum substantivum participio temporis futuri conjunctum, sententiam ferendam indicat cujuscumque modi vel temporis sit verbum substantivum, etc. 950-751

Quando leges imponentes pœnam latæ sententiæ obligent in conscientia ad exsequendam, ante judicis sententiam, pœnam quæ in actione consistit, 951-751. — Ad id solum tenetur ipse reus, quando per verba legis tam clare explicatur lata sententia statim obligans in conscientia, ut vitari non possit sine corruptione, vel magna extorsione verborum legis, 953-754. — Pœnæ et rigores debent restringi. 954 et seq.-754

Lex imponens pœnam privativam ipso facto, quando obliget in conscientia ad executionem ejus ante sententiam, 960-759. — *Prima regula generalis* : Quando pœna fit aliquo modo per ipsam legem, lex vim habet obligandi in conscientia ad pœnam. 961-760

*Secunda regula* : Quoties lex fert pœnam privationis rei propriæ, non statim inducit absolutam privationem, etc., 962-760. — Hæc regula est secura et probabilior. 965-761

*Tertia regula* : Lex imponens privationem ipso facto inducit obligationem in conscientia ad exsequendam totam pœnam, etiamsi ex actione ipsius rei pendeat, quando talis est legislatoris intentio, vel quando lex esset inutilis, nisi hanc obligationem induceret. 966 et seq.-763

Quæ obligatio oriatur in conscientia ad executionem pœnæ privativæ ex lege imponente illam ipso facto, quando executio pœnæ actionem non requirit, 977-772. — Valde recepta sententia : Lex inducit obligationem ante omnem sententiam. 978 et seq.-773

Lex pœnalis, etiam post sententiam latam non obligat per se ad passionem, sed ad sustinendam passionem patienter, et sine propria resistentia, vel obligat ad ea quæ secum affert, privatio pœnalis semel illata, 988-781. — Quando lex imponit pœnam ipso facto, si ex parte rei aliqua actio vel cooperatio necessaria est, ad illam obligatur statim in conscientia post latam sententiam declaratoriam criminis, 992-784. — Reus damnatus ad pœnam ferendam non tenetur ad executionem pœnæ corporalis gravis, ut mutilationis, 993-785. — Tenetur ad executionem pœnæ non crudelis, ut exilii, 995-786. — Tenetur in conscientia ad solvendas pœnas pecuniarias, eo ipso quod condemnatus sit, quando pœnæ sunt ordinariæ et moderatæ. 997-788

Lex pœnalis obligat judicem ad pœnam in ea præscriptam imponendam, 1000-790. — Obligat etiam ut post condemnationem illam exsequi faciat 1001-791. — De diminutione pœnæ. 1002 et seq.-792

Utrum ignorantia excuset pœnam legis, 1006-795. — *Prima regula generalis* : Omnis ignorantia, quæ excusat factum, ne peccatum sit, excusat etiam debitum pœnæ in utroque foro. 1008-796

*Secunda regula* : Quando ignorantia non excusat a gravi culpa, non excusat similiter a pœna, nisi in lege addatur verbum quod scientiam aut dolum requirat. 1011-799

*Tertia regula* : Ignorantia, quæ excusat culpam mortalem, licet non excuset culpam venialem, excusat a pœna gravi legis. 1016-803

An leges per quas tributa imponuntur, pure pœnales sint, *ibid.* — Leges tributorum ex vi materiæ non sunt pœnales, nec ex eo quod in eis pœna adjiciatur, nisi ex verbis aut circumstantiis legis aliud constet, 1020 et seq.-806. — Sunt veræ leges morales obligantes in conscientia. 1022-808

Necessaria est potestas ad imponendum tributum in eo qui hujusmodi legem statuit ; alioqui non erit justa, sed tyrannica. — Quinam habeant in republica hanc potestatem, 1026 et seq.-811. — Secunda conditio ad justitiam tributi necessaria est causa finalis, seu ratio, 1037 et seq.-820. — Duplex immediata causa in tributis spectanda est, una pertinens ad personam principis, ut talis est ; alia spectans ad sumptus communes, 1039-821. — Tertia conditio ad justitiam tributi necessaria est forma, seu proportio servanda inter tributum et subditos quibus imponitur, 1044 et seq.-825. — Forma seu proportio moraliter sumenda est. 1049-829

Subditorum consensus ad justitiam tributi non requiritur, 1051 et seq.-830. — Consuetudo Hispaniæ requirendi consensum regni specialis institutio regum fuit, ex illorum benignitate, non ex necessitate justitiæ concessa, 1054-833

Utrum leges tributorum obligent in conscientia ad illorum solutionem, etiamsi non petantur, 1055-834. — Leges justæ simpliciter imponentes tributa, licet non declarent, quomodo solvenda sint, per se et natura sua obligant ad solvendum tributum, etiam non petitum ; quando de justitia legis sufficienter constat morali modo, 1060-838. — Leges tributorum, quando constat esse injustas, non obligant ad solvenda tributa, etiamsi exigantur, 1061-839. — Quid agendum in dubio. — Quando non constat principem habere potestatem ad imponendum tributum, ad solvendum non tenentur subditi, etc., 1063 et seq.-840. — Praxis in solvendis tributis declaratur. 1071-846

Utrum leges humanæ irritantes contractum pœnales vel onerosæ sint, 1072-847. — Lex irritans actum indirecte tantum, non est pœnalis, 1076-850. — Lex prohibens actum et irritans illum intuitu boni communis, vel privatorum, non est pœnalis. Aliquæ leges irritantes pœnales sunt, scilicet quæ irritationem inducunt in odium alterius transgressionis, seu culpæ, 1077-851. — Variæ sententiæ conciliantur. 1073, 1079-848, 852

Utrum leges irritantes actus, illos in conscientia prohibeant, 1081-854. — Lex dans formam actui, licet non obliget ad exercitium actus, obligat ad servandam formam in tali actu, 1083-855, 856. — Leges negativæ, quæ directe prohibent actum et irritant illum, obligant in conscientia, 1086-858. — Quamvis lex simpliciter et absolute irritet actum, si fiat, interdum est lex pure irritans, et non prohibens actum, 1087-859. — Lex quæ non irritat actum ipso facto, ad irritationem non obligat, nisi fortasse judicem. Lex irritans ipso facto, si suum consequatur effectum, obligat in conscientia ; secus vero erit, si effectus impediatur. 1088-859, 860

Quibus modis impediri possit irritatio actus, quem lex præcipit pro infecto haberi. — Quoties lex irritat actum dependenter a sententia judicis, dum non irritatur actus, permanet validus, sive juste, sive injuste irritatio impediatur. 1090-861, 862

Utrum lex ipso jure irritans actum impediri aliquo modo possit, ne actum nullum reddat, 1091-865. — Quando irritatio tantum in pœnam imposita est, per ignorantiam vel aliam causam similem, quæ a culpa excusat, impeditur, 1095. — Quando lex, constituendo formam substantialem servandam in actu consequenter irritat illum, non potest esse validus actus factus contra legem. — Quando lex absolute et simpliciter prohibet et irritat actum, irritatio impediri non potest, seclusa principis dispensatione formali, vel præsumpta, 1097-866, 867. — Ignorantia legis irritantis non impedit irritationem actus, 1098-867. — Nec metus impedit. 1099 et seq.-869

In lege irritante actum ipso facto et ante omnem sententiam, non habet locum epikia, 1105 et seq.-873. — Actus irritatus per legem simpliciter et absolute non potest valide fieri contra verba legis, per solam epikiam. 1107-874

Multarum opinio est, sæpe legem non irritare actum in re ipsa, quia fundatur in præsumptione, et sæpe veritas non est conformis præsumptioni, 1110-877. — Regula

contraria constituitur, 1112-879.— Duo consideranda sunt. 1113 et seq.-879

Utrum omnis lex prohibens pure se simpliciter actum, eo ipso irritat illum, ita ut omnis actus factus contra legem prohibentem nullus sit. Variæ sententiæ, 1116 et seq.-882.— Resolutio auctoris. Ex sola rei natura lex pure prohibens non irritat actum, nisi alio modo talis effectus, seu intentio legislatoris sufficienter declaretur. 1128-891

Quibus verbis aut modis lex prohibens actum irritet illum, 1131-893.— Utrum aliquando sola prohibitio vi et natura sua irritet actum, sine adminiculo alterius legis humanæ. Alii negant, alii affirmant, 1133 et seq.-896.—Sententia auctoris. 1137-898

Lex civilis prohibens actum simpliciter et quoad substantiam ejus, etiamsi pure prohibeat, et aliam clausulam irritantem non addat, irritat illum, 1140 et seq.-901.— Sed quamvis ex vi illius legis actus sit irritus ipso jure, talis irritatio non obligat in conscientia, nec fit cum effectu, donec per judicem declaretur. 1144 et seq.-904

Ea quæ fiunt contra legem canonicam prohibentem pure, non sunt ipso jure invalida. 1155 et seq.-912

*Pro Hispania.* In regnis non subditis imperio, contractus humani contra legem civilem pure prohibentem facti, non sunt irritati ipso jure. 1158-915

Lex dans formam actui humano non semper irritat illum qui fit sine tali forma, si lex clausulam irritantem non addat, 1160-917. — Prima regula : quando forma præscripta per legem continet naturalem æquitatem, tunc omissio ejus reddit actum invalidum, non vero alias si lex non habeat clausulam irritantem. Secunda regula : quando forma talis est, ut renuntiari non possit, substantialis est; si vero non possit renuntiari, non erit de substantia, 1162-918. — Tertia regula : quando lex instituit actum cum solemnitate ab ipsamet lege inventa, signum est formam esse substantialem, et absolute necessariam; secus vero quando forma illa additur actui prius instituto, 1164 et seq.-919. — Consuetudo et communis acceptio legis multum in dubio valere potest. 1170-924

Si lex det formam et addat clausulam, ut actus aliter factus non valeat, vel sit irritus, aut inutilis, vel quid simile, tunc forma est substantialis et necessaria simpliciter ad valorem actus, 1170-924. — De forma requisita in ipsomet actu cum clausula irritante, occurrunt quæstiones. 1172 et seq.-926

Quando lex irritans incipiat efficere hunc effectum irritandi actus. Non annullat actum, donec solemniter promulgata sit, 1177-929. — Post factam promulgationem in curia principis, sufficit ordinarium tempus duorum mensium, ut postea lex irritans incipiat habere suum effectum, 1178-930.—Leges canonicæ, habentes illam particulam *ex nunc*, vel similes, irritant statim ac fit Romæ promulgatio solemnis. Ita multi canonistæ. 1179-931

Utrum leges punientes aliquos actus, illos comprehendant, qui invalide fiunt, 1182-934.— Quoties una et eadem lex, et irritat actum, et ponit pœnam facienti, talis pœna per actum nullum incurritur, 1185-936. — Quando lex punit actum quem alia lex anterior irritat, pœna legis incurritur per actum irritum, et effectu carentem, 1186-937. — Quando lex punit actum qui validus erat, et postea fit nullus per legem posteriorem, pœna prioris legis non habet locum in illo actu postea nulliter facto, 1189-940. — Quando lex prohibet actum, qui valide fieri potest, non obstante prohibitione, et adjicit pœnam, illa non incurritur regulariter, nisi per actum validum. 1190-940

De interpretatione, cessatione et mutatione humanarum legum, XII, 1191-941. — *Vid.* Interpretatio. Dari potest interpretatio legis quæ legis auctoritatem habeat : hæc vero fieri non potest nisi ab eo qui jurisdictionem habet, 1195-943. — Multum valet interpretatio ex usu desumpta ad legis obligationem præscribendam, et interdum talis esse potest, ut authentica sit, et pro lege habenda, 1196-944. — Tria consideranda sunt circa legum interpretationem : primo, verba legis, 1197-945.—Secundo, mens legislatoris, 1200-948. — Tertio, ratio legis, 1205-952. — Legis applicatio distinguenda est ab interpretatione legis. XI, 1206

Quando et quomodo habeat locum extensio in legibus humanis per earum interpretationem, 1206-953. — Quadruplex esse potest legis extensio.—Omnis lex non odiosa per se loquendo, extendenda est ad omnia quæ verba in significatione propria comprehendunt; non vero ultra illa nisi alia specialis ratio id requirat, 1207-953, 954.— Quando lex est favorabilis extendenda est ad omnem proprietatem verborum tum naturalem, tum juridicam, non vero ultra illam, nisi major necessitas id postulet, 1208-955. — Extensio legis ultra proprietatem verborum tam naturalem quam civilem, admittenda est quando alias lex fieret illusoria, vel injustitiam aut absurditatem contineret. 1210-956

Utrum lex extendi possit ad casum non comprehensum sub aliqua verborum significatione, propter solam rationis similitudinem, vel identitatem; negant alii, alii affirmant, 1211, 1227-957, 970. — Auctoris sententia negans, 1214, 1218-959, 962. — Expediuntur nonnulla dubia circa extensionem legis ob identitatem rationis, vel aliis modis. 1228 et seq.-970

Quando et quomodo possit lex per interpretationem restringi, 1236-976. — Restrictio legis fieri potest ac debet, ad vitandam injustitiam, vel aliam absurditatem in ipsa lege, 1237-977. — Quando ratio legis non est adæquata verbis legis, restringenda est ad terminos suæ rationis, et non est secundum totam verborum generalitatem intelligenda, 1238-978. — Lex restringitur aliquando ex subjecta materia, et præsertim per comparationem ad aliam legem. 1242-981

Utrum interdum cesset legis obligatio in particulari, contra verba legis, licet per principem non tollatur, 1244, 983. — Interdum cessat in particulari, etiamsi verba legis illum casum comprehendere videantur, et in nulla exceptus sit, nec a principe sit in lege dispensatum. 1246 et seq.-984.

Quando habeat locum excusatio ab obligatione legis per epikiam, seu æquitatem, 1249-987. — Ut obligatio generalis legis in particulari casu cesset, non satis est, quod ratio legis negative deficiat, sed necessarium est ut deficiat contrarie aliquo modo. 1251 et seq.-988

Variis modis occurrere potest casus excusationis. Quando certo constat materiam legis factam esse iniquam, seu contrariam alteri præcepto, aut virtuti magis obliganti, tunc cessat obligatio legis, et propria auctoritate potest omitti sine recursu ad principem, 1259-994, 995. — Quando certo constat legem non obligare, licet possit sine peccato servari, subditus propria auctoritate potest illam non servare, *Ibid.* — Qui probabiliter judicat legem non comprehendere talem casum, secure potest excusari ab obligatione legis, etiamsi formidet, vel utrinque habeat rationes probabiles dubitandi, 1260 et seq.-995. — In casu dubio, in quo judicari non potest probabiliter an casus comprehendatur sub legis obligatione, necne, recurrendum est ad superiorem, si fieri possit, vel si non possit, lex servanda est, 1265-999. — In casu urgente, in quo superior consuli non potest, videtur servanda lex et ejus verba, 1266-1000. — Utrum aliquando lex tota perseipsam cesset, causa ejus cessante, 1268 et seq.-1002. — Communis consensus est cessante ratione legis generaliter seu frequenter in tota communitate, legem cessare, 1271-1004. — Lex præcipiens actum de se bonum, constituendo illum intrinsece in aliqua materia virtutis, non cessat deficiente universaliter quocumque fine extrinseco legis, etiamsi in illo genere fuerit, quod sine illo legem legislator non tulisset, 1273-1006. — Quando lex præcipit actum de se indifferentem propter finem extrinsecum, tunc cessante in generali adæquato fine talis legis per se, ipso facto cessat talis lex; et obligatio ejus. 1275 et seq.-1007

Legis mutatio partialis dicitur dispensatio legis; et latius dici potest derogatio legis. Legis mutatio totalis dicitur legis abrogatio, XII, 1281, 1282-1012. — Dispensatio legis, seu mutatio partialis dari potest in lege humana, *Ibid.* et seq. — *Vid.* Dispensatio legis.

De abrogatione legis. Quando et ex quibus causis possit lex abrogari, 1424-1125. — Humana lex interdum abrogari potest et valide et juste, 1425 et seq.-1126. — An legis mutatio, ut licita sit, debeat esse rara, et longo tempore post legem latam. In hoc non potest certa et universalis regula constitui, 1429-1128. — Abrogatio legis humanæ a supremo principe facta sine causa legitima valida est, licet injuste fiat. 1430-1129

Quis possit legem abrogare. Prima regula : conditor legis illam abrogare potest. Secunda regula : superior etiam potest legem inferioris abrogare, 1431-1130. — Tertia regula : inferior non potest abrogare legem superioris. Dubium est an inferior possit interdum abrogare legem superioris, saltem in ditione sua, 1432-1131. — Secundum dubium est an inferior suam legem a superiore confirmatam possit revocare, sine superioris consensione. 1437 et seq.-1134

Quibus modis fiat abrogatio legis, et quos effectus habeat, 1443-1139. — Lex inferior interdum abrogat præcedentem, licet nullam ejus mentionem faciat. Hæc abrogatio restringenda est quoad fieri possit regulariter loquendo, 1444-1140.—Quæcumque correctio, seu derogatio legis, etiamsi non sit in totum, sed in parte, non est admittenda, nisi necessitas summa sit, 1445-1141. — Lex posterior non habens clausulam derogantem, vel abrogantem priorem, non revocat illam, nisi quando illi directe opponitur, ita ut nisi priori deroget, fiat inutilis, 1448-1142. — Hujus assertionis consectaria, 1450-1143. — Ad

revocationem quæ ex obligatione contraria sequitur, necessaria est promulgatio, 1452-1145. — Pura revocatio legis per se et essentialiter non requirit promulgationem, 1453-1145. — Ut abrogatio legis etiam pura debito modo fiat, publice proponenda est, prudenti arbitrio legislatoris. Abrogationis legis effectus per se solum consistit in ablatione legis. 1454-1146

De lege non scripta quæ consuetudo appellatur, XIII, 9-9. — *Vid.* Consuetudo. — De lege humana favorabili, seu privilegium concedente, 184-143 — *Vid.* Privilegium.

De lege divina positiva veteri, XIII, 553-437. — Duobus modis dici potest lex divina, uno modo, quia in ipso Deo est et hæc dicitur æterna; alio modo, quia ab ipso Deo immediate fertur, XII, 114-92. — Lex positiva divina dicitur, quæ ab ipso Deo immediate lata est, et toti legi naturali addita, 119 96. — Hæc lex necessaria fuit quatuor ob rationes. 119, 120-96, 97

Lex divina positiva, cujus proximus auctor et conditor est Deus, dividitur in veterem et novam, XIII, 554, 555-457. — Ante Moysen a Deo data non fuit positiva lex plura divina præcepta continens per quam aliqua societas institueretur, 556-439. — Ante legem Moysis, probabile est dedisse Deum hominibus interdum unum vel aliud peculiare præceptum opportunum pro illo tempore juxta consilium voluntatis et sapientiæ suæ. 557 et seq.-440

Fuit antiquus error, legem Moysi datam fuisse a malo Deo, 561-443. — Lex scripta et tradita in quinque libris Moysi fuit vere divina, et Deus ipse fuit principalis et proximus ejus auctor, 562-444. — Lex vetus a Deo data est ministerio angelorum, 563-445. — Quod fuerit ministerium ab angelis exhibitum in illius legis promulgatione, 565-446. — Lex vetus data est per Moysem tanquam per proximum promulgatorem respectu populi Israel, non vero tanquam per auctorem legis, 567-448 et seq. — Moyses solum fuit promulgator omnium partium legis, sine ulla exceptione. 572-452

De causa finali veteris legis, 573-453. — Finis ultimus per illam legem a Deo principaliter intentus fuit spiritualis et supernaturalis felicitas populi, vel in hac vita per bonos mores et veram sanctitatem, vel in futura per supernaturalem felicitatem, 574-454. — Lex vetus data etiam ad conservandam et augendam in hominibus fidem explicitam Christi venturi, et ad præparandum peculiarem populum ad Christi adventum, 575-454. — Finis proximus et adæquatus legis veteris fuit instruere populum Dei honeste et convenienter, non solum in his quæ ad naturalem rectitudinem, sed etiam in his quæ ad divinum cultum et justam politiam pertinent, 577-456. — Singula præcepta illius legis habuerunt proprios fines immediatos, 579-457. — Duplex finis seu ratio in illis præceptis consideranda est : una litteralis, seu moralis; alia spiritualis seu figurativa. 580-458. — Præcepta tum judicialia, tum cæremonialia habuere rationem figuralem aliquo modo per se ex institutione divina. 582-460

Materia veteris legis non potuit esse nisi sancta et honesta, 583-461. — Solvuntur objectiones, 584 et seq.-461. — Materia veteris legis actus etiam internos per se et directe comprehendebat, 589 et seq.-465. — Materia veteris legis comprehendebat omnes actus externos necessarios ad honestatem morum naturalem, religiosam et civilem, 594 et seq-469. — Sacramenta veteris legis, 598-472. — Materia veteris legis generaliter sumpta aliqua comprehendebat, quæ non cadebant sub rigoroso præcepto, sed sub consilio. 599-473

Utrum lex vetus convenienti modo, tempore et aliis circumstantiis data fuerit. Forma illius legis fuit verbum sensibile ipsiusmet Dei, hominibus sufficienter significans illius voluntatem, 602-475, 476. — Verbum fuit prolatum et scriptum, 604-477. — Decalogi promulgatio solemnis fuit, 605-478 — Lex illa non fuit data pro universo mundo, 606-479. — De loco promulgationis. Duplici nomine idem mons nunc Sina, nunc Horeb vocari videtur, 608 et seq.-480. — Data est lex post multos annos a creatione mundi, et multo tempore ante Christi adventum, 610-482. — Quare lex Mosaica et lex naturalis ante gratiam data, VIII, 941 et seq.

De effectibus veteris legis. Obligabat in conscientia, XIII, 612-483, 484. — Complectebatur plura præcepta, quædam graviora, et alia leviora, et ideo secundum diversa præcepta uno vel alio modo obligare poterat, 613-484. — Præcepta moralia etiam de se obligabant in conscientia, 613-484. — Idem dicendum de præceptis judicialibus, 615-486. — Lex illa ut positiva non obligabat per negativa præcepta cum periculo vitæ, nisi ubi occurreret ratio vitandi contemptum divini præcepti, aut religionis, 617-487. — Permissiones aliquæ fuerunt effectus legis illius, non per modum puræ permissionis, sed per modum dispensationis, vel potius concessionis et privilegii, 617-488. — Lex vetus habet etiam effectus pœnales, 621-491. — Opus dignum aliquo præmio et præmium ipsum numerari potest inter effectus illius legis, 623-492. — Quales fuerint promissiones illius legis, an temporales tantum, vel etiam spirituales et æternæ. Utrumque rite intellectum verum est, 624 et seq.-493. — Quamvis occasione illius legis peccata multiplicata fuerint, nihilominus dici non potest, simpliciter loquendo, multiplicationem peccatorum fuisse legis illius effectum, 629-497. — Hæc verba *lex mortis* possunt intelligi de morte corporali. 631-498

Utrum lex vetus justificaret, 632-499. — Lex vetus non habebat ex se virtutem justificandi. Assertio certissima est, 632 et seq.-500. Assertionis sensus est legem illam non dedisse vires ad efficiendos actus, qui ad justitiam et peccati remissionem obtinendam disponunt, etiamsi illos præciperet, 641-506, 507. — Justi illius temporis potuerunt de condigno mereri augmentum justitiæ, et coronam gloriæ. 642-507

An lex vetus perfecta vel imperfecta censenda sit, 643-508. — Lex vetus imperfecta fuit per comparationem ad perfectiorem legem. 1° Non dabat vires ad assequendum finem suum, neque ad exequendum præcipuos actus suos, 644-509. — 2° Onerosa, gravia et parum utilia opera imponebat, 645-510. — 3° Homines magis terrebat, quam amore attraheret, 646-511. — Nihilominus lex vetus in ordine suo et gradu perfecta fuit, 647-511. — Legis Mosaicæ et legis naturalis utilitas, VIII, 941 et seq.

Lex vetus a nullo alio quam a Deo potuit abrogari, sive in totum, sive in parte, XIII, 649-512, 513.—Potuit tamen illa lex per hominem interpretationem recipere, 651-514. — Lex vetus mutabilis fuit a Deo ipso. 653-515

Lex vetus omnino abrogata est, V, 657. — Judæi eam nunquam esse abrogandam censebant Simpliciter dicendum est legem veterem abrogatam esse post Christi adventum, vimque obligandi amisisse, XIII, 654 et seq.-517. — Lex vetus abrogata fuit quoad omnia præcepta judicialia, 668-528. — De præceptis moralibus opiniones variæ sunt, 671-530 et seq. — Probabilius censendum est christianos non obligari ex vi legis Moysis ad præcepta decalogi, et moralia ejusdem legis, ac subinde totam illam legem cessasse quoad obligationem, licet quoad materiam non fuerit sublata in moralibus præceptis. 680-537

An lex vetus cessaverit ante Christi mortem, 687-543. — Ante Christi mortem lex vetus non fuit mortua quoad obligationem, 689-544. — Omnia præcepta veteris legis sine ulla exceptione usque ad Christi mortem obligarunt. 691-546

An lex vetus cessaverit quoad obligationem in morte, vel resurrectione Christi, vel ante diem Pentecostes, 694-548. — Lex vetus non fuit mortua quoad obligationem in instanti mortis Christi, 696-550. —Lex vetus non fuit mortua in puncto resurrectionis, sed aliquo tempore post illud obligavit, 708-559. — Abrogata non fuit ante diem Pentecostes, 709-560. — Abrogatio veteris legis cœpisse videtur in die Pentecostes, successive crevisse, et consummata esse quando novæ legis promulgatio pro Judæis saltem consummata est. 710-561; 762-602

Lex vetus non tantum mortua est, sed etiam mortifera, quia illius observatio mortem animæ affert. De fide est, 711-562. — Triplex distinguitur usus legalium : unus omnino formalis, alius omnino materialis, tertius quasi medius, partim materialis, partim formalis, 713-563. — Nunquam est licitum uti aliqua cæremonia legis veteris ex intentione cultus, etiamsi nullus adsit animus observandi legem, nec utendi tali cæremonia in significatione legali. 717-566

An lex vetus fuerit semper mortifera, post inchoatam Evangelii promulgationem. 720 et seq.-569

An lex vetus fuerit semper mortifera ex quo evangelium prædicari cœpit. Tractatur sententia S. Hieronymi, 726 et seq.-573. — Lex vetus non semper post inchoatam prædicationem Evangelii fuit mortifera. Augustini sententia est et vera, 730 et seq-577. — Satisfit duobus dubiis ex superiori resolutione insurgentibus. 749-592

Fueritne lex vetus prius mortua quam mortifera, 757-598. — Longe probabilius est legem veterem cœpisse abrogari, ac mortuam esse quoad obligationem simul ac nova cœpit obligare, 760-600.— Postquam lex vetus cœpit esse mortua in toto orbe, cœpit etiam simul esse mortifera, 762-602. — Lex vetus non prius fuit mortua quoad institutionem, quam fuit mortifera. 763-603

Quomodo semper fuerit illicitum gentes ad judaizandum cogere; tractatus locus Pauli ad Galat. II, et expenditur prohibitio sanguinis et suffocati, Actor. XV, 769-792; 608-625. — Nunquam potuerunt gentes licite cogi ad legalia servanda, 770-608. — Nunquam gentiles ad fidem conversi et baptizati, fuerunt coacti ad legalia servanda per aliquam

998. Constitutio Benedicti papæ XIV, qua methodus præscribitur in examine et proscriptione librorum servanda, 1264-998. — Resolvuntur quædam dubia ad praxim spectantia, 1278-1009. — Nullo modo permittendum est alicui legere damnatos libros, etiamsi ipse putet respectu sui omne abesse periculum, 1278-1009. — Quænam requirantur ut incurrant excommunicationem, qui scienter retinent, legunt, imprimunt, vel defendunt libros hæreticorum. 1279-1010

De disciplina Ecclesiæ gallicanæ circa prohibitionem librorum noxiæ lectionis, 1285-1015. — Valde dubium est utrum in Galliis vigeat lex generalis prohibens lectionem libri hæretici cujuslibet, 1285-1015. — In decretis quibus S. Pontifex librum proscribit duo sunt valde distincta: unum quod ad dogma seu doctrinam, alterum quod ad disciplinam attinet, 1288-1017. — Ea est jurisprudentia constans et longo usu firmata Ecclesiæ gallicanæ, ut non servet leges pontificias, nisi sint authentice promulgatæ in regno, et eas non promulgat quando sunt suis usibus, vel, ut aiunt, libertatibus contrariæ, 1290-1019. — Sunt quædam leges summorum pontificum vigentes in Galliis non secus ac in cæteris Ecclesiæ catholicæ provinciis et quibus prohibetur quorumdam librorum lectio, 1291-1019. — Independenter a legibus generalibus quæ ad totam Galliam spectant, multa sunt in Gallia episcoporum statuta quibus interdicitur lectio librorum contra fidem aut mores, 1294 et seq.-1022. — Libros obscœnos et amatorie scriptos legere non licet, XIV, 80, 81. — Decretum tulit synodus Tridentina de delectu librorum, I, 1389, 1365-1072, 1077. — Nemo nisi obtenta facultate ab auctoritate legitima, absque peccato libros prohibitos legere potest. Communis sententia materiæ parvitatem admitti illorum lectione. VI, 644

Liberi parentibus debent amorem, reverentiam et obedientiam. Nam hæc tria continet et exigit præceptum naturale divinum : Honora patrem tuum et matrem tuam, XVI, 1243

Primo, tenentur liberi parentes vere amare et quidem magis quam cæteros, et hunc amorem significare. Tenentur bonum spirituale et temporale iis velle et suppeditare in eorum necessitatibus etiam communibus. Debent quoque subvenire parentibus in omnibus aliis necessitatibus quoad honorem, famam, etc., 1243. — Contra charitatem et pietatem graviter peccant liberi, si parentibus signa amoris nunquam aut raro dent, vel signa odii ostendant; vel aspere loquantur, vel non subveniant in necessitate spirituali vel corporali; etc., etc. 1244, XVIII, 1158

Secundo, quoad reverentiam, ejus obligatio clare exprimitur verbo *honora*. Mortaliter peccant liberi, si parentes spernant, irrideant, etc.; si eorum monita, consilia et minas contemnant, si eos percutiant licet leviter, etc., etc., 1159, XVI, 1244. — Huic obligationi quatuor modis filii deesse possunt, defectu, signo, verbo, facto. XVIII, 1159

Tertio, liberi tenentur obedire parentibus in iis quæ spectant ad gubernationem domesticam et ad bonos mores. — Peccant mortaliter, si in re gravi ad mores, etc., spectante non obtemperent, XVI, 1245. — Sed non debent obedire cum parentes aliquid præcipiunt vel vetant contra Dei, vel Ecclesiæ præcepta aut consilia evangelica, 1245. — Filius cupiens ingredi religionem tenetur in sæculo remanere, ut parentum necessitati subveniat, 1246. — Sed quid, si filius professionem jam emiserit, an tenetur egredi, ut parentibus succurrat? 1246. — Obedientia requirit ut filius in omnibus licitis et honestis ad curam paternam pertinentibus, perfecte impleat voluntatem parentis, idque sub peccato ex genere mortali. XVIII, 1158

Libertas generatim idem est ac immunitas, X, 539-440. — Triplex est libertas : a peccato, quæ dicitur gratiæ ; a miseria, quæ dicitur gloriæ ; a necessitate, quæ dicitur naturæ, 1369-1000. — Libertas triplex est; prima, a peccato et miseria; secunda, a coactione; tertia, a necessitate, 539-440. — Libertas opponitur servituti et subjectioni. Multiplici sensu accipitur. Prima libertas est a pœna et miseria. Dicitur libertas felicitatis et gloriæ; non erit perfecta nisi in patria, XI, 439. — Secunda, est a peccato et ab habitibus inclinantibus in illud. Dicitur gratiæ et virtutis; solis justis competit, 439. — Tertia, est a lege. Primario et principaliter competit soli Deo; secundario et participative competit justis, 439. — Quarta est a violentia seu coactione. Dicitur spontaneitas seu libentia, 440. — Quinta, est a necessitate. Dicitur libertas indifferentiæ quia est ad opposita. 440

Libertas melius conscientia intelligitur quam definitur, II, 298. — A S. Thoma definitur ; 1° Liberum arbitrium, quod est causa sui ; 2° facultas voluntatis et rationis; 3° potentia rationalis ad opposita; 4° vis electiva mediorum, servato ordine finis; 5° libertas communiter definitur : Facultas quæ, positis omnibus ad agendum prærequisitis, potest agere vel non agere, XI, 441, 443. — Libertas est indifferentia activa ad agendum, vel non agendum, IX, 962-761. — Libertas indifferentiæ accurate definitur : Vis electiva, vel facultas suorum actuum domina, X, 539-440. — Libertas definiri potest : Facultas eligendi, quæ a Latinis optime dicitur optio, a Græcis electio. Hæc definitio universalis est et competit omni enti libero, Deo, angelis, homini, VII, 1454. — Complectitur tum libertatem contradictionis seu exercitii, quæ habet pro objecto actus internos voluntatis, et cui opponitur necessitas, secum trahens impossibilitatem oppositi ; tum libertatem executionis, quæ habet pro objecto actus exteriores a voluntate imperatos, et cui opponitur violentia seu coactio, 1454, 1455. — Electio duos saltem requirit terminos comparationis. Termini sunt multiplices. Inde libertas contradictionis, v. g., amandi vel non amandi, libertas contrarietatis, v. g., amandi vel odio habendi ; libertas specificationis vel disparitatis, v. g., scribendi, vel legendi, 1455 ; X, 539-440. XI, 440, 441. — Libertas contradictionis definiri potest: Facultas hoc vel illud bonum operandi. — Libertas contrarietatis definitur : Potestas bene agendi vel peccandi, IX, 962-761. — Libertas contradictionis, qua homo potest agere vel non agere, est de essentia libertatis, non libertas contrarietatis posse enim facere malum non est perfectio in libertate. X, 1254-973 ; XI, 470. — Nec in Deo, nec in beatis est libertas contrarietatis, VII, 1455. — Libertas a necessitate est immunitas non solum a coactione seu violentia, sed etiam a naturali instinctu et determinatione ad unum sine potentia ad oppositum ; ea gaudet qui potest velle aut non velle, XI, 440. — Libertas creata est facultas mentis humanæ qua post præviam boni aut mali cognitionem, et causam motricem, voluntas seipsam ultimato determinat in ordine ad bonum eligendum, aut malum eversandum, VI, 966, in nota. — Libertas physica vel naturalis est vis electiva voluntatis quæ eligere potest ad libitum partem sive faventem legi, sive faventem libertati. — Libertas moralis est illa quæ in eligendo sequitur ductum rationis, ac præscriptum sibi ab auctore naturæ bonitatis ordinem et gradum. XI, 300

In libertate tria caute secernenda : libertatis subjectum, illius terminus, et illius exercitium. Voluntas in nobis est libertatis subjectum ; terminus est nostra volitio ; exercitium est determinatio voluntatis. Exercitium libertatis nihil est reale superadditum subjecto et termino libertatis. VII, 133

Duplex est radix libertatis : alia extrinseca, alia intrinseca.

Radix extrinseca est summa efficacia divinæ voluntatis, XI, 442. — Radix intrinseca est triplex : prima et remota est ipsa conditio naturæ intellectualis, nempe immaterialitas, 442, 443. — Secunda et propinquior est ipsa universalitas intellectus in cognoscendo et judicando de omnibus, etiam reflexe de suo judicio, 443. — Tertia et proxima est amplitudo et capacitas voluntatis ad omne et universale bonum 443

Libertas est proprietas naturæ intellectualis. 451

Libertas spontaneitatis et libentiæ sequitur voluntatem ut natura est ; vocatur libertas voluntatis. — Voluntatem, ut est voluntas formaliter, sequitur libertas indifferentiæ; vocatur libertas arbitrii, XI, 468. — Liberum arbitrium definitur quod est causa sui. — Est ipsa voluntas realiter et entitative. — Est facilitas, seu facultas expedita ad operandum, 444. — Liberum arbitrium est facultas agendi ex consilio. — Ad libertatem requiritur intellectus, qui objectum debite proponat, et voluntas unum præ alio eligens, vel unum et idem acceptans, aut respuens, V, 1045. — Liberum arbitrium est formaliter in voluntate, radicaliter in intellectu. 1046

Quid de libero arbitrio et gratia sit necessario credendum, VI, 829. — Primo, liberum hominis arbitrium ex lapsu Adæ non fuit penitus extinctum ; secundo, gratia Christi est omnibus omnino hominibus necessaria, ut bonum aliquod operentur, quo vel justificentur, vel salutem æternam consequantur, 829. — Hæreticorum errores, 830. — Liberum arbitrium gratiæ cooperatur. 68 69.

De liberi arbitrii natura. Hæreticorum Lutheri, Calvini et aliorum sententia proponitur, tum huic affinis catholicorum quorumdam, qui cum illis sentiunt libertati solam opponi coactionem, non necessitatem, VII, 1804. — Quibus primum Tridentinæ synodi decretum opponitur, ac Romanorum pontificum, 10-8. — Quid sit voluntatis libertas, 1089. — Falso a nuperis theologis in'amatur catholica libertatis definitio, quod in eam philosophi consentiunt. 1090

Liberi arbitrii impugnatorum fucus, et cavillatio prima, qua veterum de libertate sententias eludunt, asserentes cum voluntas dicitur ad opposita esse libera, id seorsim ac separatim intelligi, ut aliquando unum, aliquando alterum velit, etsi, cum unum vult, necessario et determinate id velit, 1091. — Quæ opinio e Scripturis, et ex Augustini

interpretatione refellitur, ac docetur liberum arbitrium ad utrumvis indifferens esse. 1095 et seq.

Explicatur novorum theologorum opinio, et cavillus alter de necessitate opposita libertati. Contra quam universe primum disseritur, 1098. — Exponitur violentiæ et coactionis propria ratio, et quatenus libertati contraria est, 1100. — Ridicula adversariorum opinio, qui naturam et ea quæ naturalia sunt, violentis adscribunt, 1104 et seq. — De elicitis et imperatis voluntatis actionibus, et quatenus utrisque violenta necessitas adhibetur, 1099 et seq. 1108 et seq. — Mortis necessitas homini violenta non est, imo mors ipsa nonnullis optabilis. 1105, 1106

De Calvini et aliorum, etc., effugio et cavillatione, qui necessitatem, cujus expers est liberum arbitrium, solam volunt esse coactionem et violentiam; non autem necessitatem simplicem, quæ voluntatem uno aliquo circumscribit, 1111. — Adversus quos primo liberi arbitrii natura et proprietas exponitur, et S. Thoma et aliquot Patribus 1112 et seq. — Eadem opinio a S. Thoma hæretica judicatur, 1113. — Falso infamatur communis sententia, et philosophica vocatur, tanquam christianæ opposita, cum sit una et eadem. 1115 et seq.

Ostenditur necessitatem quamcumque cum libero arbitrio pugnare; latius explicatur natura illius et agendi ratio, 1119. — Variæ ac multiplices libertatis functiones ex antiquis declaratæ: quæ omnes necessitatem simplicem excludunt, 1120 et seq. — Quid sit indifferens, et quomodo libero arbitrio conveniat, adeo ut citra hoc agere nequeat, neque libertas humana consistere. Veterum Patrum de ea re sententiæ: quibus doctrinæ novitas eluditur, 1123 et seq. — Veteres passim voluntarium et spontaneum pro libero usurpabant. Vocabula voluntatis et libertatis vicissim sumebant. Sæpe confundebant necessitatem cum coactione, vi et violentia; interdum etiam libertatem naturalem cum libertate morali. 1438

De eo quod voluntarium vel spontaneum, et involuntarium dicitur, 1129. — Coactum, quod voluntario opponitur communi usu sermonis, non evertit funditus libertatem, sed extrinsecus adhibita vi ad eligendum aliquid compellit. Quare mixtum est ex voluntario et involuntario, et simpliciter est voluntarium. Quod est scriptura primum adversus novos theologos adstruitur. 1130 et seq.

Ostenditur a Patribus, coactum et violentum, quod libero arbitrio solet opponi, non funditus evertere libertatem, sed cum actu libero cohærere, 1134. — Fatalis necessitas, quam veteres libero arbitrio contrariam agnoscunt, non est violentia quæ omnem voluntatis actionem elidit; sed, ea posita, agit quidem ipsa, non tamen libere, quo argumento novum dogma funditus evertitur. 1140

Excutiuntur antiquorum Patrum testimonia, quæ opinioni favere suæ libertatis hostes arbitrantur; in quibus multiplex illorum allucinatio convincitur. Dionysius perperam ab illis acceptus, et ex eo refutata eorum opinio. Explicatur necessitas et vis, seu coactio, in quibus notionibus gravissimus eorumdem error aperitur, 1143. — Clementis Romani locus ab ejusdem defensus calumnia, et ex eo scriptore, cujuscemodi tandem est, communis opinio de libertate probata. Nec non ex Irenæo et Tertulliano, quorum sententias frustra ad novitatis suæ patrocinium traxerunt, 1149. — Hilarius testis adductus ab adversario, contra ipsum opponitur, et ex ejus illo ipso, quem citavit, loco, novæ opinionis falsitas clarissime ac validissime redarguitur, 1154. — Aliorum Patrum ab novi dogmatis auctore citata testimonia, quæ maxime contra ipsum faciunt. Imprimis Origenis qui novam de libertate sententiam prorsus evertit, 1158. — Coactio et vis apud eumdem non eo modo accipitur, quo putavit novi dogmatis auctor, 1160 et seq. — Eusebius ab eodem perperam citatus. Expenduntur illius loca ex libro sexto de Præparatione Evangelica, et ex libro contra Hieroclem. 1161 et seq.

De Epiphanio, quem pro se contraria secta testem citat. Ostenditur neutiquam ejus errori suffragari, neque Macarium; cujus verbis dogma illud refellitur. Chrysostomus quoque id auctoritate sua damnat, 1163. — Disputatur iterum de vi et coactione, quam solam hæretici contrariam libero arbitrio faciunt. Contra quos probatur non ei esse contrariam, sed esse nihil et repugnantiam continere. 1166, 1171

De Basilio Seleucensi et Cyrillo, quos adversus libertatis indifferentiam testes citant adversarii. Refelluntur hi ex utriusque sententiis, quæ de liberi arbitrii indifferentia disertissime proferuntur. 1172 et seq.

De Joanne Damasceno, quem testem adhibent novi dogmatis patroni; in quo mira illorum allucinatio detegitur. Proponuntur et examinantur illius loca, quibus abutuntur isti. Spontaneum interdum pro libero accipitur, et cum electione conjunctio, 1180. — Ejusdem Damasceni sententia de arbitrii libertate plenius edisseritur. 1187

Exponuntur usitatæ apud Patres quædam locutiones, quibus liberi arbitrii facultas et agendi modus exprimitur ejusmodi, ut, necessitate remota, utrumvis appetere possit ac repudiare. In nobis est, vel in nostra potestate, dominum esse, 1190 et seq. — Dominium nihil aliud est quam proprietas rei, 1193. — Locus communis apud Patres, cur non Deus nos necessitate quadam ad virtutem adstrinxerit, 1193 et seq. — Alia liberi arbitrii nomina, quibus omnibus libera ad utrumvis propensio designatur, 1196 et seq. — De potestate ac libertate agendi, cui simplex adversatur necessitas, 1199. — Laus et vituperatio ex sola generis illius libertate sequuntur. 1201

De libero arbitrio in naturalibus et civilibus. — De concordia cooperationis divinæ cum libero arbitrio, V, 1046. — De viribus liberi arbitrii in moralibus, 1047. — De viribus liberi arbitrii in supernaturalibus, 1049. — Quid de gratia et libero arbitrio necessario sit credendum. — Liberum arbitrium est activum. — Hæreticorum errores, VI, 829. — Quid sentiant Thomistæ de libero arbitrio, VII, 262. — Molinæ sententia circa liberum arbitrium. 277, 287

Varii errores circa libertatem arbitrii, seu libertatem a necessitate, XI, 441. — Non pertinet ad libertatem arbitrii quod sit primum determinans, 448. — Quod confirmatur triplici solutione a S. Thoma. 449 et seq.

Libertas vera et essentialis non compatitur naturalem necessitatem, 459; 465 et seq. — Non solum violentia, sed et necessitas qualibet liberum evertit arbitrium, VII, 1115. — Naturalis necessitas non repugnat libertati spontaneitatis, sed repugnat libertati indifferentiæ, XI, 473, 474. — In libertate indifferentia duplex est: prima est cum voluntas otiosa est et suspensa ab actu: vocatur passiva, potentialis, privativa, negativa, suspensiva. Secunda, quæ dicitur activa seu actualis, est cum, positis omnibus ad agendum requisitis, voluntas agere potest vel non agere. Hæc indifferentia est de essentia libertatis, 481. — Quæ indifferentia sit de essentia liberi arbitrii, 462. — Vera et essentialis libertas arbitrii non consistit in sola immunitate a coactione, cum perfecta advertentia, seu, ut dicunt, in solo voluntario rationali, sed in immunitate a necessitate, seu libertate indifferentiæ. Ita communiter, 463 et seq. — Sola indifferentia contradictionis et exercitii pertinet ad essentiam libertatis; non vero indifferentiæ specificationis seu contrarietatis, sive physica, sive moralis ad bonum et malum, 408. — Ad libertatem essentialem arbitrii sufficit quod voluntas sit domina sui actus, 469. — Potentia peccandi est merus defectus libertatis, non ejus pars et extensio, X, 1254-973; XI, 470. — Objectiones. 470

Stante indifferentia judicii voluntas non potest necessario moveri, seu necessitari, 482 et seq. — Indifferentia judicii est radix libertatis; ea ablata, desinit libertas. 486

De libertate humana. Homo considerari potest vel ut intelligens, vel ut volens, vel ut sensuum impressionibus obnoxius, II, 369. — Objectum intellectus est verum, seu reale, seu apparens; falso enim qua falso mens adhærere nequit, nec veritati cognitæ et perceptæ intellectus obsistere potest hinc ubi affulget evidentia, assensus mentis liber non est, 370. — Objectum voluntatis est bonum, seu reale, seu apparens. Malum qua malum amplecti, et bonum qua bonum aversari non possumus. Hinc nulla in nobis libertas circa studium propriæ felicitatis, etc., 470. — Unio mentis et corporis hominem dolori et voluptati obnoxium facit. 370

Non una est philosophorum opinio circa libertatem humanam. Prima opinio nullam in homine libertatem, imo nullam vim agendi proprie dictam agnoscit. Necessitatem voluntati extrinsecam inducit, 371. — Secunda sententia, rejecta omni necessitate extrinseca, docet nullam esse actionem humanam quæ non habeat antecessiones in animo plane necessarios. In illa sententia, homo immunis non est a necessitate interna, et notio omnis libertatis ad meram spontaneitatem reducitur, 371. — Tertia sententia docet dari in homine libertatem indifferentiæ et æquilibrii, qua voluntas sola sua vi in hanc vel illam partem sese determinat, 372. — Quarta sententia, rejecta libertate indifferentiæ et æquilibrii, docet omnem hominis actum habere præparationes, seu prædeterminationes in intellectu, vel in voluntate. In hac opinione libertas posita est in facultate deliberandi, 373. — In tertia et quarta opinione salvum manet dogma libertatis. 373

Est in homine libertas, seu vis activa vere et proprie sensu sui determinatrix. Argumentum primum, ex testimonio sensus intimi, 373. — Argumentum secundum, ex sensibus, cum exercitio libertatis conjunctis, 374. — 1° Sublata libertate, nemini imputanda foret actio a qua abstinere non posset; 2° nulli conscientiæ stimuli experirer

tur, 575. — 3° Nullum esset discrimen inter virtutem et vitium ; 4° amicitiæ, benevolentiæ, grati animi sensus falsi et inanes essent, 576. — 5° Leges et supplicia libertatem supponunt, 577. — Argumentum tertium, ex diversa hominum et belluarum natura, 577. — Ad libertatis prærogativam pertinet in animantia cætera, VII, 1069. — Argumentum quartum, ex universali generis humani consensione, 579. — Objectiones. 580

Vera libertate gaudet homo, VI, 83 ; 963, 969. — De fide est dari in homine lapso libertatem arbitrii seu indifferentiæ, XI, 451. — Objectiones, 455. — Libertas humana cum præscientia divina consistere potest, II, 293 ; 383, 386. — Ciceronis verba, 381. — Præscientia Dei non officit humanæ libertati, VI, 28. — Gratia efficax libertati non officit, 69. — Homo Dei gratiæ libere consentit. V, 1051

Libertas est fundamentum totius moralitatis, XI, 439. — Ad merendum vel demerendum in statu naturæ lapsæ requiritur in homine libertas a necessitate seu libertas indifferentiæ, et non sufficit libertas a coactione, 436, VII, 1455 et seq. — Difficultates, 1459 et seq. — Etsi per originale peccatum liberum hominis arbitrium attenuatum sit, non est tamen extinctum, seu manet in statu naturæ lapsæ vera et proprie dicta libertas ad merendum vel demerendum necessaria, 1467. — Difficultates, 1469 et seq. — Ad merendum vel demerendum non requiritur necessario libertas contrarietatis ad bonum vel malum, sed sufficit libertas contradictionis. — Objectiones. XI, 439

Refelluntur hodierni philosophi prætendentes id, quod certo et infallibiliter fit, libere non fieri, X, 1323. — Libertas Dei, II, 298 ; VII, 416. *Vid.* Deus. — De libertatibus Ecclesiæ gallicanæ. IV, 1099

Libido, seu cupiditas, est inordinata voluntas qua aliquid concupiscitur plus quam dictat recta ratio : est ex genere suo peccatum veniale. Specialiter significat cupiditatem delectationis venereæ. Vide Luxuria. — Oscula, tactus, aspectus, et verba turpia, cum sunt libidinosa, sunt peccata mortalia, XIV, 777 et seq.-614. *Vid.* Amplexus — Inter conjuges ad præparationem copulæ, et animo ad illam perveniendi, sunt licitæ, XXV, 548. — De aspectu libidinoso inter personas solutas, XIV, 799 et seq.-624. *Vid.* Aspectus.

Licentia requisita ac valorem matrimonii, XXV, 323, 536

Ligamen. — De l'empêchement du lien. — On parle à cette occasion des concubines et de leur différentes conditions dans les divers temps. Sur quoi est fondé cet empêchement. Précautions qu'on prend pour que les règles saintes ne soient pas violées en ce point par les hommes débauchés, XX, 1110 et seq. — Ligamen seu vinculum prioris matrimonii, etiam non consummati, est impedimentum dirimens subsequens matrimonium, XXV, 635. — Fundatur hoc impedimentum in matrimonii indissolubilitate et unitate, 635. — Matrimonium infidelium dissolvi potest per subsequens matrimonium, 635. — Impedimentum ligaminis divino jure quodcunque aliud matrimonium dirimit, 635. — Conjux aliud matrimonium inire non potest, nisi certitudinem moralem habeat de morte comparis, 635, 636

Ligatura, ligula, seu quod est idem, maleficium ligaminis, est usus signi sensibilis, quo impeditur actus matrimonialis in conjugibus, XVIII, 1124. — Hujus impotentiæ causas proximas ad numerum septenarium doctores reducunt, 1124. — Est casus reservatus, 1125 et seq. XIV, 125, 124-99.

Lignatio seu collectio parvulorum lignorum in sylvis, modo justa est, modo injusta, XV, 522, 525, 851. — Qui in sylva vetita totius communitatis contra justam prohibitionem ligna cædit, non peccat, nec tenetur ad restitutionem, nisi communitati graviter nocuerit, XXII, 1000, 1002 in notis. — De furtis eorum qui ligna cædunt in sylvis aliorum. XIV, 889 et seq.-702

Limbus est subterranea regio inferno et purgatorio superior, in qua animæ sanctorum quibus nulla pœna pro peccatis solvenda supererat ante Christi adventum excipiebantur, et ibi sine ullo doloris sensu, beata redemptionis spe sustentatæ, quieta habitatione fruebantur, VI, 240. — Christus in Evangelio locum illum vocat sinum Abrahæ. — Huc anima Christi re et præsentia descendisse dogma fidei est. 240 et seq.

Linea consanguinitatis est personarum sanguine junctarum ordinata collectio, XVIII, 1097. — Seu collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus continens, et cognationem distinguens, XIX, 469 — Linea et gradus arborem efficiunt, 470. — Stipes dicitur illa persona a qua cæteræ originem ducunt. 469

Linea dividitur in rectam et transversam. Recta est series producentium et productorum, XVIII, 1097. — Duplex est linea recta, nempe ascendentium, quæ continet genitores ; et descendentium, quæ continet genitos. 1097

Linea transversa, quæ etiam collateralis dicitur, est series disparatorum ab eodem stipite descendentium, 1097. — Complectitur illos qui nobis ex latere juncti sunt, XIX, 470. — Æqualis dicitur series descendentium secundum eamdem distantiam ; inæqualis vero series eorum qui ab eodem stipite inæqualiter distant. 470, XVIII, 1097, 1098

Linea descendentium est series personarum secundum habitudinem principii ad principiatum, ut patris ad filium. Linea ascendentium est series secundum habitudinem ad principium, ut filii ad patrem. Linea transversa sumitur secundum habitudinem eorum qui sunt ab uno principio ad invicem, ut fratres, XIV, 723-571 ; XVIII, 1097. — Pro linea recta est generalis regula, tot gradibus distare unum ab altero, quot generationibus, seu tot esse gradus quot personas, dempta una, 1097. — Pro linea transversa æquali hæc est regula generalis, tot gradibus distare a se invicem, quot ab ipso stipite, 1097. — Pro inæquali regula generalis est, tot gradibus distare unum ab altero, quot gradibus remotior distat a stipite. Remotior trahit ad se propinquiorem. 1098

Lingua latina quæ vinculum unitatis in Ecclesia existit in theologia utendum est, I, 40-33, 34. — De linguarum hebraicæ et græcæ utilitate. Multiplex est, 200-203-155-165. — Cur latina lingua ab ipsis Evangelii primordiis ad usum occidentalis Ecclesiæ consecrata abdegari, vernaculis introductis, non debeat, multiplex est causa, XX, 1553. — Prima est reverentia antiquitatis a qua facile non est in publicis functionibus recedendum. — Secunda est uniformitatis necessitas, quæ alias non integra constaret, 1553. — Tertia est linguarum viventium inconstantia, 1554. — Duæ aliæ rationes, 1555 in nota. — Censura quinque propositionum Erasmi, edita a sacra facultate Parisiensi, 1555 et seq. in nota.

Litaniæ, seu rogationes, majores vocantur illæ quæ tribus ante Ascensionem diebus dicuntur ; minores vero, quæ dicuntur die S. Marci, XVII, 1308. — Sanctus est et religiosus usus litaniarum sive sanctorum, sive Virginis, 1308. — Forma hæc interpellandi sanctos, quam litaniam vocamus, est antiquissima, 1308, 1309. — Constat hanc formam orandi non solum privatam esse, sed etiam publicam totius Ecclesiæ, 1309. — Omnia quæ in litaniis continentur summa veritate et pietate sunt composita. 1310

Litaniæ Judæorum, XXVI, 87 et seq. — Cur in hac precatione alphabetico ordine digesta omittitur littera nun. 99

Lithomantia, divinatio ex lapidibus. III, 130

Litigium consistit in verbis ; idem est ac contradictio, XIV, 671-530. — Litigii peccatum dupliciter incurritur, vel formaliter, contradicendo ex intentione hominem contristandi ; vel materialiter, seu absque tali intentione. Utroque modo est vituperabile. Communiter videtur esse veniale, propter parvitatem nocumenti intenti aut subsequentis. 672-534

Litterarum a superioribus ad inferiores, et ab inferioribus ad superiores, malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio, est casus reservatus, XVIII, 1345. — Impedimentum censetur malitiosum cum fit ex malitia, seu directa intentione impediendi effectum litterarum. Impedimentum est retentio aut interceptio litterarum, 1346. — Retardatio est actio fraudulenta qua fit ut litteræ suo tempore aut non recipiantur aut non destineantur, 1346. — Apertio est fractio sigilli aut ligaturæ qua epistola clauditur ne legatur, 1347. — Per superiores intelliguntur prælati generales, provinciales, locales ; per inferiores, eorumdem subditi, 1347. — An sufficiat impedire, retardare, aperire quaslibet litteras superioris ad inferiorum et e converso ? 1347. — Non sufficit fraudulenter legere, si legens neque impediat, neque retardet, neque aperiat, 1348. — An sufficiat apertio sine lectura ? 1348. — Casum non incurreret qui superioris litteras impediret, etc., quando ex iisdem probabiliter sibi timeret injustum gravamen. Ita communiter. 1349

Litteræ dimissoriæ. — *Vid.* Dimissoriæ.

Liturgia, λειτουργεῖν idem est ac sacrificare, XXIV, 1466. — De usu librorum liturgicorum in rebus theologicis. Liturgici Græcorum libri percensentur, V, 207-254. — Liturgici Latinorum libri enumerantur, 254-268. — Argumenta exhibentur quibus liturgicorum librorum auctoritas in re theologica impugnatur, 269. — Diluuntur eadem argumenta, 303 et seq. — Eorumdem librorum auctoritas multis argumentis evincitur, 272 — Canones pro delectu liturgicorum librorum unde in rebus theologicis peti possint argumenta, 275. — Canones ad argumenta e liturgicorum librorum silentio rite ducenda proferuntur, 279. — Canones aliqui ad germanum veterumque liturgicorum librorum sensum assequendum proponuntur, 283. — Corollaria, 286. — Canones alii ad verum genuinumque liturgicorum sensum exprimendum perquam opportuni. 296

Locatorius. — *Vid.* Locatio.

Locatio affinis est emptioni, sicut venditioni conductio, XIV, 1038. — Locatio et conductio sunt duo contrac

tus inter se correlativi, et in unum contractum coeuntes; sic definiuntur : contractus quo rei usus vel personæ opera ad certum tempus pro certo lucro alteri acceptanti conceditur, XVI, 671. — Locatio alia est rerum, alia operarum. Locatio rerum est, quando usus vel fruitio rei sub certa mercede præstatur ad tempus. Si agatur de domibus et rebus mobilibus, dicitur gallice *bail à loyer*; si agatur de bonis ruralibus, *bail à ferme*; si agatur de animalibus curandis, *bail à cheptel*, 671. — De obligationibus locatoris, 671, XIV, 1058-855. — De obligationibus locatorii seu conductoris, 1060-857; XVI, 672.—De variis modis quibus resolvitur locatio-conductio. 673

Locatio operarum est quando opera vel facta præstantur sub certa mercede. Vocatur simpliciter, *loyer*. Tres sunt hujusmodi locationes : 1° locatio operariorum et famulorum; 2° vectorum, gallice *voituriers*; 3° eorum qui suscipiunt in re opera facienda, gallice, *entrepreneurs*, 674, 678. *Vid.* art. codicis civilis. 1700, 1800

LOCATOR. *Vid.* LOCATIO.

LOCI THEOLOGICI sunt fontes ex quibus theologia tum decreta fidei et testimonia quibus constant, tum argumenta rationalia sua depromit. Alii ex auctoritate, alii ex ratione oriuntur, I, 84-63. — Recensentur loci theologici. 82-62

Primus, Scriptura sacra, 83-255.-63-181. — *Vid.* SCRIPTURA SACRA.

Locus secundus, traditiones apostolicæ, 255-276.-183-216. *Vid.* TRADITIO.

Tertius locus, Ecclesiæ catholicæ auctoritas, 277-342.-216-238. *Vid.* ECCLESIA.

Quartus locus, conciliorum auctoritas, 343-412.-267-322. — Hujus loci summa : nos in dogmate fidei, et decretis ad salutem fidelium necessariis conciliorum auctoritatem asserimus, in rerum gestarum judicio et ordine non asserimus, 406-318. *Vid.* CONCILIUM.

Quintus locus, Ecclesiæ romanæ auctoritas, 411, 464-323, 364. *Vid.* S. PONTIFEX.

Sextus locus, sanctorum Patrum auctoritas, 463, 502-363, 394. *Vid.* DOCTORES.

Septimus locus, theologorum auctoritas, 501, 556-393, 429. — Lutheranorum in theologiam furor. Quinam veri nominis theologi censendi, 501-395. — Multiplex theologiæ munus, 504-396. — Præcipua Lutheranorum argumenta, 508-398. — Scholæ auctoritas certis finibus circumscripta admittenda est, 508-399. — Quid de variis theologorum placitis statuendum, 513-403. — De auctoritate juris pontificii prudentium, 528-413. — Quis usus juris canonici in theologia. 532-418

Octavus locus, ratio naturalis, 573, 564-421, 444.—Primus error in hujus loci usu vitandus, ne plus æquo in re theologica rationi naturali tribuatur, 535-421.—Alter error illorum est qui a naturæ rationibus prorsus abhorrent. Eorumdem argumenta proponuntur, 539-425.—Eadem argumenta refelluntur, 535-436. — Memorati auctores et sectatores, 541-425. — Error refellitur, 545-426. — Philosophia theologo necessaria, 540-429.—Apostoli et alii sancti viri naturæ etiam rationibus usi sunt, 549-431— Duo vitia vitanda in usu philosophiæ, 552-433. — Quæ sit hujus loci firmitas in theologica disciplina. 555-435

Nonus locus, auctoritas philosophorum qui naturam ducem sequuntur, 565-590.-443-460. — Hujus loci tractandi necessitas, 565-443. — Argumenta quibus philosophorum auctoritas impugnatur, 560-445. — Eadem argumenta refelluntur, 580-456. — Qui philosophi sint theologis utiles, 567-446. — Quam habeat in re theologica philosophorum auctoritas, 571-449.— Quibus finibus Aristotelis auctoritas circumscribenda, 575-452. — Juris civilis in theologicis controversiis auctoritas, 581-457. — Juris civilis studium theologo utilissimum, 582-457. — Quæ vis argumenti ex jure civili desumpti. 584-459

Decimus locus, historiæ humanæ auctoritas, 587, 609-461, 547. — Historiæ humanæ in theologica utilitas, 587, 461. — Auctoritas humanæ historiæ aliquando probabilis, quandoque etiam certa, 599-471. — Qui sint probatæ fidei auctores, qui contra non sint, 630-516. — Argumenta quibus humanæ historiæ impugnatur, 592-465. — Refelluntur. 603 et seq. 691 et seq.-474 et seq. 544 et seq.

De locorum usu, I, 697-908.-549-716. — Locorum utilitas, 703-708.-553-557. — Quæ sunt quæstiones, seu conclusiones theologicæ, 728 571. — Quibus notis quæstiones fidei dijudicari possint, 736-579. — De variis earum gradibus, 748-589. — Regulæ tres, ad quas fidei externa judicia dirigenda sunt, 775-611.—Quomodo argumenta theologiæ e locis ducenda sint, 793 et seq.-623 et seq. — Primum præceptum argumenti inveniendi, ut theologus habeat omnes theologiæ notos et tractatos locos, 794-626. — Secundum præceptum, ut argumentationes theologorum suis locis reddantur, 796-627. — Tertium præceptum, ut quæstionem quam versare cupit, in locos theologiæ theologus conjiciat, 797-628. — Primas partes habet auctoritas, secundas ratio, 790-630. — In utraque sunt gradus argumentorum. 800-630

Exemplum primum argumentationis e locis desumptæ. Controversia de Eucharistiæ sacrificio. Argumenta ad explicanda fidei principia spectant. 805-806.-633-684

Exemplum secundum. Quæstio de visione animæ Christi. Argumenta ad confirmandas theologiæ conclusiones spectant. 807-889.-684-702

Exemplum tertium. Disputatio de animæ immortalitate. Argumenta ad rerum naturalium probationem spectant. 889-907.-702-716

De usu librorum liturgicorum in rebus theologicis, V, 297-309. *Vid.* LITURGIA.

De usu inscriptionum christianarum in rebus theologicis, 309, 390. *Vid.* INSCRIPTIONES.

De locis theologiæ moralis, XI, 9, 64. — De necessitate divinæ revelationis in morum theologia, 10. — Non respuenda tamen humana ratio, 12. — De primo ac principe moralis theologiæ loco, sacra nempe Scriptura. 14

Regulæ pro necessitate et usu sacrarum Scripturarum in rebus moralibus. Regula prima. Ea etiam nos docet quæ ad mores informandos, etc., utilia ac necessaria sunt, 17. — Regula secunda. Culpæ reus est qui in moribus dirigendis illo auxilio non utitur, 17.— Regula tertia. Sacerdotes præsertim sacras litteras scrutari tenentur, 18. — Magistris theologiæ moralis et confessariis potissimum necessaria est sacræ Scripturæ scientia, 19. — Regula quinta. Munus episcoporum circa lectionem Scripturarum, 20. — Regula sexta. Frequentior sit lectio librorum qui ad mores informandos magis prosunt, 21. — Regula septima. In libris præsertim legalibus, e.g. Testamenti, distinguenda sunt ea quæ nunc quoque obligant, ab iis quæ obligare cessarunt, 22. — Regula octava. A manifestis textibus ad difficiles pergendum, 22. — Regula nona. Sensus non satis perspicuus exemplis sanctorum qui iisdem Scripturis commendantur, explicandus est, 22. — Regula decima. Non omnes tamen justorum actiones quas Scriptura commemorat, ad exemplum nobis proponere debemus, 23. — Regula undecima. Scriptura sacra non detorquenda ad sensus depravatæ nostræ voluntatis, 23. — Regula duodecima. In Scripturis sacris quærenda sunt principia et regulæ generales, 24. — Regula decima tertia. Non præcipit Scriptura nisi charitatem, nec culpat nisi cupiditatem, et eo modo informat mores hominum, 24. — Regula decima quarta. Præcedentis explicatio ad discernendum quodnam peccatum sit mortale, quodnam veniale, 26. — Regula decima quinta. Nefas est Scripturam interpretari contra sensum quem tenet Ecclesia, aut contra sensum unanimem SS. Patrum, 27. — Regula decima sexta. Nemini licet sola humana ratione ducto a generalibus Scripturæ sententiis excipere vel in materia fidei, vel in materia morum, 27. — Regula decima septima. In æstimanda actionum qualitate locutiones Scripturæ in proprio suo ac nativo sensu intellectæ sunt attendendæ, 27.—Regula decima octava. Quæ sub præcepto cadunt, et quæ sub consilio discernenda sunt. 28

De altero moralis theologiæ loco, divinis nempe traditionibus, XI, 30 et seq. — De auctoritate Ecclesiæ in qua Scripturæ et divinæ traditiones conservantur, 34 et seq.— Quibus præsertim mediis certa fidei et morum doctrina Ecclesiæ in christiana gente propagetur, 39 — 1° De conciliorum auctoritate, 41. — 2° De auctoritate summi pontificis in definiendis quæ ad fidem et mores pertinent, 42.— 3° De SS. Patrum auctoritate et usu in morali theologia, 44 et seq.— Quædam animadversiones circa usum SS. Patrum in rebus moralibus. 49

De usu rationis in morum theologia, 52. — Auctoritas primas partes obtineat, ratio postremas. — Ratio consequens revelationem commendanda, sed ratio antecedens abjicienda est. 54

De scholastica theologia. 56

De theologia casuistica, et casuistarum usu. 57-64

LOCUS duplex est : primus est locus realis, quem definivit Aristoteles illis verbis : Locus est superficies corporis continentis immobilis, XXIII, 163. — Alius locus est spatium imaginarium immobile, 187. — Nihil aliud sunt spatia imaginaria quam ubicationes possibiles in infinitum *syncategorematice* magis ac magis distantes a nostro spatio, 188. *Vid.* UBICATIO.

LOCUTIO Dei ad extra sumitur pro manifestatione rei prout est in mente divina, ad creaturas specialiter directa, VI, 522. *Vid.* REVELATIO.

LOTERIA, gallice *la loterie*, est contractus quo unus vel plures mutuo in commune ponunt, quorum diversæ partes possunt vel non possunt obvenire iis qui certam pecuniæ summam contulerunt, XVI, 691, 923. — Ille contractus, positis quibusdam conditionibus, licitus est, 691. — In

Galliis nunc prohibetur loteria. At sub prohibitionem venire non videntur loteriæ quæ fiunt joci modo vel ad pias causas, 692. — Loteriæ vulgare vocabulum derivatur a voce patria *los*, seu, ut in Germania interiore pronuntiatur, *lot*, quæ sortem significat. 926

LUCERNARIUM, liber liturgicus. V, 265

LUCRUM cessans dicitur quando quis non habet id quod habiturus esset ultra ea quæ jam antea habebat, XVI, 814. — Lucrum cessans locum habet, quando quis præcise ob mutuum privatur emolumento, quod certo aut probabiliter percepisset ex pecunia sua, nisi eam mutuo dedisset, 735. — Lucrum cessans est titulus secundus legitimus aliquid ultra sortem exigendi, 814-735.— Modo observentur conditiones requisitæ. Prima est ut mutuum vere sit causa lucri cessantis; secunda, ut non suppetant aliæ pecuniæ otiosæ, quæ in idem lucrum impendi possint; tertia, ut spes sit probabilis et propinqua lucri ex tali pecunia futuri; quarta, ut mutuatarius sit admonitus de lucro cessaturo; quinta, ut non exigatur totum lucrum speratum, sed secundum valorem probabilis spei, etc., 816.— Sexta, ut compensatio lucri cessantis non statim extrahatur ex pecuniis mutuatis; septima, ut necessitas mutuatarii non sit tanta, quæ exigat gratuitum mutuum etiam cum lucro cessante. 817-735, 736

De destinatione lucrativa, 736. — An mutuans possit aliquid exigere in compensationem lucri quod sperabat ex destinatione lucrativa, cui renuntiavit ut mutuo pecuniam traderet. 736 et seq.

De contractu lucri minoris certi pro majore incerto. 924, 927 et seq.

LUDUS in genere est dictum vel factum ad animi relaxationem, vel corporis exercitationem ordinatum. — Sed ludus relative ad justitiam spectatus, in quo pecunia vel alia res pretio æstimabilis impenditur a ludentibus, est contractus quo ludentes inter se paciscuntur, ut victori cedant pretium quod exposuerunt, XVI, 692 — Ludus mox definitus triplicis est generis : *industrialis*, qui potissimum regitur industria ludentium ; *aleatorius*, qui præcipue pendet a casu ; *mixtus*, qui partim ab industria et partim a casu pendet, 692. — Nullus ex his tribus ludis, spectato solo jure naturali, illicitus est, si serventur debitæ conditiones, 692. — Ut ludus sit justus, requiritur, 1° ut ludens habeat dominium et administrationem rerum quas exponit ; 2° ut absit dolus, fraus et coactio ; 3° ut inter ludentes servetur æqualitas, nimirum in spe et periculo lucri. 693

Quænam conditiones requirantur ut ludus sit licitus, 693. — Quænam ex ludo exurgant obligationes, 694.— In Galliis ludos aleatorios lex tantum prohibere videtur in eo sensu quod deneget actionem in foro externo, sive ad exigendum quod ex ludo debetur, sive ad repetendum quod voluntarie solutum est. Art. Codicis 1965, et 1967, 694. — Victor tuta conscientia potest in præsenti rerum statu ex ludo vetito et a fortiori non vetito lucrum percipere, et illud perceptum retinere, modo servatæ fuerint conditiones ex justitia requisitæ. — Victus tenetur in conscientia ex obligatione justitiæ quod in ludo perdidit victori solvere et solutum non repetere, etiamsi summa perdita notabilis esset, 695. — Confessarius injungere potest pœnitenti ut summam notabilem quam ex ludo lucratus est, vel saltem magnam illius partem in pia opera impendat. 695

Ludus modestiæ seu temperantiæ vitium oppositum, XI, 1251. — Ludus proprie dicitur in factis, jocus in verbis et lusus ad voluptatem referri solet, quia solius voluptatis causa fit. 1251

Ludus moderatus licitus est, ac virtutis actus. Doctrina S. Thomæ exponitur, 1251. — Conditiones ad honestum ludum necessariæ, quibus non servatis, ludus vitium est, 1252. — Doctrina S. Thomæ quoad excessum in ludo observanda, 1253. — Mens S. Thomæ quoad histriones et artem histrionatus clara in luce collocatur, 1253, 1254. — Immunes a culpa non sunt, qui principaliter ludunt propter lucrum, 1254, 1262. — Ludi, etiam liciti, sæpe a peccato non sunt immunes, 1262. — Lethalis fraudis reus est qui in quovis ludi genere summam notabilem malis artibus lucratur, 889. — Ludens cum minori non tenetur restituere, etc. XXV, 526

De ludis qui speciem quamdam imaginum habent, in quibusdam anni solemnitatibus, XXVII, 367. — De piis variarum olim gentium spectaculis, 369 et seq. — Festivitas animi. 380

LUMEN. In homine justo triplicis generis lumen distinguitur : 1° lumen sensuum, quod movet passiones ; 2° lumen rationis, quod præest liberis voluntatis affectibus ; 3° lumen super naturale fidei, quo reguntur similes animi affectus, scilicet amoris, odii, tristitiæ, etc.

Lumen gloriæ stricte et proprie dicitur et est virtus Dei elevans et ordinans creaturam ad Deum, X 26-23.—Lumen naturale Deum esse, et esse remuneratorem S. Paulus docet, I, 718 et seq.-565.— Quæ sunt de fide per accidens lumine naturali cognoscuntur, 722-568, 569.— Utrumque lumen et naturæ, et fidei, quorum altero naturalia, altero supernaturalia videre dicimur, a Deo est.—Luminis naturalis ducatum, etc., repellere, stultum est et impium. 555-456

LUNATICI dicuntur qui lucida quædam habent rationis intervalla, sed et quosdam ejus eclipses patiuntur. XVII, 226

LUSUS ad voluptatem referri solet, quia solius voluptatis causa fit, non aliqua lucri, aut periculo damni ; frequentius appellatur ludus. XI, 1251

LUTHERANI, hæretici sæculi XVI a Luthero dicti. — Lutheri historia. V, 83 et seq.

De præcipuis Lutheri discipulis, 90 et seq.; X, 254-201 et seq.—In quinque classes possunt distribui Lutherani. Prima est rigidiorum qui pura Lutheri sectantur dogmata.— Secunda est molliorum qui Lutheri placita in nonnullis emollire conati sunt. — Tertia est sacramentariorum qui profitentur in Eucharistia Christi corpus non esse nisi in signo.— Quarta est anabaptistarum qui docent Baptisma parvulis nihil prodesse. — Quinta eorum qui adiaphoristæ, seu indifferentes dicuntur. 256, 257-203

De Lutheri erroribus, V, 86 et seq. — Errores Lutheri circa prædestinationem. — Circa substantiam gratiæ, 257-203, 204. — Errores circa modum agendi gratiæ, 258-205. — Errores circa liberum arbitrium, 260-206. — Errores circa justificationem, 262-207.— Errores circa contritionem. XXII, 195

Lutheri propositiones 41, a Leone X damnatæ. VI, 662 et seq.

De multiplici Lutheranæ hæreseos damnatione, X, 265 et seq.-209. — Lutheranorum in theologiam furor, I, 501-393. *Vid.* PROTESTANTES

LUTHERUS libidini deditus, III, 898. *Vid.* LUTHERANI.

LUXURIA, tertium vitium capitale.— Hic nomine luxuriæ intelligitur peccatum in excessu venereorum contra rationem et Dei intentionem, XIV, 674, 675-533. — Finis luxuriæ est delectatio venereorum quæ est maxima, 675-533. — Definitur : Peccatum quo venerea voluptas supra modum et contra legem naturalem et divinam appetitur et percipitur, XI, 951. — Luxuriæ vitia sunt contra legem naturæ, VI, 859. — Extra matrimonium legitimum, usus venereorum fieri non potest debito modo et ordine. XI, 951

Luxuria ex genere suo est peccatum mortale ; injuriam Deo facit, 951. — Singularem Christo facit injuriam, 952. — Est affine idololatriæ, 953. — Luxuriosus in se ipsum graviter peccat, 954.— In omni luxuria directe volita, non datur levitas materiæ, XIV, 675-534. — In delectatione carnali non propter se expetita, sed solum indirecte in causa volita, admitti potest levitas materiæ. Et tunc peccatum veniale est. 676, *in nota*-534

Septem sunt luxuriæ species, scilicet fornicatio simplex, adulterium, stuprum, sacrilegium, incestus, raptus, et vitium contra naturam, XVI, 676-534; XI, 951.— *Vid.* hæc verba. Peccatum libidinis rei luxuriæ aliud internum quod complectitur concupiscentiam et delectationem morosam ; aliud externum quod fit in propria persona ; vel intra. In propria persona est pollutio, quæ dum est voluntaria dicitur mollities ; dum non est voluntaria vocatur simpliciter pollutio. — Peccatum carnis extra personam propriam est vel naturale vel contra naturam. Naturale libere commissum a liberis vocatur fornicatio ; cum virgine et violentia, stuprum ; si interveniat abductio localis, raptus ; commissum cum conjugata, adulterium ; cum consanguinea vel affinea, incestus, cum persona Deo sacrata, sacrilegium ; contra naturam commissum cum creatura rationali, dicitur sodomia, perfecta vel imperfecta, pro sexus conditione ; cum irrationali, dicitur bestialitas. XVIII, 1332

Vitium contra naturam est species luxuriæ, XIV, 748-591.—Quatuor sunt illius peccati species ; 1° Mollities sive pollutio ; 2° inordinatus concubitus ; 3° sodomia ; 4° bestialitas 5° addi potest fellatio, 748-591 ; XI, 956.—Peccatum contra naturam est actus venereus ex quo generatio sequi non potest, sive qui fit præter eum usum unde humana natura potest nascendo subsistere, 958. — Quinties peccari potest contra naturam pro defectu quinario conditionis ad conceptionem et generationem requisitæ, XVIII, 1209. — Primum, peccatum vocatur pollutio seu mollities ; secundum, bestialitas ; tertium, sodomia simpliciter ; quartum sodomia reductive ; quintum, innaturalitas, 1209.— Vitium contra naturam inter omnia luxuriæ genera gravissimum est, XI, 991 ; XIV, 749 et seq.-591. Inter vitia contra naturam alia aliis sunt graviora. 749-592

Regulæ morum luxuriam spectantes, XI, 956-1014. —

Actus omnis venereus extra legitimum matrimonium est peccatum lethale, 956. — Omnis appetitus actus venerei extra fines legitimi matrimonii, si sit plene deliberatus, lethale peccatum est, 957. — Lethalis peccati rei sunt patres et matres, nec absolvi debent, qui filios aut filias scortantes non prohibent a scelere, 968. — Lethalis peccati rei sunt, qui domos suas meretricibus vel lenonibus scientes locant; nec absolvi debent donec illos infames expulerint, 969. — Hæc propositio: *Non refert quid sensus agat vel quid sentiat corpus modo animus Deo conjungatur*, hæretica est, ad frena libidinibus laxanda viam aperiens, et contradictionem in terminis implicans. 996

Luxuriæ filiæ octo recensentur, nempe cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, inconstantia, amor sui, odium Dei, affectus præsentis seculi, horror vel desperatio futuri, XI, 1014. — Quibus addi possunt stultitia, turpiloquia, scurrilitas, 1021. — Luxuria seminarium et origo vitiorum est. 1021

Remedia contra luxuriam partim in cogitatione, partim in actione consistunt. Primum remedium est intelligere quanta sit hujus peccati turpitudo et pernicies, 1022. — Secundum remedium, quod est primum in actione, est fuga otii, crapulæ et ebrietatis, quæ ad luxuriam provocant, 1022. — Tertium remedium est nimiam frequentationem et familiaritatem mulierum vitare, 1023. — Quartum remedium est fidelis et vigilans custodia sensuum, 1025. — Quintum est humiliatio et mortificatio spiritus, 1026. — Sextum remedium est oratio jugisque ad Deum gemitus, 1026. — Luxuria fugiendo vincitur, 965. — De remediis præscribendis adversus peccata luxuriæ. Prænotamina, XXII, 1299. — Assignantur luxuriæ radices, et remedia, 1301 et seq. — Luxuria strictiori acceptione peccatum carnis dicitur. XI, 692-693

Lychnomantia divinatio ex lucerna et fumo. III, 431

Macedoniani hæretici quarti sæculi, Arianorum surculi, nomen et errorem a Macedonio accepere. V, 46

Macedonianum senatus-consultum statutum fuit ut filiorum facilitas et fœneratorum improbitas coerceretur. Sic dictum est quia quidam ex fœneratoribus, facile præcipuus, ex Macedonia oriundus erat. XVI, 157

Macchabæorum libri vere sunt canonici, XVIII, 505 et seq. — Objectiones. 506-515

Machinatio est dolus qui fit arte verborum, XV, 576. — Machinatio est occulta insidiatio vel conatus fraudulentus in mortem legitimi conjugis. Tres exigit conditiones: prima, est animus interior, serius et deliberatus; secunda, effectus exterior hujus animi, seu signum sensibile; tertia, dolus malus vel astutia, XVIII, 1116. — Machinatio in mortem conjugis duobus casibus dirimit matrimonium. Primus est sine adulterio, et solet appellari *homicidium solum*, 1116. — Casus secundus est quando conjungitur adulterio, et solet vocari adulterium et homicidium simul, 1117. — Est casus reservatus. Reflexiones, 1117. — Objectiones. 1118

Ut machinatio in mortem conjugis sine adulterio sit impedimentum dirimens matrimonii inter conspirantes requiritur, 1° machinatio vel conspiratio utriusque, id est, conjugis et complicis; 2° effectus mortis; 3° in conspiratoribus intentio matrimonii, XVIII, 1116. — Ut machinatio in mortem conjugis cum adulterio dirimat matrimonium, requiritur: 1° adulterium consummatum et voluntarium seu formale, probabilius ex utraque parte; 2° machinatio cum effectu mortis, non vero conspiratio; sufficit enim inferri mortem per alterutrum delinquentium; 3° requiritur intentio matrimonii cum complice ineundi. 1117

Macula peccati est privatio nitoris ex rerum terrenarum amore et adhæsione, contra lumen rationis et divinæ legis proveniens; — sicut macula corporis est detrimentum nitoris ex alieni corporis contactu procedens. XI, 715. — Manet in anima post actum peccati, donec pœnitentia abstergatur. 715

Magi, qui in Bethlehem venerunt, XXVI, 165. *Vid.* Epiphania.

Qui magos ad divinos et, ut aiunt, sortiarios serio consulunt reservationi subjacent. XXII, 851

Magia duplex est, naturalis et diabolica, XVIII, 1120. — Magia naturalis est ratio operandi mirabilia sine dæmonis interventu. Licita est, 1120; XIV, 120-96. — Magia diabolica est ratio operandi mirabilia ope dæmonis expresse, vel implicite invocati, 120, 121-96, 97; XXII, 850; XVIII, 1120. — Invocatio dæmonis tacita ex multis deprehenditur, XIV, 121, 122-97, 98. — Magia peccatum est ex genere suo mortale, ex parvitate materiæ, nunquam leve, XVIII, 1120. — Magia dividitur ex parte finis in nugatoriam et noxiam quæ solet appellari maleficium, 1120. — Possibilitas et existentia magiæ sine temeritatis nota negari non possunt. Probatur, 1° Scripturis, XIV, 135-108; — 2° traditione Ecclesiæ, 136-109; — 3° ratione possibilitas probatur, 137, 138-110. — Factis evincitur existentia, 139-111. — Sunt quædam operationes quæ olim reputabantur magicæ, nunc vero legibus melius cognitis, naturales omnino apparent, 139, 140-112. — Magia est casus reservatus. XVIII, 825, 1129; XXIII, 825.

Magister in verba magistri etiam sancti non jurandum est, I, 695 in proœmio. — Magistri vices parentum erga discipulos gerunt in iis quæ ad studia et bonos mores spectant, XVI, 1250. — Magistrorum officia, XIV, 529, 530-418, 419. — Peccant si profectum discipulorum in litteris non promoveant sedulo, nec curent quod seguiter studeant et tempus terant, 530-419. — Peccant si non corrigant quando possunt; si non doceant bonos mores, 530-419. — Peccant si discipulos non instruant de doctrina, de elementis fidei, de modo orandi, etc., 531-420. — Peccant graviter si discipulis malum exemplum præbeant, etc., etc., XVI, 1251. — Hunc elige doctorem, ait Seneca, quem mireris cum videris, magis quam cum audieris, XIV, 531-420. Magistri medicis assimilantur, quia discipulos a morbis animæ curant. 532-421

Magistratus dicitur persona publica legitima potestate imperandi regendique rempublicam ad finem ab illa intentum; a principe vel populo instructa. — Latius sumptum nomen magistratus illum comprehendit, penes quem summa majestas est, XVI, 208. — In vetere Romanorum republica, magistratus alii erant urbani, alii provinciales, alii municipales, 208. — Urbani vel erant ordinarii, vel extraordinarii. Ordinarii, qui et legitimi vocabantur, erant consules, præfecti prætorio, et prætores, 208. — Extraordinarii seu non legitimi erant dictator, magister equitum, præfectus urbi, præfectus vigilum, præfectus annonæ, et quæstor, 208. — Senatores inter ordines duntaxat, etiam ante patritios supremum obtinebant locum, 208. — Magistratus provinciales, qui in provinciis et extra Italiam jus dicebant, erant proconsul, præses, quæstor provincialis, procurator Cæsaris, præfectus augustalis, juridicus, præfecti prætorio provinciis orientalibus regendis destinati, 208, 209. — Magistratus municipales præsidebant civitatibus municipalibus, seu jus civitatis Romanæ habentibus; dicebantur decuriones, 209. — Spectato jure Romano, nullus magistratus qualiscumque fuerit, paciscendo per se vel per alios, sive civiliter, sive etiam naturaliter obligare potest jurisdictioni suæ subjectos, exceptis contractibus, in quos veniunt quæ ad victum, vestitum et congruam habitationem necessaria sunt, aut in quibus agitur de bonis avitis recuperandis, 209 et seq. — Hæ tamen dispositiones plerisque in locis vix non penitus hodie ab usu recessere, 213 et seq. — Obedientia subditi civili magistratui debita est de jure divino, VI, 863. — Magistratus omnis est peccato et errori obnoxius, 866. — Quisnam judex inter subditum et magistratum, 876. *Vid.* Potestas.

Magnanimitas est virtus fortitudini adjuncta. Ex suo nomine importat quamdam extensionem animi ad magna, XI, 1224. — Magnanimitas consistit circa honores. Est virtus specialis quæ modum rationis ponit circa magnos honores, 1224. — Vitia huic virtuti opposita per excessum sunt præsumptio, ambitio, inanis gloria. Per defectum opponitur pusillanimitas, 1225. — Magnanimitas et humilitas non sibi invicem adversantur; quin potius amico fœdere consociantur, 1252. — Magnanimitas cum præsumptione quæ est vitium ipsi oppositum, confundi non debet, 1252. — Magnanimitati opponitur ambitio. 1253

Magnificentia, virtus fortitudini adjuncta, est rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla quadam et splendida propositione agitatio atque administratio, XI, 1218. — Ponitur circa magnos sumptus, 1219. — Duplex est, publica et privata. Publica, cum ad publicos usus magni sumptus conferuntur, 1223. — Privata, cum magnifica munera alicui privato dantur, vel magnifice fiunt quæ ad proprium usum vel dignitatem pertineat, quatenus id exigit gradus proprius aut conditio, 1223. — Huic virtuti per defectum opponitur parvificentia; per excessum, consumptio. 1220

Magnificus primario intendit magnitudinem operis; secundario magnitudinem sumptus. XI, 1226

Mahumetismus Mahumetem auctorem habet, natum circa annum Christi 570, V, 21 et seq. — Alcorano suo Mahumes complexus est novam suam sectam ex Gentilismo, Judaismo, Christianismo, variisque hæresibus compilatam, 22. — Sunt in Mahumetismo schismata plurima; quatuor sunt sectæ particulares præcipuæ: 1° Turcarum, quæ auctorem habet Omarum; 2° Persarum, quam vocant Imaminam; 3° Maurorum et Arabum; 4° Tartarorum, a quodam Othmanno profecta, quæ censetur simplicior, 23. — Synopsis historica de Mahumetismo, VI, 1186 et seq. — Contra Mahumetanos, III, 467-494. — Mahumetis historia, 468 et seq. — De Alcorano, 471 et seq. *Vid.* Alcoranus. — Theologia Moslemorum, 475. — Mahumetani re-

gionem suam Islam vocant. Islam est religio in qua salutem homines consequi possunt. 475

Islam dividitur in duas partes, quarum una speculativa est et vocatur Imân, id est, fides, altera dicitur Dîn, id est praxis, 475. — Omnia fidei Islamicæ dogmata necessaria ad salutem continentur in hac formula : *Non est Deus præter Deum, et Mohammed est legatus Dei*, 476. — De Deo semper magnifice loquuntur Mahumetani ; et de eo credunt quæ revocantur ad theologiam naturalem, 477 — Articulus fidei est existere angelos corpora subtilissima ex igne habentes, 477. — Angelos custodes hominum agnoscunt, 478.— Præter angelos et dæmones Alcoranus agnoscit ordinem creaturarum intermedium. Quas jin, seu genios vocat, 478. — Quid de scriptura credunt, 479. — Traditio de numero prophetarum, 480. — Traditio de futuro sæculo, 480 et seq. — De judicio, de purgatorio, de inferno, 481, 482. — De paradiso, 483. — Fidei Islamicæ articulus est omnium rerum a Deo absoluta prædeterminatio, 483. — Leges morales et civiles Alcorani. Prohibet omnem de religione disputationem, 484.—Vis vel metus excusat a peccato, 485. — Infidelibus bellum inferendum est, 485. — Polygamia, repudium conceduntur, 485. — Leges positivæ Alcorani. Primo, purificatio, 486 — Secundo oratio, cujus sex bases sunt. Orare debent Mosleni : 1° ante solis ortum ; 2° statim post meridiem ; 3° ante solis occasum ; 4° post solis occasum ; 5° post crepusculum, 488. — Tertio, eleemosyna alia spontanea, alia præscripta, 488. — Quarto jejunium, 488. — Quinto, peregrinatio Meccana. 488

Argumenta divinæ Mahumetis legationis. Primo de miraculis Mahumetis, 489. — Secundo Mahumes se prænuntiatum esse in Pentateucho et in Evangelio gloriatur, 491. — De causis celerrimæ propagationis Mahumetanæ superstitionis, 492 et seq.— Mahumetana religio divina revelatio esse non potest. Argumentum primum. Religio Mahumetana Religioni Christianæ quæ revelata est, contradicit, VI, 1191. — Arg secundum. Mahumetana religio omnibus notis divinæ revelationis destituitur, quæ vel ex ipsius Religionis præstantia, vel ex illius qui eam tradidit dotibus, desumuntur, 1192.— Arg tertium. Religio Mahumetana divinam originem nec prophetiis nec miraculis probare potest, 1193. —Arg. quartum. Neque ex aliis divinæ Revelationis argumentis ullum manet Mahumetanæ religioni præsidium, 1193. — Ergo divina non est, nec esse potest. 1194

Majoritas locum habet pro utroque sexu statim ac quis annum 21 compleverit, art. 388 Codicis civilis. — Tunc unusquisque cujuslibet actus vitæ civilis est capax, art. 488. — In matrimonio contrahendo perseverat minoritas usque ad annum 25 pro maribus, et 21 annum pro feminis, art. 148. XV, 829

Maledicere seu optare malum alteri dupliciter incurritur vel per se, id est, ex intentione maledicendi, ut malum pœnæ sub ratione mali ipsi eveniat. Et sic ex se peccatum mortale est. Secundo incurritur maledictio materialiter, cum quis maledicit verbo, sed non animo maledicendi. XIV, 662-523

Maledicere sive malum imprecari creaturis irrationalibus in se præcise consideratis, est quid vanum et illicitum, 1133 893. — Illis maledicere relative ad mala humana, peccatum non est, sicut nec maledicere malis humanis. Sed maledicere creaturis irrationalibus in quantum sunt effectus Dei, est blasphemia et mortale peccatum, 1133-893, 894. — Maledicere mortuis non est peccatum mortale, nisi nominarentur aut intelligerentur præcise a proferente animæ purgatorii, vel mortui in Christo, aut animæ mortuorum, XXII, 981 et seq. in nota, 981 et seq. — Quale peccatum hominibus maledicere, 983, in nota. — An maledicere mundo sit blasphemia, 986 et in nota.— Maledicere diabolo raro est peccatum mortale, 986 in nota, 987. — Maledicere creaturis insensatis non est blasphemia, 988. —Maledicere paradiso aut animæ est gravis blasphemia. 988.

Maledictio est imprecatio mali sub ratione mali alicui facta, XIV, 1131-892 — Maledictione proximo malum imprecatur et optatur, 1107-873. — Maledictio includit desiderium mali, 1132-893. — Si maledicens non habeat desiderium, ut malum eveniat, tunc non est maledictio formalis, sed materialis tantum ; et proinde non est peccatum mortale sed veniale. 1131-892

Item non est maledictio formalis, sed materialis tantum, quando quis imprecatur malum, non sub ratione mali, sed sub ratione boni utilis, 1132-892 ; — XXII, 1319. — Maledictio per se et formalis est peccatum mortale ex genere suo charitati et justitiæ adversum, 1319; XIV, 1132-893.— Sed potest esse veniale in individuo, *ibid.* —Tres requiruntur ut maledictio sit mortalis : 1° Ut malum prolatum vere optetur ; 2° ut malum optetur cum perfecta deliberatione ; 3° ut malum optatum sit grave, XXII, 983 in nota. — Maledictio mortuorum, per se loquendo non est blasphemia neque in se, neque ex relatione illorum qui eam pronuntiant, 981 et seq — Nec culpa mortalis est, 983.— Assignantur remedia, 1319, 1320. — Vide maledicere. — De maledictionis et benedictionis efficacia. XXVII, 429

Maleficium est magiæ species : hic sumitur proarte in juste nocendi aliis, ex pacto expresso vel tacito cum dæmone, XIV, 122 et seq.-98; XVIII, 1121. — Dividitur tum ex parte efficientis, seu instrumenti quod est multiplex, tum ex parte finis. Ex parte finis dividitur in amatorium et veneficum, 1121. — Amatorium est, quo provocatur et incenditur aliquis in amorem vel odium personæ determinatæ, 1121 — Multa remedia adhiberi possunt contra maleficia, XIV. 125-100. — Non licitum est maleficio maleficium dissolvere, 125, 126-101. — Dubium est an liceat signum maleficii destruere ad hoc ut nocumentum cesset; communiter affirmant auctores, 127 et seq.-102; XXV, 527, 528. — Maleficium est casus reservatus, XVIII, 1125-1130. — Maleficium quoad usum matrimonii. XXV, 5 6 et seq.

Malefici omni jure damnantur, XIV, 124-99 — Ordinarie malefici sunt multorum gravissimorum peccatorum rei, 124,125-100

Malitia ex acedia profecta, quatenus pietatis et ad eam pertinentium atque hominum qui ipsam profitentur, impugnatio est, lethale peccatum est, XI, 1160. — Malitia, acediæ filia, est impugnatio bonorum spiritualium quorum in detestationem adduxit acedia. 1151

Malum contingit ex singularibus defectibus, bonum autem ex tota et integra causa. — Malum non potest appeti nisi ratione boni adjuncti, XI, 350. — Malum triplex distinguitur, malum naturæ, quod est privatio boni naturalis seu substantiæ imperfectio; malum pœnæ, quod est privatio rectitudinis moralis ; consequitur necessario ex corpore corruptibili; malum culpæ, quod est privatio al cujus boni propter culpam. VII, 1210

Mali permixti bonis corporaliter, separati spiritualiter in catholica Ecclesia, IV, 375 — Hædi et agni in Dei agnitione et intelligentia discreti sunt ; in hominum scientia et cogitatione confusi, I, 325, 326-254, 255. — Mancipium dicitur dominium apud veteres latinos. XV, 461

Mandans in causa homicidii, incendii, maleficii, incurrit reservationem, dum effectus reipsa secutus fuerit, et si executor mandato motus fuerit, nec mandatum tempestive et efficaciter revocatum. XVIII, 1154-1158

Mandare est aliquem in aliquid movere, et impellere imperio vel auctoritate. XVIII, 1154

Mandatarii præcipuæ obligationes. XVIII, 635, 636

Mandatum, gallice, *le mandat*, *la procuration*, sumi potest active ex parte donantis, et passive ex parte accipientis. — Mandatum est contractus solo consensu constans, quo negotium aliquod ab uno alteri committitur, et ab eodem altero suscipitur gratuito gerendum, XVI, 633-634. — Mandatum duplex est, speciale et generale. Speciale unum negotium vel quædam negotii tantum spectat, generale omnia mandantis negotia complectitur, 634. — Mandatum solvitur 1° revocatione mandatarii ; 2° renuntiatione mandatarii tempore debito notificata ; 3° morte naturali et civili, interdictione et decoctione sive mandantis sive mandatarii, 635. — Vid. art. codicis civilis, 1990 et seq — Mandantis obligationes, 634. — Mandatarii præcipuæ obligationes. 634, 635

Manichæi hæretici tertii sæculi. Fata Manis, V, 39. — Statuebant Manichæi duo principia opposita, unum bonum, alterum malum, 40. — Carnem aiebant provenire a malo principio, 40. — Duas uni corpori fingebant animas insidere, alteram bonam et rationalem, alteram malam et animalem, 41. — Animarum metempsychosim cum Pythagora asserebant, 41.— Mala culpæ negabant esse tribuenda libero hominis arbitrio. 41

Manifestans. Non manifestans est ille qui non prodit malefactorem, vel dum infert malum, vel post factum, quando potest et tenetur ex stipendio aut officio, XV, 1159. — Quandonam ad restitutionem teneatur, XIV, 935, 738; XV, 762, 921. — Omnes qui obligantur ex officio impedire damnum alterius, si id ex culpa gravi negligant, tenentur ad restitutionem, 764. — Utrum teneantur in solidum et quo ordine. 766

Manifestum est quod etsi non sit evidens respectu communitatis aut potioris ejusdem partis, est tamen pluribus evidenter cognitum, sic ut facile probari possit, XVIII, 1013. — Duo præcipue requiruntur ad manifestum : primum, ut aliqui sciant seu evidenter cognoscant factum vel delictum ; secundum, ut ab illis scientibus per famam vel simplicem divulgationem pervenerit in notitiam communitatis. — Manifestum est quasi mixtum ex notorio et famoso, 1013. — Differunt manifestum et notorium, manifestum et famosum. 1014

Manipulus est quarta sacra vestis. Manipulus est orna

mentum manus, XXIII, 903. — Sudariolo, quo sudor vultus tergebatur substitutus fuit manipulus veluti ornatus quidam, 906. — Nunc manipulum sacerdotes induunt ante stolam; episcopi plerumque non nisi ad altare recitato Confiteor. Idem mos erat olim omnium presbyterorum, 906. — Manipuli origo. Error D. de Vert circa manipulum, XXVI, 809 et seq.

Mansuetudo, pars temperantiæ et Clementiæ affinis, est virtus quæ moderatur iram juxta dictamen rectæ rationis, XI, 1243. — Hanc virtutem præ cæteris docuit Christus. Mansuetudo patientiæ mater est. 1243

Marcionitæ hæretici secundi sæculi, a Marcione dicti, duos deos statuerunt. V, 31

Maria deipara. De nomine Virginis Dei matris, VI, 169. — B. Mariæ nominis festum, dominica infra octavam Nativitatis, XV, 363. — Quanta apud christianos erga Mariæ nomen veneratio, XXVI, 617. — Quidam putant Deiparæ Dei monitu Mariæ nomen inditum. — Olim nulli vel regia stirpe feminæ prognatæ licebat Mariæ nomen imponere, 617. — Mariæ nomen mirabiliter conferre ad æternam salutem etiam ex opere operato, theologorum fuit sententia, quam improbat Raynaudus, 617. — Festivitas instituta auctoritate apostolica in Hispania anno 1513. — Sublatam a Pio V Sixtus V restituit. — Innocentius XI recitari jussit officium in Ecclesia universali, 618. — Gratia plena. Eva viventium mater, etc., VI, 170. — Maria stellam maris significat, 171. — In periculis, in angustiis, in rebus dubiis, invocanda est Maria. 171

De B. Virginis parentibus, ortu, educatione et oblatione in templo. Hæc omnia incerta sunt, VIII, 1309. — Parentes ejus coluntur sub nominibus Joachim et Annæ, sed incertum est an sint vera et propria eorum nomina, an ratione tantum mysticæ significationis imposita. Joachim hebraice Domini præparationem significat, Anna gratiam, 1310. — Non pauci putant nomen proprium Patris Mariæ esse Heli, 1310. — Rationabiliter creditur Mariam fuisse in utero sanctificatam, 1306; I, 475-372; VI, 972. — B. Maria, spectata communi hominum sorte, contrahere vitium originale debuit, sed illud revera non contraxit, Christi redemptoris gratia servante, XI, 674 et seq. — Per hanc primam sanctificationem fomes non fuit totaliter sublatus in B. Virgine, sed per secundam tantum in conceptione Christi, VIII, 1307. — Hic dicitur fomes appetitus sensitivus, non secundum se, sed ut habitualiter ad actus rationis contrarios inclinatus, 1306. — Immunitas ab omni etiam levi peccato, singulari plane privilegio, per totam vitam B. Mariæ a Deo concessa est, 1307; XI, 674, 1201. — Potuit orare: *Dimitte nobis debita nostra*, non in sua, sed in aliorum persona, VIII, 1308. — Præ omnibus aliis, sive angelis, sive hominibus, habuit gratiæ plenitudinem, 1308. — Maria emisit votum virginitatis. Est contra Calvinistas, 1314. — Probabile est Mariam primum vovisse virginitatem conditionate, si nempe Deo placeret, aut aliud non ordinaret; postea, cognita Dei voluntate, et accepto sponso secundum quod mores illius temporis exigebant, una cum ipso absolute vovisse. Est expressa S. Thomæ sententia, 1314 et seq. — Constat Mariam votum Virginitatis absolutum emisisse antequam salutaretur ab angelo, 1318. — Juxta quosdam SS. Patres, Maria mortalium prima virginitatem vovit, et eam ex voto servavit, 1319. — Matrimonium inter B. Virginem et S. Josephum probabilius contractum fuit antequam ab angelo Maria salutaretur, 1319. — Joseph dum cum Maria matrimonium iniit, non erat senex octogenarius, sed vir ætate florens, 1321. — Non constat Mariam ætatis suæ anno decimo quarto iniisse matrimonium; rationi videtur conformius eam tunc fuisse maturioris ætatis. 1321

De Annuntiatione B. Virginis. Conveniens fuit annuntiari Mariæ incarnationem Verbi in ea esse perficiendam, 1322. — Annuntiatio B. Virginis convenienter facta est per angelum, 1322. — Angelus Gabriel missus ad Mariam, non est supremæ hierarchiæ, sed infimæ primus ex secundo ordine qui est Archangelorum, 1325. — Angelus in humana specie apparuit Mariæ, 1325. — Salutatio angelica debito ordine peracta est, 1324. — Salutatio angelica peracta est in civitate Galilææ, cui nomen Nazareth, 1324. — Juxta Ecclesiæ traditionem peracta est salutatio angelica vigesima quinta martii, 1325. — Turbatio Mariæ orta est ex aliquo timore, cujus causam varii variam assignant, 1325. — B. Maria Virgo concepit, Virgo peperit. Utraque pars est de fide, 1310. — Post partum Virgo permansit, 1311 et seq.; I, 878-893. — B. Mariam Virginem fuisse perpetuam, dogma fidei est. Ante partum, VI, 165. — In partu, 166. — Post partum, 168, 976. — Mariæ virginitas ex liturgiis tuetur. V, 288

De peregrinatione B. Virginis ad visitandum cognatam suam Elisabeth, VIII, 1347. — Hanc peregrinationem instinctu Spiritus sancti fecit, 1347. — Exultatio seu motus Joannis in utero matris fuit supernaturalis, et non corporis tantum, sed etiam animi. 1348

B. Virgo peperit sine dolore, quia Christus egressus est ex utero clauso matris. 1352-1311; VI, 166

De Purificatione Mariæ, VIII, 1372. — S. Lucas loquitur de purificatione solius matris, 1373. — Maria lege purificationis non fuit summo jure adscripta, convenienter tamen se illi subjecit. 1373

De morte Mariæ. — Certissime tenendum est B. Virginem esse mortuam, 1326. — Quo loco obierit, an Ephesi, an Jerosolymis, certo definiri non potest, propter probabilitatem utriusque sententiæ, 1327. — Incertum est quo anno vitæ suæ et Christi obierit. — Placida morte obiisse, communissima est sententia, 1330. — Temerarium foret negare Mariam esse corpore et animo assumptam in cœlum. 1330

Beata Virgo Maria est vera et realis mater Christi, 1330. — Vere et proprie potest et debet dici Mater Dei. De fide est, 1330; I, 957-758; VI, 162, 975. — Non divinitatis Mater est Virgo Maria, sed Dei Verbique incarnati. 163

De festis in honorem B. Mariæ institutis, XV, 357; XXVI, 551 et seq.

B. Mariæ de Mercede festum, die 24 septembris, 610; XV, 363. — De festo B. Mariæ in subsidio. 363

Cur Mariæ sub pedibus serpens pingatur, XXVII, 252. — Assumptio B. Mariæ quomodo pingenda, 250. — De pictura conceptionis B. Mariæ, 295. — De vulgato Basilicæ Liberianæ nomine Mariæ Majoris. XXVI, 582

Maritus potest vindicare uxorem ab alio detentam, etc. XXV, 528

Maronitæ, non ab hæretico nomine Maron sunt cognominati, sed potius a sancto Marone, cujus monasterii monachi Maronitæ dicebantur. Eorum historia, VI, 600, 604. — Interrogationes aliquot factæ sanctitati a reverendissimo patriarcha Maronitarum super fide et ritibus catholicis, manifestandæ in synodo celebranda circa festum Paschatis, anno 1578, et responsiones. — De Baptismo, 679. — De Chrismate, 681. — De Eucharistia, 682. — De Confessione, 684. — De Matrimonio, 684. — De Ordine, 686. — De Conciliis, 687. — De variis rebus. 688

Constitutiones aliquot dandæ in synodo provinciali reverendissimi patriarchæ Maronitarum, 690 et seq. — Propositiones aliquot excerptæ tum e quibusdam libris Maronitarum, dum expurgarentur a legatis apostolicis, tum ex communi consensu et quadam traditione receptis, quæ videlicet hæreses sunt manifestæ, vel erroneæ, vel superstitiosæ; qui etiam errores solent esse communes aliis nationibus orientalibus. — Circa creationem. — De Christo Domino et sancto Spiritu, 694. — De judicio, de sacramento Baptismi. — De sacramento Confirmationis, 695. — De sacramento Eucharistiæ; de Extrema Unctione; de sacramento ordinis; de sacramento Pœnitentiæ; de sacramento Matrimonii, 696. — Petitiones, 697. — Nonnulla loca sacræ scripturæ prave intellecta, et alia quædam ad eamdem sacram scripturam spectantia prave etiam adjecta, 697. — Circa mores et alia diversi generis. 697

Martyr dicitur quasi testis fidei christianæ, XI, 1221. — Martyres, de constantia plus quam humana christianorum Martyrum, III, 237. — In constantia martyrum christianorum divina virtus Christi enituit, 238. — Tantæ fortitudinis non est per se capax natura hominum, 239. — Nullum hujus fortitudinis naturale motivum inveniri potest, 240. — Inter christianos martyres et martyres cujuscumque sectæ discrimen, 241. — Inter eos nulla similitudo, 687. — Agmen martyrum qui pro Christo mortem pertulerunt, ingens et prope innumerum, 674. — Martyres sunt veritatis fidei evidens argumentum, 675. — Causæ fortitudinis martyrum a Dodwello allatæ confutantur, 676 et seq. — Circumstantiæ quæ argumentis ex fortitudine martyrum ductis vim addunt. Prima est martyrum numerus, 682. — Secunda, victimarum conditio. Tertia, cruciatuum acerbitas, 682. — Quarta, animus et sapientia coram tyrannis, 685. — Quinta, fortitudo tranquilla et læta, 685. — Sexta, testes erant hostes ipsi, 686. — Deus ipse gratia sua fons martyrum fortitudinis primus fuit. — Ergo religionis ipse est auctor, 688. — Religio facit martyrem, et martyres religionem confirmant, 689. — Causa martyrem facit, non pœna, 689, in nota. IV, 424. — Verba Minutii Felicis, 690, 691. — Inter martyres alii sunt voluntate et opere, alii sola voluntate, alii solo opere, XXI, 425. — Licet orare pro iis qui nunc martyres moriuntur. XXVII, 485 et seq.

Martyrium juxta vim nominis idem est ac testimonium XXI, 425 in nota. — Martyrium generatim est omnis pœna in odium Christi inflicta, et pro amore ejus constanter tolerata. Proprie et stricte est ipsa mors pro Christo tolerata, 423, 424. — Ex Ecclesiæ usu definitur perpessio mortis veræ lethalisve cruciatus propter fidem Christi, aut virtutem veram tolerata et in odium ejus illata, 423,

424 *in nota.* — Duobus modis considerari potest martyrium, quatenus est opus operantis, seu actus voluntarius virtutis, cujus martyrii sunt capaces soli adulti; vel quatenus est opus operatum, seu simpliciter pœna in odium Christi inflicta, cujus sunt capaces infantes, 425. — Non licet, sine rationabili causa, vel speciali S. Spiritus instinctu, offerre se martyrio, 439. — Urget aliquando subeundi martyrii obligatio, 440. — Martyrium est præcipuus fortitudinis actus, XI, 1219. — Prima quæ ad martyrium conditio requiritur est status gratiæ, vel idonea et sufficiens ad gratiam dispositio, scilicet charitas, 1220.—Conditio altera est perpessio mortis ad fidei professionem, vel alterius virtutis christianæ, 1221. — Tertia conditio est pœna mortis a persecutore illata, 1221. — Plures martyrii gradus distinguuntur. Morte martyrium consummatur, 1221.—Gradus primus ac supremus est, cum pœna ob Christi confessionem illata mortem infert, eamque sustinet martyr, 1222. — Non aggressione, sed passione martyrium perficitur, 1222. — Omnia virtutum opera, prout quædam sunt protestationes fidei, possunt esse martyrii causa, 1230. — Martyres vocandi non sunt, qui moriuntur in bello contra infideles, 1230. — Non omnis resistentia, sive contra pugnatio palmam martyrii eripit, 1230. — Martyria charitatis, mortificationis, castitatis, compassionis, et si qua sunt alia, martyria minus proprie dici debent, et per solam similitudinem, 1231. — Falsitatis convincitur sententia Theophili Raynaudi, aliorumque aureolam martyrii tribuentium iis qui moriuntur inserviendo pestilentia afflatis, 1231. —*Vid.* Martyres.

Martyrologium, libellus in quo sanctorum nomina, etc., indicantur. Plura sunt Martyrologia. V, 265

Masorethæ inter Judæorum doctores celebres sunt. De eorum origine non constat. Dederunt textus hebraici ponctuationem. VI, 1187

Materia cogitationis non est capax. II, 945, 946

Materialistæ mundum solis corporibus constare arbitrantur. VII, 1339; VI, 957, *in nota.*

Matrimonium ab eo dicitur quod fœmina nubere debet, ut mater fiat, vel quia prolem concipere, parere, educare, matris munus est, XXV, 229, 528. — Dicitur etiam connubium, conjugium seu junctio duorum sub uno jugo; nuptiæ. Matrimonium in se spectatum considerandum est vel prout est naturæ officium, vel prout est sacramentum, seu prout officium illud a Christo sanctificatum est, 230, 231. —Quatenus est officium naturæ, definitur: viri et mulieris maritalis conjunctio, inter legitimas personas individuam vitæ consuetudinem retinens. —Quatenus est sacramentum additur: Et a Christo ad dignitatem sacramenti elevata, 229, 529. — Fusius definiri solet: sacramentum novæ legis quo significatur conjunctio Christi cum Ecclesia, et gratia confertur ad sanctificandam viri et mulieris legitimam conjunctionem, ad uniendos arctius conjugum animos, et ad prolem pie sancteque in virtutis officiis et fide christiana instituendam, 229. — Princeps et primarius finis Matrimonii procreatio est, et procreationis complementum. — Alter finis in mutuo adjutorio situs est. — Tertius finis est sedandæ concupiscentiæ propositum, 232. Matrimonium est vere et proprie unum ex septem legis evangelicæ sacramentis a Christo institutum. — De fide est, 232, I, 1292-1019. — Objectiones, XXV, 235; V, 1058; VI, 766-1050. — Quid de sacramento Matrimonii necessario credendum est, 822. — Hæreticorum errores, 825. — Canones tridentini de contractu et sacramento Matrimonii, XXV, 757

De materia, forma et ministro sacramenti Matrimonii, XXV, 241 et seq.—Materia sacramenti Matrimonii est ipse matrimonialis contractus quatenus externus et sensibilis, 797 —Forma vero verba sunt quibus sacerdos eidem contractui benedicit, 798. — Ad sacramenti confectionem concurrunt contrahentes dando materiam, sacerdos formam supra materiam proferendo, 798. — In Matrimonii materia, forma et ministro nihil firmiter statuunt theologi, 518; VI, 1052, *in nota.*—Alii censent verum hujus sacramenti ministrum solum esse sacerdotem, XXV, 242. — Alii, antiquæ sententiæ adhærentes, censent solos sacramenti Matrimonii ministros esse ipsos contrahentes, 244-249.—Probabilius videtur Matrimonii sacramenti ministrum solum esse sacerdotem, 791. — Objectiones, 792 et seq. —Conjuges non possunt esse hujus sacramenti ministri, I, 521-528-409-414; XX, 1179, 1180. — Per matrimonium verum et ratum, in jure canonico, intelligendum non est matrimonium quod sit sacramentum, XXV, 794. — Non omne fidelium matrimonium est sacramentum. I, 519 et seq.-407

Quatuor sunt effectus Matrimonii. Primus est ut conjuges se invicem diligant. Secundus, ut sese intra conjugalis castitatis limites contineant. Tertius, ut vitæ conjugalis labores, fastidia, etc., patienti animo ferant et invicto. Quartus, ut prolem ad fidem et pietatem christianam magis adhuc exemplis quam documentis instituant, XXV, 798.— Matrimonium fuit institutum, primo, in officium naturæ ad propagationem sobolis; secundo, in remedium concupiscentiæ, et ad evitandam fornicationem, 533. — Duæ præcipue sunt Matrimonii proprietates, unitas et indissolubilitas, 249. — Unitati adversantur polyandria et polygamia; indissolubilitati opponitur dissolutio, perfecta quoad vinculum, et imperfecta quoad thorum et quoad cohabitationem, 249. — Non licet christianis plures simul habere uxores, cum hoc sit lege divina prohibitum, 000. — De fide est, 251.— Difficultates. 253

De monogamia, 757 et seq. — Matrimonium etiam non consummatum ante evangelicam legem jure naturæ erat indissolubile, I, 255-199, 200. — Matrimonium ab infidelibus legitime contractum dissolvi potest quoad vinculum, si altero conjuge ad fidem converso, nolit alter cum eo pacifice vivere, vel non consentiat habitare sine contumelia creatoris. Hæc propositio certa est, XXV, 256 et seq. — Nunc non consummatum per solemnem castitatis professionem, consummatum vero per conversionem ad fidem, conjuge infideli discedente, dirimitur, I, 258-202; IV, 529. — Objectiones, XXV, 260 et seq. — Matrimonium ratum, non consummatum, per solemnem religionis professionem alterius conjugum dirimitur, 271. — Objectiones, 272. — Propter hæresim aut molestam cohabitationem, aut affectatam absentiam a conjuge dissolvi non potest matrimonii vinculum, 275, VI, 1052.— Non errat Ecclesia cum docuit et docet, juxta evangelicam et apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius conjugum matrimonii vinculum non posse dissolvi. De fide est, XXV, 276; V, 654 et seq.; VI, 1053, *in nota.* — Objectiones, XXV, 280. — Non errat Ecclesia cum ob multas causas separationem in conjuges quoad thorum, seu quoad cohabitationem, ad certum incertumve tempus fieri posse decernit. 288

Matrimonium legitimum ac ratum est quod legitimo consensu ad præscriptum concilii Trid. contrahitur. — Legitimum et non ratum est illud quod inter infideles legali institutione, vel provinciæ moribus, contrahitur; inter quos non est ratum, quia non est firmum, sed violabile. Matrimonium ratum et non legitimum est illorum fidelium qui, contemptis omnibus solemnitatibus, solo affectu, aliquam sibi in conjugem copulant; dicitur potius concubinatus, quam matrimonium. — Matrimonium ratum et consummatum est illud, quod carnali copula perfectum est, et inter fideles; a Deo tantummodo dissolvi potest. — Matrimonium tantum ratum et non consummatum est illud quod tantummodo per verba de præsenti contractum est, non tamen carnali copula perfectum, XIX, 772. — Non constat summum pontificem super matrimonio rato non consummato dispensare non posse, ut priori vinculo soluto possint aliud matrimonium contrahere. 771

De impedimentis matrimonii eorumque statuendorum facultate, XXV, 289-339; 601-655. — De potestate Ecclesiæ circa impedimenta, 655. — *Vid.* Impedimentum.

De matrimoniis mixtis. Conjugia mixta ea dicuntur quæ inter catholicum et acatholicam, aut e converso inter catholicam et acatholicum celebrantur, XXV, 339. — Matrimonia mixta valida sunt, sed illicita et sine papæ dispensatione iniri legitime nequeunt, 340. — Inter conditiones ad connubia mixta requisitas, prior est conjux catholicus, promittat se effecturum quod ex se erit, ut respective futurus maritus aut uxor ad religionem catholicam convertatur; altera vero eaque potior, ut universa proles in religione catholica instituatur, 341. — Conjugia inter catholicos et acatholicos regulariter illicita sunt utpote graviter improbata jure naturali et divino, atque a jure ecclesiastico penitus interdicta. Propositio est certa, 345. — Difficultates, 347. — Nonnisi Romani pontificis dispensatione licite possunt iniri conjugia mixta, graviter proinde peccarent sacerdotes catholici, qui sine papæ dispensatione, nec servatis conditionibus ab eo præscriptis, ejusmodi conjugia præsentia sua, benedictione, aliove ritu sacro cohonestarent, 352.—Difficultates, 356.—Non possunt acatholici, quin omnia lædant æquitatis jura, cogere sacerdotes catholicos ad honestandas benedictione aliove ritu sacro nuptias mixtas quæ, neglectis canonicis sanctionibus, contrahuntur, 360 et seq. — Difficultates. 368-386

Collectio declarationum ac decretorum romanorum pontificum circa varia dubia Matrimonium concernentia. Declaratio Benedicti XIV circa matrimonia Hollandiæ, data 4 nov., 1741, XXV, 679 — Extensio declarationis Benedicti XIV ad ducatum cliviensem per Pium VI, cum adjuncta instructione, die 19 junii 1793 Instructio, 681. — Litteræ Benedicti XIV ad missionarios in Hollandia, 17 sept. 1746, 682. Litteræ Clementis XIII ad archiepiscopum Mechliniensem die 15 maii 1767, circa matrimonium a catholico Bruxellensi in Hollandia contractum cum muliere acatholica ibidem domicilium habente, 684.— Declaratio Pii VII

die 17 maii 1804, circa quæstionem : quis in Hollandia censendus sit parochus proprius in ordine ad matrimonium ibi contrahendum, 684. — Extractum ex instructione jussu Pii VI exarata et ad episcopos Gallicanos transmissa, quæ incipit : Laudabilem, die 26 sept. 1791, 685. — Extractum ex epistola nomine Pii VI scripta per cardinalem de Zelada, 18 maii 1793, ad episcopum Lucionensem, 687. — Extractum ex responsis Pii VI ad episcopum Genevensem, die 4 oct. 1793, 687. — Extractum ex responsis datis 22 aprilis 1795 a congregatione pro negotiis Ecclesiæ Gallicanæ specialiter deputata, approbante summo pontifice, ad quæstiones sibi propositas 8 martii ejusdem anni, 688. — Extractum ex litteris Pii VI ad archiepiscopum electorem Trevirensem, circa potestatem statuendi impedimenta matrimonium dirimentia, in iisque dispensandi, die 2 febr. 1782, 689. — Rescriptum Pii VI ad cardinalem de Franckenberg, archiepiscopum Mechliniensem, circa matrimonia mixta in Belgio, die 13 julii 1782, 691. — Extractum ex constitutione Pii VII, die 28 aug. 1794, quæ incipit : Auctorem fidei, circa sponsalia et matrimonium, 694-662. — Litteræ Pii VI ad episcopum Motulensem, die 16 sept. 1788, circa nullitatem sententiæ per dictum episcopum datæ in causa matrimoniali, 694. — Extractum ex litteris Pii VI ad Antonium archiepiscopum Pragensem, die 11 julii 1789, circa quæstionem, an matrimonium dissolvatur per malitiosam desertionem, 701. — Extractum ex litteris Pii VI ad Carolum episcopum Agriensem (sub ditione austriaca), die 11 julii 1789, circa quæstionem an matrimonium ob adulterium per civilem potestatem dissolvi possit, 703. — Instructio cardinalis Caprara legati a latere in Galliis circa revalidationem matrimoniorum nulliter initorum, 704. — Prima instructionis pars quoad matrimonii renovationem, si uterque contrahens recte disponatur, 705. — Altera instructionis pars quoad rationem convalidandi matrimonium, si ejusdem convalidationem pars una petat, et altera renuat, 705. — Tertia instructionis pars, 706. — Decretum quo apostolicæ facultates demandantur, 707. — Rescriptum Pii VII, ad episcopos et vicarios capitulares Galliarum, circa dispensationes matrimoniales, die 17 febr. 1809. 707

De variis dispensationibus a papa concessis pro impedimentis matrimonii in infidelitate initi, cum gentiles qui plures habent uxores, baptizantur. IV, 646-648

De bonitate et licitate matrimonii. Quo in capite tribus modis erratum est, XXV, 711. — De parochi præsentia, 750 et seq. — Episcopus in sua diœcesi potest interesse matrimonio, et dare licentiam illi assistendi, 545. — Nuptiarum bonitas ac sanctitas contra Manichæos asseritur. Probatio prima, ex eo quod nuptiæ auctorem et institutorem Deum habeant, 712. — Matrimonium in ratione, contractus et quatenus est conjunctio animorum et corporum ad generationem aptorum, originem suam juri naturæ, aut potius Deo debere, fide divina certum est, XVI, 121. — Probatio secunda, ex Patrum traditione, XXV, 714. — Probatio tertia, ex universalis Ecclesiæ contra Marcionitas et Manichæos consensione, 716. — Probatio quarta, ex nequitia Manichæorum sibi ipsi mentiente, 717. — Objectiones. 718

De fine matrimonii, XX, 1021. — Contra Pelagianos ostenditur sic nuptias esse bonas, ut tamen concupiscentia mala sit. Additio censoris, XXV, 723. — Probatio prima, ex Scriptura, 724. — Probatio secunda, ex fide peccati originalis, 725. — Probatio tertia, ex concupiscentiæ definitione, 727. — Probatio quarta, ex ratione, 728. — Solv. Pelagianorum objectiones. 729

Contra Jovinianum demonstratur meliorem nuptiis esse virginitatem aut continentiam pro Deo susceptam. Probatio prima, ex Scripturis, 734. — Probatio secunda, ex SS. Patribus, 736. — Probatio tertia, ex ratione, 737. — Joviniani oppositiones refutantur, 737. — Status virginitatis libere ex amore Dei susceptus præstat et excellentior est conjugio, VI, 1084. — Initio mundi omnino necessaria erat et sub præcepto utriusque sexus humani conjunctio. Hodie sub præceptum non cadit; imo cœlibatus ac castæ vitæ integritas de consilio evangelico sunt. XVI, 121

Matrimonium est bonum et honestum, ejusque usus et actus fieri potest sine peccato. XIV, 703 et seq.-333

De solemnitatibus ad contractum matrimonii requisitis, ut solemnis sit et in foro tum civili tum ecclesiastico admittatur. 1° Præcedere debent sponsalia ; 2° proclamationes, sive futuri Matrimonii publicæ denuntiationes, quæ banna vulgo vocantur ; 3° necessaria est præsentia parochi, testium et contrahentium sive per se sive per procurationes; 4° oportet parentum consensum accedere, XXV, 741. — De sponsalibus, 742. — De bannis, sive proclamationibus Matrimonii. 750

De ritibus Matrimonii conferendi. Describuntur cæremoniæ inter Latinos solemnes. — De Græcorum cæremoniis, 755. — Immerito Matrimonii cæremonias hæretici reprehendunt, 756. — De consensu ad Matrimonium requisito. — Contractus est mutuus conjugum consensus, 763. — Sacramentum est ipse contractus ad esse sacramenti elevatus, 764. — Matrimonium non potest etiam de potentia Dei absoluta subsistere in ratione contractus sine consensu mutuo conjugum, 765. — Deus potest absolute efficere vinculum Matrimonii, sine mutuo conjugum consensu, non aliqua potestas humana, 764. — Consensus necessario requisitus ad Matrimonium debet esse interior, nec sufficiunt verba consensus exterius prolata, 766. — Consensus internus debet exterius exprimi per verba aut signa de præsenti, 766. — Consensus contrahentium debet necessario ferri in ipsam mutuam corporum traditionem, seu in vinculum inde resultans, 772. — Consensus explicitus in copulam non est necessarius ad Matrimonium, sed implicitus, 772. — Objectiones, 773. — Matrimonium essentialiter consistit in jure ad usum, et non in ipso usu, 774. — Ad quid tenetur qui ficte Matrimonio consentit, 766. — Pars decepta teneturne credere alteri simpliciter asserenti se non consensisse, et ab usu conjugii abstinere? 766

Matrimonium contractum ex gravi metu, a causa libera injuste et ad extorquendum consensum incusso, irritum est jure positivo, non naturali, 768. — Objectiones, 769. — Quæ mala debent timeri, ut censeatur metus gravis, 768. — An si minora mala timeantur, sed timens sit pusillanimis et timidus censeatur etiam metus gravis irritans Matrimonium, 768. — An metus reverentialis censeatur gravis, 769. — Matrimonium ex metu gravi initum et jure positivo nullum, non firmatur juramento; nec juramentum superveniens secundum se obligat, 771. — Coactus ad contrahendum matrimonium, non potest licite cogi ad consummandum, 771. — Cogentes ad Matrimonium ipso facto incurrunt excommunicationem, 771. — Proles natæ ex Matrimonio, defectu consensus aut ratione alicujus impedimenti nullo, sunt legitimæ, quando Matrimonium fuit contractum in facie Ecclesiæ et cum bona fide, saltem ex parte unius conjugum. 771

Matrimonium initum sub conditione sive de præterito, sive de præsenti, sive de futuro non necessario, sive possibili sive impossibili, sive honesta, sive turpi, modo bonis et substantiæ Matrimonii non sit contraria, posita conditione subsistit matrimonium, non posita non subsistit, saltem in foro interno, 772. Probabilius est Matrimonium sub conditione de futuro contingenti contractum, conditione posita statim convalescere sine novo consensu, modo prior non fuerit revocatus ; — Modo etiam parochus et testes, in locis ubi Tridentinum est receptum, sint præsentes et dum consensus ponitur, et dum adimpletur conditio, aut de ea certiorentur, 772. — Conditio cadens in substantiam matrimonii Matrimonium reddit invalidum, 774. — Ecclesia potest irritare Matrimonium sine consensu parentum contractum, 775. — Matrimonium sine consensu parentum contractum non est irritum jure naturali nec divino positivo, 776. — Matrimonium filiorum familias sine consensu parentum contractum non est jure humano invalidum, 776. — Des Mariages des enfants de famille. Ce que les anciens ont pensé de leur validité, XX, 1107 et seq. — Pater non potest per se præcepto cogere filium aut filiam ad Matrimonium, sed potest eum inducere ex rationabili causa, XXV, 777. — Quamvis matrimonia inconsultis aut etiam invitis parentibus sint rata et valida, quamvis parentes per se non possint filios aut filias præcepto cogere ad Matrimonium, plerumque tamen hæc Matrimonia sunt graviter illicita, 777. — Objectiones, 778. — An sint justæ leges civiles permittentes parentibus exhæredare filios, contra eorum voluntatem contrahentes Matrimonium. Quidam negant, alii communius affirmant, 780. — Quomodo Matrimonium invalide contractum ratum effici possit et debeat. 780

Matrimonium potest duplici modo invalide contrahi : 1° Inter personas inhabiles ratione impedimenti dirimentis ; 2° inter personas aliunde habiles defectu solius consensus, 780. — Item est invalidum vel occulte, vel publice, 780. — Ad invalidi matrimonii revalidationem necessarie adhibendum est et supplendum quod ipsi defuit, 780. — Quando matrimonium est nullum defectu consensus unius qui nempe vel ficte, vel metu, vel errore consensit, probabilius sufficit, ut convalescat, hunc poni consensum, quamdiu alter adhuc in priori consensu perseverat, seu eum non revocavit, 781. — Tutius et probabilius ille novus consensus unius partis debet aliquo signo exteriori exprimi, 782. — Per se loquendo, ut matrimonium nullum convalescat, nullitas matrimonii debet innotescere parti cujus consensus requiritur ; vel utrique si utriusque requiratur, antequam consensum innovent. Est communis, 782. — Ut matrimonium occulte nullum convalescat, non videtur requiri nova præsentia parochi et testium; sed sufficit, obtenta dispensatione, si requiratur, ut conjuges nullitatis conscii, inter se solos renovent consensum, 782. — In praxi suadeemus quod

tutius est, scilicet revalidationem publicam matrimonii in quantum fieri potest sine gravi damno aut scandalo, 783.— Inter B. Virginem et S. Josephum fuit verum matrimonium. Est communior et verior, 784.—Perfectum fuit perfectione essentiali, quæ consistit in mutua traditione et acceptione potestatis in corpora. Sed defuit illi perfectio accidentalis, nempe copula carnalis, 786.— Rationes propter quas congruebat ut Christus nasceretur ex virgine desponsata, enumerat S. Thomas. 784

De castitate in usu matrimonii servanda, XXV, 785. *Vid.* Debitum. — Conjuges, per se loquendo, non tenentur debitum petere, quia nemo tenetur uti jure suo; at tenentur per accidens, 785. — Tenentur sub mortali injustitiæ peccato debitum reddere, dum vel expresse, vel tacite exigitur, nisi aliqua rationabilis causa ab eo reddendo excuset, 786, 787. — Conjuges ad reddendum sibi debitum tenentur de necessitate præcepti sicut ad cætera justitiæ præcepta; et ille actus cadit sub præcepto affirmativo, XIV, 713-563. — Hinc peccat mortaliter conjux qui voluntarie, aut mediis illicitis impotentem se reddit ad sufficienter reddendum debitum, 714-564, 565. — Cum propriæ salutis detrimento conjuges non tenentur sibi debitum reddere, 715-565. — Utrum conjux sanus cum propriæ infectionis periculo teneatur debitum reddere leproso, aliove morbo contagioso laboranti, 716-566. — Conjux sanus non tenetur per se debitum reddere amenti, aut in furore vel ebrietate constituto. 717-567

Utrum excusetur conjux a reddendo debito propter damnum rei familiaris, et ne habeat plures filios, 718-567. — An quoties peccat conjux debitum exigens, peccet similiter illud reddens, vel saltem jure possit debitum negare, 718-568. — Conjux tenetur denegare debitum illud petenti in loco sacro aut publico, 710-568.—Utrum ratione temporis sacri actus conjugalis reddatur tunc illicitus, 719, 720-568. — Conjuges possunt mutuo consensu abstinere a copula, modo absit periculum incontinentiæ, XXV, 787. — Quibus in casibus non licet debitum petere, 787. — Quibus in casibus petenti debitum reddere non licet. Dantur communiter tres regulæ, 788; XIV, 720, 721-569. —Finis quo exercendus est actus conjugii est triplex : primus est prolis generatio ad quam hic contractus per se ordinatur, secundus est remedium concupiscentiæ; hic finis est licitus, XXV, 788. — Tertius est affectus quo vir erga mulierem et uxor erga virum naturaliter afficitur, modo excludatur libidinis deordinatio et excessus qui semper est venialis, 788, 789. — Ut actus conjugii sit licitus exercendus est causa et intentione generandæ prolis, et quoties conjuges ita illum actum exercent, ut ex eo per se generatio sequi non possit, toties mortaliter peccant. Ita communiter, XIV, 705-557. — Conjux debitum petens causa solius delectationis, intra limites matrimonii peccat tantum venialiter, 706-558. — Utrum conjux peccet venialiter petendo debitum ad vitandam incontinentiam in seipso, 707-559. — Conjuges in actu conjugii multipliciter peccare possunt, et quidem mortaliter : 1° Ratione affectus inordinati ; 2° ratione loci ubi copula exercetur ; 3° ratione modi ; 4° ratione damni ex copula orituri. XXV, 789

Actus conjugalis ratione modi aut situs redditur vitiosus. Et tanto gravius est peccatum, quanto magis a naturali modo receditur, XIV, 709-560. — Utrum conjuges peccent quando optant prolem non concipi, eaque de causa ab incœpta copula se retrahunt, aut ab ea abstinent, 710-561 — Experientia constat plures feminas invitas et nullatenus excitatas, ac proinde non seminantes, recepto semine virili concepisse, 711-562. — Utrum conjuges frigidi et steriles peccent exercendo actum matrimonii, 711, 712-562, 563. — Uxor cujus vas ita est arctum, ut copulæ non sit aptum, incisionem pati debet etiam cum aliquo gravi dolore, 712-563. —Exigere debitum ab uxore gravida, si sit periculum abortus, est mortale ; si absit tale periculum, nullum est per se peccatum, 708-560; XXV, 790. — Exigere ab uxore menstruata vel puerpera, probabilius est veniale tantum, sed grave. 720 ; XIV, 716, 717-566

Tactus, aspectus et oscula obscena inter conjuges, per se non sunt peccaminosa; sed fieri possunt mortalia. XXV, 790.—Magna cautula interrogandi sunt pœnitentes, maxime mulieres ; 790, XIV, 721-570 ; XXV, 449-458.

Qualiter peccet et ad quid teneatur qui Matrimonium contrahit post emissum votum simplex castitatis, XVIII, 1130-1133.— Matrimonium illegitime celebratum vel contractum, est casus reservatus. Triplici præsertim modo Matrimonium illegitime celebratur. 1° cum ab alio quam a parocho, aut ab alio de ejus licentia benedicitur; 2° clandestine; 3° post votum castitatis XXII, 814 et seq.— In quibusdam diœcesibus reservatum est adulterium, XVIII, 1135.— Reservatur Matrimonium scienter contractum post votum castitatis, 1135.—Reservatur Matrimonium scienter contractum in gradibus prohibitis, 1136.— Reservatur Matrimonium scienter contractum priori uxore adhuc vivente, 1136.—Corollaria, 1136—Contrahere in gradibus prohibitis est inire Matrimonium cum impedimento dirimente, 1133.—Scienter et libere contrahentes cum impedimento dirimente, secundum omnes doctores mortaliter peccant, 1134.— Qualis requiratur notitia de morte prioris conjugis ad licite ineundum secundas nuptias? 1134

Histoire du sacrement de Mariage, observation préliminaire sur la nature du Mariage, XX, 1011 et seq.—Dieu l'avait institué pendant l'état d'innocence, 1013 — Innocent III a condamné comme une erreur l'opinion de ceux qui croyaient que les hommes dans l'état d'innocence se seraient multipliés sans l'usage du Mariage, 1014.—Il est difficile de déterminer à quels rits et à quelles cérémonies Dieu a attaché ses grâces, 1014.—Des principales erreurs qui se sont élevées contre la sainteté du Mariage, 1015.—Des rits et des cérémonies observés tant en Orient qu'en Occident dans la célébration du Mariage, 1016.—Des cérémonies qui précédaient le Mariage, et entre autres de la publication des bans, des fiançailles, des tables matrimoniales, des arrhes, de l'anneau, etc., 1017.—Des cérémonies qui se pratiquaient à la célébration du Mariage, 1022.—On recherche l'antiquité de quelques-unes des cérémonies de la célébration du Mariage, 1027.—Des cérémonies qui se pratiquent a présent dans les églises d'Orient, 1031.— Quelles sont les principales cérémonies des Mariages en Moscovie. 1033

Du temps et du lieu auxquels on célébrait les Mariages, et du temps auquel on recommandait la continence aux personnes mariées, pourquoi, et sous quelle peine, 1034.

De l'estime que l'on a eue de tout temps dans l'Eglise de l'état de viduité, et de quel œil on y regardait les mariages réitérés, 1039 —De quelle manière on traitait ceux qui contractaient des seconds et troisièmes Mariages. Pénitence qu'on leur imposait. On leur refusait la bénédiction nuptiale. Changement de discipline arrivé tant en Orient qu'en Occident sur ce sujet, etc 1045

De l'indissolubilité des Mariages. Abus sur cette matière corrigé dans la suite, 1050.—Il en reste encore chez les Grecs. l'Eglise latine a toléré dans les Grecs le Mariage après le divorce, sans approuver cet abus. 1055 et seq.

Ad demonstrandum quam circumspecte sit in synodo loquendum de ministro sacramenti Matrimonii nonnulla præmittuntur respicientia concilii Tridentini decretum, quo irrita fiunt matrimonia clandestina, XXV, 1125.—Ex eo quod præsentia parochi necessaria nunc sit ad vires tribuendas christianorum connubiis, recruduit quæstio, jam antea a nonnullis excitata, an scilicet ille sit sacramenti Matrimonii minister. Secum invicem hac in re pugnantium doctorum præcipua argumenta proteruntur. Et concluditur non esse in synodalibus constitutionibus de hujusmodi controversia ferendum judicium, nec aliquid asserendum quod uni aut alteri opinioni refragetur. 1129.—Corrigitur falsa doctrina quæ in quasdam synodos irrepsit quoad Matrimonii sacramentum, scilicet viros et feminas doctrinam christianam ignorantes a matrimoniis contrahendis non posse prohiberi. 1134

Appendix varias continens quæstiones quibus perficitur Tractatus de matrimonio. 1599—1619—Discours de l'évêque de Montpellier sur les Mariages des princes du sang, et sur la puissance civile en fait d'empêchement, à l'assemblée du clergé de 1635, en réponse à une proposition soumise par Louis XIII. 1620-1630

De infidelium cum fideli matrimoniis. In quibusdam circumstantiis licita sunt. Non constat hujusmodi matrimonium esse sacramentum, XXV, 1599.—Quoad contractus rationem validum est per procuratorem contractum matrimonium, 1599.—Probabilius illud matrimonium habet sacramenti rationem, 1600.—Consummare matrimonium ante benedictiones Ecclesiæ, nulla culpa est, 534.— (Nobis non probatur hæc propositio, sed malesona et falsa videtur)— Causæ justæ ut papa possit dispensare in matrimonio rato, etc., 549 — Utrum a principibus sæcularibus matrimonium dirimentia statui possint impedimenta, 1602 et seq. —In matrimonio de duplici potestate ecclesiastica scilicet et civili, versari debet sententia.— Corollaria, 1604.—Quæ sit vis impedimentorum ad forum internum? Impedimenta civilia vere matrimonii fœdus etiam naturale dirimunt, 1605.— Objectiones. 1606 —Exceptio, 1607.—Des effets de la mort civile à l'égard du mariage. Hæc lex in foro externo obligatoria est, non autem in foro interno, 1607, 1608

Communia utrique iuri impedimenta, 1° Error; 2° Conditio, 1608. — 3° Cognatio naturalis et affinitas ; 4° Cognatio legalis, 1609 ; 5° Crimen; 6° Vis et metus; 7° Ligamen prioris Matrimonii, 1610. —8° Amentia ; 9° Ætatis defectus, 1611. — Prætermissa impedimenta in codice civili, quæ sacris ascribebantur canonibus, 1° Vota ; 2° Cognatio spiritualis, 1612 ; — 3° Disparitas cultus ; 4° Ordines sacri ; 5° Honestas publica ; 6° raptus, 1612. — De additis per

codicem civilem impedimentis, 1° Defectus consensus parentum, 1613. — 2° Omissio et defectus formarum seu solemnitatum a lege requisitarum, 1614. — De vi harum omnium nullitatum sub respectu legali. 1616

De quibusdam consectariis practicis. Contrahendo fideles præsentiam civilis magistratus requirere in conscientia tenentur, 1617. — Observatis rite utriusque legis præceptis, ad validitatem contractus parvi refert an coram Ecclesia primum vel coram municipalitate connubium fiat, 1618. — Utrum liceat sacerdoti conjungere eos qui jam contraxerunt civiliter, quorum vero contractus civilis quasdam nullitates patitur, 1618. — Quid de illis qui non coram magistratu civili, sola vero coram Ecclesia inere Matrimonium, 1618. — Quid de his qui in utroque foro inierunt Matrimonium, qui vero civili subjacent impedimento, 1618. — De bannis civilibus, 1619. — Qui in loco sint promulgandæ proclamationes, 1620. — De Matrimonio, XXV, 528, 556. — De Matrimoniis conscientiæ; item ad morganaticam, 647

Medicus et chirurgus curantes secretiora mulierum, ex quorum necessario aspectu aut tactu, etiamsi prævideant in se secuturos carnis motus, vel etiam pollutionem, non censentur effectus illos moraliter velle, XI, 81. — Imputatur homicidii crimen medicis, dum ob eorum negligentiam in studendo, visitando, etc., perit æger cujus curam susceperunt, XIV, 655-518. — Medici tenentur sub mortali, primo, habere sufficientem scientiam et peritiam, secundo, impendere debitam diligentiam ad curandos morbos; tertio, adhibere remedia tutiora, certiora, aut, his deficientibus, probabiliora, et quæ citius sanitatem allatura sunt. — Quarto, tenentur saltem ex charitate statim ægrum monere per se vel per alios de periculo mortis, XXII, 1021, *in nota*. XVI, 1276. — Casus in quibus peccant, recensentur, 1276, 1277. — In extrema vel gravi necessitate pauperum, medici et chirurgus operam suam gratis præstare tenentur, 1272. — Quando licite medicus medicinas prægnanti applicare potest, XXV, 536. — Praxis dispensationis cum exercentibus artem medicinæ, XVI, 994. — De interrogationibus adhibendis cum medicis in sacro tribunali, XXII, 1021 et seq.

Meditatio sive consideratio interna est primum remedium generale peccatoribus, maxime consuetudinariis, præscribendum, ut ad Deum convertantur, XXII, 1267. — Meditatio est studiosa mentis actio, ait S. Bernardus, occultæ veritatis notitium ductu propriæ rationis investigans, XVII, 1096. — Meditatio, ait S. Aug., est occultæ veritatis studiosa investigatio. Meditationem divina illuminat revelatio, ut veritatem cognoscat, 1096. — Quoad modum meditationis servanda sunt documenta spiritualia, quæ de hoc traduntur, 1097. — Meditatio parit scientiam, scientia compunctionem, compunctio devotionem, devotio perficit orationem, 1098. — Meditatio non tam ordinatur ad sciendum, quam ad amandum et operandum, 1097. — In meditatione quæritur Deus labore discursus, XXII, 1087. — Meditationis utilitas ac necessitas, 1267. — Meditatio omnibus Christianis commendanda, 1267 et seq. — Refelluntur prætextus frivoli, quibus plures sese eximere volunt ab internæ considerationis exercitio: 1° Allegant aliqui præ multitudine negotiorum non suppetere sibi tempus ad vacandum meditationi piarum rerum, 1270. — 2° Allegant alii, obtuso se esse ingenio, adeoque ineptos ad meditationem, 1271. — 3° Plures conqueruntur se non diu posse vacare internis considerationibus piarum rerum; sed mox ad alia vel invitos distrahi, 1271. — 4° Et ultimo aliqui causantur se operam perdere, dum internarum considerationum exercitio ad pietatem non commoventur, 1272. — Exponuntur objecta circa quæ meditatio peccatoris versari debet ad impetrandam veram conversionem, 1273. — Declaratur quænam objecta præcipue considerare debeat peccator ad Deum conversus et justificatus, ut contra relapsum roboretur, 1276. — Exhibentur motiva præcipue expendenda cupienti in justitia et charitate proficere. 1277

Melancholici amentibus per quam vicini sunt. In plures classes dividuntur. XVI, 130

Mfletensis, seu discussio biblico-philologica de religione Hebræorum sub lege naturali. XV, 9

Melioratio facta filio absque aliqua causa, vel causa Matrimonii incerti, potest revocari. XXV, 537

Mella usum a sacrificiis suis Deus ablegavit, XV, 96. — Tum quia mel consueverat offerri in sacrificiis idolorum, tum etiam ad excludendum omnem carnalem dulcedinem et voluptatem ab his qui Deo sacrificare intendunt. 97

Mendacium est falsa significatio vocis cum intentione dicendi falsum, seu dicendi falsum assertive, XVIII, 1284; XIV, 1067 et seq. 1091-843, 861. — Ad perfectam rationem mendacii tria requiruntur: primum, ut falsum enuntietur, secundum, ut adsit voluntas falsum enuntiandi; tertio, intentio fallendi, 1069-844. — Si quis falsum enuntiet, credens id esse verum, est quidem falsum materialiter, sed non formaliter. 1070-843

Mendacium dividitur in perniciosum, jocosum et officiosum: perniciosum ordinatur ad alterius nocumentum; jocosum, ad aliquod bonum delectabile; officiosum, ad aliquod utile, 1071-845. — Omne mendacium secundum se intrinsece et ex genere suo est malum, et nullo bono fine cohonestari potest et reddi licitum, 1071-845. — Lege naturali vetitum est omne mendacium, omnis simulatio, 1071, 1072-846, VI, 859; — Mendacium officiosum est peccatum veniale sicut et jocosum, XIV, 1072-846. — Mendacium perniciosum ex genere suo est peccatum mortale, quia est contra charitatem, 1072-846. — Mendacium in materia fidei, sacræ Scripturæ, vel morum, est peccatum de se notabiliter perniciosum et mortale, 1073-847. — Prædicator scienter proponens falsa miracula, mentitur contra veritatem doctrinæ christianæ, 1073-847. — Mendacium redundans in damnum notabile proximi vel spirituale, vel corporale, vel temporale, est peccatum mortale quod inducit obligationem restitutionis damni illati, 1073-847. — An omne mendacium etiam leve ac ratione parvitatis materiæ solum veniale, si fiat in judicio forensi, aut in tribunali pœnitentiæ, sit mortale, secluso etiam juramento, 1074-848. — An sit mendacium, quando non servatur promissum, et quibus de causis excusetur ab eo servando, 1076-849. — Omne mendacium in judicio justo circa crimen est mortale, cum sit in re gravi et contra justitiam. XVI, 1266

De usu æquivocationum et restrictionum mentalium, XIV, 1075, 1098-849, 866. — *Vid.* Æquivocatio, restrictio. — Angeli, prophetæ et viri sancti non mentiti sunt, VI, 562. — An mentiti sunt Abraham et Jacob, I, 94 et seq -71; XIV, 1082, 1084-854 et seq.

Mensis quomodo accipitur in lege vel statuto, XXV, 537. — Quomodo appellabantur menses olim apud Hebræos, XXVI, 108. — Mensis etymon. *Ibid*, *in nota*.

Mentiri nihil aliud est quam asserere falsum animo fallendi, I, 90-69. — Mentiri seu fallere Deus non potest, nec per se, nec per alium, 90 et seq.-68. — Mentiri est contra mentem ire. XIV, 1070-845

Mercatores qui fraudulentis mensuris aut ponderibus vendunt, non raro peccant lethaliter et ad restitutionem tenentur, XV, 997. — Mercator in sacro tribunali interrogetur an deceperit in pondere et mensura. An res vendiderit ultra pretium supremum, XXII, 1024. — Qui res minutim et in parva quantitate vendunt, possunt aliquanto charius vendere quam qui in magna quantitate, 1024, *in nota*. — Non videtur esse reus fraudis aut injustitiæ mercator, qui frumentorum, aut aliarum rerum ad humanos usus necessariarum copiam brevi advehendam certe sciens, id celat emptores, et sua frumenta vel res alias vendit currente pretio. Majoris tamen honestatis et virtutis est, animique ab avaritia et dolo magis alieni id non celare. XI, 886 887

Mercatura nec est de se bona, nec mala; habet tamen quamdam speciem turpitudinis, XIV, 1048-827. — *Vid.* Negotiatio.

Mercenarii qui non diligenter laborant toto diei tempore, quo tenentur, et pro quo conducti sunt, graviter peccant, et ad restitutionem tenentur. XVI, 1278

Meretrix, ex concessione principis lupanaria tanquam malum necessarium tolerantis, lucrum, turpissimum criminis pretium, retinere potest. XVI, 434

Meritum generatim definiri potest: opus honestum et mercede dignum, VII, 557. — Meritum supernaturale, seu opus meritorium recte dicitur; actus moraliter bonus, liber, ab homine justo et viatore procedens, supernaturalis, divinæ gratiæ auxilio et Jesu Christi meritis secundum christianæ legis præcepta elicitus, et in obsequium remunerantis Dei exhibitus, a quo rependitur præmium pertinens ad vitam æternam, XI, 1061, *in nota*. — Meritum proprie dictum dicitur opus propter quod Deus homini præmium rependere debet. X, 1399-1103

Meritum duplex est, aliud de condigno vel meritum simpliciter et perfectum; aliud de congruo, vel meritum secundum quid, improprie dictum et imperfectum, 1407-1110; VII, 557; IX, 839-663. — Meritum de condigno illud definitur cui ex justitia debetur merces. Meritum de congruo illud est cui solum ex aliqua decentia et benignitate præmium tribuitur, 839-663; VII, 557; X, 1414-1114. — Conditiones ex omnium consensu merito de condigno essentiales. Prima est ut homo qui meretur sit viator; secunda, ut sit justus; tertia, ut sit liber; quarta, ut opus sit moraliter bonum et præmio proportionatum, 1408, 1409-1110. — Aliter: libertas et sanctitas in agente, dignitas præmio proportionata in opere, et promissio in remunerante, IX, 839-665. — Conditiones ad meritum de

condigno circa quas est inter theologos controversia. Prima, est gratuita Dei promissio, sive pactum de æterna mercede rependenda, X, 1409-1111. — Secunda, opus meritorium spectat ; quænam scilicet hominis justi bona opera æternæ vitæ de condigno sint meritoria, 1410 et seq.-1112. — Justus qui de condigno mereri voluerit, aut actum ex vera charitate eliciat, aut saltem actus in quem præcedens propriæ dictæ charitatis actus, virtualiter perseverans, influat, 1412-1113, 1114. — Tertia se tenet ex parte operantis. Non requiritur relatio actualis operis in Deum ut finem supernaturalem, sed non sufficit relatio habitualis. Omnino necessaria est relatio virtualis. 1412-1114

Meritum de condigno describi debet : opus liberum, bonum, ab homine viatore et justo ex actu vel imperio charitatis factum, et ideo in Deum ut summum bonum virtualiter saltem relatum, cui ex justitia et ex gratuita Dei promissione vita æterna a Deo debeatur, 1413-1115.

Meritum de congruo duplex est, aliud stricte sumptum, ut in peccatore qui auxilio divino ad gratiam conversionis perfectæ postulatam sibi concesso utitur. Aliud late sumptum, quod totum in aliqua convenientia positum est, IX, 839-664. — Conditiones meriti de congruo propriæ. Primo, meritum illud non competit nisi homini viatori. Secundo, necessario non innititur justitia habituali sive gratia sanctificante. Tertio, exigit actum liberum, bonum et supernaturalem. Quarto, in merito de congruo non requiritur Dei promissio, X, 1414-1115. — Meritum de congruo describi debet : opus liberum, bonum, a viatore ex prævenienete spiritus Sancti inspiratione et adjutorio elicitum, cui non ex justitia Deive promissione, sed ex aliqua decentia et congruitate rependi debet, id ad quod tendit et refertur, 1414-1115 —Circa merita quæ sunt de fide, et quæ non sunt. De fide est hominem justum bonis operibus vere mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, gloriæ augmentum, I, 1297, 1331-1023, 1050. — Sed de fide non est, nec dari meritum de congruo ; nec dari de condigno ; nec merita esse ex justitia, potius quam ex fidelitate ; multo minus dari ex justitiæ rigore, 1331 et seq -1051.—De fide non est omnia bona opera justorum esse æternæ vitæ meritoria ; seu quænam in specie opera mereantur gloriam : an opera temperantiæ, spei, fidei, et alia præter charitatem, 1334-1053. — Non est de fide justum posse mereri pro aliis quocumque merito, ne quidem de congruo, nec conversionem peccatoris, nec aliam gratiam, 1335-1054 ; VI, 2061, *in nota* —Merita nostra sunt Dei dona, I, 866-685. — Gratia non datur secundum merita, VI, 61. — Æterna electio sine meritis, salus ex meritis, 99. — Deus neminem deserit, reprobat et damnat sine malis meritis, 31. —Totum Deo tribuendum, 71. — In nullo gloriandum. 106

De meriti objecto. Nemo primam gratiam sanctificantem de condigno promereri potest; sed potest quis eam de congruo mereri. Justus vero secundam gratiam justificantem, id est, augmentum gratiæ sanctificantis de condigno mereri potest, X, 1415-1116. — Principia solutionum, 1417-1118. — Justus non potest perseverantiam de condigno mereri, potest tamen de congruo, præsertim si multa et crebra pietatis opera exerceat, 1417-1118. — Principia solutionum, 1420-1120. — Vita æterna quoad insigniores etiam gradus merito de condigno subjacet, 1421-1121. — Objectiones, 1424-1123. — Principia solutionum, 1425-1124. — Deus ex mera beneficentia bona electorum opera ultra condignum in altera vita remunerat, 1428-1126 — Principia solutionum, 1430 1129. — Epilogus, 1431-1129. Breve Benedicti papæ XIV ad magnum Hispaniæ inquisitorem. 1435 et seq.-1131

Messias jam ante legem promissus, totque prophetarum succedentium oraculis in Scriptura sancta pronuntiatis, jamdudum advenit, isque alius non est quam Jesus Christus, VI, 972. — *Vid*. Christus.

Metempsychosis. A Platone tradita est opinio animas eorum hominum qui se multis in vita sceleribus inquinassent, post mortem in varia transire hominum ac bestiarum corpora, prout eorum vitia fuerant, quorum similitudinem alterni illi hospites gerebant, atque hoc tamdiu fieri, dum bene purgatæ et quasi defæcatæ animæ pristinum ad statum ac nitorem redirent, VII, 864.—Metempsychosim saltem bonorum admittebant Pharisæi. V, 23.

Methodus vitæ pro aliqua moniali quæ exposceret dirigi per viam perfectionis. Et primum quoad orationem, XXII, 1108. — Secundo, accedere quotidie ad communionem, uno excepto die in quavis hebdomada. Tertio, quoad mortificationem. 1109

Contra protestantes. Methodus Augustiniana tribus partibus absolvitur : 1° proponit ; 2° defendit ; 3° probat. Principia probandi fidem, vel sunt protestantium, vel catholicorum, vel utrique parti communia, I, 1045 et seq.-823. — Augustiniana dicitur, quia ex praxi S. Augustini deducitur, 1045, 1046-823, 824. — Defensiva methodus, scuto non absimilis, absolvitur quatuor observationibus, quas præcedunt nonnulla privilegia, protestantibus concedenda gratis alioquin a limine cujuscumque controversiæ arcendis, 1047, 1056-825, 833 — Probativa methodus, gladio persimilis, tribus observationibus perficitur : 1° status quæstionis est tenendus ; 2° catholici est secundo loco probare, idque incipiendo a probatione fidei catholicæ, deinde pergendo ad improbationem doctrinæ contrariæ. Omnis catholica probatio debet esse per terminos expressos, seu æquivalentes, sine additione, detractione, aut mutatione, 1057 et seq.-833. — Conclusio, 1061-836. — *Vid*. Protestantes.

Methodus compendiaria, sive brevis et perfacilis modus, quo quilibet catholicus etiam scholis theologicis non exercitatus, potest, solis Bibliis, sive Genevensia illa sint, sive alia, et confessione fidei religionis prætensæ, ministrum evidenter mutum reddere, et religionario cuicumque, quod in omnibus et singulis prætensæ reformationis suæ punctis errore teneatur, demonstrare V, 1065, 1137. — Conclusio disputationis hujus summam complectens. 1135

Methodus in theologia duplex, alia expositionis seu positiva, alia demonstrationis, seu discursiva. — Eo tendit methodus expositionis ut ex suis fontibus primariæ sedulo producantur veritates, seu dogmata, ut in fide ac fideliter exponantur. Methodus demonstrationis in his operationibus mentem dirigit quibus, ope ratiocinii et dialectices regulis, principiorum fiunt evolutiones deductionesque consectariorum, I, 12-11. — Necessaria est in scientia religionis tractanda methodus, tum positiva, tum discursiva, 32, 35-27, 28. — Methodus discursiva seu demonstrationis, usque ad genus scholasticum producta, seu simpliciter methodus scholastica est perutilis, sublato abusu, 33 et seq.-28. — Speciales veræ scholasticæ utilitates, 34, *in nota*-28.—Methodi scholasticæ abusus vitandus, 36, 37-30, 31.—Utriusque methodi utilitas, 37-31. — Utriusque usus adhibendus est, nempe methodi positivæ ad exponenda primum dogmata, et discursivæ ad eorum deinceps evolvenda consectaria. 38 et seq.-32

De la méthode qu'il faut suivre dans l'étude de la théologie, XXVI, 1145.— Méthode qu'il faut suivre dans la recherche des vérités de la religion, 1161.—De la méthode de sentiment intérieur, 1167. — De la méthode des sens, 1170.— De la méthode de raisonnement ou de discussion, 1180. — De la méthode d'autorité, 1189. — Méthode pour étudier la théologie, 1193. — Méthode pour étudier l'Ecriture sainte et les livres qu'il faut lire pour cette étude, 1232. — *Vid*. Theologia.

Metoposcopia divinatio dicitur, quando ex signis, lineamentis et motu frontis, futurorum cognitio quæritur, III, 428; XIV, 90-73

Metropolita uni præest provinciæ et episcopis qui ea comprehenduntur. Metropolitæ nomen a metropoli procedit, quæ est urbs provinciæ caput, V, 1229. — Hæc dignitas ante Nicænum concilium viguit. Metropolita jurisdictionem habet in omnes suæ provinciæ episcopos, quos suffraganeos vocat, 1229. — Metropolitæ præter cætera pontificalia ornamenta habent pallium, 1230. — De potestate metropolitani quoad ordinationem subditorum aliorum diœceseon, XXIV, 1033. —Metropolitani a propria synodo, seu a suffraganeis suis, prioribus sæculis, ordinarie consecrari debebant, 1117, et seq. — Decretum cleri et populi senonensium de electione Ansegisti metropolitani. 1120.

Prædictus ordo per nominationes regias aliquando fuit turbatus, 1122.— Restituta tamen, seu asserta comprovincialibus sua jura et cur, 1122. — Qua ratione et a quibus comprovinciales episcopi ad metropolitani consecrationem convocarentur, 1123. — Metropolitani aliquando ab aliis metropolitanis jussi et soliti consecrari, 1125 et seq — De jure et consuetudine romani pontificis in consecrandis et confirmandis metropolitanis. 1134 et seq.

Metus est passio vel motus animi imminens malum fugientis, XVI, 516 — Definitur : instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio seu perturbatio, 516, 535, XI, 92. — Dividitur : 1° in eum qui ab intrinseco provenit, et in eum qui incutitur a causa extrinseca libera. Metus a causa libera proveniens incuti potest juste vel injuste, 92, XVI, 517, 536. — 2° Dividitur metus in gravem et levem, vel absolute vel respective. Metus gravis, qui potest movere virum constantem, est timor majoris mali Levis est metus in hominem cadens qui facile movetur, et non timenda timet, 516, 535; XI, 92, 314. — Dividitur in compulsivum potentiæ, et in metum reverentialem, et in metum perfidiæ, XXV, 537 et seq.— Conditiones requisitæ ut metus sit gravis, XI, 92; XXV, 537. — Ad metum gravem revocatur metus reverentialis seu timor habendi parentes vel superiores diu et graviter infensos, XVI, 535 — Metus reverentialis non semper gravis est, XXV, 769 — Long

aliud est agere ex metu, aliud cum metu, XI, 92, 314. — Qualiter metu causet involuntarium. Ea quæ fiunt ex metu, etiam quantumcumque gravi, sunt voluntaria simpliciter, et involuntaria plerumque secundum quid, 93. 314. — An in eo qui observat legem, qui delet de peccato propter metum gehennæ, affectus ad rem prohibitam, vel disaffectus ad rem præceptam secundum se semper sit peccaminosus, 95, 96. — Nullus metus vel gravissimus excusat a tota culpa in iis quæ sunt intrinsece mala, seu prohibita, quia mala sunt, 97. — Metus nunquam per se, aliquando tamen per accidens excusat a peccato, 97. — Stante metu gravi, præcepta naturalia negativa nos obligant, non vero præcepta quævis affirmativa, quæ non obligant pro semper, 97. — Metus gravis a præcepto positivo excusat, tam humano quam divino, 314.— *Vid.* Contractus, Matrimonium. — Metus quem habet adjunctum religio, salutaris est, et molestia quam affert vincitur aliis multis et magnis utilitatibus. II, 19

Milites subjecti vel conducti justitiam belli examinare non tenentur, quamdiu nulla probabilis ratio in contrarium occurrit, quæ ipsis dubium positivum afferat, XVI. 1273.— Subditi qui de justitia belli dubitant, principi jubenti parere debent, ac militare, 1273.—Militum obligationes, 1273, *in nota*; 1274, 1275. — Simplex armorum gestatio hominem militiæ adscriptum non constituit irregularem. Qui pugnæ interfuit, et dubitat cum fundamento, an quempiam interfecerit, aut qui de interfectione suspectus est, tenetur dispensationem obtinere, XVII, 281. — An irregularis sit qui in bello justo, non occidit quidem propria manu, sed aliis occidentibus aut mutilantibus opem tulit, esse pulverem pyrium et arma offensiva distribuit, aut eos ad strenue et acriter pugnandum adhortatus est, 281.— Irregulares sunt omnes qui in bello aggressivo mutilant vel occidunt, non autem qui in bello defensivo, nisi eo veneciat animo prædiandi. 282

Militia christiani super terram est separatio a contagione sæculi, divulsio quædam a seipso et abnegatio sui, ac extirpatio amoris proprii. III, 338

Millenarii latine, chiliastæ græce, ex eo sic dicti sunt, quod finxerint regnum Christi mille annorum cum sanctis in terra futurum post resurrectionem. Cujus erroris tres fuerunt veluti gradus, VII, 178; XI, 644. — Primus est eorum qui regni mille annorum beatitudinem in carnali voluptate constituebant. Dux illorum fuit Cerinthus, primo sæculo, 643, 644; VII, 179. — Secundus eorum est qui, duce Papia, illicitas omnes voluptates ab isto regno excludebant, *ibid.* — Tertius est illorum qui putaverunt sanctorum animas non visuras Deum facie ad faciem, ante ultimum judicium, *ibid.* — Millenarium Christi in terris regnum cum sanctis post resurrectionem est fictitium, XI, 644. — Objectiones. 645; VII, 179, 180

Minister cujusvis negotii peragendi, alius dicitur ordinarius, cui ex lege communi et usu recepto, rei gerendæ munus incumbit; alius insolens sive extraordinarius, qui non ex officio, sed præter communem usum et ex speciali legislatoris concessione arrogat sibi interdum hanc potestatem, XX, 1561. — Duplici sensu accipitur minister tum ordinarius, tum extraordinarius, quia considerari potest vel ratione potestatis in ordinatione acceptæ, vel ratione usus illius potestatis, 1561, *in nota*. — Lutherus distinguit inter potestatem et usum ministerii. Usum quidem seu functiones sacri ministerii, nullum arrogare sibi debere contendit, nisi qui legitime vocatus fuerit (a majoribus communitate consentiente); potestatem vero ipsam ministrandi cuilibet homini christiano per baptismum inditam agnoscit. 1564, *in nota*. — Ministeri sacramentorum, *Vid.* Sacramentum.

Minor romano in jure dicitur, qui ætatem pupillarem jam excessit, annum tamen vigesimum quintum nondum complevit. XVI. 150. — Minor non habens curatorem potest de rebus mobilibus non pretiosis libere pacisci et contrahere, non potest tamen de rebus immobilibus vel mobilibus pretiosis quidquam distrahere vel alienare, nisi decretum magistratus intervenial, 151. — Minor curatori subjectus valide paciscitur, et contrahit etiam sine curatore, quotiescumque se mere personaliter obligat, 152. — Minor curatori subjectus de rebus suis paciscens ex contractu, quo rem suam deteriorem facere potuisset, nec naturaliter obligatur quoad effectus sibi nocivos; obligatur tamen etiam naturaliter quoad effectus aliis nocivos, 152. — Pubes dicitur masculus post XIV annos completos, femina vero post XII, etc. XXV, 54 et seq.

Minores in jure novo dicuntur omnes utriusque sexus qui annum vigesimum primum nondum compleverunt. Minores obligationum suarum irritationem petere non possunt nisi in casibus lege præfixis. Qui cum minoribus contraxerunt, si ipsi habiles sint ad contrahendum, eorum incapacitatem opponere non possunt, 549. — Minores non emancipati sunt qui vel paternæ potestati vel tutoris auctoritati subjiciuntur, *vid. art.* Codicis civilis 388, 488, 550. — Minores emancipati ii sunt qui a patria potestate vel a tutoris auctoritate per beneficium emancipationis liberati sunt, 550. — Actus pro quibus minores declarantur inhabiles non sunt ipso facto nulli, sed, generatim loquendo, rescindibiles in foro conscientiæ, etiam ante sententiam judicis, quando minor læsus fuit, 550. — Adagium: Minor restituitur non ut minor, sed ut læsus. 551

Miraculum a mirando dicitur, cui respondet vox græca θαῦμα, II, 509. — Variæ de miraculorum natura sententiæ. Prima est eorum qui nulla plane admittunt miracula, II, 511. — Secunda Deo soli reservat omnem operandorum miraculorum potestatem, 512. — Tertia, quæ est Clarkii, eamdem potestatem angelis bonis et malis concedit, 513. — Quarta relinquit malis angelis naturalem potestatem mirabilia opera faciendi, sed divino imperio subordinatam, 514. — De natura miraculi, IV, 303 et seq. — Ad veri et proprie dicti miraculi rationem tria requiruntur, primum, ut ejus causa sit occulta, non solum respective, sed etiam absolute et respectu omnium, quatenus nulla causa in natura reperiri possit hujus effectus productrix, X, 46-58. — Secundum, ut fiat præter communem rerum ordinem positive, seu præter solitum cursum naturæ, non unius, vel alterius, sed totius, 46, 47-50. — Tertium, vera miracula sunt supra omnem causarum naturalium virtutem, ac proinde sola virtute divina fieri possunt, 47-59. — Omne miraculum est supernaturale, sed non vice versa. 47, 48-59, 40

Miracula dividi solent in proprie dicta quæ solus Deus producit, et improprie dicta quæ ab angelis seu bonis seu malis patrari possunt, IX, 438, 460-564, 563; II, 1041, 1042

Miraculum varie definitur a philosophis et theologis, 509 - 1037. — Definitur a S. Thoma, id quod fit præter ordinem totius naturæ creatæ, sub quo ordine continetur omnis virtus creata, 509. — Ut sint vera miracula necessarium et sufficiens est, ut superent omnem naturalem virtutem causarum naturalium visibilium et corporalium, 511. — Miraculum est effectus sensibilis totius naturæ corporeæ vires superans, 1037, 1041; IX, 457-563. — Est exceptio quædam qua naturæ legibus speciali derogatur providentia, IV, 305. — Rejicienda est Houteville hypothesis, II, 1037. — Falsa est miraculi definitio ab auctore Diarii philosophici data. 1042

Miracula posse fieri negat Spinosa, III, 705, 711. — Miracula possibilia sunt, seu nullam contradictionem involvunt. IX, 462-567; II, 1042

De causa seu auctoribus miraculorum. — Deus potest operari miracula tum proprie, tum improprie dicta, 1043. — Deus solus potest operari miracula proprie dicta, 1048. — De angelorum sive bonorum, sive malorum potestate circa miracula, IV, 305, 308. — Angeli sive boni, sive mali, virtute sua naturali in materiam agere possunt, et ideo miracula improprie dicta operari, II, 1045; IX, 438 et seq.-564. — Dæmones possunt, ita permittente Deo, miracula improprie dicta edere, etiam in confirmationem erroris, II, 1049 et seq. 558 et seq. — Objectio contra dæmonum potestatem, quæ multiplici ratione intra debitos fines coercetur, 1051 et seq. — Deus solus, ob sapientissimos fines, causarum naturalium ordinem per seipsum aut ministerium angelorum intervertit, dæmonum quæcumque naturalis vis sit, nulla est licentia; ac ubi se nostris rebus immiscent, divinorum judiciorum sunt ministri; non suo arbitrio unquam relinquuntur, et nunquam per eorum ministerium in confirmationem falsi miracula patrantur. *Argumentum primum*, ex ratione; 1° Deus cunctas res sua ditione continet, 516. — 2° Modo allatæ rationes nulla contraria suspenduntur, 520. — 3° Contrariæ sententiæ defensores infinitis se implicant ambagibus, ex quibus expedire sese non res facilis est, 520. — *Arg. secundum*, ab experientia, 524. — *Arg. tertium*; ex Scriptura sacra; 1° Deus sibi soli vindicat rerum plane omnium arbitrium, 525. — 2° Diis gentium omnis bene vel male faciendi potestas denegatur, 526. — 3° miracula ubique exhibentur ut divinæ voluntatis signa et legationis cœlestis sigilla, 528. — 4° miracula ut divinæ auctoritatis signa apud omnes cordatos habita sunt, 531. — Objectiones, 532, 559. — De Pythonissæ Endorensis historia, 538. — De miraculis magorum ægyptiacorum, 536, 537, 1048; 1051, 1052.—Compendiose exponitur de miraculis doctrina, *in nota*. 539, 548

De notis seu characteribus miraculorum. Quomodo effectus vere miraculosi ab effectibus naturalibus discernantur, II, 1055. — Quomodo miracula proprie dicta ab improprie dictis secernantur, 1056. — Quomodo miracula diabolica a divinis discriminari queant. Characteres insufficientes, negativi, positivi, 1059, 1060. — Objectio, 1061. — Vera ratio miraculorum. III, 714, 716

De vi probante miraculorum. Omne miraculum verbum quoddam Dei est : impossibile autem est verbo ullo mentiri Deum, I, 1317-1059. — Miracula sunt signa veræ religionis, 891. II, 328 ; 251. — Miraculorum, qualia in Pentateucho et Evangelio narrantur, numerus ac splendor vim habet firmissimæ demonstrationis in gratiam alicujus religionis. Nam 1° Deus ea fieri in confirmationem erroris nunquam passus fuisset, 1064. — 2° etiam permittente Deo diabolus ea non patrasset, 1066.— Corollaria. Miraculum proprie dictum, etiam singulare et unicum, per se vim habet ineluctabilem ad probandum.—Miraculum improprie dictum, quod ex assignatis characteribus constat ab angelo bono effectum esse, vim quoque invictam habet, 1067.— Solv. objec., 1067, 1082. — De miraculorum auctoritate constat. In omnibus veritas imaginem antecedit, post rem similitudo sequitur. *Tert.* 1068. — A factis naturalibus discerni possunt miracula, 1069. — In confirmationem erroris dæmon miracula operari non potest. 1070 — Miracula ad probandum vim habent, 1071. — Miraculum veritati et falsitati non ex æquo patrocinatur, 1076 et seq. — Miracula seorsim a prophetiis probant. 1082

Moysem Dei legatum fuisse miracula evidentissime probant, 658, 664. — Miraculis constat Deum speciali providentia rempublicam Judæorum rexisse. 701

In confirmationem christianæ doctrinæ Deus patravit miracula, III. 691. — Mundi conversio sine miraculis esset omnium miraculorum maximum, 693. — Woolstoni et Spinosæ argumenta confutantur, 694 et seq. — Miracula Christi allegorica fuisse dicit Woolston. Confutatur, 711, 722. — Quæ contra miracula in epistolis quibus titulus : Lettres de J.J. Rousseau écrites de la Montagne, leguntur argumenta, confutantur, 722, 736. — Fuerunt Christi miracula certa, publica, multa, 702, 704. — Ex miraculis Christi eum esse a Deo missum adstruitur, IX, 461, 483-506, 584. — Miraculorum quæ sequuntur Christi et Apostolorum tempora, auctoritas, 483-584 ; IV, 301, 302 ; III, 703, 704. — Miracula pro veritate edita semper a Deo proficiscuntur, 716. — Sola religio catholica miraculorum gloria fulget, 801. — Miracula probant Ecclesiæ sanctitatem, IV, 299 et seq. 379 et seq. — Auctoritas Ecclesiæ munitur miraculis, et Ecclesia approbat miracula. 310, 311

De miraculis paganorum, III, 447. — Pleraque sunt levia, ridenda, nullos in usus admissa, etc., 448 et seq. ; II, 1077 et seq. — Plura nihil aliud sunt quam effectus mere naturales et communes. III, 450. — Miracula Æsculapii, 452 ; II, 1079. — Vespasiani miracula, 1080 ; III, 454 et seq. — Adriani miracula, 457. — Apollonii Tyanei, 457 ; 718 et seq. ; II, 1081. — De miraculo quod apud Delphos contigisse legitur, et quo profligatus est Gallorum exercitus. III, 459 et seq.

Si a diabolo ad retinendos homines in falsa religione fiunt Ecclesiæ miracula, cur non facit similia in aliis falsis religionibus. 803

Miseratio a misericordia derivatur. XIII, 1114-880

Misericordia est virtus inclinans ad subveniendum miseriæ alterius, VII, 548. — Misericordia est alienæ miseriæ in corde nostro compassio, XIII, 1113-879. — Misericordia importat dolorem de miseria aliena, 1113-880. — Juxta primum motum passio est, non virtus, bene autem juxta secundum motum, quatenus voluntati displicet, malum alterius, *Ibid.* — Misericordia est virtus specialis a charitate distincta, quæ respicit miseriam ejus cujus miseretur, 1114-880. — Septem opera misericordiæ corporalis numerantur, scilicet pascere esurientem, potare sitientem, vestire nudum, excipere hospitem, visitare infirmum, redimere captivum vel in carcere detentum, et sepelire mortuum : quæ versu exprimuntur : visito poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo, 1116-881 ; XI, 941 et seq. — Septem pariter numerantur opera misericordiæ spiritualis, scilicet ignorantes docere, consilium præbere dubitantibus, afflictos consolari, peccantes corrigere, offensas remittere iis qui læserunt, aliorum defectus et infirmitates tolerare, pro omnibus orare : quæ hic versus complectitur : consule, carpe, doce, solare, remitte, fer, ora, 944 XIII, 1116-882.— Regulæ de obduratione contra misericordiam, XI, 912-947. — *Vid.* Obduratio.

Misericordia Dei prædestinantis definitur a S. Paulo electio ad gloriam, seu propositum voluntatis, quo Deus ab æterno statuit quasdam intellectuales creaturas per certa media dirigere, et perducere ad vitam æternam, VI, 921. — Frequenter in Scripturis occurrit divinæ misericordiæ commendatio. VII, 549

Misericors dicitur qui habet cor miseratione et compassione afflictam super miseria alterius. XIII, 1113-880

Missa est unicum novæ legis sacrificium : est latreuticum sive honorarium ; est eucharisticum in gratiarum actionem pro omnibus collatis et conferendis beneficiis ; est propitiatorium et satisfactorium pro peccatis et pœnis debitis : est omnium bonorum impetratorium, spiritualium primo, et temporalium secundario, XXIII, 1305. — Missa est vox hebræa significans oblationem, juxta quosdam, I, 827-652 ; XXIII, 709, 923 et seq. — Quoad terminum in latina idem significat, quod Græcis liturgia, I, 1290-1023 ; V, 1021. — Eruditorum vulgus putat, et id probabilius est, e latino missam derivatam ; quæ vox idem valet ac missio, seu abeundi venia, XXIII, 923. — In sacrificio Missæ fidelium divisiones, 923, 924. — Præmittuntur aliqua de sacrificio in communi, 705 et seq. — Missa fundatur Scriptura et antiquitate, I, 1290-1025 ; V, 1021. — De sacrificio missæ apud protestantes, 1019. — Ecclesia Orientalis, uti semper, ita nunc eamdem de Missa doctrinam tenet, quam ipsi liturgiam vocant, 1020. — Sententia catholica de missa, 1022 et seq. — Pro missa probationes SS. Patrum per Scripturam, 1036 et seq. — De sacrificio missæ quid credendum, VI, 818. — Quod de fide non est in sacrificio missæ, 1032, in nota. — Ad præcepta solum ecclesiastica referuntur : 1° cæremoniæ, vel vestes et externa signa, quibus in missarum celebratione Ecclesia catholica ex sua institutione utitur ; 2° ritus Ecclesiæ Romanæ, quo submissa voce pars canonis et verba consecrationis proferri jubentur ; 3° prohibitio celebrandi missam lingua vulgari ; 4° præceptum aquam vino miscendi in calice, singula enim nota revelationis carent, 1234, in nota. — In missa offertur verum et proprium sacrificium a Christo institutum, 1029 ; XXIII, 709 et seq. — Hæreticorum difficultates, 711 et seq. — Sacrificium missæ non in sola reponi debet mortis Christi commemoratione et repræsentatione ; sed sicut reipsa creditur latreuticum et eucharisticum, ita etiam est propitiatorium pro vivis et defunctis, VI, 1050 et seq. — Missa est vere propitiatoria et eucharistica, I, 865, 866-683. — In missa offertur Deo verum, proprium et propitiatorium sacrificium pro vivis et defunctis, 1300-1026 ; V, 1022 et seq. — Quomodo est propitiatorium. Hæreticorum errores, VI, 819. — Missæ, quas acatholici privatas vocant, legitimæ omnino sunt ac licitæ, adeoque nequaquam abrogandæ, 1035 ; XXIII, 1269. — Deux actions dans le sacrifice de la messe : la première est la consécration par laquelle le pain et le vin sont changés au corps et au sang ; la seconde est la manducation, par laquelle on y participe, VI. 777. — Quo pacto reperiatur in missa vera ratio sacrificii. Prima sententia docet oblationem vocalem pertinere ad essentiam hujus sacrificii, rejicitur, 716. — Secunda sententia, quæ etiam rejicitur, docet fractionem pertinere ad essentiam hujus sacrificii, 717.—Tertia sententia satis communis et verisimilis docet essentiam hujus sacrificii reperiri in consecratione ; reliqua omnia non pertinere ad essentiam, 717. — Quarta sententia satis etiam communis et verisimilis docet sumptionem hujus sacramenti esse id in quo essentia hujus sacrificii consistat, 720. — Eucharistici sacrificii partes quatuor sunt, una consecratio corporis et sanguinis, altera oblatio, tertia fractio, quarta consumptio, I, 842-654. — Probabilissimum est specierum quoque mixtionem ad sacrificii integritatem attinere, 842, in nota-664. — Ad plenam sacrificii rationem spectat specierum consumptio. Christus corpus suum et sanguinem sumpsit, 845-665. — Quomodo consecratio pertineat ad essentiam sacrificii, varie a theologis declaratur, XXIII, 722. — De essentia hujus sacrificii ; auctoris sententia, quæ videtur communior : consecratio et consumptio pertinent ad substantiam hujus sacrificii, 728. — Tres in hoc sacrificio compositiones : prima, qua complectitur consecrationem ; secunda, qua componitur ex consecratione et sumptione ; tertia est ex partibus ipsis specierum, quæ consecrantur vel sumuntur, 733. — Solv. objectiones. 738

Christus est principalis offerens in hoc sacrificio, 741. — Ipse etiam tota res oblata, 743, 744. — Ita est necessaria utriusque speciei consecratio ad valorem hujus sacrificii, ut neque ex dispensatione papæ possit licite una species absque altera consecrari. Ita communiter, 744 et seq.

De effectibus hujus sacrificii. Possumus invenire in eodem sacrificio meritum, impetrationem et satisfactionem, XXIII, 753.— Solus sacerdos celebrans aut alii immediate offerentes merentur dum offerunt, 753.—De impetratione, 753 et seq. — De satisfactione, 756, 757. — Communis theologorum sententia docet hoc sacrificium habere aliquem effectum determinatum et lege stabili definitum, quem confert ex opere operato ; alios item non ita determinatos, sed qui propter circumstantias variari possunt, 758. — Hoc sacrificium ut sacrificium confert ex opere operato primam gratiam et peccati mortalis remissionem, 758 et seq. — Non confert ex opere operato augmentum gratiæ. Nec per accidens potest aliquando conferre primam gratiam, 764. — Non confert immediate ad remissionem venialium, 764. — Remissio pœnæ temporalis

debitæ propter remissas culpas est effectus immediatus hujus sacrificii, 764. — Seclusa omni lege et promissione, sacrificium ipsum propter suam dignitatem est impetratorium, 767.—Sacrificium quod Christus per seipsum immediate obtulit in cœna, fuit vere propitiatorium, 768. — De vi effectiva hujus sacrificii, 1305. — De valore et fructibus sacrificii. An habeat valorem infinitum, 796. — Certior et communior sententia est non nisi finiti valoris esse, excepta vi impetrativa, quam omnes infinitum esse fatentur, 1306.—Valor ad impetrandum non est infinitus in eo sensu quod afferat fructum infinitum simpliciter, 798. — Valor ad satisfaciendum non pendet a dignitate ministri, 798. — Sacrificii valor est infinitus ad sufficientiam, non ad efficientiam. Plus recipit qui melius disponitur, qui mercedem dat quam alii, I, 862 et seq.-480.—Est triplex portio valoris missæ, seu triplex fructus: generalis, specialis et medius. Primus pertinet ad omnes fideles; secundus est proprius celebrantis, nec alteri applicabilis; tertius subest dispositioni sacerdotis, ut applicet cui voluerit. Communis sententia est hunc fructum medium non esse infinitum extensive, sed eo magis minui quo magis extenditur, XXIII, 1307-1133. — An ex se et independenter a meliori dispositione valor ad satisfaciendum sit infinitus. Intensive certum est non esse, 798. — Cajetani sententia est hoc sacrificium prodesse tantum multis, quantum singulis, si pro singulis offeratur, propter extensivam quam habet infinitatem, 798. — Sententia communior et verior negat simpliciter hanc infinitatem in missæ sacrificio, 799 et seq. — Fructum medium sacerdos debet applicare ante missam, vel saltem in missa ante consecrationem. 1307

Quæ praxis servanda in applicatione missæ, 1307 et seq. — De fructus medii applicatione ex ipso munere, 1133.—Qui curam habet animarum tenetur missam applicare populo omnibus diebus dominicis et festis ex præcepto, 1134. — In ecclesiis cathedralibus et collegiatis missa conventualis, quotidie celebranda, applicari debet benefactoribus generatim. 1134

De obligatione applicandi ex beneficio vel ex præcepto superioris, 1136 et seq. — Obligatio applicandi oritur ex accepta eleemosyna, quam sacerdos pro applicatione acceperit, etsi minor sit quam quæ sit taxa diœcesana, etc., 1138.—Qui habet onus solummodo celebrandi, potest aliam eleemosynam accipere pro applicanda missa, 1138, 1139 — Qui missam celebrat extra tempus præfixum et extra offerentis opportunitatem, tenetur eleemosynam restituere, 1139. — Non licet missam celebrare cum intentione ei applicandi qui primus obtulerit eleemosynam. 1139, 1140

Qui habet onus missæ quotidianæ tenetur unam duntaxat applicare in die natali Domini; et in die commemorationis omnium defunctorum potest eam applicare vel omnibus defunctis, quod esset optimum, vel privato cuidam defuncto, 1140.—Intentio habitualis sufficiens non est; actualis optima est, laudabilis, sed non necessaria; sufficit virtualis, quæ ab actuali proveniens revocata non fuit, 1308.—De applicatione sacerdotis requisita ut prosit sacrificium iis pro quibus offertur, 786 et seq., 1184, 1185.—Obligatio offerendi pro omnibus Ecclesiæ membris non est ex jure divino et institutione Christi, sed ex voluntate Ecclesiæ, 789.—Verius videtur, quod si sacerdos contra voluntatem Ecclesiæ aliquem a fructu sacrificii excluderet, factum teneret, 790.—Si sacerdos nemini fructum sacrificii applicet, vel ille pro quo offert ejus capax non est aut eo non indiget, manet fructus in thesauro Ecclesiæ, 791, 1308.—Dum non applicat specialiter portionem Christo correspondentem pro aliis, videtur velle quod omnibus pro quibus offert accrescat, 792.— potest offerri hoc sacrificium pro energumenis. 792

De iis quibus ut offerentibus proveniunt fructus hujus sacrificii, 792 et seq. — Prima sententia docet omnibus offerentibus, nempe sacerdoti et aliis ministris, præter fructum quem habent ex opere operantis, provenire fructum ex opere operato, si sint in statu gratiæ, 793.— Auctor magis inclinat in eam partem, ut sola oblatio sacerdotis offerat fructum ex opere operato illi cui a sacerdote applicatur. 794

De iis quibus provenire possunt effectus hujus sacrificii, quatenus pro iis offertur, 768.—Catechumenis prodesse potest ut impetratorium, non vero ut satisfactorium, 769.—Potest hoc sacrificium offerri pro non baptizatis ad impetrandum, 771 et seq.—An possit offerri pro excommunicatis, 776 et seq.—Potest sacerdos nomine privato in Memento secreto orare pro excommunicato.—An possit licite orare nomine Ecclesiæ pro excommunicato non vitando, negant alii, alii affirmant. 777

Non pro solis viatoribus offertur; sed iis prodest qui sunt in purgatorio, ut satisfactorium et impetratorium, 779.—Quoad impetratorium potest etiam peccatoribus prodesse. Quoad satisfactionem pro debito pœnæ, quam affert ex opere operato, non prodest nisi iis qui sunt in statu gratiæ, 780.—Effectus satisfactionis qui impeditur, non confertur postea, ablato peccati obice. Ita communiter, 781.—Præter statum gratiæ non requiritur aliqua devotio actualis in eo pro quo offertur sacrificium, ut possit ejus fructum acquirere, 781.—Probabilius videtur quod absolute crescat effectus etiam remissionis pœnæ in eo pro quo offertur, ex meliori ipsius dispositione sive habituali, sive etiam actuali, 782.—Non offertur ad satisfaciendum pro peccatis futuris, sed offerri potest ad impetrandum divinum auxilium pro necessitatibus futuris, 785.—De justo missæ stipendio, XXIII, 841.—Antiquus est mos elargiendi stipem sacerdoti celebranti, XVI, 1188. *Vid.* Stipendium.

De præcepto ecclesiastico audiendi missam, XIV, 376-299. — Ex communi omnium consensu, omnes fideles postquam ad annos discretionis pervenerint, et usum rationis habuerint, diebus dominicis et aliis festis tenentur sub mortali peccato vel celebrare vel audire unam integram missam, 344-275; XXIII, 857. — Certum est præcepto satisfieri vel audiendo missam votivam, nam non est necesse audire missam propriam diei et festi, vel audiendo missam extra parochiam, quia licet olim fortasse fuerit obligatio audiendi eam in parochia, postea privilegiis derogatum fuit illi obligationi, 857; XIV, 378-300. — De obligatione audiendi Missam in propria parochia, XXIII, 1281.—Hodie contraria consuetudine in toto christiano orbe recepta derogatum est præcepto audiendi missam parochialem. Quam consuetudinem episcopus non potest delere, 1284. — Quo in loco audienda missa. Videtur non satisfieri præcepto ecclesiastico per auditionem missæ in oratorio privato, secluso casu privilegii. Satisfit obligationi per auditionem missæ in Ecclesia publica, licet non sit parochialis, XIV, 387, *in nota*.-307. — Simpliciter loquendo fideles tenentur audire integram missam. Omissio partis magnæ est peccatum mortale, parvæ vero, est solum veniale, 377-299. — Conveniunt omnes auctores, quod tertia pars missæ est magna; quinta vero censetur parva, loquendo de accidentalibus; secus de essentialibus sacrificii. — Notabilis pars accidentalis missæ moraliter metienda est, et arbitrio prudentum definienda. Variæ sententiæ, 378, 379-300, 301; XXIII, 858. — Probabiliter qui nullo modo potest adesse tempore consecrationis, licet posset adesse omnibus aliis partibus, non tenetur ad eas audiendas, 859. — Qui plures missæ partes audit a diversis celebrantibus, non satisfacit præcepto, 859 et seq.; XIV, 380 et seq.-302. — An qui habet facultatem audiendi missam tempore interdicti, debeat ex obligatione audire missam in festis et dominicis. Negant plures. Verior videtur contraria sententia.
XXIII, 861 et seq.

Ad rite implendum præceptum audiendi missam requiruntur assistentia seu præsentia corporalis et moralis, debita intentio obediendi Ecclesiæ, et attentio interior saltem virtualis, XIV, 384 et seq.-305.—Non requiritur quod aliquis sit in eo loco, unde licet non videat, videre tamen possit sacerdotem, et ea quæ in missa aguntur, XXIII, 864. — Præcepto non satisfit qui eo tempore confitetur sacramentaliter, si confessio differri possit, vel alia missa audiri. 865

De intentione, 805, 806. — Docet auctor attentionem externam sufficere tum ad observantiam hujus præcepti, tum ad recitandum officium. 806, 872

Causæ excusantes ab hoc præcepto sunt 1° censura, XIV, 388-308; — 2° Ignorantia invincibilis quod sit festum tali die, vel ex inadvertentia inculpabili, aut oblivione naturali omittitur auditio missæ, 389-309; — 3° Impotentia; — 4° Gravis et urgens necessitas publica aut privata, periculum mortis, infirmitatis vel infamiæ notabilis, vel etiam magnæ facturæ bonorum temporalium, 390-309, 310; — 5° Charitas et misericordia, 391-311; — 6° Officium et justa obedientia; — 7° Usus communis et consuetudo recepta, a superioribus approbata aut tolerata, 392-311. — Monita ad illos qui propter has causas ab audienda missa se dispensant, 392-311. — Qui omisit audire missam die ab Ecclesia præcepto, nequit satisfacere eam audiendo altera die, nec ad id tenetur, 384-305. — De interrogationibus faciendis pœnitenti circa præceptum audiendi missam. XXII, 987, 988

De tempore missam celebrandi, XXIII, 805 et seq. — Decreta sacræ congregationis Rituum apostolica auctoritate confirmata disertissime vetant ne quis feria quinta, feria sexta et sabbato majoris hebdomadis privatas missas celebret, 1112. — Potest missa privata celebrari feria quinta majoris hebdomadæ. — De feria sexta omnes fatentur nec publice, nec secreto id licere, 807. — De sabbato sancto, prima sententia negat posse in eo missas privatas celebrari, 808.— Contraria sententia probabilis est. Incipiente nocte poterant celebrari missæ privatæ, 809, 810.—Hodie

celebrantur summo mane, 811. — Antiquitus missarum vespertinarum usus frequentior fuit. — Concilia quædam missas solum vespertinas aboleverunt, quæ a non jejunis sacerdotibus fierent, XXIV, 1337. — Hæc consuetudo usque ad XII sæculum durasse videtur. 1337

Aliis diebus, regula universalis est quod non possit inchoari ante auroram vel post meridiem, XXIII, 1132, 1133. — Ab hac regula excipitur primo dies natalis Domini, in qua licet celebrare post mediam noctem, 811. — Excipitur secundo casus necessitatis, etc., 812. — Nomine auroræ, in hac materia, non intelligitur ortus solis, sed prima ejus irradiatio in nostro hemisphærio, quæ pro diversis temporibus magis vel minus præcedit solis ortum, 813. — Omnino licite potest inchoari media hora ante lucem, quia tunc incipit aurora moralis, 814. — Ille terminus excusat non solum a culpa mortali, sed etiam a veniali, 815. — Meridies etiam non accipitur mathematice, sed moraliter, 815. — Latius accipitur meridies quam aurora, et facilius exceditur hic terminus quam ille anticipetur, 816. — Navarrus dixit hodie licere celebrare usque ad horam tertiam post meridiem. 816

Regulariter non licet pluries eadem die celebrare, XXIII, 1113. — Excipiuntur aliqui casus. Primus est in die natalis. Secundus quando esset necesse celebrare ad dandum viaticum ægroto. Tertius, etc., 817. — Notat bene Suarez, in casibus quibus propter necessitatem potest bis, posse etiam ter et pluries sacrificari, eadem causa permanente et sacerdote adhuc manente jejuno, 818. — Licet in natali Domini tres missas in oratorio privato celebrare ex brevi a papa in favorem infirmi concesso, 1114. — Parochus etiamnum duas missas celebrare aliquando potest, 1118 et seq. — In orientali Ecclesia nullum reperitur monumentum quo appareat sacerdotem eodem die plures missas celebrasse. Imo regula est, ne quisquam eodem die sacerdos missam celebret ad altare in quo alius antea celebraverit, nisi adsit et urgeat gravis necessitas 1122

De loco sacrificii. Olim non poterat celebrari nisi in ecclesia consecrata; hodie jam potest in ecclesia solum benedicta, imo et in oratoriis privatis non benedictis, sed ad illum solum usum deputatis et ab episcopo designatis, XXIII, 818, 874, 1123 et seq. — Lex quæ prohibet ne quis missam alibi celebret quam in templis aut oratoriis publicis et privatis, præcipuam restrictionem habet si missa, quæ omnino celebranda sit, non possit in ejusmodo locis celebrari, 1126. — Excipiuntur 1° casus necessitatis, 2° episcopus, etc. Ablata est facultas episcopis ut concedant licentiam habendi oratoria in domibus privatis ad celebrandum. Palatium episcopi non existimatur domus privata, 819. — A primis Ecclesiæ temporibus in templis missæ sacrificium fieri consuevit. Si celebrandi in templo non daretur copia, sacrificium extra templum fiebat, 874. — Constans et perpetua fuit in Ecclesia disciplina, ut semper in templis, ubi copia sit, missæ sacrificium celebretur. 877 et seq.

Ecclesia non debet esse violata, 1132. — Polluitur quinque modis : 1° per effusionem injuriosam sanguinis humani; 2° per homicidium injuriosum, sive fiat cum sanguinis effusione, sive alio modo. In utroque casu requiritur vulnus vel occasionem fieri cum peccato mortali, 820. — 3° Per voluntariam seminis humani effusionem extra actum conjugalem, qui necessitate urgente, juxta communiorem sententiam, potest aliquando exerceri in ecclesia, 821. — 4° Per sepulturam hominis excommunicati. — 5° Per sepulturam hominis, vel infantis non baptizati, 821, 822. — Nomine ecclesiæ in hac materia non intelliguntur oratoria in domibus privatis. Polluta ecclesia censetur pollutum cœmeterium illi annexum, 822. — Nomine ecclesiæ oratoria intelligi significat Suarez, 823. — Quando ecclesia polluta est, oportet eam reconciliari, 823. — Potest in casu necessitatis celebrari in ecclesia polluta de licentia episcopi, 824. — Consecratio ecclesiæ perditur, destructa ecclesia. 825

De rebus quæ generatim ad sacrificium missæ necessariæ sunt. De altari ad celebrandum necessario, XXIII, 825, 881. — Est altare duplex : Alterum fixum, alterum mobile, seu portabile, quod ara nuncupatur. Primum consecratur ut ibi permaneat, et ideo consecratur totum altare, et in qualibet parte mensæ illius potest sacrificari, 826. — Altare mobile retinet consecrationem quamdiu non frangitur ita ut in parte illius integra non possint consistere calix et patena cum hostia, 826. — Particulæ consecratæ poni debent super ara consecrata, 826. — Aliqui exigunt necessario ad quodcumque altare quod in eo sint reliquiæ sanctorum, id tamen alii merito negant, 829. — De altaris ornatu, 886 et seq. — Altare ornari debet tobaleis benedictis. Tres requiruntur quarum una longior sit et ad terram pertingat, duæ aliæ breviores, seu una duplicata. Additur corporale, 829. — Unum tantummodo linteum sola esse potest, si tamen duplicetur, 881. — Requiritur lumen sine quo nunquam licet sacrificare. Exiguntur duæ candelæ cereæ, etc., 829, 1130, 1131. — Requiritur etiam liber missalis. De cruce non videtur esse præceptum Ecclesiæ grave. Probabiliter regula non est intelligenda pro altari in quo est Eucharistia, 830. — In universum certum est, non omnia quæ in rubricis missalis exiguntur, afferre obligationem gravem, nisi aliunde constet de Ecclesiæ præcepto, 830. — Communis omnibus sententia docet, rubricas esse leges præceptivas quæ obligant sub mortali ex genere suo. 1163

Utrum in mari possit aliquando celebrari. Vetus Ecclesia in mari etiam pro nautis celebrare consuevit, XXIII, 830. — Celebratio missæ in mari non est contra jus naturale vel divinum, aut etiam humanum, 831. — Magis obstare posset consuetudo satis jam antiqua non celebrandi in mari. — Cessante effusionis sanguinis periculo, videtur licita talis celebratio, 832. — Accedunt rationes maximæ, ut si id fieri possit, non omittatur, 833, 1127 et seq. — Apostolico opus est privilegio, ut in mari missa celebrari possit. 1129

De vasis et vestibus sacris et aliis ad missæ sacrificium requisitis, XXIII, 833, 841. — De calice, 890. — De patena et aliis ad calicem spectantibus, 895. — De hostia. Qua magnitudine antiquitus, quave forma fuerint hostiæ, disputant docti, 899. — Vetustissima apud nos forma rotunda. 900

De vestibus sacerdotalibus, ubi de amictu alba et angulo, 901. — De manipulo, stola et planeta; de sacrarum vestium benedictione, et quinque diversis earum coloribus, 905. — De birreto, 912. — Missam fas non est tecto capite celebrare. Solius est papæ hujusmodi licentiam impertire. 913, 1282

De symbolico sacrarum vestium significatu, 913, 1330 et seq. — De ministro qui sacerdoti celebranti inservit et respondet, 839, 920. — Regula generalis est non posse missam celebrari sine ministro, 1131. — Potest tamen sacerdos sine ministro missam celebrare, sibique respondere, si viaticum opus sit infirmo ministrare, sed non in alio casu. 1131

De idiomate quo missa celebranda est. In occidentali Ecclesia latino sermone missa celebratur, XXIII, 925. — In Ecclesia occidentali olim lingua latina communis erat, 928. — Constans et firma disciplina est ne missæ idioma mutetur, etsi mutet lingua vernacula; sed eo sermone missa celebretur, quo celebrata est ab initio. 931

Unusquisque sacerdos Eucharistiam juxta Ecclesiæ suæ ritum conficere debet. 1232 et seq.

De sacrificio missæ tractatus asceticus, continens praxim attente, devote et reverenter celebrandi. Præmonitio, XXIII, 1301-1366. — De his qui offerunt hoc sacrificium. Primus offerens Christus est. Alter offerens est catholica Ecclesia, et in ea omnes fideles non excommunicati. Tertius offerens est sacerdos legitime ordinatus. 733-1304

De requisitis in sacerdote ad licite et pie celebrandum. — Prima dispositio est puritas vitæ quæ consistit in his duobus ut sit mundus ab omni peccato, et ornatus omni virtute, 1309, 1151, 1157. — Secunda dispositio est rectitudo intentionis, 1310. — Tertia, est actualis intentio. 1311

De jejunio naturali ad licite celebrandum, 1158 et seq. — Qui die nativitatis Christi in prima missa ablutionem imprudens sumpserit, duas reliquas celebrare non debet, 1159, 1160. — Reliquiæ cibi in ore remanentes, si casualiter deglutiantur, non impediunt sumptionem Eucharistiæ, 1160. — De reliquiis quæ servare oportet ut licite missa celebretur, 1161 et seq. — Disputant theologi an possint sumere Eucharistiam qui sunt in dubio num fregerint jejunium, 1161. — Sacerdoti non jejuno non licet celebrare, ut infirmo viaticum possit ministrari, 1161. — Jejunium naturale non frangitur a tabaci fumo, aut pulvere naribus attracto, 1267. — Variæ considerationes ante missam. — Quanta sit sacerdotum dignitas, et quanta debeat esse sanctitas, 1311. — De excellentia hujus sacrificii, 1312. — De ejusdem dignitate, 1313. — Qua reverentia celebrandum sit, 1315. — Aliæ considerationes ad pios affectus in celebrante excitandos. 1316

De his quæ missæ celebrationem proxime antecedunt. De necessitate præparationis, 1317. — De præmittenda confessione sacramentali, 1318. — Modus confitendi. Motiva contritionis, 1319. — Oratio ante confessionem et actus contritionis, 1320. — Oratio post confessionem, 1321. — Directio intentionis ante missam, 1321. — Deprecatio pro omnium necessitatibus, 1322. — Specialis oblatio sacrificii quatenus est latreuticum. Quatenus est eucharisticum, 1324. — Quatenus est propitiatorium, 1326. — Quatenus est impetratorium. 1327

Actus diversarum virtutum ante missam fidei, spei, charitatis, 1329. — Desiderii, gratitudinis, 1330. — Timoris, 1331. — Humilitatis, 1332

Commemoratio dominicæ Passionis ante missam, 1332. — Oratio, 1333. — Oratio ad Patrem. Ad Jesum Christum, 1334. — Alia oratio ad eumdem, 1335. — Oratio ad Spiritum Sanctum. Ad B. Virginem. — Ad sanctos Angelos, 1336. — Invocatio omnium Sanctorum. 1337

De missæ celebratione. De proxima dispositione ad missam, XXIII, 1338, 1339, 920. — Vetus consuetudo est ut sacerdotes antequam missam celebrent manus lavent. 921

De accessu sacerdotis ad altare, 1341 — De initio missæ usque ad introitum, 935, 937, 1342 et seq. — De Introitu, Kyrie eleison, et hymno Gloria in excelsis, 938, — 944, 1344. — De Orationibus, Epistola, Graduali, Tractu, et sequentiis, 944, 955. — De reliquis actionibus quæ fiunt a sacerdote in hac missæ parte, 954. — De Evangelio, 956. — De Symbolo, 961, 967. — De Epistola, Evangelio, et Symbolo, 1345. — De Offertorio usque ad Canonem, 1346 et seq. — De Offertorio, 967. — De quinque Orationibus quæ Offertorium sequuntur, 969 et seq — De ablutione manuum usque ad Canonem. 977 et seq.

De Canone missæ, 983, 991. — De Canone usque ad Consecrationem, 1348. — De Consecratione usque ad orationem dominicam, 1350 et seq. — De prima Canonis oratione : *Te igitur*, 991. — De secunda canonis oratione : *Hanc igitur oblationem*, 1004. — De tertia Canonis oratione, ubi de consecratione panis et vini, 1006. — De quarta Canonis oratione : *Unde et memores*, 1022. — De quinta oratione : *Memento etiam*. — De sexta oratione : *Nobis quoque*, 1035. — De Oratione dominica usque ad Communionem, 1352. — De missa ab iis verbis : *Oremus. Præceptis*, etc., usque ad infractionem hostiæ, 1041. — De infractione hostiæ usque ad Communionem, 1047. — De communione sacerdotis, 1058 et seq., 1353. — De communione populi, 1061, 1078. — De missa a communione usque ad finem. 1090 et seq., 1354

De orationibus quæ submissa voce dicuntur in missa. 1078, 1090

Quid agendum post missam. Discessus sacerdotis ab altari, et quædam exercitia post missam, XXIII, 1355. — Actus amoris. Gratiarum actio, 1357. — Oblatio post missam, 1358. — Petitiones, 1359. — Aspirationes ad B. Virginem, Angelos et sanctos, 1360. — Conclusio exercitiorum post missam, 1361. — Cur multi ex frequenti celebratione non proficiant, 1361. — Praxis celebrandi, cum quis prolixius orare non potest. De præparatione, 1362. — De celebratione, 1363. — De gratiarum actione, 1364. — Aspirationes post missam sæpe per diem repetendæ. 1365

De ordine et cæremoniis missæ juxta liturgias S. Chrysostomi et S. Basilii V, 1051 et seq. — Varii ponuntur et resolvuntur practici casus circa sacrificium missæ. Sententia satis communis affirmat sacerdotem obligatum esse aliquando ad celebrandum. Alii negant secluso scandalo et obligatione proveniente ex beneficio, etc., sacerdotem præcise ex sua ordinatione obligari ad celebrandum, XXIII, 803 et seq. — Christus apostolis et sacerdotibus præceptum imposuit celebrandi missam, 1093. — De hoc præcepto dubitari non potest, salva fide catholica, 1096. — Hoc tenetur præcepto sacerdos qui non habet curam animarum, nec aliam præcipuum titulum quo teneatur missam celebrare, 1097. — Sacerdos ille tenetur ad celebrandum in præcipuis festis, S. Thomas, 1097. — Tridentina synodus sacerdotibus animarum curam non habentibus præscribit ut in diebus dominicis et solemnibus festis missam celebrent, 1098. — Gravi peccato se obstringit sacerdos qui non legitime impeditus nunquam per annum sacrificat, 1099, 1100. — Convenientius est et ad Ecclesiæ mentem propius accedit singulis diebus celebrare, 1100 et seq. — Solv. objectio ex veteri disciplina sumpta. 1103 et seq.

Sacerdotes sancti fuerunt qui nunquam celebrabant, 806. Primis Ecclesiæ sæculis mos erat unicam missam in una ecclesia celebrandi in qua alii communicabant, sacerdotes juxta altare, reliquus clerus in choro, laici extra chorum, 807. — Hodie vix potest excusari a culpa gravi sacerdos non celebrans per totum annum. Etiam retenta contraria sententia de obligatione celebrandi, sufficit ter vel quater in anno celebrare, quibuscumque diebus id fiat. 807

In quibusdam diœcesibus parochi synodalibus decretis obligantur ad tres missas in singulis hebdomadis celebrandas, 1108. — Parochi qui curam habent animarum, sacrum facere tenentur quoties populus audire obligatur, et in quibusdam aliis casibus, 1109. — Quotidie in cathedralibus et collegiatis ecclesiis missa cantanda est. 1109, 1110

Qui beneficium vel capellaniam habent cum onere missæ quotidianæ non per seipsos celebrandæ, debent curare ut per alium missa celebretur, 1110. — Qui tenentur per seipsos possunt interdum omittere celebrationem n bsæ, si legitima sit causa. 1111

Graviter peccat sacerdos non solum si sciens et prudens nullas adhibeat sacras vestes, sed etiamsi earum omittat aliquam. 1129, 1132

Quid requiratur ut valide sacrificium fiat. Primo necessarium est sacerdos celebrans, rite, legitime et valide sit ordinatus, XXIII, 1141. — Secundo, requiritur intentio faciendi quod facit Ecclesia, 1145. — Tertio, requiritur materia et forma. Materia est panis triticeus et vinum de vite, 1146 et seq. — De forma, 1149. — Si una duntaxat consecratur species, sacrificium dici potest inchoatum, sed non perfectum essentialiter, 1150 — Quid requiratur ut licite fiat sacrificium, 1151, 1164. *Vide supra*.

De defectibus quibusdam qui interdum occurrunt in celebratione missæ, et remediis quæ adhiberi debent : ac primo de casibus quibus missa intermittitur. Nemini licet cœpta missa ab altari recedere, et alii sacerdoti committere missam absolvendam, 1165. — Contingere potest ut sacerdos impediatur quominus sacrificium cœptum possit perficere, 1165. — Est obligatio sub gravi peccato perficiendæ missæ, cum qui inceperit, unam aut utramque speciem consecraverit. — Onus incumbit primum sacerdoti qui cœpit, deinde ei qui aliquo detinetur impedimento, 1166. — Missa explenda est ab eo loco ubi prior sacerdos desiit, 1169. — Quid agendum, si sacerdoti qui consecravit hostiam tempus non suppetat sanguinis consecrandi. 1169 et seq.

De defectibus qui possunt occurrere vel in pane, vel in vino, vel in forma consecrationis, 1172, 1180. — Major est vis præcepti de perficiendo sacrificio, quam de jejunio, 1172. — Cum alia hostia est conservanda et vinum cum aqua, primum offerri, tum consecrari, ac deinde sumi debet. Tunc incipiendum est ab illis verbis: *Qui pridie quam pateretur*, et prosequendum usque ad ea : *Unde et memores*. 1176

De concelebratione cum episcopo ordinante vel consecrante ; ubi etiam de applicatione sacrificii, 1181 et seq.

Series quorumdam casuum qui sacerdoti possunt occurrere, cum vel in missa, vel extra missam Eucharistiam suscipit, XXIII, 1186-1191. — De sacerdote qui in missa adstantes communicat, 1191. — Rubrica missalis præscribit ut non in fine missæ, sed proxime post Communionem sacerdotis fiat communio astantium, 1195. — In missis defunctorum Eucharistia, sive in eadem, sive in alia missa consecrata distribui potest intra eamdem missam post sacerdotis Communionem, 1197. — Extra missam ministrari debet Eucharistia cum superpelliceo et stola coloris albi vel coloris qui officio hujus diei convenit, 1198. — De usu ministrandi Eucharistiam extra missam, qui cœpit Hierosolymæ, a S. Cyrilli temporibus. Sacerdos superpelliceo et stola alba, et ubi ritus Ambrosianus est, rubra utatur, 1199. — Moribundo qui Eucharistiam sub specie panis deglutire non posset, non licet eam præbere sub specie vini, seu sub specie panis vino consecrato intincti, 1202. — Alia quæ in sacra Eucharistia administranda debent, 1205. *Vid.* Communio.

De missarum eleemosyna. Mos fuit in Ecclesia, ut suam fidelis unus quisque sacrificii partem, hoc est, panem et vinum consecrandum offerret, 1207. — Certo definiri non potest quandonam pecunia ad altare inceperit offerri, 1209. — Avari sacerdotes tot hostias in eadem missa consecrabant quot illi fuerant a quibus eleemosynam acceperant, 1212. — Ut episcopi tridentino obtemperent, et eleemosynarum pro missis exactiones impediant, debent in sua quisque diœcesi missarum stipem taxare. Plerumque in synodo fieri consuevit taxatio, et *taxa* synodalis communiter appellatur, 1213. — Sacerdos stipem taxa majorem exigens peccat contra legem Ecclesiæ, et contra justitiam commutativam, 1214. *Vid.* Simonia.

De celebratione quarumdam missarum, 1228. — De missis pro defunctis, 1230. — Juxta missalis rubricas, missæ privatæ pro defunctis quocumque die dici possunt, præterquam in festis duplicibus et dominicis diebus. 1231

De pietate ac religione in sacro celebrando necessaria, ac de tempore quod illis impendi debet, 1132. — Ex unanimi scriptorum opinione ad tertiam horæ partem missa debet pertingere, nec horæ dimidium excedere, 1233. — Difficulter excusari potest a mortali peccato sacerdos, qui infra quadrantem missam absolveret, etiamsi missa sit ex brevioribus, XXII, 1013 in nota.

Appendices. — Prima. De retinenda crucifixi Salvatoris imagine palam et visibiliter exposita super altaribus ad quæ missarum sacrificia peraguntur, XXIII, 1235. — Cum Eucharistia publice fidelium venerationi exponitur, quælibet Ecclesia morem et institutum retineat. 1240

Secunda. De benedictione quæ sacris indumentis et vasis tribuitur, sive sacra unctio sit necessaria, sive non.

Origo ejusdem benedictionis; quo pacto administrari debeat. 1251

Tertia. De his quæ ab Italo, Græcis, et Græcis Melchitis in missæ sacrificio servanda papa præscripsit. 1249

Quarta. De applicatione missæ parochialis pro populo, conventualis vero pro benefactoribus Ecclesiæ, 1253.— De divinæ psalmodiæ cantu. 1263

Quinta. De missarum oneribus minuendis. 1265

Sexta. An liceat ante missam aut Communionem tabaci folium mandere, incertum est. Non frangitur jejunium naturale tabaci fumo, aut pulvere naribus attracto. 1267

Septima. Sacerdotes missam celebrantes non tenentur sacram Eucharistiam omnibus petentibus infra ipsam actionem ministrare, 1269.—Benedicto XIV contra surripientes, vel asportantes, aut apud se retinentes sacras hostias vel particulas consecratas. 1271

Octava. De missa quæ occasione synodi celebrari debet, 1275. — Non est permissum illis qui brevi beatificationis non sunt comprehensi, missam de beato celebrare, 1277.— Nec recitare officium divinum votivum in honorem beatorum, 1278. — Sed illis permissum est officium recitare in honorem beati non ad satisfaciendum obligationi, sed ex devotione. 1279

Nona. De pietate et religione qua missa celebranda est. — Fas non est sacerdoti sine papæ dispensatione missam facere cum ascititia coma, 1282. — De sacellis in quibus permitti potest missæ sacrificium antequam in parochiali celebretur. 1283

Decima. Præfatio utriusque operis de festis et de sacrificio missæ. 1285-1300

Missam primam. Apostoli distulerunt usque ad Pentecostem, cum nova lex satis promulgata fuit. XXVI, 469

La messe chrismale était la seconde des trois messes du Jeudi-saint. XX, 173

Missæ celebratio indebita est casus reservatus. XXII, 816

Missa, liber liturgicus. V, 265

Missale, liber liturgicus. 266

Missio seu vocatio, ex usu communi Ecclesiæ, est omnis actio qua alicui personæ aliquid committitur ab eo qui gaudet committendi potestate. Quod committitur consistit in opere docendi, sacramenta administrandi, Ecclesiam regendi, I, 1191-939. — Missio alia dicitur ordinaria quæ fit ab hominibus potestatem vocandi habentibus. Alia dicitur extraordinaria quæ a Deo immediate procedit, 1191, 1192-940. — Duplex invenitur missio extraordinaria in veteri Testamento, alia fundamentalis quæ fuit in Aarone, unde, tanquam fundamento, derivabatur missio ordinaria; alia collateralis, quæ fuit in prophetis. Fundamentalis, durante lege, iterari non poterat. Collateralis multoties fuit repetita, 1201-948.—Missio legitima Ecclesiæ pastoribus omnino requisita est. Perpetua in continua successione auctoritas divinitus data omnino requisita est ad pastoris et doctoris munus in Ecclesia obeundum, VI, 845. — Missionis necessitas, I, 1174-926.—Probatur ex testimonio apostolico, 1220-963. — Probatio S. Augustini perpetua, 1221-964. — Sententia S. Cypriani, 1222-965.—Ubi non sunt legitimi ministri, ibi vera Ecclesia esse non potest. 1209-954, 955

Missionis examen cum protestantibus ab initio instituendum est, 1191-939. — In quibus sit consensus inter catholicos et protestantes, 1192-941. — Sententia protestantium de suorum missione, 1192-941. — Fatentur catholicos habere veram missionem, 1193-941, 942. — Ordinaria eorum missio caret auctoritate, 1193, 1194-941, 942. — Calvinus et alii in Ecclesia catholica baptizati, non fuerunt capaces missionis, si reformatis fides, 1195-943. — Contradictiones reformatorum, 1196-944. — Si primi protestantes missionem habuissent, fuisset ablata, 1196-944. — Ad quæ loca primi reformatores fuerint missi, 1198-945. — Sacerdocium et doctoratus primorum reformatorum non sufficiunt ad auctoritatem missionis, 1198-946.— De episcopatu primorum reformatorum et orientalium, 1199-946. — De extraordinaria missione protestantium. Sententiæ reformatorum de sua extraordinaria missione, 1201-948. — Sententia Lutheranorum de sua extraordinaria missione, 1203-949. — Protestantes primum signum missionis statuunt in pura prædicatione verbi Dei, 1204-950. — Secundum signum, in donis Spiritus sancti. — Tertium, in successu reformationis, 1205-951. — Quartum signum quærunt in prædicatione apostolica, 1206-952. — Missio legitima non stat in doctrinæ puritate, 1207 et seq.-953. — Missionem non dat ordinatio vel populi vel magistratus, 1211-956. — Officium institutionis in omnibus fidelibus non est, 1213-957. — De provocatione protestantium ad exempla. — Regulæ Bucani, 1214-958. — De missione in casu necessitatis In hoc casu populo falso tribuitur electio et ordinatio, 1216 et seq.-960. — Expenduntur sententiæ protestantium, 1218-962. — Conclusio, 1224-966. — Missio in actualem possessionem est institutio corporalis quæ alio nomine vocatur investitura, installatio. XVIII, 696

Missio divinarum personarum est unius personæ a persona a qua procedit destinatio ad aliquem effectum temporalem. Processio est conditio ad missionem prærequisita, VIII, 698 in nota. *Vid.* Trinitas.

Mitra episcopalis quid significat, XXVIII, 410 *in nota*.— Error circa mitram. XXVI, 811

Mitrale, liber liturgicus. V, 266

Moderatio magna theologo adhibenda est in quæstionibus quarum inscientia nihil periculi, error nihil habet criminis. I, 738, 577

Modestia, pars temperantiæ, est virtus quæ interiores et exteriores hominis actiones, in quibus modum servare non adeo difficile est, moderatur, XI, 1245. — Hæc virtus Eutrapelia frequentius appellari solet. 1246

De vitio modestiæ opposito, prout in exterioribus motibus consistit, ac præsertim de ludo, 1251 et seq. — De vitiis modestiæ oppositis, prout spectat exteriorem apparatum, 1254. — Decens et moderatus exterior apparatus laudabilis est et actus virtutis. Vitiosus efficitur per excessum, 1255. — Per defectum etiam vitiosus est apparatus exterior. 1256

Mohatra. Contractus sic dictus ab Hispanis, is est quo quis pecunia indigens, merces, obstricta tantum fide, gallice, *à crédit*, a mercatore emit summo pretio, easque statim eidem revendit, data pecunia, sed infimo pretio, XVI, 667. — Si fiat cum pacto explicito aut implicito, illicitus est et injustus, 667. — Si fiat sine pacto explicito aut implicito, non videtur illicitus, 668. — Venditio et reemptio in præsenti casu nihil aliud est quam pallium mutui usurarii. 668

Molendinum in flumine publico exstruere non licet, XVI, 284. — Licitum est molendinum exstruere cuilibet suo in fundo, rivo aut flumine privato, etiam cum alterius aliquo incommodo civili, nisi statuto, aut consuetudine, vel præscriptione libertas hæc alicubi sit restricta, 285. — Qui multis retro annis habuit molendinum, non potest prohibere alium volentem paulo superius aliud molendinum in eodem flumine exstruere. Est communis doctorum decisio. 285

Molina. Molinæ systema de scientia Dei circa creaturarum libertatem, VII, 276.—Principia Molinæ de libero arbitrio, 277. — De concursu, 279.—De auxiliis gratiæ specialibus, 280. — De scientiæ mediæ natura et objecto, 282. — De divina providentia, 283. — De prædestinatione, etc., 284. —Quid sit permissio peccati juxta eumdem. Prædestinationem ad gratiam et prædestinationem adæquate sumptam plane gratuitam profitetur. Prædestinatio abyssus inscrutabilis divini consilii ex Molina, 285. — Prædestinationem ad gloriam solitarie sumptam statuit fieri post prævisa merita. Ordo decretorum in systemate Molinæ, 286.—Quomodo gratiæ dona, et scientia, tum infallibilitas seu certitudo providentiæ Dei, prædestinationisque et reprobationis cum libero arbitrio in systemate Molinæ concilientur, 287. — Molinisticum systema, X, 1535-1052. — Dei decretorum series, 1536-1053. — Quomodo illud systema a Thomistico et Augustiniano circa gratiam discrepat, 1537-1054. — Quid sentiendum de hoc systemate, 1538-1054. — Argumenta pro Thomistis adversus Molinam, 1475-1104. — Pro Molina adversus Thomistas, 1480-1108. *Vid.* Gratia.

Molinosistæ, novi Quietistæ, hæretici xvii sæculi, sic dicti a Michaele de Molinos, presbytero hispano. Eorum errores, V, 114 et seq. — Constitutio Innocentii XI proscribentis octo et sexaginta theses, quæ prætextu orationis quietis a Michaele de Molinos docebantur, VI, 717. — Breve Innocentii proscribentis tres et viginti theses, quæ prætextu amoris erga Deum purissimi in Gallis docebantur. 735. *Vid.* Quietistæ.

Mollities. *Vid.* Pollutio. Mollities est pollutio voluntaria. XVIII, 1332

Monachi ita sunt appellati a verbo græco μόνος, quod latine *solum* significat, quia solitariam vitam agebant, V, 1280 in *nota*.— Monachi confundi non debent cum asceticis, quos semper habuit Ecclesia. Prima monachorum initia referenda sunt ad ætatem Decii imperatoris, 1279.—Præcipua monastici instituti ratio erat, ut monachi, rerum omnium tractatione et cogitatione relicta, animum ad divina intenderent, præpositis obedirent, sibi manuum labore victum quærerent, et corpus castigarent, 1281. — In regularum discrimine magna erat inter omnes monachos consensio animorum, una societas, unumque corpus nulla prorsus vestium diversitate discretum. 1282

Monarchia est gubernatio politica per unum caput, XII, 450-537. — Monarchia Dei naturalis ea est, quæ jure creationis et omnipotentiæ suæ convenit, quam semper exer-

cuit et semper exercebit. Civilis Dei monarchia ea est, quam Deus inter Israelitas tenuit jure solemnis pacti, II, 738

Monasterium differt a conventu. Monasterium est habitatio monachorum, id est, eorum qui a vita et moribus sæcularium separati, soli insistunt vitæ contemplativæ. — Conventus est habitatio regularium cæterorum, XVIII, 1247. — Monasterium seu conventus est domicilium vel habitatio religiosorum regulariter viventium, 1247. — Ad ejus naturam requiruntur clausura, oratorium vel ecclesia, monachorum seu religiosorum regulariter viventium inhabitatio, 1247, 1248. — Ad monasterium seu conventum pertinent omnia loca quæ monasterii septis sive externo ambitu continentur, 1248. — Singula monasteria propriam ac peculiarem habebant regulam. V, 1281

Monastica gubernatio, quasi unius regimen continens, dici potest propria uniuscujusque. XII, 509

Moneta, seu nummus publica auctoritate cusus hominum usu et lege propter necessitatem introducta est, ut esset omnium rerum quibus utimur et indigemus, mensura et æstimatio, XVIII, 1060. — Electa est materia metalli, videlicet aurum, argentum, æs. Postea moneta signabatur, impressa pecudis figura, unde et pecunia dicta est, 1060. — Ad veritatem monetæ tria necessaria sunt forma, materia, pondus. — 1° Ad formam spectat æstimatio legalis, character per principem ordinatus, et cudendi auctoritas, 1061, 1062. — 2° Materiæ puritas seu integritas. — 3° Justum materiæ pondus, 1062. — Crimen falsi circa monetam duobus modis committitur, 1° cum cuditur falsa; 2° cum adulteratur legitima, vel penes pondus, vel inferioris metallis admixtione, XXII, 796, XI, 884. — Hoc crimen est casus reservatus, XXII, 796, XVIII, 1062. — Reflexiones. Reservationem incurrit qui privata auctoritate monetam cudit, 1062. — Qui unum metallum pro alio miscet vel substituit, 1063. — Qui monetam minorem et leviorem pro majori, et graviori cudit, vel qui de justo monetarum pondere detrahunt, 1063. — Corollaria, 1064. — Objectiones, 1065. — Lethalis fraudis rei sunt qui monetam quovis modo adulterant, vel adulterinam aut inæqualis ponderis scientes volentes tradunt pro sincera; quamvis ipsi prius decepti fuerint, et velut sincerum receperint; adeoque restitutionis lege tenentur. XI, 883, 884

Moniales, seu sanctimoniales, fœminæ sunt quæ solemnibus votis emissis sese Deo consecrarunt. Eadem tempestate qua monachorum, monialium etiam cœnobia instituta sunt. — Præcipua earum lex est clausuræ lex, V, 1286. — Monialium regimen, quod præsentem custodiam postulat, totum est permissum episcopis, 1287. — Monialibus tempore præeunt virgines sacræ, quarum origo vel ab ipsis Ecclesiæ primordiis est repetenda, 1288. — Ut virgines, ita etiam ecclesiasticas viduas habuit Ecclesia, antequam monachorum et monialium institutum agnosceret, 1288. — De interrogationibus adhibendis, cum monialis confitetur, XXII, 1020. — Moniales professæ choro deputatæ tenentur ad horas canonicas juxta usum et regulas ipsarum, XIV, 46-58. — Moniales fruuntur privilegiis clericorum ob peculiare vitæ genus. V, 1287

Monita in genere pro perfectione. — 1° Collocare omnem suam fiduciam in Deo, et omnino diffidere de se et de suis bonis propositis. Determinatio se vincendi. — 2° Cavere a quocumque minimo defectu deliberato, sive apertis oculis admisso. — 3° Non tristari post admissos defectus, sed cito se humiliare. — 4° Alienare se ab omnibus propinquis, rebus, voluptatibus, XXII, 1109. — 5° Lætari cum spiritu quoties se cernit contemni, irrideri, et omnium vilissimum reputari, 1110. — 6° Alere ardentissimum desiderium amandi Deum, illique placendi. — 7° Habere magnam uniformitatem divinæ voluntati in omnibus rebus appetitui nostro contrariis, et se pluries in die Deo offerre. — 8° Præstare exactam obedientiam regulis, superioribus, et patri spirituali, 1110. — 9° Attendere semper divinæ præsentiæ. — 10° Dirigere intentionem placendi Deo in quacumque actione quotidiana, sive spirituali, sive corporali. — 11° Quotannis exercitia spiritualia peragere per octo vel decem dies, etc. — 12° Habere devotionem specialem erga S. Josephum, etc. 1111

Monita ad confessarios, XXII, 1112-1115. — Monita generalia. — 1° Præloquium, 1149. — 2° Confessarius sit approbatus, 1149. — 3° Studium confessariis necessarium, 1150. — 4° Vitæ sanctitas confessariis necessaria. — 5° Confessarii prompti sint et parati ad audiendum pœnitentes, 1150. — 6° Quid aget confessarius ad infirmos audiendos vocatus. — 7° Ubi audiendæ confessiones. — 8° Præparatio proxima ad excipiendum confessiones, 1152. — 9° Qui pœnitentes admittendi, 1153. — 10° Circa confessionem puerorum speciale monitum. — 11° Interrogationes quæ confessioni præmitti possunt, 1153. — 12° Quomodo confessarius pœnitentem se ipsum accusantem juvare debet, 1153. — 13° De cautione adhibenda circa votorum commutationem, absolutionem a censuris, etc. — 14° Quibus concedenda vel deneganda absolutio, 1158 et seq. — 15° Quid ante absolutionem concedendam agere debet confessarius, 1163. — 16° Forma absolutionis. — 17° circa pœnitentiam injungendam, 1164. — 18° Omnis suspicio avaritiæ fugienda. — 19° De sigillo confessionis, 1165. — 20° De testificatione pœnitentibus danda. — 21° Monita utilissima ad spiritualem profectum pœnitentium, 1166 et seq. — Alia monita ad confessarios, 1171. — Præscribitur modus a confessario observandus circa dilationem absolutionis quoties ea opus fuit, 1135. — Monita ad Parochos, XXII, 1116, 1167. *Vide* Parochus. — Monita ad sacerdotem assistentem infirmis, 1126. *Vid.* Infirmi. Monita circa ultima sacramenta. 1° Circa Confessionem, 1155. — 2° Circa Communionem, 1156. — 3° Circa Extremam Unctionem, 1158. — Monita circa agonem et mortem, 1159. — Monita pro confessariis ordinariis monialium, XXV, 1082. — Pro confessariis monialium extraordinariis. 1083

Monitio est declaratio et intimatio a superiore facta, quod qui tali legi vel sententiæ non obedierit, talem pœnam incurrat, vel incurrere mereatur, XVII, 46. — Si superior moneat per ipsam legem, monitio vocatur *solemnis*. Si vero moneat per sententiam, tunc vel omnes servat juris formalitates, et monitio vocatur *canonica*, vel easdem non servat, et monitio vocatur non *canonica*, 46. — Monitio canonica ea est quæ fit tribus vicibus distinctis, vel una saltem, sed expresse quod pro tribus valitura sit. Talis monitio necessaria quidem est ut censura juste et licite feratur, non autem ut valide; unde censura quæ aliter fertur sæpius dicitur injusta, nullibi vero invalida. 48, 57. *Vid.* Censura.

Monitio personalis esse debet, si saltis persona judici cognita sit, 58. — Monitio fieri debet nomine judicis, et exprimere saltem in genere censuram. Qui monentur exprimi debent, 58. — Scriptura ad monitiones necessaria non est, 59. — Monitio fieri debet personis præsentibus idoneis. 59

Monitorium est mandatum Ecclesiæ quo sub excommunicationis pœna præcipitur manifestatio auctorum criminis reipublicæ perniciosi, vel damni gravioris proximo illati, ejusdemque criminis reparatio in favorem quorumdam Ecclesiæ membrorum, XVII, 141 et seq. — Omnes diœcesani qui subjacent episcopo monitorium concedenti, tenentur revelare statim ut monitorii notitiam habent; nisi jure eximantur a revelando, 144. — In monitoriis quæ ad religionem aut commune regni bonum spectant, nemo liber est a revelando nisi sceleris auctores aut participes, 145. — In cæteris monitoriis non obligantur ad revelandum qui revelare non possunt 1° sine aliqua sui diffamatione; 2° sine gravi detrimento; 3° sine secreti naturalis violatione; et ex quorum revelatione nulla exoriretur utilitas; uno verbo quibus sub mortali præcipi nequit ut revelent, 147. — Post primam monitionem stricte tenentur ad revelationem omnes qui facti notitiam habent, nisi legitima causa moram permittat, 151. — Qui revelationem suo tempore omisit ad eam obligatur quamdiu conjicere potest eam utilem futuram esse. Ad restitutionem tenentur qui consequenter ad monitorium revelare negligunt. 152

Ad restitutionem tenetur qui revelavit, cum debebat abstinere a revelando, 153. — Ad quid teneatur parochus monitorii promulgator, 153. — In Galliis monitoria solis episcopis non reservantur. Ab episcopo independenter a cujuscumque sæcularis judicis auctoritate non decernuntur, nisi cum materia est mere ecclesiastica; et tum monitoria dicuntur extrajudicialia, 141, 142. — Nomine judicis ecclesiastici hic intelliguntur officiales episcopi, 142. — Monitum simplex est genus instructionis pastoralis. Sæpe magis prodest, quam alia instructio. XXV, 176

Monogamia. A creatione ad diluvium viguit monogamiæ lex. Nullam ante diluvium passa est dispensationem, XXV, 757. — Post diluvium Deus in lege monogamiæ dispensavit, 758. — Lex monogamiæ a Christo primitivæ integritati fuit restituta, 759. — Objectiones. 760

Probabilius est polygamiam ante Christum non fuisse gentilibus absolute prohibitam, ipsis enim non erat absolute interdicta jure naturali. Certum est, post Christum, ipsis infidelibus vetitam esse polygamiam. Quia lex monogamiæ in prima institutione matrimonii a Deo sancita, a Christo renovata est, 764. — Ubi gentilis polygamus ad fidem christianam convertitur, omnia quæ in infidelitate contraxit connubia, solo priori excepto, pro nullis habentur. 764

Monomachia græce dicitur pugna unius tantum cum altero, latine duellum quasi duorum bellum. XVIII, 1071

Monopolium a μόνος, solus, πωλέω, vendo, dictum, dell

nitur : machinatio qua unus vel plures efficiunt de industria, ut ipsi soli aliquod genus mercium vendant vel certo pretio vendant aut emant. Duplex est monopolium : unum, quo unus vel plures efficiunt ut ipsi soli merces alicujus generis vendant ; aliud, quo de mercibus nonnisi certo pretio vendendis aut emendis inter se conveniunt. XV, 668

De monopolio primi generis ; quod fit tripliciter : 1° ex privilegio principis ; 2° coemendo omnes merces ejusdem generis ; 3° impediendo ne merces ejusdem generis advehantur, 668. — Primo, monopolium quod fit ex privilegio a principe concesso licitum est si justis causis nitatur, 668. — Secundo, monopolium quo unus aut plures coemunt et congerunt omnes pene certi generis merces ut inducant raritatem, et aucto pretio vendant pro libitu, non solum est contra charitatem et justitiam legalem, sed et contra justitiam commutativam, quia per istud res venditur supra justum pretium, 669. — Tertio, monopolium quo mercatores impediunt ne merces ejusdem generis ab aliis in patriam advehantur, ut ipsi soli vendant, injustum est, si impeditio fiat via injusta, seu vi, fraude aut similibus mediis ; si secus, non est injustum, 669

De monopolio secundi generis. Si mercatores conspirent non vendere nisi supra summum, vel non emere nisi infra infimum pretium, peccant in utroque casu contra justitiam commutativam et ad restitutionem tenentur ; 669. — Si conspirent de certo pretio, manendo intra latitudinem pretii justi, non dubium quin peccent contra charitatem et contra justitiam legalem ; sed probabilius non peccant contra justitiam commutativam, 669, 670. — Mercator nec particeps, nec conscius monopolii non peccat vendendo pretio per monopolium constituto, 670. — Lethalis fraudis et injustitiæ rei sunt monopoliorum auctores et participes. XI, 879, 880

Monothelitæ ita dicti sunt a duobus vocibus græcis μόνος unus et θέλησις voluntas. Ista hæresis duces habuit, circa annum 629, Athanasium Antiochenum, Sergium Constantinopolitanum patriarchas, et Cyrum episcopum Alexandrinum, favente Heraclio imperatore, V, 69, 70. — Erroris istius brevis historia, IX, 621 et seq.-402. — Unam tantum in Christo agnoscebant voluntatem et operationem, 621, 624-402, 404 ; V, 69, 627 et seq.

Mons pietatis. Montes pietatis sunt notabiles acervi pecuniarum aliarumve rerum usu consumptibilium, ex eleemosynis aut aliunde collecti, ut vel pauperibus, vel publicis necessitatibus consulatur, XVI, 732, 841. — Mons igitur pietatis est summa quædam pecuniæ (seu aliarum rerum usu consumptibilium) in pauperibus opem collecta, ut istis sub pignore credatur, 841. — Finis primarius et ex primæva institutione intentus est ut subveniatur pauperibus mutuo indigentibus, ne hi cogerentur a Judæis mutuum sumere sub usuris enormibus, 842. — Quæri potest in cujus dominio sint pecuniæ pro monte congregatæ. 844

Triplicis generis sunt montes pietatis. Alii collecti sunt ex solis eleemosynis piisque legatis, et dicuntur Italici. Alii defectu eleemosynarum conflati sunt ex pecunia ad censum accepta, et Belgici appellantur. Alii vocantur mixti, quia partim ex eleemosynis, partim ex pecuniis ad censum levatis coadunati sunt. Tales sunt communiter montes pietatis nunc existentes, 732. —Sub quibusnam conditionibus detur mutuum in istis montibus, 732.—Montes pietatis sub assignatis conditionibus usuræ lucrativæ sunt expertes. 732

Variæ aliæ montium species, 844, 845. — Origo montium pietatis, 845, 856. — De propagatione montium pietatis : 1° in Italia, 856. — De montibus profanis, 858 et seq. — Mons Venetus. Mons Genuensis, 859. — Mons Florentinus, 860. — Montes non vocabiles, vocabiles ; redimibiles, non redimibiles, 861. — Mons Julius, 865. — Montes mixti. 866 et seq. 2° De propagatione montium in Belgio, 872.—3° In Germania, 875.— 4° In Hispania. 878

Observationes circa montes pietatis in Germania erigendos : 1° supremam montis curam ac jus visitandi episcopus sibi reservet ; 2° pensatis locorum et personarum circumstantiis statuatur quantitas exigenda a mutuatariis, quæ non superet expensas summe necessarias, 879. — 3° Caveatur ne ministri plus exigant a mutuatariis, quam per statuta montis liceat, pro rata temporis et summæ mutuatæ ; 4° pecuniæ montis mutuo dentur solis indigentibus, non mercatoribus, neque adhibeantur ad negotiationes ; 5° pro summis valde modicis, nullum omnino auctuarium exigatur, 880. — Decet montem pietatis ejusque benefactores muniri variis privilegiis ; 7° Quod ultra salarium ministrorum, et alias necessarias expensas superest, non aliter impendatur, nisi in emolumentum indigentium ; 8° procuretur augmentum montis, piis, non periculosis mediis 881 — 9° Caveatur ne in venditione pignorum nimis graventur debitores ; 10° mons ita instituatur, ut non sit necesse creditoribus suis aliquid pendere. 882

Montanistæ hæretici secundi sæculi nomen traxere a Montano, V, 54. — Negabant in Ecclesia dari potestatem remittendi peccata quædam graviora, 54.— Secundas nuptias illicitas habebant, etc. 55

Moralitas est subjectio regulis morum. Omnis moralitas totius vitæ humanæ dirigitur ad consequendum Deum, qui est finis ultimus, XI, 109. — Quæ sint regulæ moralitatis ? Regula voluntatis humanæ est duplex. Prima heterogenea et exterior, scilicet lex æterna quæ est quasi ratio Dei. Altera propinqua et homogenea, scilicet ipsa humana ratio, seu dictamen rationis practicum, 110, 318, 319. — Quod autem humana ratio sit regula voluntatis humanæ, habet ex lege æterna, quæ est ratio divina, 111. — Multo magis dependet bonitas humanæ voluntatis a lege æterna quam a ratione humana, 319, 397, 398.—Hominibus communicatur lex naturalis non per modum inclinationis naturalis, sed per directionem moralem, qua mediante libere tendant in finem ultimum, 111. — In moralibus nihil est malum, nisi quod deficit a regulis morum, 111. — Ex quo naturali dictamine licet nobis agere omne id quod a lege non prohibetur, 345. — Ad legem æternam spectat divina voluntas quæ est prima regula, et cui nostra voluntas debet conformari. 112, 319

Altera actus humani regula particularis et proxima est conscientia, 319. — In moralibus utraque vitanda extremitas, cum nimius rigor non minus quam laxitas periculum contineat. Excessus et defectus vitii est mediocritas virtutis, 328. — Fundamentum totius moralitatis est voluntarium sive libertas arbitrii, 309, 439. — Legum moralium omnis vis est in sensu quodam animis insito ad certam vitæ rationem impellente, et in sanctione præmiorum ac pœnarum, nullam afferente voluntatibus necessitatem, II, 310. — Synopsis de regulis moralitatis, 318, 334. — *Vid.* Conscientia.—Morale systema pro delectu opinionum quas licite sectari possumus, auctore Liguori, 337, 392.— *Vid.* Probabilismus. — De ratione humana quatenus est regula actionum moralium. 391, 437

Morbus. Neminem latet morbos plerosque ex culpa, ut consectaria peccati, oriri. Innumerabiles esse morbos miraris ? Coquos numera, ait Seneca, *in nota*. II, 332

Moribundus qui vel quædam tantum peccata vel nulla in specie confiteri valens, aut in genere solum declarat se peccasse, aut solum, præsente vel absente ministro, quædam præbet pœnitentiæ signa in ordine ad absolutionem, potest et debet absolvi, XXII, 510. — Debet etiam absolvi moribundus, qui christianam professus est religionem, etsi nulla ante vel post sacerdotis adventum exhibuerit signa contritionis, 514 et seq.— Redarguendus non videtur qui moribundum in catholica regione inventum conditionate absolvit, etsi nulla per se vel per testes dederit pœnitentiæ signa, modo nec impœnitens appareat, nec in flagrantis delicto fuerit deprehensus, 521, 522. — Dissertatio historica de veteri Ecclesiæ disciplina circa negatam vel concessam certis peccatoribus tam sanis quam infirmis absolutionem. 525, 546

Mors corporis pœna peccati, non autem peccatum est, quod mors est animæ, VI, 1061. — Distinguunt aliqui articulum et periculum mortis. Articulum dicunt, quando mors proxime instat, estque moraliter certa et fere inevitabilis ; periculum vero, cum est probabile dubium mortis, XVII, 84. — Qui potest absolvere in articulo mortis, id potest in periculo. Longe communior est et verior opinio, 85

Mors corporalis consistit in separatione animæ a corpore, qua scilicet unio vitalis dissolvitur. Solum corpus dissolvitur. Recte tamen homo dicitur mori, quia compositum ex anima et corpore, quod est homo, dissolvitur, VII, 1583. — Probabilius est omnes homines esse morituros, 1583. — Homini secundum sua naturalia considerato mors est naturalis. Mors est effectus peccati originalis. Mors dici potest pœna peccati originalis, in illis qui non sunt regenerati, in regeneratis vero dici potest pœnalitas seu miseria naturaliter consequens corruptibilitatem naturæ nostræ, 1584.—Mors justis expetenda potius quam timenda est, qua finis peccato in illis imponitur, concupiscentia destruitur, ad vitam æternam transitur, XVII, 1329. — Mors animæ est ejus a Deo separatio, XI, 716, 717. — Æternus doloris sensus secunda mors dicitur. Prima mors animam nolentem pellit e corpore, secunda mors animam nolentem tenet in corpore. 723

Mortalis et immortalis nomina trifariam apud patres accipiuntur. Mortale dicitur quod est mutabile, etsi nunquam occidat, sic anima hominis est partim immortalis, partim mortalis, VII, 641. — Mortale est quod divina vi saltem potest in nihilum redigi, 641, 642. — Denique mortale censetur, quod alieno beneficio sempiternum est, 641, 643

MORTIFICATIO. Oportet ut director sit parcissimus in mortificationibus externis concedendis, XXII, 1099. — Qui contra obedientiam pœnitentias agunt, ait S. Joannes a Cruce, hi magis progrediuntur in vitiis, quam in virtutibus, 1100. — Meliores mortificationes, utiliores et periculis minus obnoxiæ, sunt negativæ, ut privare se visione, loqui parce, etc., etc., 1101. — Credere quod Deus admittat in suam amicitiam gentem commoditatis amicam, ait S. Theresia, dementia est. Animæ quæ diligunt Deum, nesciunt quietem expetere. 1101

MORTUI civiliter ii sunt qui ob aliquas pœnas juribus civilibus privantur, adeo ut respectu societatis fere habeantur tanquam defuncti, XVI, 534. — Civiliter mortui amittunt proprietatem bonorum quæ possidebant ante mortem civilem. — *Vid. Cod. civ.* ab art. 22-24, 534. — Quid de ratione pro mortuis sit necessario credendum. Incerta et disputata. Hæreticorum errores. VI, 834

Mos proprie dictus nihil aliud est quam frequentia seu continuatio similium actuum moralium et humanorum per aliquod tempus. Mos non dicitur proprie de uno actu, sed de frequentia actuum similium, XIII, 12. — Mores non sunt sine actuum frequentia. 88

MOTIVA specificant actus, XI, 150. — Motiva opposita in vi movendi æqualia non retinent vim trahendi intellectum ad unam contradictionis partem; multo minus motiva minus solida in concursu solidiorum, 158 et seq. — In materia contractuum triplex est motivum, aliud determinans quod fuit vera causa contractus, et sine quo non fuisset initus; aliud excitans seu impulsivum, sine quo contractus initus fuisset, sed minus libenter; aliud finale quod est finis qui in contractu intenditur. XVI, 329

MOTUS sensualitatis primus qui est ex dispositione corporali, non est peccatum. Secundus autem motus qui excitatur ex aliqua apprehensione est peccatum, XIV, 810-640. — Igitur regula generalis est: Motus sensualitatis qui ex sola dispositione corporis proveniunt, et omnem subito præveniunt rationis usum, quosque nullo modo vitare potest, indeque proprie vocantur motus primo primi, non sunt peccata venialia. Qui vero aliquantulum rationis usum consequuntur, ita ut præcaveri ac repelli valeant, ac proprie vocantur motus secundo primi, sunt peccata venialia, XIV, 810-640. — De motibus sensualitatis qui sunt mortalia peccata, 811-640. — In praxi tutius est et probabilius asserere omnem motum sensualitatis plene voluntarium esse peccatum mortale, nisi inter conjuges fiat, nec in his venereis dari parvitatem materiæ. 811-641

In systemate Malebranchii a Deo una posita est lex, ut corporum motus tendat ad rectam lineam; altera, ut quantitas motus communicetur pro quantitate molis corporum quæ in sese invicem impingunt. VII, 1225

MOVERE quoad exercitium est applicare ad agendum potentiam indifferentem ad agere vel non agere. Movere quoad specificationem est determinare ad actum certæ speciei, ut amorem vel odium, potentiam ad utrumlibet indifferentem, XI, 501. — Moveri ab aliquo in tantum aliquid indiget, in quantum est in potentia ad plura. Oportet ut id quod est in potentia reducatur ad actum per aliquid quod est in actu, et hoc est movere. Dupliciter anima est in potentia ad diversa: uno modo quantum ad agere et non agere, seu quoad exercitium; alio modo quantum ad agere hoc vel illud, seu quoad specificationem. XI, 501

MOYSES. De divina Moysis legatione, II, 638 et seq. — *Vid.* REBAIN. — Quæcumque scripsit in libro Geneseos vera sunt, 1100 et seq. — De præceptis moralibus legis Mosaicæ, etc., XV, 40 et seq. — *Vid.* JUDÆI. — De Mosaica cosmogonia, VII, 1347 et seq. — De Mosaica epocha in quantum spectat genus humanum, 1338 et seq. — De observantiis Mosaica lege præscriptis, XV, 211 et seq. — *Vid.* OBSERVANTIA.

MULIER gravida saltans quandonam culpabilis est, XI, 79. — Puellæ et feminæ a peccato excusari nequeunt, dum prætextu consuetudinis nudos sinus ostentant, ipsæque indirecte voluntaria sunt scandala, in quæ pusilli ex humana fragilitate labuntur ex intuitu nuditatis earum, 87. — Neque uxor excusari potest, quod non aliis sed soli marito placere intendat, 87. — Hoc scandalum vocatur activum, 87. — La femme est plus que l'homme redevable au christianisme, XXV, 256 *in nota.* — Mulier otiose vivens nunquam virtuosa. Nihil aliud curabit quam de cibo, potu, conversatione. XIV, 313-406

MULTILOQUIUM, sive garrulitas effrænis, quarta gulæ filia, veniale plerumque peccatum est; aliquando mortale, si nimium in Dei aut proximorum injuriam effunditur, XI, 1087. — Ex mentis evagatione multiloquium nascitur, quod in gravia peccata præcipitat. 1166

MUNDUS. De mundi creatione ex nihilo varii errores, VII, 1337. — Deus prout ex divina revelatione constat, mundum ex nihilo in tempore seu cum tempore condidit, 1340. — Difficultates, 1342. — Innumera fere sunt, de quorum existentia dubitare minime possumus, etsi modus nos lateat, quo se habeant, agant et operentur, 1346. — De Mosaica cosmogonia. 1347

MUNUS tripliciter accipitur. Primo, pro dono: sic munera dari, vel mitti dicuntur. Secundo, pro officio: unde munera militaria, munera civilia, qualia solent esse conjuncta cum honore. Tertio, pro obligatione, seu functione cuipiam imposita: quo modo municeps, quasi munerum particeps dicitur. Muneri sic accepto opponitur immunitas, quæ est exemptio a munerum obligationibus, XVIII, 904, 905. — Munus ab obsequio est indebitæ servitutis; munus a manu pecunia est; munus a lingua favor, XVII, 636. — Munus a manu est pecunia, XIV, 429-340. — Munus ab obsequio dicitur omne hominis opus quod ad usus et commoditates illius ordinatur, et ex quo accrescit aliqua utilitas temporalis recipienti tale obsequium, ita ut habeat rationem mercedis, possit pecunia conduci, et sit pretio æstimabile, 430-341. — Per munus a lingua intelliguntur preces, etc. 432-342

De muneribus judici a litigantibus oblatis, XVI, 215. — Triplex donationum species distinguenda, nimirum: xenia, sportulæ et munera, 216. — Per munera intelliguntur dona omnia, sive esculenta aut poculenta, sive alia fuerint, quæ non ad xenia proprie dicta, aut ad sportulas a lege vel principe determinatas et permissas pertinent, 219 et seq. — Spectato jure civili judex delegatus qui pro actibus delegationis salarium non habet, sportularum nomine exigere potest justum laboris stipendium, 217. — Stando in jure canonico, judex delegatus papæ vel legatorum ejus, sportularum nomine nihil penitus exigere aut accipere potest, 217, 218. — Multo minus judex ordinarius sive ecclesiasticus, sive sæcularis, aliquid sportularum nomine exigere aut admittere potest, 218. — Plures hanc de non recipiendis a judice muneribus sententiam limitant, 219. — Sed extendenda potius quam limitanda est. 222 et seq.

An judex, deficiente actore aut accusatore, munera a litigantibus recepta sine læsione conscientiæ retinere valeat. Distinguunt theologi, 226. — Auctor censet judicem ante omnem sententiam teneri munera accepta danti restituere, 228 et seq. — De muneribus quæ gratis et absque alio pacto ad captandam benevolentiam, etc., offerre licitum est. XV, 572

MUTATIO legis esse potest universalis vel partialis, seu simpliciter vel secundum quid, XII, 254-203. — Mutatio legis partialis dicitur dispensatio legis; et latius dici potest derogatio legis, 1281, 255 et seq.-204, 1012. — Mutatio totalis dicitur legis abrogatio, 254, 1282-203, 1012. — Legis mutatio partialis dari potest in lege humana, 1282 et seq.-1015. — Lex indefinite lata de re mutari non potest, neque ejus obligatio cessare propter solam temporis diuturnitatem, si alia causa mutationis non interveniat, 252-201. — Mutatio legis dupliciter accidere potest: primo, quasi ab intrinseco ex defectu materiæ, seu causæ conservantis. Secundo, ab intrinseco per actionem contrarie agentis, 252-202. — Mutatio legis interdum esse potest pure ablativa, seu corruptiva per se; aliquando esse potest per modum generationis unius, quæ sit corruptio alterius. 253-202

MUTILATIO est membri truncatio seu amputatio, XVII, 267. — Est abscissio et separatio membri a corpore, XIV, 504-469. — Cum membrum est nocivum et totius corporis corruptivum, licitum est, de voluntate ejus cujus est membrum, illud præscindere, 504-470. — Quod si membrum sanum fuerit, et in sua naturali dispositione consistens, nemo potest illud præscindere, etiam volente eo cujus est membrum, 505-470. — Quid intelligatur nomine membri. XVII, 268

MUTUATARIUS qui petit mutuum ab usurario non peccat contra justitiam; imo nec contra charitatem, si mutuum petat ex justa vel rationabili causa. XV, 1152

MUTUS hic dicitur qui potest et tenetur loqui præcipiendo, vel reprehendendo, vel consulendo, vel manifestando, etc., et tamen tacet, XIV, 933-738. — Mutus dicitur qui omittit præcipere, si erat superior; consulere, si consultor; clamare aut strepitum edere, si custos erat rei, ad damnum impediendum, XV, 762, 921, 1159. — Mutus, non obstans, non manifestans, sunt causæ damni negativæ, si non impediunt damnum, dum ex officio tenentur, *ibid.* — Quid requiritur ut istæ tres personæ sint restitutioni obnoxiæ, XIV, 933, 738. — *Vid.* COOPERATOR.

Mutus qui animi sui sensa per signa aliis sufficienter perceptibilia exprimere non valet, de jure naturæ contrahere non potest, XVI, 136. — Si animi sui sententiam sufficienter certis signis exponere possit, omnes contractus, nisi ubi verba sunt de substantia, celebrare potest. 137

MUTUUM dicitur, quasi sub amico affectu reciproco meum fiant tua temporis necessarii; per mutuum enim transfer

tur rei dominium in mutuatarium, ac in suos usus consumendi rem mutuatam, XIV, 997, 998-787, 788.— Mutuum definiri potest : Contractus gratuitus quo res primo usu consumptibilis traditur alteri ad usum consumptionis, et proinde in istum dominium transit, cum obligatione aliam ejusdem speciei et bonitatis restituendi post aliquod temporis spatium, 999-789, XVI, 695, 697, 769.— Brevior definitio: Mutuum est contractus realis quo res fungibilis ea lege datur ut eadem reddatur in genere, 765 et seq.— Mutuum objective sumptum est ipsa res mutuo data : formaliter sumptum est actus quo res mutuo datur, 765.— Mutuum a commodato et ab aliis contractibus differt, 766, 770.— Qui mutuo dat, creditor dicitur vel mutuans; qui mutuo accipit, debitor vel mutuatarius, 770.— Mutuum aliud est formale ac expressum, aliud vero implicitum, virtuale ac palliatum, XIV, 999-789.— Mutuum vitiatur et degeneratur in usuram, quando mutuans exigit lucrum præcise tanquam pretium usus rei mutuatæ, 999, 1000-789.— Tria requiruntur ad usuram constituendam; primo, ut interveniat mutuum formale aut virtuale; secundo, ut ex vi pacti taciti vel expressi, vel principali intentione exigatur lucrum supra sortem, tanquam ex justitia debitum per modum accessionis et auctarii, seclusoque alio titulo damni, aut lucri cessantis; tertio, ut auctarium seu lucrum immediate proveniat ex vi mutui, seu pacti mutuationis; si enim conceditur ex amicitia, liberalitate vel gratuitate, non erit usura, 1000-789, 790.— Mutuum est contractus 1° realis, qui rei traditione solummodo perficitur, 997-787, XVI, 697. — 2° non solemnis; 3° unilateralis; 4° gratuitus, 697.— Gratuitas est de natura, sed non de essentia mutui, 697.— In qualem præcise specie res mutuata reddi debeat, 697.— Ex lucro mutuatarii non fit licitum lucrum mutuantis. In quatuor fere classes distingui possunt qui mutuas quærunt pecunias, 788 et seq.— Obligationem dandi mutuum metimur ex necessitate aliena et facultate propria, 802, 803. — Mutuum de præcepto est erga divites qui hic et nunc mutuo indigent; erga pauperes qui prævidentur postea habituri unde restituant, 998, 789, 799.— Pauperi qui nihil habet nec postea habiturus est non per mutuum, sed per eleemosynam succurrendum est, 699, 788.— Qui sponte concedit mutuum ad quod dandum non tenetur, nequit sine injustitia lucrum aliquod tanquam mutuationis pretium ultra sortem exigere, XIV, 999-789.— Omne lucrum ex mutuo immediate proveniens, seu vi mutui perceptum, est illicitum et injustum, XVI, 702 et seq.— De lucro quod percipitur occasione mutui, seu de titulis aliquid exigendi supra sortem. Plures recenseri solent, quorum alii sunt certi, alii dubii, et alii falsi, scilicet 1° damnum emergens; 2° lucrum cessans; 3° destinatio lucrativa; 4° periculum sortis; 5° donatio gratuita; 6° obligatio sortem ante tempus determinatum non repetendi; 7° dilatio solutionis; 8° conventio pœnalis; 9° auctoritas legis, 733.— Non in quolibet mutuo occurrit titulus capiendi lucrum. 795

Tituli spurii recensentur. Primus est stipulatio mutuo adjecta, vel etiam nudum pactum, 796.—Secundus, carentia pecuniæ. Tertius, obligatio non repetendi sortem ante certum tempus, 797.—Quartus, pecuniæ fecunditas, vel utilitas, 798.— Quintus titulus spurius ex mutuandi officio sumitur, 800.—Non ubique occurrit contractus justus lucrativus, 802.—Duplicis generis sunt casus in quibus non licet celebrare alium contractum lucrativum a mutuo distinctum, 805.— Potest cum mutuo concurrere titulus aliquid exigendi ultra sortem, 807.— Regula generalis statui potest, eum titulum concurrentem cum mutuo, sufficere ad exigendum emolumentum ultra sortem, qui in aliis negotiis vel contractibus sufficit ad percipiendum emolumentum ultra negotii aut contractus illius obligationem, 808.— Tituli legitimi sunt 1° damnum emergens; 2° lucrum cessans; 3° periculum sortis; 4° jus pignoris; 5° statutum principis et consuetudo; 6° montis pietatis. 809

Epistola encyclica Benedicti XIV ad patriarchas, etc., Italiæ, 1059 et seq. — Litteræ monitoriæ episcopi Bellicensis circa quoddam opus de mutuo. Decreta de mutuo Romæ recenter edita, 1065 et seq. — Consectaria quæ a præcedentibus decretis fluere videntur. Primo, sequitur lucrum a fœnore in commercio perceptum ab encyclica Benedicti XIV *Vix pervenit*, non esse damnatum, 1084. — Sequitur secundo quæstionem an legitima sit fructus vi solius legis civilis tituli perceptio, esse opinionem quam, salva conscientia, sicut et alias multas ab Ecclesia nondum definitas, quilibet tenere ac in praxi sequi potest, 1086. — Tertio sequitur sacramentaliter absolvi posse presbyteros hanc opinionem tenentes (legitimum esse legis titulum), nec non et laicos eamdem in praxi sequentes, sive quia ratione hanc fundatam esse, re per ipsos ponderata, existimant; sive quia, consulto confessario, illius sententiam tuto sequendam arbitrantur, 1088. — Quarto, sequitur ad restitutionem non esse obligandos eos qui lucrum a lege dispositum bona fide perceperunt, rati se, tuta conscientia, sic agere posse. Quinto, injuriæ periculum adire (*Confessarium*), qui obligat hæredem ad restituendos fructus ab auctore perceptos, nisi plane pateat istos fructus fuisse usurarios, 1089. — Sexto, sequitur stare obligationem restituendi quidquid supra auctarium a lege dispositum perceptum fuit, 1089. — Conclusio practica. 754

Apologie du saint office dans les décisions sur le prêt à intérêt, auctore Boyer, 1089. — Opinio mitior D. Bouvier, D. Gousset, 1091 in nota. — D. Courbon, 1093 in nota.—Quel est le sens des réponses faites par le saint office aux consultations des prélats français, 1091 et seq. — Quelle autorité faut-il accorder aux réponses du saint office, 1099. — Du poids et de la valeur des réponses faites au saint office par un petit nombre de théologiens qui font ici opposition, 1100. — Défense de l'Eglise universelle, 1105. — Lettre de l'auteur de la défense de l'Eglise. Du sens et de la portée véritable des décisions du saint office. De l'autorité qu'il faut accorder aux décisions de Rome, transmises par le saint office, 1109. — Eclaircissement de la même question par la méthode de discussion, 1113. — Eclaircissements relatifs aux réponses faites aux décisions du saint office, 1118.— Discussion sur l'usure, par M. l'abbé Mastrofini, 1123, 1132.— Le résultat de cette discussion, c'est que l'usage de l'argent cédé pour un certain temps est susceptible d'un prix conforme à la justice, excepté le cas des fraudes et des excès, et sauf toujours d'ailleurs les droits des pauvres, 1125. — Cette discussion a été publiée sous les yeux du pape et de toute la cour de Rome. 1131 in nota.

Mysteria religionis christianæ ita sunt extra aciem humanæ mentis posita, ut nec ratiocinando invenisse ea philosophus, nec fanaticus in illa incidisse, supponi possit. Ita abhorrent ab humana indole, ut numquam apud homines invenissent fidem, nisi divina confirmata auctoritate, III, 277. — In mysteriorum incomprehensibilitate sapientia et utilitas, 62 in nota, 278 et seq. — Christus inscrutabili altitudine mysteriorum, 1° suæ religionis dignitati consuluit; 2° remedium maximis humanæ naturæ vitiis attulit; 3° nobis ministravit occasionem captivandi intellectus in obsequium Dei, 279, 280. — 4° Mysteriorum inscrutabilis altitudo aperuit novam methodum homines instituendi, breviorem, faciliorem et perfectiorem, nempe per fidem. 5° Illa mysteriorum incomprehensibilitas fortius excitat ad virtutem. 6° Incomprehensibilitas videtur appendix omnis veræ de Deo doctrinæ, 280, 602 et seq. — Quare nobis mysteria revelaverit Deus, ratio primaria est quod homines ad ordinem supernaturalem sublimare voluerit, 280 in nota. — Rerum incomprehensibilium variæ classes, 281, 282. — Magnum discrimen est inter credere ex fide res supra rationem, et credere sine ratione. De rationis usu in mysteriis, 284, 297. — Necessario admittenda est distinctio rerum supra rationem et rerum contra rationem, 285. — Aliud est non percipi convenientiam inter duo, aliud est inter illa percipi repugnantiam, IX, 33-29. — Profitentur christiani humanam supra rationem posita esse plurima fidei dogmata; profitentur et probant in auctoritatem Dei revelantis ultimo resolvi et incumbere fidem, IV, 217. — In mysteriis tota ratio facti est potentia facientis, S. Aug., IX, 75-60. — Sola mihi, ait Cassianus, ad credulitatem sufficit persona dicentis, 75-60. — Melior est fidelis ignorantia quam temeraria scientia, X, 1028-809. — La raison, ait Baylius, la philosophie nous montrent, par leurs axiomes les plus évidents, que nous ne saurions tenir une conduite plus juste, que d'acquiescer, sans comprendre, aux mystères que Dieu a révélés, IV, 217. — En matière de mystère, inquit Leibnitz, le meilleur serait de se tenir précisément aux termes révélés, autant qu'il se peut, VIII, 768. — De necessitate docendi ea quæ ad SS. Trinitatem et alia mysteria et dogmata pertinent. 939

Sunt mysteria in metaphysicis rebus, sunt etiam in physicis, 17 et seq., 37 et seq. 58; III, 287, 290; IV, 216; X, 1028-809.

Mysteriorum liber. V, 266

Mythologia nihil aliud est quam adultera Moysis historia. II, 1102, 1103

Natalis dies Domini. *Vid.* Nativitas. — Natalis dies sanctorum dicitur is, quo mortem obierunt, XXVI, 609. — Christi Jesu, Joannis Baptistæ, B. Mariæ non emortualis tantum, sed natales etiam dies celebrantur, 609. — *Vid.* Nativitas Domini, Nativitas B. Mariæ.

Nativitas Domini, die 25 decembris, XV, 348. — Edictum Cæsaris de censendo imperio romano. Cur de hoc censu nihil extet apud profanos scriptores. Non Judæa solum censa, sed universum romanum imperium, XXVI, 502. — Cur ea descriptio a S. Luca dicatur prima. Cyrinus est

nen præsidis. Difficultas conciliandi eum Evangelio profanos scriptores. P. Danielis Huetii solutio rejicitur, 503. Petavii et Grotii solutio. Calmeti et Lamy solutio. Sequitur historia ex Lucæ Evangelio, 504. Disputant eruditi, quo consilio Augustus censum illum indixerit. Pulchra Lamy verba, 505. — Joseph et Maria per rectam lineam Davide prognati, veniunt censendi causa, Bethlehemum, quæ civitas erat Davidis gentilitia. Verisimile Mariam pedibus iter illud fecisse, 506. — Quid referretur in tabulas censuales. Bodini impietas et sophismata. Nec feminæ, nec pueri cogebantur census causa se conferre Bethlehemum, 507. — Quamobrem B. Maria, licet gravida, Bethlehemum venerit. Facta omnia in hac re singulari Dei consilio et numine. Quo sensu illa verba intelligenda : Peperit filium suum primogenitum. Nulla obstetrix, 508. — De fasciis Domini, et rursus de obstetricibus. 509

Oraculum de ortu Christi Bethlehemitico. Duæ civitates nomine Bethlehem. Michæas cum Matthæo pugnare videtur, 510. — Eorum textuum conciliandorum ratio quædam; longe melior conciliandi ratio, quæ est S. Hieronymi. Quare Christus dicatur in scriptura Nazaræus et Galilæus. Bodinus confutatus, 511. — Christus natus est in Bethlehem civitate tribus Judæ, VIII, 1334. — Probabile est Christum natum esse in suburbio Bethlehem, in spelunca diversorio conjuncta, brutis animantibus conjuncta, 1334. — Christo nascenti adfuisse bovem et asinum antiqua traditio est, 1335. — In ipsane urbe, an in suburbiis Christus natus sit, XXVI, 511. — Multiplices ea de re opiniones. Verisimile est in suburbiis natum esse, 512. — Christus natus est in spelunca saxo excisa, ubi erat stabulum. Luculentissimus S. Hieronymi locus, 513. — De præsepi Christi, 514. — Traditio de bove et asino ad Christi præsepe vexata a quibusdam criticis. Celebris ea de re Isaiæ locus, 515. — Egregii scriptores qui eam vindicarunt. Haud ita infirmis nititur fundamentis ea traditio. — Respondetur objectioni petitæ ex allegorica interpretatione illius Isaiæ loci apud patres. Ex vetustissimis picturis sacris probatur ea traditio quinto sæculo longe antiquior. 516

Secundum communem nunc sententiam, computando sex mundi ætates juxta textum hebraicum et vulgatam editionem, natus est Christus anno circiter quatermillesimo a creatione mundi, anno quadragesimo primo imperii Augusti Cæsaris, VIII, 1337. — Universa Ecclesia tam græca quam latina, ex constanti majorum traditione, tenet Christum esse natum vigesimo quinto decembris, 1337. — Natus est Christus media nocte, 1338. — Jesus natus, Herode rege. De anno Nativitatis Christi scriptor romani martyrologii videtur secutus septuaginta interpretum calculos. Magnum discrimen in annorum computo inter hebraicos codices et versionem septuaginta interpretum. Hebraicos codices et Vulgatam sequitur Ecclesia romana. Falsa septuaginta interpretum computandi ratio, XXVI, 518. — Christus natus anno ab orbe condito quatermillesimo. Die 25 decembris natum esse asseritur, refutatis cæteris opinionibus. 519

De pastoribus ab angelo monitis. Tres fuisse videntur. Eorum nomina incognita. In eo loco, unde venerunt extructa ædes. Archangelus Gabriel pastoribus Christi nativitatem nuntiavit ex quorumdam sententia. Ipsius verba ad pastores, 521. — Explicantur verba illa : multitudo militiæ cœlestis. Verba illa : Gloria in altissimis Deo, etc., a quibusdam accipiuntur assertive dicta, ab aliis optative dicta, 522. — Pastorum adventus ad præsepe Christi. B. Mariæ fides de Christi divinitate. Mirifica etiam pastorum fides. 523

De cæteris miraculis quæ in Christi nativitate contigisse feruntur, quorum nulla mentio in Evangelio, 523. — De ipsa solemnitate, 524. — Quid olim essent christianorum pervigilia. Nativitatis pervigilium omnium celeberrimum permissum agitari noctu etiam nunc ab Ecclesia, sublatis cæteris omnibus nocturnis conventibus. Post Pascha et Pentecosten primum hæc festivitas locum tenet. Duo peculiaria hujus solemnitatis privilegia, 525. — Tres missæ eo die celebrantur. Triplex Christi nativitas, 526; XV, 549. — Cujus disciplinæ falso perhibetur auctor S. Thelesphorus, XXVI, 526. — Dies aliquot solemnes, quibus olim plures missæ ab eodem sacerdote celebrabantur. Olim romanus pontifex hac die celebrabat in basilica liberiana, in templo S. Anastasiæ, et in basilica Vaticana. Atrox Cencii romani in Gregorium pontificem facinus. Hac nocte romanus pontifex pileum et gladium ducalem benedicit, 527. — In Gallia olim duæ tantum missæ celebrabantur. Tres Romæ propter Ecclesiam in honorem S. Anastasiæ dedicatam. Eadem disciplina transiit in Galliam. Quod primo ab episcopis, deinde ab omnibus presbyteris usurpatum.

Olim orientalis Ecclesia 6 die januarii nativitatem Christi celebrabat. Quo tempore amplexa sit latinorum consuetudinem celebrandi hanc solemnitatem 25 decembris. Joannis archiepiscopi Nicæni epistola, 528. — Spuria censetur illa epistola a Combefisio, qui eam edidit. Ostenditur alia suppositionis nota in illa epistola, 529. — Vetustissima traditione celebratur hæc festivitas in Ecclesia romana die 25 decembris. Quarto sæculo videtur orientalis cum romana Ecclesia in celebranda nativitate die 25 decembris convenisse, 530. — Nicephorus falso auctorem hujus festivitatis dicit Justinum imperatorem. Consuetudo repræsentandi sacrum hoc mysterium in templo et privatis domibus, cujus origo refertur ad 13 sæculum. 532

Fructus ex Christi incarnatione et nativitate colligendi. Mysteriorum istorum celebratione ad gratiarum actionem excitari imprimis debemus, VI, 172. — His mysteriis ad amorem Dei vehementer accendi debemus, 174. — Imitari debemus virtutes quarum exemplum nobis dedit Christus in incarnatione et nativitate sua, humilitatem præsertim, paupertatem, carnis mortificationem. 175

Nativitas B. Mariæ, die 8 septembris, XV, 362; XXVI, 609. — Eremitæ cujusdam visio ex Gersone, unde videri potest orta hæc festivitas. — Quidam ad S. Augustini tempora festi hujus institutionem non recte referunt. Refutantur Saussay et Saxius, qui institutam credunt a S. Maurillo Andegavensi episcopo, 610. — Quidam ex Fulberto Carnotensi episcopo putant festivitatem institutam sæculo duodecimo. — Vetustior est ætate S. Fulberti. Vetustam admodum probant sacramentarium romanum quod Leonis magni creditur, et Gregorianum, 611. — Hanc solemnitatem numeravit Emmanuel Comnenus sæculo 12 inter eas quæ per diem integrum celebrarentur. Locus præclarus ex S. Petro Damiani, 612. — Alius olim dies huic festivitati destinatus. Nunc octavus dies septembris apud græcos et latinos. Octavæ instituendæ occasionem præbuere dissidia in conclavi quo creatus Cœlestinus IV. Non habet hæc festivitas nec vigiliam, nec jejunium, 613. — De nativitate B. Mariæ nihil habetur in sacro textu; sed tantum quædam afferri possent ex turbidis fontibus. Ubinam Deipara nata sit. Parentes B. Virginis. Error ab apostolica sede confixus de S. Annæ virginitate. 614

De festo S. Annæ. Eam solemnitatem confirmavit Gregorius XIII. Cultus S. Annæ sæculo sexto in Oriente. Vetus S. Joachim et S. Annæ cultus in occidentali Ecclesia. Non tamen officium recitabatur, et missa ætate S. Bernardi, 615. — Eorum cultus ab hæreticis exagitatus. Quidam critici eorum putant incerta nomina. Incerta etiam apud S. Petrum Damiani. Verum ea nomina a vetustis temporibus Ecclesia orientalis et occidentalis agnoscit. 616

Natura maxime affinis est essentiæ, et cum illa sæpissime confunditur. Inter utramque tamen discrimen est, VIII, 10. — His tribus totius naturæ ordo constat : scilicet natura, seu forma quæ constituit naturam; fine ad quem natura tendit, et inclinatione quæ naturam refert ad finem, XI, 445. — Naturæ seu formæ sunt triplicis generis : quædam sunt omnino materiales, ut formæ insensibilium; quædam aliquatenus recedentes a conditionibus materiæ, ut formæ brutarum; quædam totaliter elevatæ super conditiones materiæ, ut animæ rationales et angeli, 445. — Formas omnino materiales sequitur inclinatio proportionata, ad unum immutabiliter determinata, puta ad centrum, etc., et dicitur appetitus naturalis. Formas brutorum sequitur inclinatio quæ dicitur appetitus sensitivus, habens aliquam amplitudinem. Formas omnino elevatas super conditiones materiæ sequitur par inclinatio quæ dicitur appetitus rationalis, capax omnis et universalis boni, 445. — Natura rationalis ita implexa est corpori, ut corporum legi temporumque quadamtenus subjiciatur, VIII, 969. — *Vid.* Anima.

Naturale illud dicitur quod intra naturæ vires aut exigentiam continetur, X, 40-41. — Donum naturale dicitur quod ex nativa conditione creatura exigit, 1020-805. — *Vid.* Supernaturale.

Naturalis religio. — *Vid.* Religio.

Nazaræi, secta Judæorum, rejiciebant Pentateuchum et sacrificia, carnisque usu prorsus abstinebant, V, 26. — Opiniones diversæ de Nazaræis hæreticis. XXVI, 136

Nazaræi, secta Judæorum. Nazaræorum vestis, XXVI, 134. — Nazaræi alii erant votivi, alii nativi. Nazaræorum votum, 135. — Josephus Nazaræus inter fratres dictus, 136. — Nazaræi et Nazareni, sive Nazaræi, multum inter se distabant. 136

Necessarium duplici ratione accipitur : aliud est necessarium simpliciter, quod alio modo se habere non potest, aliud secundum quid, quod ad finem assequendum est utile et conveniens, IX, 666-527, 528. — Quod est necessarium simpliciter, vel est necessarium absolute, seu quod nulla facta hypothesi contingenti, ita existit ut oppositum existere repugnet; vel est necessarium hypothetice, aut conditionate, seu sine quo facta aliqua hypothesi conti-

genti, finis nullo pacto potest acquiri, 666-528. — *Vid.* Necessitas.

Necessitas alia est quoad specificationem, alia quoad exercitium. Prior qua quis potest quidem actum suspendere circa aliquod objectum, sed si velit in aliquem actum erumpere circa illud, non potest nisi actum talis speciei elicere. Posterior, qua quis constringitur non solum ad actum talis speciei, si velit agere, sed ad ipsum agere, XI, 649. — Tunc est necessitas exercitii, quando non remanet in voluntate facultas suspendendi actum, 649. — Necessitas alia absoluta, quæ ex nulla conditione pendet; alia hypothetica, quæ ex aliqua suspensa est hypothesi, VII, 1223. — Une chose peut être nécessaire ou d'une nécessité absolue, ou d'une nécessité non absolue, XXVI, 1079, 1080. — Respectu salutis duplex necessitas, alia medii, alia præcepti, XIII, 926-731; XXIII, 70, 83. — Est autem non exigua difficultas et controversia in explicanda omnino differentia inter utramque necessitatem, 71. — Illud necessarium est necessitate medii sine quo vel ejus voto seu desiderio, finis obtineri non potest: hoc modo Baptismus et Pœnitentia sacramenta sunt necessaria necessitate medii ad salutem, XIII, 926 732; XXI, 380. — Illud est necessarium solummodo necessitate præcepti, quod quidem ad salutem consequendam requiritur, ubi facultas suppetit et occasio, sed in ejusmodi rebus excusat vel ignorantia, vel alia legitima causa, 380; XIII, 926-732. — Ratio discriminis inter utramque necessitatem oritur a Dei ordinatione, 927, *in nota* 732. — Inter ea quæ necessaria sunt necessitate medii, alia sunt interna salutis media, qualis est gratia sanctificans; alia vero externa, qualis est ablutio exterior in Baptismo, XXI, 381 — De necessitate Baptismi, XXIII, 71 et seq. — De necessitate contritionis, 76 et seq. — Duplex est necessitas articulorum fidei in genere et secundum se consideratorum, alia ratione formæ et substantiæ articuli credendi; alia ratione subjecti. VI, 791

Necessitas alia coactionis, alia simplex. Prima est violenta determinatio illata a principio extrinseco nihil omnino conferente, sed prorsus reluctante voluntate. Secunda est determinatio ad unum, cui, cum cognitione intellectus et propensione inhæret voluntas, licet necessarie, X, 1269, 1270-1000, 1001. — Necessitas simplex vel oritur a principio a natura insito, et tunc dicitur naturalis, vel a principio extrinseco, qualis victrix Jansenii delectatio, et tunc dicitur invincibilis Hæc necessitas si determinat modo immutabili et absoluto, vocatur immutabilis et absoluta; si modo mutabili et relativo, dicitur mutabilis et relativa, 1270-1001. — Alia est necessitas absoluta secundum quam dicitur res aliqua per se et propter se simpliciter necessaria. Alia respectiva in ordine ad aliquem finem. XII, 111-90

Necessitas spiritualis proximi duplex, una extrema, altera gravis, XIII, 1103-871. — Necessitas corporalis extrema dicitur, ad quam qui redactus est in manifestum mortis periculum adducitur, XI, 917. — Reddit res communes, XIV, 866-684. — Gravis corporalis necessitas dicitur ex qua mors, si non evidenter imminere judicatur, probabili certe conjectura metuitur. Res communes non reddit, 864-682; XI, 923. — An excuset a restitutione necessitas propria vel aliena, XV, 1227; XIV, 863 et seq.-682. — Necessitas communis est illa quam patitur pauper ordinarius ostiatim mendicans; et hæc nec res communes reddit, nec pauperi tribuit jus ad aliena bona. 863-682

Necromantia est divinatio per mortuorum apparitionem vel locutionem. XIV, 89-72

Negligentia est vitium sollicitudini et prudentiæ directe oppositum, XI, 402 — Negligentia est triplex, lata, levis, levissima: lata est, dum omittitur diligentia, quam homines istius conditionis adhibere solent; levis, est omissio diligentiæ, quam prudentiores communiter adhibent; levissima, est omissio diligentiæ, quam vigilantissimi præstant, 104. — Alia est simplex, alia supina, alia vincibilis, alia invincibilis. Dicitur vincibilis, cum aliquid omittitur diligentiæ, quæ adhiberi posset et deberet. XVIII, 1182

Negotiatio est emptio rei cum intentione eam integram et non mutatam vendendi, vel permutandi cum lucro, XVI, 1136, 1137. — Dividitur in non lucrativam et lucrativam. Utraque duplex est. Non lucrativa œconomica aut politica dicitur, quatenus exercetur ob commodum vel familiæ vel civitatis. Lucrativa aut late et improprie, aut stricte et proprie negotiatio vocatur, sive, ut multi loquuntur, aut artificium est, aut mercatio, 1137. — Negotiatio stricte sumpta quamdam præ se fert turpitudinis speciem. Non est tamen intrinsece mala, et potest esse licita et moraliter bona, 1138. — Sed vitiosa et illicita redditur duplici generatim ex causa. 1138, 1139; XIV, 1048 827

Neomeniarum sive noviluniorum, apud latinos calendarum festum, die primo cujuslibet mensis celebratur, XXVI, 21. — Causa institutionis hujus festi. Quare noviluna per biduum hodie celebrantur, 23. — Quid sibi vult dubium de luminaribus, 24. — Olim quomodo Judæi apparationem lunæ cognoscebant. 24

Neophyti nomen idem est ac nova planta: Neophyti dicuntur qui de novo a priori statu recesserunt, et alium diversum amplexi fuere. Neophyti sunt; 1° qui recens in Christo per baptismum renati sunt; 2° qui nuper ad religionem christianam conversi sunt; 3° qui ab hæresi vel a mundana vivendi ratione, ad fidem puram aut pietatis exercitium transierunt; 4° ii olim qui baptismi receptionem differebant, donec gravi morbo arrepti decumberent, unde clinici vocabantur, XVII, 232. — Neophyti recens ad fidem conversi sunt irregulares, 232. — Non ante promovendi sunt vel ad clericatum vel ad majores clericatus gradus, quam sufficiente tempore probati fuerint. 233

Nequitia cavenda est in actione. Nequitia est mundum istum diligere. VI, 17

Nestoriani hæretici quinti sæculi nuncupati a Nestorio qui duas in Christo statuebat personas; Mariam deiparam dici nolebat; negabat Filium Dei pro nobis passum esse, V, 64 et seq. I, 931-734 et seq. — De hæresi Nestoriana. Nestorii historia, IX, 508 et seq.-403. — De Nestorianorum natione et eorum erroribus, V, 536. — De Nestorianis qui in Ecclesiæ catholicæ unione persistunt, 539. — Nestorianum errorem damnat Ephesina synodus, I, 964 et seq.-760. IX, 519 et seq.-412

Nicolaitæ, hæretici primi sæculi. V, 31

Nihilum est status possibilitatis meræ internæ; logicæ a nonnullis nuncupatæ. Intelligitur etiam ut punctum et terminus, a quo actualitas esse cœpit tum ex nihilo sui, tum ex nihilo subjecti, VII, 1339 — Alii distinguunt inter nihilum positivum quod actu non est, sed solum in potentia; et nihilum negativum quod neque in actu, neque in potentia saltem proxima est, 1339 *in nota*. — Alii discrimen ponunt inter nihilum negativum quod significat negationem omnis entitatis, et inter nihilum privativum, quod existens quidem aliquid scilicet materiam supponit, sed ad aliquid producendum prorsus ineptam et informem. Nihilum privativum ex nihilo negativo productum creatio prima dicitur; res creatæ ex materia informi seu ex nihilo privativo creatio secunda nuncupantur, *in nota*. 1339, 1340

Nitor animæ duplex est, unus ex lumine naturalis rationis, per quam in suis actibus dirigitur; alter ex divino lumine sapientiæ et gratiæ, quibus perficitur homo ut bene et convenienter agat. Hujus utriusque nitoris privatio est peccati macula. XI, 715

Nivis festum B. Mariæ ad nives, die quinta augusti; XV, 361. — Multiplex Basilicæ Liberianæ nomen, 361; XXVI, 581. — Cur appelletur Basilica Sixti, 581. — Septimo sæculo in eam illatum præsepe Jesu Christi, 582. — De vulgato Basilicæ nomine S. Mariæ Majoris. De nomine S. Mariæ ad Nives, 582. — Miraculum delapsæ nivis in ædificatione Basilicæ, 583. — In vetustioribus breviariis habetur in illa Basilica ædificanda miraculum terræ sponte dehiscentis. De miraculo tantum nivis proponitur sermo, 583. — Tillemontius silet ejusmodi miracula Basilicæ ædificationem refert ad Sixtum tertium. Refellitur, 584. — Basilicam extruxisse Liberium probatur, 584. — Bailleti sententia. Refellitur. Petri de natalibus parum firma fides, 585. — Testatur de eo miraculo Nicolaus quartus, 585 — Gregorius etiam XI, Pius II, vetera manuscripta, breviaria quam plurima, auctores omnes romani, Sigonius, Canisius, Florentinus, miraculum nivis probant, 586. — Bollandistæ festivitatem hanc commemorant, 587. — Dedicationis festum celebratum in ea Basilica sæculo xii manifesto constat. Sæculo xiv per totam urbem celebratur. S. Pius V jussit peragi in Ecclesia universali, 587. — Non omnium prima fuit hæc Basilica B. Mariæ consecrata. Cur tanta celebritate ea festivitas peragatur. De Basilica seu templi Pantheon dedicatione. 588 589

Noachidæ vocantur filii Noe ab Hebræa gente distincti. Præcepta vero Noachidarum dicuntur juris naturalis præscripta quibus homines adstringuntur universi, XV, 31. — Quid de Noachidarum præceptis sentiendum est, XXVI, 31. — Imperfectam, incertam et mancam juris naturalis disciplinam exhibent, 27. — Majora et illustriora septenario numero complectuntur, 32. — Primum prohibet cultum extraneum. Cultus extranei nomine, idololatria et quodvis superstitionis et sacrilegii genus intelligitur. Quæ naturæ lege ita prohibita sunt, ut in his ignorantia peccatum simul sit ac pœna peccati, 33 et seq. — Secundum vetat maledictionem nominis sanctissimi, sive blasphemiam, a qua abstinendum naturæ lex gentes omnes docuit, 36. — Tertium effusionem sanguinis, sive homicidium prohibet, 36. Quartum spectat revelationem turpitudinum, seu concubitum illicitum, 37. — Quintum furto et rapina interdicit, 38 — Sextum spectat judicia seu regimen forense et obedientiam civilem, 38, 39. — Septimum est de membro anima-

lis viventis non comedendo, 39. — Priorum seu præceptorum vestigia extant in libro Job ante legem mosaicam conscripto. 39, 40

Nomina alia sunt abstracta, alia concreta. Nomen abstractum seu terminus abstractus formam tantum significat, non subjectum; v. g., divinitas, humanitas, æternitas. Nomen concretum significat tum formam tum subjectum ejus, ut Deus homo, XI, 813-643. — Ex nominibus concretis alia dicuntur substantiva, alia adjectiva, 814-644. — Nomina concreta substantiva rei naturam tanquam formam cum subjecto exprimunt, ut Deus seu habens naturam divinam, 814, 815-644. — Concreta adjectiva cum subjecto non significant naturam ipsam, sed tantum formam aliquam seu necessario seu accidentaliter naturæ adjacentem, vel ejusdem naturæ actionem aliquam, aut passionem, aut participationem; ut immortalis, natus, mortuus, 815-645. — Nomina concreta adjectiva, vel sunt derivata, vel absoluta. Derivata participationem aliquam substantiæ, seu naturæ designant, ut humanus, divinus. Absoluta vel proprietates, vel actiones, vel passiones naturæ denotant, ut mortalis, natus, passus, 815-645. — *Vid.* Communicatio idiomatum.

Nomina adjectiva subjectum directe, et formam indirecte tantum, nimirum ut ei adjacentem, significant; nomina vero substantiva formam ipsam directe et subjectum nonnisi confuse arguunt. Nomina substantiva plurali numero non efferuntur, nisi ubi forma ipsa multiplicatur; adjectiva autem subjectorum conditionem sequuntur, VIII, 658.— Nominum substantivorum quæ de Deo dicuntur, non unum est genus. Alia proprie pertinent ad essentiam et tribus personis communia sunt, ut nomen *Dei;* alia ad personarum distinctionem spectant; alia tam de personis, quam de essentia dici possunt, ut *res*, *ens*, etc., quæ a philosophis transcendentalia appellantur. 658

Nominales olim dicti sunt qui inter theologos scholæ negabant aliam inter divina attributa distinctionem admittendam, præter distinctionem rationis ratiocinantis, II, 209, 210 - - Solam nominum distinctionem admittebant inter Dei attributa. VII, 86

Notæ Ecclesiæ sunt visibilitas, I, 1270-1002. — Unitas, 1273-1004. — Miracula, 1274-1006 — Diffusio per orbem, 1275-1006. — Perpetua doctorum successio, 1276-1007. — *Vid.* Ecclesia.

Notæ theologicæ sunt diversæ appellationes quibus designantur varii malignitatis et perversitatis gradus insidentes variis propositionibus, IV, 618 — De censuris seu notis theologicis, I. 1409-1548-1111, 1222 ; IV, 618, 623 ; VI, 850-853.— Naturæ objectum et finis notæ theologicæ : 1° natura : censura theologica est nota iniusta malæ doctrinæ quæ fit aliquo modo fidei nociva ; 2° objectum notæ est propositionis sensus ; 3° finis notæ : censura eo unice tendit, ut veritas errori prævaleat, I, 1542-1217. — Censura theologica recte definiri potest : Judicium seu sententia qua nota prava et maligna cuidam inuritur doctrinæ, tanquam fidei aliquo modo nocivæ, 1411-1113. — Judicia quibus Ecclesia propositiones sive speciatim, sive generatim et in globo damnat, sunt vere dogmatica et assensum internum exigunt. 1412 et seq -1114

Quinque sunt dogmatici Ecclesiæ judicii præcipui et genuini characteres, 1416, 1417-1117. — Absoluta propositionum damnatio verum est judicium dogmaticum. Nuda propositionibus utendi prohibitio, mera est disciplinæ lex. Mera vocis aut propositionis interdictio propter imminentes abusus, aut ne motus et dissensiones excitentur, nuda est politiæ, œconomiæ et cautionis lex ad tempus. 1419-1119

De divisione notæ theologicæ. Variæ recensentur damnabilium propositionum censuræ, I, 1419-1120 — Notarum quæ a conciliis et SS. Pontificibus, et a theologicis facultatibus usurpatæ fuerunt index alphabeticus, 1528, 1529-1206, 1207. — *Vid.* Propositio. — De objecto censuræ theologicæ. Censura theologica non cadit in ipsos præcise propositionis terminos ipsaque verba quorum usum mere removent ; at afficit potissimum propositionum sensum et doctrinam verbis expressam, quam configit ac diffamat, 1529-1207, 1208. — Natura, objectum et finis censuræ theologicæ aperte demonstrant, propositiones in sensu proprio et naturali exacte veras non posse censura configi. 1542-1217

Notarius sive tabellio scire tenetur ea quæ ad suum officium spectant. Præter scientiam et diligentiam requiritur in notario veritas seu fidelitas. In quo hæc fidelitas consistit, XIV, 1182-932. — Insuper notarius debet justitiam servare tum in conficiendo instrumento, tum in justo pretio exigendo, 1182-932. — Quandonam tenetur ad restitutionem. XVI, 1272, 1273

Notio est ratio propria cognoscendi personam, seu aliquid peculiare, quo personæ divinæ a se invicem dignoscuntur, VIII, 579. — Ad legitimam notionem quinque conditiones a theologis requiruntur. 581

Notorium dicitur a verbo *noto*, quod idem est ac demonstro Unde notorium est illud quod ita clare et evidenter constat, ut nullo modo negari possit, XVIII, 1013, 1014. — Notorium est quod evidenter constat majori parti communitatis, civitatis, parochiæ, viciniæ, 1013, XV, 679. — Notorium jure dicitur, de quo constat per juridicam sententiam, vel per confessionem rei in judicio, vel per legitimam testium depositionem. Notorium facto, quod in præsentia multorum est perpetratum, ut in aliquo conventu, vel in loco publico, 679. — Differt notorium a famoso, a manifesto, XVIII, 1014. — Crimen est notorium notorietate juris, quando constat per sententiam judicis ; notorietate facti, quando patratum est coram multis, adeo ut non possit quaque cautione celari, vel quando sat personis innotuit, ut moraliter impossibile sit quod non deveniat in cognitionem communitatis, XV, 980. — Probabilius qui crimen notorium notorietate facti notum facit in locis ad quæ ejusdem criminis cognitio non perventura est, aut tantum perventura post longum temporis spatium, nec justitiam lædit nec charitatem. 981

Novalia proprie talia juxta SS. canones dicuntur terræ nunc cultæ, quæ antecedenter ultra memoriam hominum vel omnino incultæ jacebant, vel eos solum proferebant fructus, qui ab immemoriali tempore non erant decimabiles, XVIII, 750 — Novalia improprie talia sunt terræ antea quidem intra tempus immemoriale jam cultæ et quidem fructibus decimabilibus, aliis tamen quam modernis, v. g., si ex pomario fiat ager, vel ex agro vinea. 750

Novatiani hæretici tertii sæculi hoc nomen adepti primum a Novato Carthaginensi, tunc etiam a Novatiano Romano, utroque presbytero, V, 36. — Negabant confirmationem esse novæ legis sacramentum. XXI, 547

Novatio est prioris debiti vel obligationis in aliam obligationem transfusio atque translatio, ita ut prior perimatur, XV, 1259.—Fieri potest tripliciter : si debitum mutetur, 1° quoad formam ; 2° quoad materiam ; 3° ratione personæ, 1259 —Tripliciter fieri potest : primo inter easdem personas ; secundo, interventu novi debitoris ; tertio, interventu novi creditoris, XVI, 584. — Novatio locum non habet, nisi inter personas ad contrahendum habiles, 585 — In codice civili novatio est substitutio novi debiti veteri debito, quod tunc omnino extinguitur. Tribus modis fit. XV, 1259

Novissima hominis sunt mors, judicium, infernus et cœlestis gloria. Dicuntur novissima quia homini novissime seu ad extremum accidunt : mors et judicium singulis hominibus, infernus malis tantum ; cœlestis gloria solis justis, VII, 1583. — Tractatus de novissimis, 1583-1614. — De morte, 1583. — De resurrectione, 1585. — De judicio, 1589. — De inferno, 1594. — De cœlo, 1602. — De purgatorio. 1604

Novilunia. *Vid.* Neomeniæ.

Novitas mater temeritatis, soror superstitionis, filia levitatis. S. Bernardus, XI, 67. — Sacratæ vetustatis auctoritate profanæ novitatis conteritur audacia. I, 920-725. — Nihil novandum nisi quod traditum est, 921-726 — Novitas nunquam amplectenda est, 925, 926, 946, 948, 961, 970-729, 730, 746. 748, 757.—Errores novi et inauditi sunt dii alieni, 927-731. — Licet angelus de cœlo aut propheta nova evangelizet, anathema sit, 924-729. — Si vitanda est novitas, tenenda est antiquitas ; et si profana est novitas, sacrata est vetustas, 947-747. — Profectus esse potest in Ecclesia, non vero permutatio, 948 et seq - 748. — Devitandæ sunt novitates, 951 et seq.-750.— Præsumptio novitatum septima inanis gloriæ filia. XI, 796

Novitiatus est mutuum experimentum quo religio ex una parte experitur mores et qualitates novitii, et novitius ex altera parte experitur religionis austeritates et statuta suamque indolem, XVI, 1326.—Novitiatus debet regulariter peragi in habitu religionis quam intendit profiteri novitius. Habitus religionis non videtur de essentia novitiatus : unde potest valide peragi in habitu sæculari, imo et licite, subsistante justa causa, 1327. — Utrum habitus proprius novitiorum debeat esse distinctus ab habitu professorum ? Id nullo jure statutum est, 1327. — Habitus recipi debet a legitimo superiore, 1328. — Novitiatus non potest inchoari ante annum pubertatis, qui est duodecimus completus in fœminis, et decimus quartus completus in masculis, 1328. — Jure antiquo, cum novitiatus non esset de substantia religionis, poterat fieri extra monasterium. Nunc jure novo Tridentini annus probationis est de substantia religionis, et videtur quod novitiatus perfici valide non possit extra monasterium, 1328, — Intra fines Italiæ et insularum adjacentium, novitiatus debet fieri in monasterio a S. Sede designato, alioquin est irritus et professio nulla, 1329. — Secluso privilegio, novitiatus debet durare per annum integrum, alioquin nulla est professio, 1329. — Tempus novitiatus potest prorogari ex causa le-

gitima, 1531.—Annus novitiatus debet esse continuus, alias est nulla professio. Saltem sistendo in terminis antiquorum canonum et concilii Tridentini, annus novitiatus non discontinuatur per exitum novitii e claustro de licentia superioris, 1332 — Per exitum e conventu, dimisso habitu et cum animo relinquendi religionem, interrumpitur novitiatus, 1334. — Infirmitas novitii post susceptum habitum, etsi durans per totum annum, non discontinuat novitiatum, 1335. — Si post susceptum habitum superveniat amentia accidentalis causata ex morbo, non interrumpit novitiatum. 1335

Qui ficte ingreditur religionem animo non profitendi, valide incipit et peragit novitiatum. Qui tempore novitiatus mutat animum quem prius habuerat profitendi, non interrumpit novitiatum, 1336.—Qui absoluto anno novitiatus, non emissa professione sive tacita, sive expressa, exit e conventu, si postea redeat, potest valide profiteri sine novo anno novitiatus, nisi religionis aut personæ conditio sit ita mutata, ut necessarium sit novum experimentum annuale, 1336. — Utrum transeuntibus ab una ad aliam religionem necessarius sit novus et integer annus probationis, 1337. — Novitii gaudent omnibus privilegiis professorum, 1338. — Prælatus regularis in novitios habet potestatem jurisdictionis, qualem habet episcopus in clericos, 1338. — De novitiatu. XXV, 513

Nullitatem triplicem potissimum recenset codex civilis: nullitatem pleni juris; 2° Nullitatem juris; 3° Rescindibilitatem. Nullitas pleni juris est ea quæ contractum reddit invalidum in foro etiam externo, ante quamlibet judicis sententiam. — Nullitas juris ea est quæ contractum reddit invalidum, non quidem ipso facto pro foro externo, sed cum factum constat per sententiam declaratoriam. — Rescindibilitas est species nullitatis quæ contractum reddit invalidum, sed tantum per sententiam condemnatoriam. Nullitates juris codice hodierno admissæ sunt vel absolutæ vel relativæ Nullitates absolutæ ordinarie instituuntur primario in utilitatem publicam. Nullitates relativæ primario instituuntur in utilitatem privatorum, XVI, 543. — Nullitates quæ respiciunt disponibilitatem bonorum, generaliter vim habent in conscientia ante sententiam judicis. —Nullitates quæ respiciunt habilitatem personarum, contractum efficiunt vel irritum ante sententiam judicis, vel resolubilem ad nutum illius in cujus gratiam institutæ sunt. — Nullitates quæ respiciunt formas in actu adhibendas, spectant vel contractus in genere, vel donationes inter vivos, vel testamenta, 548 — Nullitas incidit quando deest in conventione aliqua ex conditionibus pacti constitutivis, adeo ut nullum ex contractu oriatur vinculum. 587

Numisma. De sacris numismatibus, XXVII, 155. — De inscriptione nummorum. 154

Nuptiæ. De quelle manière on traitait ceux qui contractaient des seconds et troisièmes mariages Pénitence qu'on leur imposait. On leur refusait la bénédiction nuptiale. Changement de discipline arrivé tant en Orient qu'en Occident à ce sujet, XX, 1045 et seq.—De nuptiis Judæorum. Quomodo Matrimonium apud ipsos confirmatur, XXVI, 15. De secundis nuptiis XXV, 545

Obcæcare. *Vid.* Indurare.

Obduratio cordis. *Vid* Indurare. — Obduratio contra misericordiam, filia avaritiæ, est pravus animi affectus quo divites ita rerum suarum sunt tenaces, ut cor eorum miseriis proximorum emolliri non possit, ad eorum inopiam suis opibus sublevandam, XI, 868. — Lethalis obdurationis contra misericordiam rei sunt, 1° Qui pauperibus pecuniam mutuo dare, nisi sub fœnoris sive usurarum conditione, renuunt, vel in extrema necessitate constitutis dare mutuum nolunt, quod nulla spes recuperandæ sortis affulgeat, 912; — 2° Qui rem pauperum usibus necessariam ab illis in pignus accipiunt, ac diu retinent, 913; — 3° Qui frumenta necessitatis tempore comprimunt, et faciunt ut sua culpa charior ac durior sit annona; 914. — 4° Qui peregrinos tempore famis urbe expellunt, si satis annonæ suppetat, vel comparari possit, ut iis simul et indigenis subveniatur, 915; — 5° Qui pauperibus in extrema necessitate constitutis non erogat eleemosynam, tum ex superfluis naturæ, id est, ex iis sine quibus se suamque familiam sustentare potest, tum ex necessario personæ seu status, id est, sine quo retinere ac servare non potest decorum ac decentiam suæ conditionis sive dignitatis, 917 et seq.; — 6° Qui pauperibus in gravi necessitate constitutis eleemosynas non erogat ex iis quæ suæ suorumque sustentationi superflua sunt, tametsi ad status seu conditionis suæ decentiam sint necessaria, 923. — 7° Qui pauperibus communem necessitatem patientibus superflua non erogat, id est, ea quæ suæ ac suorum sustentationi, atque status sui ac dignitatis decentiæ conservandæ non sunt necessaria, 924 et seq. — Cum omnibus pauperibus communem necessitatem patientibus eleemosynam erogare dives quisque non possit, satis erit, ut satisfaciat divino præcepto, si quantum in ipso erit pauperibus ex superfluo suo succurrat, 931. — 8° Reus est lethalis obdurationis, qui præsenti statui superflua servat et recondit, ut ad altiorem statum ascendat, aut censum augeat, si avaritiæ aut ambitionis impulsu illa reservet, vel graves pauperum necessitates postulent, ut iis in præsentiarum succurrat, vel ascensus ille ad altiorem statum probabilis non sit; vel si probabiliter sit futurus, frequentes et sufficientes eleemosynas pauperibus communem etiam necessitatem patientibus non eroget. 931; — 9° Qui christianæ frugalitatis et moderationis regulas prætergressi, ea quæ familiæ sustentationi, et status sui, atque dignitatis decentiæ minime necessaria sunt, in frequentes et splendidas epulas, in ædium magnificentiam, in pretiosiorem quam par sit suppellectilem, in vestium luxum, in ludos, in curiositatis lenocinia, aut voluptates profundunt, 934; — 10° Qui pauperi omnibus omnino bonis temporalibus et vitæ præsidiis, viribus, arte, et industria destituto, per mutuum quidem, commodatum, aut venditionem credito factam subvenire paratus est, non vero eleemosynam simpliciter erogare, 935. — 11° Qui salutaris scientiæ, seu prædicationis talento donati, illud in proximorum salutem et ædificationem Ecclesiæ impendere renuunt, 936. — 12° Lethalis obdurationis reus est advocatus qui causæ pauperum in extrema vel gravi necessitate constitutorum gratis patrocinari renuit, 937.— 13° Medici, chirurgi, pharmacopolæ, pauperibus ægrotis, qui ab omnibus deserti sunt, aut probabiliter deserendi, succurrere tenentur, et eorum curationem gratis procurare. Id nisi faciant, lethalis obdurationis adversus misericordiam rei sunt, 938. — 14° Lethalis obdurationis rei sunt, qui volentes subvenire pauperibus et calamitosis hominibus, aut religiosorum ex eleemosynis victitantium cœnobiis, aut pauperum clericorum seminariis benefacere, a pio illo proposito quocumque modo deterrent aut impediunt, vel fundationes aut pia legata in eorum favorem facta revocare cogunt aut suadent sine causa justa, et officium conscientiæ spectante, 939; — 15° Qui opus aliquod misericordiæ sive corporalis, sive spiritualis prætermittit ac negligit, cum illud exercere potest et tenetur, quando nimirum extrema est vel urgens proximi ea misericordia indigentis necessitas, 941 et seq.; — 16° Creditor qui debitorem, quem solvendo non esse constat, urget opprimitque ut solvat, nec inducias ei concedit, 941. — 17° Lethalis obdurationis reus est qui agrorum suorum aut vinearum colono sive conductori pensionem non remittit pro rata gravis incommodi, sive damni ex sterilitate, aut alio casu fortuito, sine ipsius coloni seu conductoris culpa, aut vitio rei contingente. 947.

Obedientia romano pontifici debetur, III, 1104 et seq.— Hæc obedientia ut vera et sincera sit, non solum externa esse debet, sed etiam interna, quæ cordis assensum mentisque obsequium efflagitat, 1108. — Obedientia subditi magistratui civili debita est de jure divino. VI, 865

Obedientiam et reverentiam erga suos episcopos clerici in ordinatione promittere debent, XXIV, 481. — Abbates speciatim in sui consecratione ad obedientiam episcopo præstandam sese astringebant, 483. — Obediendi necessitas in ordinatione contrahebatur, ut clericus ejus Ecclesiæ clericus fieret, a cujus episcopo ordinatus fuisset, et ab ea Ecclesia, nisi de ejus episcopi qui ipsum ordinasset consensu, recedere non posset, 485. — De promissione obedientiæ in consecratione episcopi. 473

Objectum *quod* et objectum *cui* distingui potest in justitia, et in omni virtute quæ est ad alterum. Objectum *quod* est illud quod ipsa virtus intendit, et præstat exterius. Objectum *cui* est is cui præstatur, XV, 458. — Objectum formale cujusque virtutis est illud bonum honestum, quod per illam virtutem in opere intenditur. 457

Oblatio Christi est duplex, una universalis in cruce, alia particularis in Eucharistia, quæ generalem illam quasi ad efficiendum applicat. I, 835, 836-659

Oblationis nomen late accipitur pro omni eo quod offertur Ecclesiæ, sive id fiat in vita, sive in morte, sive sit quid mobile sive immobile. Adeo late acceptum ipsas quoque decimas et primitias complectitur. — Stricte accepta oblatio dicitur quod fideles sacerdoti ad altare offerunt in missa, XVIII, 745 — Regulariter loquendo istæ oblationes non sunt de præcepto, nisi in certis casibus, ex. g., cum Ecclesiæ ministri non habent unde sustententur, 745. — Tenentur parochiani ad faciendas oblationes, ubi hoc habet consuetudo. 746

Oblatio victimarum ad sacramenta veteris legis pertinebat, Christique oblationem adumbrabat. XV, 181

Obligatio in genere definitur: Vinculum juris quo quis adstringitur ad aliquid dandum, aut faciendum, aut omittendum, XVI, 557. — Triplex est, alia mere naturalis, alia mere civilis, alia mixta, 488, 537. — Obligatio mere

naturalis illa est quæ vim habet in conscientia, licet actionem non pariat in foro externo, 537. — Obligatio mere civilis illa est quæ, etsi non obliget in conscientia, dat tamen actionem in foro externo. Mixta ea est qua quis vincitur tam in foro conscientiæ quam in foro civili, 537. — Obligatio mixta oritur a lege sola, quando aliam non agnoscit causam quam leges, sine ulla utriusque contrahentis actione, 538. — Oritur a facto hominis, quando alicujus ejus actioni tribui potest, et nascitur ex quatuor causis. — 1° Obligatio ex contractu ea est quam pariunt contractus expressi vel impliciti. — 2° Obligatio ex quasi contractu est illa quæ sine conventione oritur ex facto non turpi. — 3° Obligatio ex delicto ea est quæ nascitur ex actione per se damnificativa sine ratione sufficienti ab aliquo voluntarie posita. — 4° Obligatio ex quasi delicto ea est quæ non ex dolo, sed magis ex imprudentia vel negligentia proficiscitur, 538. — Obligatio conditionalis ea est quæ pendet ab eventu futuro et incerto vel quoad validitatem, vel quoad resolutionem contractus, 567. — Alia est obligatio ex juramento, alia ex contractu cui accedit juramentum; prior est religionis, et juranti personalis; posterior est justitiæ, 575. — Obligatio sub modo illa est quæ præscribit certum modum quo impleri debeat, 577. — Obligatio ad causam illa est cui additur ratio propter quam fit. Irrita est si causa finalis non subsistat, quia tunc deest consensus, 578. — Obligatio ad demonstrationem est illa in qua apponitur aliquod signum demonstrans rem de qua, vel personam quacum contrahitur. Non valet, si error sit in substantia; secus, si error sit in accidentalibus, 578. — Obligatio ad diem seu ad terminum est illa cujus executio certo die affigitur, 579. — Obligatio alternativa ea est qua quis tenetur ad unum e duobus vel pluribus dandum aut faciendum, adeo ut per solutionem alterutrius rei omnino liber fiat debitor, 579. — Ab obligatione facultativa differt, 580. — Obligatio solidaris est duplex: obligatio est solidaris inter creditores, quando unusquisque ex pluribus creditoribus totum debitum exigere potest, ita ut solutio uni eorum facta liberet debitorem, 580. — Obligatio est solidaris inter debitores, quando creditor totum debitum exigere potest ab unoquoque ex pluribus codebitoribus, adeo ut solutio ab uno eorum facta cæteros liberet, 581. — Utriusque obligationis præcipui effectus, 581. — Obligatio divisibilis ea est cujus objectum, seu res solvenda, aut factum præstandum dividi potest, vel ex natura sua, vel ex fictione intellectus, vel speciali intentione contrahentium, 582. — Obligatio indivisibilis ea est cujus objectum dividi non potest, neque ex natura sua, neque ex fictione intellectuali, neque ex intentione contrahentium, 582. — Obligatio divisibilis eodem modo se habet inter debitorem et creditorem ac indivisibilis: sed a posteriori distinguitur ex eo quod inter eorum hæredes ordinarie dividatur, 582. — Obligatio indivisibilis integra transit ad singulos hæredes illius qui eam contraxit, vel cui debetur, 582. — Obligatio cum clausula pœnali ea intelligitur qua debitor, ad firmandam conventionis executionem, aliquid solvendum promittit, si conventio effectu suo careat. 583

De variis modis quibus cessat obligatio contractuum, XVI, 583. — Obligatio est essentialis contractui. Obligatio essentialiter conformis esse debet suo objecto, 524. — Obligatio tam naturalis quam civilis promissum implendi, sive fidem datam servandi ex omni pacto vel contractu valido nascitur; nec interest a quo vel cum quo conventio facta sit, modo uterque paciscens communionem habeat juris naturalis, 488. — Obligatio et actio illico nascitur, si pactum vel contractus sit pure celebratus, 489. — Si pactum sit sub conditione casuali, licet obligatio ad rem in pactum deductam suspendatur, donec conditio impleatur, obligatio tamen pura et absoluta censetur, non solum a tempore impletæ conditionis, sed retro a die initæ conventionis. 490

Obligationes venditoris recipiunt vel rei defectus et vitia, XVI, 631, — Vel rei traditionem, 635, — Vel rei assecurationem. 636

Obligationes emptoris, 638. — Obligationes locatoris, 671. — Obligationes locatarii seu conductoris, 672. — De obligatione sortem ante tempus determinatum non repetendi, 743. — De obligationibus specialibus certorum statuum et officiorum, 1131-1277. — Obligationes hominis qua christiani, 1131 et seq. — Obligationes clericorum, 1134-1198. — Obligationes beneficiatorum, 1178-1185. — Obligationes episcopi, parochi et eorum quibus animarum cura incumbit, 1199 et seq. — Obligationes religiosorum, 1203-1220. — Obligationes superioris religiosorum, 1221 et seq. — Obligationes conjugum, 1228 et seq. — Obligationes parentum et liberorum, 1240 et seq. — Ad quid superiores et inferiores generatim obligantur erga se invicem, 1247. — Obligationes tutoris et curatoris, 1248. — Obligationes dominorum et famulorum, 1248. — Obligationes magistrorum et discipulorum 1250. — Obligationes personarum judicialium vel forensium, 1251 et seq. — Obligationes accusatoris, 1259. — Obligationes testium, 1260. — Obligationes reorum, 1267 et seq. — Obligationes advocati, 1270. — De obligationibus referentis, secretarii, notarii, procuratoris, et apparitoris, 1272. — De obligationibus ducum et militum, 1273. — Obligatio subditi dubitantis de belli justitia, 1275. — De obligationibus medicorum, pharmacopœorum et chirurgorum, 1276. — De obligationibus rusticorum et opificum, mercenariorum. Hi omnes tenentur: 1° Artis aut professionis suæ sufficientem peritiam habere; 2° illam sine fraude, etc., etc. Hinc graviter peccant et ad restitutionem tenentur. 1° Rustici qui, etc. 1277, 1278.

Omnis obligatio in conscientia videtur effectus legis naturæ, saltem mediate et remote, XII, 350-363. — De obligatione a lege humana imposita, 364, 718-447, 368. — *Vide* Lex. — Obligatio est adæquatus effectus præcepti, 214-471. — Uterque effectus scilicet præcipere et prohibere sub legis obligatione comprehenditur, 214-471. — Obligatio oritur a lege non vere existente, sed invincibiliter putata. XV, 420

Obreptitia dispensatio dicitur, quando allegatur falsum; et est nulla. XII, 1399-1103

Obsecrare est petere liberationem a malis, XVII, 1103. Obsecramus, cum rationem aliquam Deo proponimus, quæ illum ad dandum moveat. 1244

(Observantia est virtus per quam homines aliqua dignitate antecellentes quodam cultu et honore dignantur.) — Observantia vana est tertia species cultus divini exhibiti creaturæ ut deo, proindeque sità superstitionis hujus malitia consistit in hoc quod creaturæ divinus honor tribuatur tanquam Deo, expectando ab ea mediis inutilibus et inefficacibus effectus a Deo expectandos, per media quæ ipse constituit, et non quæ dæmon adinvenit, XIV, 107-86. — Definiri potest superstitio qua media inutilia serio adhibentur ad consequendas aliquas commoditates, ad quas talia media nec a Deo, nec a natura ullam virtutem habent. Nititur pacto expresso aut tacito cum dæmone, 108-86. — Vanæ observationis quatuor sunt species. Prima est ars notoria seu observantia ad scientiam indebito modo comparandam, 108-87. — Secunda est observantia sanitatum, quæ ordinatur ad aliqua corpora immutanda, 108, 109--87. — Istæ observationes sunt illicitæ, 109-88. — Non sunt simpliciter damnandi homines quarumdam familiarum dantes operam medendi quibusdam morbis, eamque peritiam successive de patre in filios habentes; quia id potest esse secretum naturale, aut virtus et gratia gratis data a Deo, 110-88. — Non carent vana observatione qui utuntur lapidibus, herbis, etc., etc., cum ea remedia non habeant virtutem naturalem, nec supernaturalem ad tales morbos curandos, etc., 112, 113-90, 91. — Tertia est observatio futurorum eventuum, quæ scilicet ordinatur ad conjecturas sumendas fortuniorum vel infortuniorum, 108, 113 et seq.-87, 91. — Ad hanc superstitionem spectat observatio dierum, quasi quidam sint fausti, quidam infausti, 114-92. — Quarta est observantia sacrorum verborum ad collum suspensorum, etc. 108, 115, 120-87, 95, 96

De observantiis Mosaica lege præscriptis. XV, 211—247. — De legalibus observantiis sacerdotes spectantibus, quoad matrimonia, 211, — Quoad funera. Hujus legis rationes litterales, 212. — Rationes typicæ, 215 et seq. — Observantia illa ad gentes manavit, 216. — De observantiis populum universum spectantibus, et primo de ciborum discrimine. Variæ sunt rationes istius observantiæ, 216 et seq. — Discriminis ciborum a Deo instituti rationes typicæ, symbolicæ, allegoricæ, 219 et seq. — Ciborum discrimen apud Ægyptios aliasque gentes ethnicas invexit superstitio, 225 et seq. — Lex de sexus utriusque apparatu et vestitu non confundendo. Hujus observantiæ multiplex ratio, 228. — Lex de veste ex lino et lana mixta. Legis hujus multiplex ratio, 231, 232. — Lex de fimbriis et philacteriis; ratio legis istius multiplex, 232, 233. — Lex diversorum seminum commixtionem prohibens, 234. — Lex de primis agrorum incultorum fructibus per tres annos non comedendis: ratio legis istius multiplex, 235. — Lex de solutione decimarum. Frugum ac fructuum omnium decimæ triplices solvebantur: primæ, Levitis; secundæ, tabernaculo; tertiæ, quolibet anno pauperibus distribuebantur, 237. — Lex animalium diversi generis conjunctionem prohibens: legis hujus rationes, 239. — De aliis quibusdam circa animalia observantiis mosaica lege præscriptis. Primo, lex de ore bovi trituranti non alligando. Hujus legis sensus cum litteralis, tum spiritalis exponitur, 240. — Secundo, lex de avicula nostra dimittenda, cum pullis vel ovis incubans inventa est, 241. — Tertio, lex de hædo in lacte matris non coquendo. 243 et seq.

Obsessi dicuntur quos dæmon ita invadit ut in eorum

corporibus insideat, eadem moveat, variisque modis pro concessa sibi a Deo facultate vexet, VII, 893. — Patres obsessi vocem usurpant ad peccatores et infideles designandos tanquam diaboli potestate detentos, 895. *Vid.* Dæmones.

Obstans. Non obstans est ille qui potest et tenetur impedire damna alterius et tamen non impedit, XIV, 935-738; XV, 762, 921, 1159. *Vid.* Cooperator.

Obstetrix formam et modum baptismi tenetur callere. XXI, 476

Obstinatio est firmitas in peccato per quam quis ab eo reverti non potest. — Obstinatio est peccatum; hanc Deus odio habet. I, 100-76

Occasio peccandi dicitur id omne quod ad peccandum inducit. Occasio, præsertim in materia turpium delectationum, est quasi rete quod ad peccatum trahit, et simul mentem obcæcat; ita ut homo peccet, quin videat quod agat, XXII, 1027. — Occasio primo dividitur in voluntariam et necessariam. Voluntaria est illa quæ facile vitari potest, necessaria quæ amoveri nequit sine gravi damno aut scandalo, 1027. — Occasio necessaria est aut physice aut moraliter, 1031. — Secundo dividitur occasio in proximam et remotam: remota est illa in qua homo raro peccat, vel illa quæ ubique reperitur, 1027. — Proxima alia est per se, alia per accidens seu respectiva, 1029, *in nota.* — Occasionem proximam alii definiunt id quod frequenter in peccatum mortale inducit; alii id quod natum est in peccatum mortale inducere; vel id quod affert morale periculum peccati mortalis, 1210. — Occasio proxima dividitur primo in internam et externam, 1211. — Secundo occasio proxima externa dividitur in proximam absolutam, sive per se talem; et in proximam respectivam, sive talem per accidens, 1211, 1027, *in nota.*—Tertio occasio proxima per se alia est quæ reipsa exis it, seu est in esse, ex. g., alere domi concubinam; alia quæ reipsa non existit, seu non est in esse, ex. g, frequentatio mali consortii, 1029, 1030, 1211, 1212. —Quarto, occasio proxima sive per se, sive per accidens, alia est voluntaria, alia involuntaria. 1212

Occasio proxima absoluta sive per se talis, est quæ, spectata communi hominum fragilitate, frequenter in peccatum mortale inducit; aut quæ affert physicum et morale periculum peccati mortalis, 1211, 1027, *in nota.* — Occasio proxima respectiva sive per accidens talis, est quæ spectata particulari hujus hominis fragilitate, eum trahit frequenter in peccatum mortale; aut quæ affert morale periculum peccati mortalis, 1212, 1027, *in nota.* — Resolvitur variis assertionibus qualiter se gerere debeat confessarius circa absolutionem dandam vel negandam versantibus in occasione proxima peccati mortalis, 1212 et seq. — Variis quæstionibus quæ circa hactenus dicta de occasione proxima moveri possunt, respondetur, 1217 et seq. — Absolvi non possunt qui sunt in occasione proxima peccandi mortaliter, nisi postquam occasionem abstulerint, aut saltem nisi auferre promittant; nec qui in occasione positi non labuntur, sed afferunt aliis grave scandalum, 1028 et seq., 891 et seq. — Omnibus qui in proxima peccandi occasione versantur neganda est absolutio nisi ab hujusmodi occasione reipsa et ex animo recesserint, XI, 964. — Si occasio graviter peccandi proxima sit, præsens nec physice aut moraliter dimitti possit, pœnitens absolvi non debet, donec eam quibuscumque poterit modis, e proxima remotam fecerit, XXII, 896. — Generaliter loquendo adolescentes et puellæ qui invicem se adamant non sunt indistincte de gravi culpa damnandi; videntur tamen esse ordinario in proxima lethaliter peccandi occasione, 1029 — Occasiones quæ inducunt ad peccatum, 892 et seq., 1028. — Licitum est non auferre mali occasionem ob aliquod majus bonum, v. g., ut aliquis deprehensus resipiscat; sed offerre aut consulere talem occasionem non licet. XXV, 545

Occidere aliquid vivens licitum est, XV, 594. — Licitum est auctoritate publica malefactores occidere; imo et necessarium, XIV, 568, 570-449, 451. *Vid.* Homicidium.

Occisio est corporis et animæ separatio violenta. Quando reservabilis est, XVIII, 1340. — Si clericus cui venatio interdicta est adhibita sufficienti circumspectione, inter venandum occidat hominem dum putat occidere feram, non imputabitur ipsi ad reatum homicidii, siquidem non debuit tum illa venatio omitti ob periculum homicidii, sed alio titulo. XI, 78

Occupatio est apprehensio rei quæ numquam dominum habuit, aut censetur numquam habuisse, XV, 845 — Occupatio, servatis quibusdam conditionibus, est modus legitimus acquirendi primo occupanti dominium rerum quæ nullius sunt. 845

Odium duplex est, scilicet *inimicitiæ*, quo quis vult malum alicui creaturæ rationali qualenus est malum illi, et *abominationis*, quo quis fugit ab aliquo vel repellit illud, quatenus est sibi noxium, aut displicet. Paulatim ab odio abominationis pervenitur ad odium inimicitiæ, XIII, 1177-930. — Odium est speciale peccatum. 1177-930

Odium nascitur ex amore. Odium abominationis quo aliquid vel aliquem tanquam malum abominamur et fugimus, est aversio a malo seu disconvenienti, II, 1175. — Odium inimicitiæ, quo alicui malum volumus, est prosecutio alicujus quod apprehendimus ut bonum, respectu nostri, et ut malum respectu illius quem odio abominationis habemus, 1175. —Odium proximi est filia invidiæ. 1038

Ex genere suo est peccatum mortale. In individuo ob actus imperfectionem veniale solum esse potest, XIII, 1178-930, 931. —Odium proximi ex invidia natum lethale peccatum est, quoties alteri grave aliquod malum deliberato consilio volumus, XI, 1038. —Qui proximos oderunt, et ab illis dissident, sacramentaliter absolvi non possunt, nec ad Eucharistiæ participationem admitti, nisi depositis inimicitiis, cum ipsis reconciliati fuerint, 1039. — Culpa et inimicitia est odio habenda, sed non proximus et homo qui est inimicus, XIII, 1178-931. — Numquam licitum est inimicum odio habere, XIV, 665-526. — Inimico communia benevolentiæ signa exhibere debemus sub gravi, 666-526. — Specialia amicitiæ signa et beneficia inimicis præstare non est de necessitate salutis, 666 et seq -526. — Odium inimici dupliciter considerari potest: primo, ratione inimicitiæ reduplicative, et sub hac consideratione non est diligendus inimicus; secundo, ratione substantiæ seu naturæ hominis, 665-525. — Odium Dei, filia luxuriæ, est aversio a Deo, qua viri luxuriosi quandoque ipsum refugiunt et ab ejus lege abhorrent, quatenus carnis voluptates prohibet, et æternas pœnas impudicis infligit. Hoc peccatum omnium gravissimum est, quia directe opponitur charitati virtutum maximæ. XI, 713, 1019; XIII, 1176-929.

Œconomia est gubernatio moralis hominum quæ ad unius familiæ regimen pertinet. XII, 309-403

Offensus tenetur ad remissionem injuriæ. XXII, 993, 994.

Offensoris officium. Quomodo restituendus sit honor injuste ablatus? XXII, 991 et seq., *in nota.*

Officialis monasterii vel conventus censetur ille cui ex officio incumbit regere, gubernare, administrare res vel personas communitatis. Sunt autem officiales hujusmodi varii pro varietate monasteriorum. XVIII, 1310, 1311

Officialis liber seu antiphonarium. V, 286

Officium dicitur administratio rerum ecclesiasticarum sine alia speciali præcedentia vel jurisdictione: qualem administrationem habet sacrista, XVIII, 694. — Quorum privationi ncurritur ab excommunicatione; officiorum divinorum nomine intelliguntur, primo, sacrificium missæ; secundo, officium canonicum septem horarum; tertio, publica processio; quarto, omnis publica oratio, quæ exigit aliquem ordinem vel sacrum, vel minorem; quinto, solemnis benedictio. 1442

De officiis sacerdotalibus et pastoralibus, XXV, 101, 228.— Monita prævia ad eos qui ad statum ecclesiasticum et munus pastorale aliquando suscipiendum anhelant, 101 et seq. — Monita generalia de Ecclesiæ ministrorum et imprimis pastorum dignitate eorumque ministerii præstantia ac difficultate. 107 et seq.

De officiis juris naturæ et gentium. Juris naturæ officia quædam servantur circa Deum; quædam circa proximum; quædam circa ipsummet hominem, XV, 432. — De officiis erga Deum. De fide. De spe, 433. —De charitate. De pœnitentia, 434 —De religione, 435 — Officia erga Deum tribus continentur, rectis in Deo sententiis, piis in Deum affectibus, et actibus externis his sententiis et affectibus consentaneis, imprimis fides unius veri Dei, creatoris, gubernatoris, remuneratoris et vindicis, III, 320, 321 —Ex his de Deo sententiis piæ animi affectiones: 1° Adoratio interior; 2° divinæ justitiæ timor; 3° in divina ope fiducia, 321; — 4° submissio divinæ voluntati et omnimoda devotio; 5° gratus pro beneficiis sensus et amor. 322

Hic amor se prodere debet publica fidei confessione, mandatorum observatione, divinæ gloriæ prosecutione, divinæ perfectionis imitatione, laudibus et gratiarum actionibus, 322. — De officiis erga proximum De hominum societatibus, XV, 437. — De hominum dominio in homines, 438. — De hominum dominio in bona. — De mutua hominum charitate, 440. — De officiorum concursu et mutua collisione, 442. — Omnis societas humana duabus virtutibus continetur justitia quæ vetat violationem juris alieni. et charitate quæ tribuit quod nostrum est ex benevolentia. III, 323

De officiis erga seipsum, XV, 436. — Omnia adversus seipsum officia vel ad cultum corporis, vel ad animi culturam pertinent; priora posterioribus continentur, III, 323.

— Speciatim, 1° ut nos totos dedicemus Deo aut dedicatos existimemus, et cœlestia cogitemus, 325. — 2° Ut erga Deum et homines simus humiles. — 3° Ut animi puritatem cum corporis castimonia diligentissime servemus. — 4° Ut omnem fortunam æquanimiter et cum interiori gaudio toleremus. 326
Omnia christiana officia et omnia ad virtutem motiva posita sunt in firmissimis principiis. 334
*Epilogus*. Non officia juris naturalis diversa urgent hominem, diversa urgent christianum, XV, 443. — Ratio et fides quoad hæc officia, non pugnant inter se. Poscit opem ratio a fide. 446
Oleum quale oleum fuerit quo summus pontifex et sacerdotes inungerentur, XIV, 1433. — Oleo puro ac simplici utebantur Judæi, tum in lucernis candelabri aurei, tum ad libationem Deo faciendam, tum forte ad reges inungendos, 1433. — Oleo sancto et arte facto, altaris et templi suppellectilia ungebantur, 1434. — Controvertitur an eodem oleo quo sacerdotes ungebantur, reges quoque Israelitici vel aliqui alii non sacerdotes ungerentur, 1434. — Pars negativa probabilior videtur. 1434
De oleis sanctis. Quis et quibus eorum usus, XXVI, 265. — Oleum catechumenorum et infirmorum benedicit episcopus. Controversia de oleo non benedicto ab episcopo.— Disciplina benedicendi olea feria quinta videtur introducta sæculo septimo.— Numerus presbyterorum, diaconorum et acolythorum, qui huic benedictioni adhibentur tanquam testes, 267. — Ritus benedicendi olea apud Orientales, 268. — De insufflatione in ampullam chrismatis et olei catechumenorum, 269. — Olim per se ipsi Romani pontifices has omnes cæremonias exequebantur. In Vaticana basilica consecrantur olea a cardinali archipresbytero. 272
Omen dicitur divinatio superstitiosa, quando considerat o fit circa verba ominum casu absque intentione dicta, quæ quis retorquet ad futurum, quod vult prænoscere, XIV, 90.— Verba humana quæ accipiuntur pro omine non subduntur dispositioni stellarum. 102, 103
Omissio. Ut sit voluntaria et culpabilis, non sufficit quod voluntas potuerit agere, sed requiritur agendi debitum proximum, XI, 88. — Omissio secuta ex causa voluntaria est voluntaria indirecte et in causa, etiamsi nullum sit præceptum de actu opposito, 88. — Effectus etiam positivus, qui per se ex voluntaria omissione sequitur, est voluntarius, si ab omittente futurus prævideatur etiam præcisa quacumque obligatione ac debito omittentis evitandi talem effectum, 89. — Ut effectus per accidens consequens omissionem indirecte voluntariam sit voluntarius et culpabilis, requiritur quod omittens illum effectum impedire debuerit, 89.— Omissio opponitur affirmativæ legi. XII, 215-172
Omnipotens non ob aliud vocatur Deus, nisi quia quidquid vult potest. VI, 951, *in not.*
Omnipotentia Dei. VI, 48; VII, 546
Onirocritica dicitur divinatio quæ ex somniis occulta perquirit. XIV, 90
Onomantia divinatio ex nominibus. III, 429
Onychomantia divinatio ex oleo et fuligine. III, 429
Ooscopia divinatio ex ovis. III, 431
Opera. *Vid.* Opus.
Operarii conducti qui non bene laborant toto tempore designato, et obsequia debita negligenter præstant, tenentur ad restituendam partem stipendii pro rata laboris omissi; et ad compensandum damnum et lucrum cessans. XVI, 1250
Operationes Dei ad extra dicuntur creationis opera. Operationes ad intra dicuntur quibus personæ divinæ producuntur. VII, 416
Opifices, qui laboribus suis et impensis parcentes, opus imperfectum ac vitiosum efficiunt, graviter peccant et ad restitutionem tenentur, XVI, 1278. — Ad quid tenentur. 1277
Opificium. De opificio sex dierum. An aliquid sit creatum, VII, 1202. — Certa fide tenendum est aliquid esse creatum, 1203. — Mundus creatus fuit, 1204.— Cartesiana hypothesis, quæ nomine mundi materiam primam informem et indigestam intelligit, videtur adversari Scripturæ sacræ. 1205
Deus, prout ex divina revelatione constat, mundum ex nihilo et in tempore, seu cum tempore condidit, 1340. — Difficultates solv. 1342 et seq.
Virtus creandi soli Deo competit, ac proinde Deus omnium auctor est creaturarum, 1207. — Nulla creatura potest donari virtute creandi, nec etiam ratione habere potest instrumenti physici respectu creationis. 1207
Unicus creatus fuit mundus, 1208.— Repugnans videtur Scripturæ et Patribus sententia quæ mundum admittit infinite extensum, ac proinde possibiles sunt plures mundi. 1209
Omnis creatura est bona, et nulla reperitur sua substantia mala. 1209
Quando creatus fuerit mundus, VII, 1213. — Mundus potuit esse ab æterno, si consideretur ex parte principii et auctoris. Non potuit esse ab æterno, si consideretur ex parte sui, et ratione termini creationis, 1213. — (*N. B.* Prior propositio falsa videtur. Dei operationes ad intra necessario æternæ sunt : et ideo in adoranda Trinitate filius et Spiritus sanctus æterni sunt ut Pater. Sed operationes Dei ad extra necessario ortum habuerunt ; ergo ab æterno esse non possunt, etiam ratione auctoris )
Mundus creatus fuit, vere regnante in partibus septentrionalibus nostri hemispherii : id est, sol cum primum conditus, in signo arietis fuit constitutus. 1214
Quo fine Deus creaverit mundum, 1215. — Gloria ex rerum universitate et ex incarnatione in Deum redundatura non est unicus ac necessarius finis quem in condendo mundo sibi proposuit Deus.—Bonitas divina creaturis communicanda proprie ac merito dici potest ratio et finis quem Deus in creando mundo sibi proposuit. 1216
Quas leges secutus sit Deus in creatione mundi, VII, 1218. — Certissimum est Deum posse alia facere, quam quæ fecit : unde absurdum est dicere nihil esse possibile nisi quod actu existit. 1219 et seq.
An Deus in condendo mundo necessario fecerit quæcumque optima facere potuit, 1223. — Systema Malebranchii de optimo, 1224. — Deus in condendo mundo, seu ex hypothesi creationis mundi, non tenetur necessitate naturæ aut sapientiæ suæ ad facienda ea quæ in se optima sunt et perfectiora, ita ut meliora facere non potuerit, 1226 et seq. — Deus non semper ac necessario facit id quod melius est ac perfectius in ordine ad vias simpliciores, et fictitium est circa easdem generaliores et simpliciores vias Malebranchii systema, 1229 et seq. — Illud systema tollit divinam providentiam, 1233 — Divinæ nocet omnipotentiæ, etc , 1234 et seq. — Solv. objectiones. 1236 et seq.
Systema causarum occasionalium impugnatur, 1246-1290. — Deus in producendis ac dirigendis rebus universi, non generali duntaxat, quæ determinetur per causas occasionales, utitur voluntate, sed singulari, directa et positiva : adeo ut nullus omnino sit effectus quem Deus sigillatim et voluntate singulari non velit, 1248-1259. — Solv. objectiones, 1259. — Favet atheis causarum occasionalium systema, 1287. — Favet etiam Manichæis et aliis omnibus erga religionem minus bene affectis. 1288 et seq.
An soli Deo competat agendi facultas, creaturæ vero sint mere passivæ, seu, quod idem recidit, an res creatæ vere aliquid efficiant.—Prima sententia, imo impius error veterum atheorum est, qui existimarunt nullum omnino ens vere ac proprie activum esse, 1291. — Secunda sententia, eaque pariter erronea eorum est qui dicunt ita Deum operari omnia in omnibus, ut solus ipse agat omnia, 1292-1302.— Tertia sententia circa vim et efficaciam causarum secundarum est Malebranchii, 1302-1316 — Quarta sententia circa efficaciam causarum secundarum distinguit creaturas spirituales inter et corporeas : negat corporeas posse quidquam efficere, sed de spiritualibus id concedit, 1316. — Quinta sententia, cui subscribit auctor, docet 1° cuilibet substantiæ creatæ competere ut sit activa, seu ut sit causa efficax et efficiens, vel principalis, vel instrumentalis ; 2° substantias liberas causas esse efficientes ac principales perceptionum, etc., mediante intellectu, voluntate ac potentia motrice ; 3° substantias non liberas esse tantum causas instrumentales.— Activitas substantiarum liberarum respectu actuum voluntatis, de fide est, 1317. — Efficacia et activitas substantiarum etiam non liberarum probatur. 1318
Deus creando mundum omnia fecit quæ naturaliter ex rebus conditis sequi debebant, 1320.— Initio mundi Deus omnes creavit animalium species quæ nunc existunt. 1321
Cosmogonia Mosaica. VII, 1347
Mosaica chronologia ab hominis creatione initium cœpit, 1358. *Vid.* Chronologia.
Ex rebus a Deo conditis, maxime sensibilibus, quas solas Moses commemorat, ad Dei notitiam perducuntur homines, VII, 913, 920 et seq —Origenis allegorica interpretandi ratio castigata, 916.— Cautiones adhibendæ ad Mosis narrationem explicandam, 917.— In scribenda mundi origine Moses sibi finem proposuit ut de mundi æternitate error tum philosophorum, tum hæreticorum excluderetur, 918.—Explicatur principii notio 923 et seq.
Vocabulorum cœli et terræ variæ explicationes, 927 et seq. Videtur Moses in mente habuisse totum mundum, quem deinde per partes explicat. 934
Quis rerum status fuerit ante lucem conditam, 935.— Cur terra primum incondita et inculta fuerit, 936 et seq. —De spiritu Domini, quid fuerit, variæ sententiæ, aliis aerem, aliis Spiritum sanctum putantibus, 939.—Plerique

Patres Spiritum sanctum intelligunt, 1324 —Videtur Dei. ipse significari : quomodo id intelligendum. 940
Sola terra cum aqua initio creata fuisse videtur ut materia futurorum operum, ex quorumdam philosophorum sententia, 940.— Opinio de Melchisedeco et Christo ante lucem productis refellitur. 942 et seq.
De locutione Dei qua opera omnia procreasse dicitur. Variæ sententiæ, 949.— Deus voce non indiget, cui voluntas ipsa sufficit, 950.— Locutionis sensus is est, ut dicere idem sit ac reipsa facere. Sermo Dei voluntas est, 951.—Locutio Dei videtur fuisse nutus et jussus voluntatis divinæ, 1324. —Longini de Mosis narratione judicium. 952
De dierum sex intervallo, quo hunc mundum Deus elaborasse dicitur; an revera extiterint.— Refellitur nonnullorum opinio, qui momento eodem omnia procreata putant, 946.— Explicatur Ecclesiastici locus qui universa *simul* creata testatur, 948. — Nondum exploratum penes omnes est, num sex dies revera sint sex dies naturales, vel potius sex indeterminatæ atque indefinitæ plurium aut dierum aut annorum periodi, 1348 et seq.— Mundus creatus fuit reali sex dierum spatio. 1322
Opus primæ diei est creatio cœli et terræ lucisque productio, 1323. — Nomine lucis prima die creatæ recte intelligitur materia subtilis in varios aggeres distributa et citissime mota, 1324. — De luce variæ opiniones, 952. — Basilii sententia notata de luce materiæ experte ac per se subsistente, 954. — Quibusdam veteribus placuit lucem esse corpus et substantiam, 954. —Non videntur tenebræ interpositu cœlestium corporum esse factæ, 955. —Variæ de luce primigenia quæstiones enodantur. Quomodo dierum ac noctium ante solem spatia diviserit, 956. — An primus dies ab nocte, an potius matutino tempore cœperit. Variæ de hac re opiniones, 958.—Apud Judæos a vespera dies incipit. Prima dies habuit noctem suam et lucem Tenebræ primigeniæ noctis instar non fuere, 959. —Videtur lux in occasu, non in oriente creata fuisse, 960. — De primo die rursus agitur, ac Theodori Mopsuesteni sententia, et Joannis Philoponi contra hanc disputatione. Tenebras primigenias noctis nomine non censeri apud Mosen, 961. — Explicantur quædam Scripturæ loca. 963 et seq.
Secunda die firmamentum fecit Deus, et aquas divisit in superiores et inferiores, 1325. — Quæ sint aquæ superiores — Nomine firmamenti recte intelligitur materia fluida a terra ad superiores usque mundi limites extensa, 1325. —De numero cœlorum variant Patrum sententiæ, 968. — Probabiliter ex aqua factum est firmamentum, ac tum aerem, tum cœlum proprie dictum complectitur, 971. Cœlum non est solidum, etsi firmamentum vocetur. Isaiæ locus explicatur, 972 et seq. — Quæ sit nominis firmamenti origo et notio, 974, 975. — De usu et officio firmamenti a Moyse tradito, ut aquas ab aquis dirimat, 975. — Variæ de aquis superioribus sententiæ Videntur esse vapores e quibus pluvia gignitur, 976 et seq. — Cœli varia significatio, 980. — Primis mundi diebus nubium aliquid in aere suspensum videtur, 981. — De forma et natura cœlestium orbium. Figuram esse sphæricam negant veteres aliqui contra rerum fidem, 981 et seq. — An cœli et stellæ animas habeant. Falsa Origenis et aliorum paucorum affirmans sententia, 984 et seq. — In fine mundi cœli corrumpendi sunt, sed ita ut in melius instaurentur: communis est opinio. 992 et seq.
Opus tertiæ diei: 1° congregatio aquarum; 2° productio plantarum et arborum, 1326. — Qua ratione dixerint veteres aliqui aquas tertia die procreatas esse, vel per declive labendi vim illis inditam, 996. —Verisimilius est hactenus tenuem et nubis more diffusam aquam fuisse, quæ deinde spissata et in conceptacula sua compulsa sit, 998. — Quinam illa sit aquarum interpretanda collectio, 999. — Herbarum et arborum creatio, cum siccissima terra esset, 1000. — Explicatur insignis locus ex capite secundo Geneseos, ubi fons ascendisse dicitur e terra, quod de nube sive aqua tenui primigenia supra terram suspensa intelligitur, 1001. — An vere an autumno conditus sit mundus: autumnus probabilius esse factum asseritur. 1003
Quarta die, sol, luna, cæteræque planetæ et stellæ creata fuere, 1327. — In eadem sidera lux, diei primæ opus, fuit congesta. 1004, 1005
Quinta die ex aquis producti fuere pisces et aves, 1328, —Explicatur Geneseos locus de avium productione, et vulgata interpretatio contra Cajetanum defenditur. 1005 et seq.
Sexta die Deus creavit bestias terræ et hominem, 1328. — Nullum, ante Adæ lapsum, homini infensum erat brutum, ne quidem ipse serpens, 1328. — Machinæ bestiis similes sunt possibiles, 1329. — Sed admittenda videtur sententia quæ belluis tribuit animam sentientem. 1330
De hominis procreatione, 1007-1084, 1330-1336. *Vid.* Homo.
De opere sex dierum liber tertius, in quo de libero arbitrio agitur, 1084-1202. *Vid.* Libertas.
Opinio est assensus intellectus ad unam partem contradictionis cum formidine partis oppositæ, XI, 1297. — Opinio est mentis assensus incertus qui nititur motivo gravi et verosimili, sed tamen fallibili et incerto, 1319, 1490; XXV, 490. — Fusius definitur; verus assensus mentis seu determinatum judicium de veritate unius partis, sed non ita firmum, ut excludat omnem errandi formidinem de contrario, XV, 987. —Opinio non habet certam veritatem, sed debet habere certam et probatam verisimilitudinem, XI, 1319. — Differt a dubio et a suspicione, 1319. — Medium tenet inter dubium et certitudinem, 1490. — Opinio dividitur, 1° in probabilem et improbabilem, 1490; — 2° in absolute et relative probabilem; 3° in probabiliorem et minus probabilem; 4° in tutiorem et minus tutam, 1491. — Opinio probabilis moralis est conclusio incerta prudenti fundamento nixa, 1326. — Opinio probabilis ea est quæ nititur motivo verisimili intrinseco vel extrinseco, quod tale appareat opinanti post sufficiens examen rei, 152, 1490 — Opinionis probabilis variæ definitiones, 1319, 1326, 1327, 1336, 1399, 1477. — Opinio probabilis dividitur in probabilem quoad se, quæ a parte rei nititur motivo gravi, licet forte ejus gravitas a nobis non agnoscatur, et probabilem quoad nos, quæ invincibiliter a nobis judicatur niti motivo gravi, quamvis reipsa grave non sit, 151. — Opinio probabilis speculative, opinio probabilis practice, 1326. — Opinio probabilior ea est quæ una ex parte firmioribus nixa est fundamentis; et apparet verisimilior, 153, 1337. — Discrimen est inter opinionem probabilem et probabiliorem, et conscientiam probabilem: prior in syllogismo practico versatur circa antecedens et est humanarum actionum regula solum remota; posterior seu conscientia probabilis versatur circa consequens ex principiis probabilibus judicans de agendis, et nemo licite potest eam assumere tanquam regulam proximam suæ actionis, 286, 287. — Opinio speculative probabilis aut probabilior non est nisi opinio, et quælibet opinio involvit semper formidinem aliquam de opposito, et quousque et opinio non admittit moralem certitudinem, 1297. —Opinio tuta ea est quæ peccandi periculum in operando excludit, 1337. — Opinio tutior est ea quæ a periculo peccandi agentem longius removet, 153, 1337 — Aliud est quod opinio sit probabilior, aliud quod tutior, 153. — Opinio minus tuta est quæ majus supponit peccandi periculum, 1491. — Opinio minus tuta sæpe est positive intuta, 1400. — Quid sit opinionem esse certo probabilem, 1420 et seq. — Opinio dubie damnata non est tuta in praxi, 189. *Vid* Dubium.
Praxis eligendi opiniones, 1419. — Opinio non potest esse actus virtutis prudentiæ, sive actus elicitus prudentiæ, 279. — Opinio est actus imperatus a prudentia, sive est assensus prudens, quando motiva sunt evidenter fortiora pro veritate et minus fortia vel nulla pro falsitate, 279. —Licitum est sequi opinionem probabilem non impeditans minus tutam, 280. *Vid.* Probabilissimum.
Opinio benigna differt a laxa; opinio benigna est quæ favet humanæ fragilitati, non tamen absque fructu legis, quæ nostram concupiscentiam frenat. Laxa est quæ concupiscentiæ habenas laxat, 308, 309. — Opinio pia est quæ favet orphanis, viduis, peregrinis, pauperibus et egenis. 310
Opinionum moralium regula pro confessariis, XI, 1285-1332 — Hæc regula dividitur in internam et externam. Interna statuitur in conscientia, quæ est dictamen rationis. Externa est quam inspiciens intellectus rationabiliter et prudenter judicare possit se a recta semita in suo dictamine non deflectere, 1285 —Regula tuta esset debet, seu quæ non exponat hominem periculo culpabilis sive formalis transgressionis in legem, 1285. — Regula esse debet certa, seu fundata in principiis certis tum ex ratione, tum ex auctoritate. 1286. — Quantum fieri potest debet esse universalis, seu apta tuto dirigere hominem ordinarie in suis actionibus, 1286. — Regula debet esse ad proxima reductibilis, seu continere debet præcepta quæ sint accommodata communi hominum intellectui, et simul humanis viribus, 1287. — In rebus obscuris et difficilioribus ea amplectenda est sententia quam ratio suadet ac firmat auctoritas, 1288. — Homo rudis sequendo consilium probi, prudentis et docti confessarii sequitur sententiam quam auctoritas sibi suadet et ratio reflexa firmat, 1289. —Ea regula est tuta, 1289. — Est certa, 1290. — Est universalis, 1290. — Est ad proxima reductibilis, 1291. —Hæc regula non excludit sapientioris et prudentioris consilium, 1292. — Objectiones, 1292 et seq. — Contra regulam locum non habet commune effatum; in dubiis tutior pars est eligenda, 1297. — Nulla differentia assignari potest inter

opinionem probabilem et eam quam prudens ratio suadet et gravis auctoritas confirmat, 1324. — Opiniones a decretis sedulo sejungendæ sunt. I, 514, 517, 518-403, 405, 406

De opinione, XXV, 545. — *Vid.* Probabile.

Oppressio seu suffocatio tenellæ prolis est casus reservatus in quibusdam diœcesibus, XVIII, 1181 et seq.; XXII, 817. — Matri vel nutrici, quæ una cum tenella prole in eodem lecto quiescit, per se loquendo, deneganda non est absolutio, 817. — Quibus in casibus incurratur reservatio ex oppressa prole, 818. — Si mater inops exponat infantem, quem hinc mori contingat, incurrit reservationem, cum intervenit gravis negligentia, 819.—Corollaria, XVIII, 1183

Optimum absolutum dicitur quod ita omnium optimum foret, ut nihil perfectius in eodem genere posset existere. Optimum relativum dicitur quod ita se habet relative ad nos, ut quamvis esset aliquid in eodem genere melius reipsa, nihil tamen perfectius ratio nostra evidenter excogitare posset. II, 560

An Deus potuerit ab optimo creando abstinere? Sententia Leibnitzii. Sententia Mallebranchii, 561. — Inter Mallebranchii doctrinam et systema Leibnitzii discrimen triplex est, IX, 681-539. — Impugnatur systema Leibnitzii, 673, 674-533, 534. — Nec necessario creavit Deus, nec ad optimum tenetur. 675 et seq.-534

Deus est liber circa optimum absolutum creandum. Probatur, 1° generatim; 2° specialiter contra Leibnitzium; 3° specialiter contra Mallebranchium, II, 562. — Deus ad optimum relativum tenetur, 563. — Mundus tamen præsente melior possibilis concipitur, qui vel ex principiis nostris perfectius explicatis et applicatis, vel ex aliis ordinis sublimioris constaret. 563

Ex Mallebranchio, Deus in creando mundo tres tantum statuit leges, ex quibus nascituri erant omnes naturales effectus. Prima lex, ut corporum motus tendat ad rectam lineam. Secunda, ut quantitas motus communicetur pro quantitate molis corporum quæ in sese invicem impingunt. Tertia, ut Deus ea duntaxat faciat circa rationales substantias, ad quæ illarum precibus ac votis rite factis determinatur, VII, 1225 — Deus in creando mundo, seu ex hypothesi creationis mundi, non tenetur necessitate naturæ aut sapientiæ suæ ad facienda ea quæ in se optima sunt et perfectiora, ita ut meliora facere non potuerit, 1226. — Deus non semper ac necessario facit id quod melius est ac perfectius in ordine ad vias simpliciores, et fictitium est circa easdem generaliores et simpliciores vias Mallebranchii systema, 1229 et seq. — Solv. objectiones, 1236 et seq — Systema causarum occasionalium impugnatur, 1246-1290. *Vid.* Opificium.

Opus. Quadruplex distingui solet in homine operum genus, alia sunt viva quæ ab homine justo procedunt. Alia sunt mortificata, quæ fiunt in statu gratiæ, sed eorum meritum admit subsequens mortale peccatum. Alia sunt mortifera, ut peccata lethalia. Alia sunt mortua quæ in statu peccati fiunt et jus ad gloriam non tribuunt, XXII, 149. — De meritis bonorum operum, VI, 759. — Quid de meritis seu bonis operibus sit necessario credendum, 827. — Opera nostra nihil de Christi satisfactione detrahunt, I, 848, 850-669, 671. — Christi adjutores sumus, 851, 854-671, 674. — Bona opera sunt necessaria ad salutem, VI, 827. — Convenit inter catholicos et protestantes bona opera esse necessaria et per ea fideles disponi ad salutem adipiscendam, V, 1064. — Ad percipiendum satisfactionum Christi fructum necessarii sunt pii actus et opera bona, fides, spes, charitas, sacramentorum usus, etc., IX, 890-704. — Nullum bonum ex homine solo, omne bonum ex Deo, VI, 827. — Totum Deo tribuendum, 71. — Omnis vis merendi bonis operibus ex gratia Christi inest, 68. — Hæreticorum errores, 828. — Dantur opera justorum quæ non sunt peccata, V, 1065. — Non omnia peccatorum opera, quæ ante justificationem fiunt, sunt peccata; adeoque status gratiæ sanctificantis non semper necessario requiritur ad bonum operandum, VI, 1053. — In opere bono moraliter duo consideranda sunt, officium, id est objectum et materia operis et finis, seu id propter quod fit opus Utrumque requiritur ad integram actionis moralis bonitatem, X, 1083-853. — Bonum aliquod opus morale sine fide elici potest, et idcirco omnia infidelium opera non sunt peccata, 1083 et seq.-855, 1099 et seq.-866. — Opus non factum ex fide contrarie, id est, factum modo fidei contrario, verum est peccatum; opus non factum ex fide negative, id est, factum ex solo defectu fidei, non est peccatum, 1100-866. — Sine charitate bonum opus morale produci potest, 1102, 1104 et seq -868 et seq. — An opus aliquod moraliter bonum sine gratia actuali homo possit perficere, 1111-873. — Opera communia ad virtutem christianam necessaria exerceri debent palam. Opera quæ dicuntur supererogationis extraordinariæ, et quæ sapiunt singularitatem, occultari debent, quantum possibile est. Reliqua virtutis opera ut ministrare infirmis, etc., melius erit occultare quantum fieri potest. XXII, 1101

De operibus servilibus, XXII, 988. — Communior et probabilior nunc est sententia non esse mortale, nisi laboretur saltem multum ultra duas horas, v g. duas horas cum dimidia, 998 *in nota.* — Opus operatum quid sit? quid opus operantis. XX, 1259

Oraculorum vanitas. — Oraculis nihil divinius habuit pagana antiquitas, III, 433. — Qualia fuerint hæc oracula, 434. — Quales illi qui reddebant, seu dii, seu ministri, 435. — Quibus in locis erant constitutæ oraculorum sedes, 435. — Reddendorum oraculorum varii modi fuere quorum nullus amovet fraudis et imposturæ suspicionem, 436 et seq.—Hæc omnia plena vanitatis erant.—Sapientissimorum hominum opiniones, 441. — De sibyllinis oraculis, 244 et seq. — Oraculorum cessatio apud paganos. 542

Pleraque paganorum oracula sacerdotum fraudi adscribenda sunt Quorumdam tamen auctores dæmones sine dubio extitere apud plures gentes, 243. — Post natum Christum et propagatam ejus religionem paulatim oracula conticuere, quatenus Christus omnibus cognosci et ejus doctrina passim obtinere cœpit, 243, 244. — Oraculorum defectio nulli causæ adscribi debet nisi divinæ virtuti Christi. Primo, multa plane et directe demonstrant Christum istius silentii causam fuisse, 245. — Secundo, rationes allatæ a Porphyrio et Plutarcho defectus oraculorum plane sunt ridiculæ. 246

Oratio est quasi oris ratio, XIV, 14-15; XVII, 923. — Oratio juxta grammaticos omnis sermo loquentium est. In Scripturis sanctis et usu ecclesiastico oratio accipitur pro actu orandi vel obsecrandi. Ita oratio dicta est a verbo orandi, quod rogare aut obsecrare significat, 923. — Triplici acceptione sumitur oratio, communissime, communiter et proprie. Oratio communissime sumpta significare dicitur omnem bonam operationem, 924. — Hæc significatio revera impropriissima est et abjicienda, 924, 925. — Oratio communiter sumpta significare solet omnem interiorem animi motum in Deum, sive per ejus cogitationem, sive per affectum. 926

Generatim sumpta oratio sic definitur: oratio est ascensio mentis in Deum, vel aliter: oratio est conversio mentis in Deum per pium et humilem affectum, 926.—Oratio proprie sumpta dicitur petitio Hæc significatio communis est mentali et vocali orationi — Contrahetur ad mentalem, si dicatur esse petitio solo interiori actu mentis Deo convenienter oblata; ad vocalem contrahetur, si dicatur esse petitio a Deo corde et ore facta. Ipsa ergo petitio speciali modo oratio dicitur, 927. — Oratio mala esse potest duobus modis, 928, 929. — Divisio orationis in bonam et malam, non tam est orationis divisio, quam generalis petitionis, quæ vox universalior est, 930. — Orationis studium est medium inveniendæ veritatis moralis, XI, 429, 435.— Oratio est ascensus mentis in Deum, est petitio decentium a Deo, XVII, 429; XIV, 15-15.—Oratio est actus religionis, 14, 15-15 — Oratio, quoad affectum orandi seu petendi, est proprius et elicitus actus virtutis religionis, XVII, 951, 955. — Quoad petitionem ipsam est actus proxime imperatus, quatenus locutio intellectualis est, licet in esse morali et virtutis possit etiam dici elicitus, 954. — Ad hunc actum intellectus et voluntas suis actibus concurrunt, et sine utrisque fieri non potest, 951. — Oratio propria, quæ est petitio; juxta quosdam auctores, est actus voluntatis. 951, 954

Juxta alios est actus intellectus, 952 et seq. — Petitio est actus distinctus a desiderio, 954, 955. — Oratio est actus supernaturalis et pertinens ad virtutem per se infusam, 957 et seq. — An homo possit in sua mente petere, sine conceptibus vocum, et quomodo, 936 et seq.— Oratio pure mentalis hominis ad Deum, si non fiat medius conceptibus vocum, non potest tribui intellectui, sed voluntati, 937. — Nonnullis difficultatibus occurritur, 939. — Laus Dei mentalis quomodo fiat, gratiarum actio mentalis quomodo fiat, 941.—Mentalis obsecratio quomodo fiat, 942.—Interna confessio qualis sit — Brevis digressio de oratione angelorum, 943. — An oratio ad Deum sit conveniens et per se honesta, 944, XIV, 15-14. — Circa orationem varii fuerunt errores inter se extreme contrarii, XVII, 945 et seq. — Oratio ad Deum, si in debita materia et circumstantiis fiat, est actus per se honestus, rationi consentaneus, et homini valde utilis, 948. — Qualis sit præordinatio divina æterna circa effectum qui per orationem obtinetur 949. — Cur Deus postulet orationem. 950

Quomodo solus Deus a nobis orandus sit, XVII, 963. — Propria et adæquata ratio petendi a Deo modo illi proprio, et incommunicabili creaturæ est, quia oratio ad Deum fieri debet tanquam ad principalem auctorem boni postulati, qui per se ipsum illud conferre potest, 965 et seq. —

Nunquam est ita orandum ad unam S. Trinitatis personam, ut excludantur reliqua, 969.— Oratio sæpe accommodatur uni vel alteri personæ secundum quamdam appropriationem, 969 — Possumus orare ad Deum, non orando determinate ad aliquam personam. 970

Quomodo rationales creaturæ possint a nobis orari. Multi hæretici negarunt licitum esse orare sanctos in cœlo existentes, 970. — Vera sententia et de fide certa est, sanctos tam homines jam beatos quam angelos utiliter et sancte a nobis orari, si talis oratio debita intentione ac modo fiat, ut ab Ecclesia et ejus membris recta fide utentibus fit, 971 et seq. — Oratio quam ad sanctos fundimus, non est actus a virtute religionis elicitus per se loquendo, sed a virtute duliæ, 974. — Per orationes ad sanctos factas non fit injuria Christo mediatori, 976 et seq.— Quomodo sancti beati cognoscant orationes nostras, 980. — Orationis sanctorum pro nobis utilitas, 981. — Hujus orationis efficacia, 982. — Possumus ad viventem orare, 982, 983. — Communis sententia est non esse orandum ad animas purgatorii, 983

Utrum omnes spiritus beati et justi orare possint, XVII, 984, 993. — Certum est sanctos angelos orare non solum gratias agendo, sed etiam proprie petendo et petitiones nostras Deo præsentando, 985. — Certum est animas sanctas et beatas orare ad Deum pro nobis, 985. — Nihil aliud est sanctum aliquem offerre vel præsentare Deo orationem alicujus viatoris, nisi narrare apud Deum quid viator ille desideret et ac postulet, 988. — Sancti orant non solum pro aliis, sed etiam pro se ipsis. — Postulant a Deo gloriam corporum suorum et quæ ad accidentalem gloriam pertinent, 989, 990. — Animæ purgatorii aliquid vel a Deo, vel ab aliquo sancto, possunt petere, 991. — Possunt etiam illæ animæ orare pro viventibus viatoribus. Sententia hæc satis pia et probabilis videtur. 992, 993

Viatoribus omnibus convenit orare, XVIII, 993 et seq. — Infideles orare possunt, sed eorum oratio quasi nihil reputatur, 994. — Homo, solo lumine naturæ ductus, non videtur posse cognoscere de Deo quæ necessaria sunt ad petendum ab eo, 963. — Supposita tali de Deo cognitione vel per humanam opinionem concepta ipsa formalis oratio seu petitio per naturales vires liberi arbitrii fieri potest; et talis actus est imperfectus, quamvis non malus, 963.— Viatores justi pro se et pro aliis orare possunt, 994. — Oratio fidelium peccatorum est licita, 994. — Fidelis peccator orare debet ut viator. In statu peccati interdum orari potest ex divino et naturali præcepto peculiaris obligatio orandi, 996. — Proprium est rationalis creaturæ orare. 997

Licitum est, et expediens, et interdum necessarium pro aliqua vel aliquibus personis in particulari orare; aliquando etiam est optimum orare pro communitate aliqua, vel particulari etiam, vel universali, ut pro tota Ecclesia, pro omnibus hominibus, aut pro omnibus indigentibus, 998 et seq. — An possimus nos viatores orare pro beatis Alii negant, alii affirmant. 1000 et seq.

An pro omnibus hominibus viatoribus orandum sit, 1003. — Si per revelationem certe constaret hominem esse a Deo reprobatum, non esset licitum orare pro illo, petendo æternam salutem ejus ex absoluta et efficaci voluntate orantis, 1005.— Non obstante revelatione de reprobatione alicujus, possumus pro illo orare ex affectu simplici, petendo ut Deus det illi auxilia quibus salvetur, si velit, 1006. — Ab oratione universali, qua pro prædestinatis oratur, non licet aliquem absolute excludere, quasi desperando de salute ejus. 1008

De oratione pro inimicis, 1009. — Ita tenemur pro inimicis orare, sicut illos diligere, 1009, 1010. — Non tenemur ordinarie actu orare pro inimico in particulari, sed tenemur ad habendam animi præparationem ad orandum in speciali pro illo, si indiguerit, 1010. — In orationibus privatis per se loquendo, et secluso scandalo, non videtur intrinsece malum excludere inimicum a quacumque oratione, in qua pro aliis oramus, 1010, 1011. — Necessitas est ut in omnibus nostris orationibus, quas pro aliis facimus, inimicos non excludamus. Quod autem pro eis specialiter oremus, perfectionis est, non necessitatis, nisi in aliquo casu speciali. XIV, 27-23

In oratione debemus aliquid determinate a Deo petere, XIV, 22 et seq.-19. — Vita æterna imprimis petenda est tanquam finis desideriorum nostrorum; deinde media ad illam promerendam necessaria, 24, 30-21, 26. — Quid peccator a Deo petere debeat, et quid justus, declaratur, XXII, 1278 et seq. — An liceat bona temporalia orando a Deo petere, XVII, 1012. — Sub bonis temporalibus comprehenduntur omnia bona fortunæ et bona corporis, 1013. — Bona temporalia petere propter se, ultimum finem in eis constituendo, peccatum mortale est, 1014. — Temporalia quærenda non sunt propter se, et ut bona per se delectabilia; sed duntaxat ut media utcumque necessaria, et propter vitam æternam appetibilia, XIV, 29, 30-25. — Quædam sunt bona temporalia quæ licite possunt propter se peti tanquam fines proximi, dummodo secundum rectam rationem petantur, sicut ex se amabilia sunt, XVII, 1014. — Appetibilia bona quæ modo explicato propter se petuntur, absolute et sine ulla conditione recte petuntur, 1015. — Quando bona indifferentia, ut divitiæ et similia, non simpliciter, nec cum excessu petuntur, tunc eodem modo peti possunt quo ipsa bona corporalia vel intellectualia, quæ per se expetibilia sunt, 1016. — Bona indifferentia divitiarum, honorum, etc, non sunt absolute petenda, quando cum excessu aliquo, vel abundantia, aut sine moderata limitatione petuntur, 1017. — Absolute petere hæc bona indifferentia cum proposito bene utendi illis non est per se ac intrinsece malum, sed periculosum, et ideo vitandum, 1018, 1019. — Vel petitur res indifferens ex mera cupiditate propter terrenam felicitatem; vel ex charitate, tanquam medium a Deo electum, quo facilius vita æterna apprehendatur. Si primum, res indifferens sine pietate a Deo postulatur. Utrum talis oratio sit mortifera et peccatum mortale quæstio est, XIV, 33-27, 28. — Si secundum, oratio pie et in nomine Salvatoris fieri potest, 33-28. — At duo hic diligenter sunt observanda, 34-28. — An orando pro temporalibus bonis petamus a Deo aliquam gratiam, et propter Christum, XVII, 1019. — Alii dicunt per hanc orationem solum a Deo postulari ut ea nobis conferat suo generali concursu et providentia, 1020.— Dicunt alii bona temporalia non esse petenda a Deo, nisi quatenus ad veram gratiam pertinere possunt, 1021, 1022. — Dicendum videtur, in petitione horum bonorum, si ex fide et gratia oriatur talis oratio, postulari a Deo ut ea nobis cum effectu conferat etiam per specialem aliquam providentiam, modo nobis profutura sint ad salutem, vel saltem non nocitura. Per has orationes non semper a Deo postulantur miracula. 1023. — Quacumque ratione honesta hæc bona petantur, ex vera fide et religione, videntur posse peti per Christum, 1025.— Christus nobis meruit bona honesta, etiamsi naturalis ordinis videantur, 1026. — Temporalia mala vel sibi, vel aliis petere in oratione, non est intrinsece malum, 1026.— Duplici ex causa potest aliquis hæc mala sibi postulare, 1026. — Multo facilius potest homo sibi quam proximo hæc mala precari, 1028, 1029. — Quatuor modis interpretantur locutiones Scripturæ quibus sancti viri videntur postulare vindictam de inimicis, et imprecari eis malum. 1029, 1030

Spiritualia bona maxime sunt a Deo petenda tam nobis quam aliis, 1030. — Hæc bona absolute et simpliciter petenda sunt, nec necessarium est aliquam conditionem adjungere, 1031. — Abundantia et perfectio in bonis spiritualibus quæ sunt omnino necessaria ad salutem, absolute postulari potest, 1034. — Abundantia et excellentia bonorum spiritualium quæ sunt supererogationis in vitæ sanctitate, magna cum cautela postulanda est. 1034

Expediuntur nonnulla dubia circa modum absolute petendi spiritualia bona, XVII, 1034-1044.— Aliqua bona petuntur a Deo convenienter et licite, etiamsi non judicentur simpliciter necessaria ad effectum vel opus propter quod petuntur, 1043. — Aliqua bona sunt petenda ut simpliciter necessaria ad finem intentum, sicut petitur victus ad vitam, et fides ad justitiam, 1043 — Non satis discernitur an auxilium ad opus petatur ut simpliciter necessarium ad posse vel ad facilius posse; sed potius ex conditione et modo operis discernendum est qua mente sit petendum et orandum pro illo obtinendo. 1043, 1044. — Oratio quantum est ex se, est actus meritorius, si aliæ conditiones necessariæ ad meritum in illa concurrant, 1044 et seq.— Assertio est de oratione viatoris; beati enim qui orare possunt et impetrare, non merentur, 1045. — Quatenus est actus supernaturaliter bonus in viatore, oratio infallibiliter est meritoria, de condigno si orans sit justus; de congruo, si sit peccator, XIV, 31-26. — Oratio, quantum est ex se, est opus satisfactorium, si aliæ conditiones ad satisfactionem necessariæ non desint, XVII, 1047. — Quatenus est actus supernaturalis et laboriosus in justis, certo est satisfactoria, XIV, 31-26.— Oratio quatenus precise est petitio, est impetratoria. Peculiarem habet Dei promissionem, ratione cujus hæc impetratio est certa et infallibilis, positis quibusdam conditionibus.
31-26; XVII, 1048, 1049

Prima orationis conditio est humilitas: secunda est fiducia innixa tum omnipotentis Dei infinitæ misericordiæ, tum infinitis Christi meritis et promissis. Tertia conditio est perseverantia, XXII, 1279. — S. Thomas quatuor conditiones numerat quorum aliquæ sunt incertæ, scilicet ut quis petat ad salutem necessaria et pie, perseveranter, ac pro se petat, XVII, 1049.—Oratio fieri debet 1° pie; 2° cum fiducia; 3° pro se ipso orante; 4° perseveranter, XIV, 32-27.—Prima conditio est, ut oratio sit de re bona et honesta, atque adeo ipsa oratio bona et honesta sit, XVII, 1049. — Secunda

conditio est, ut res quæ per orationem postulatur, non sit impeditura majus animæ bonum, 1051. — Tertia conditio est orationem, ut impetret, ex fide esse debere, 1055. — Oratio pia est quæ ex fide procedit, quæ fit attente, et devote, et de utilibus ad salutem, XIV, 32-27. — Est altera conditio orationis, ut fiat cum spe firma et robusta, quæ fiducia interdum appellatur magisque ad voluntatem pertinet quam ad intellectum; huic fiduciæ opponitur hæsitatio, XVII, 1055. — Cavendum est ne fiducia transeat in præsumptionem; et ideo debet esse simul cum humilitate, 1058. — Cavendum est etiam ne quis in suis meritis principalem ponat fiduciam, 1059 Vitanda sunt in oratione diffidentia et præsumptio, XIV, 36-30. — Tota fiducia orantis nititur sola Dei misericordia, 36, 30. — Peccator fiduciam impetrandi sumere potest, 1° ex precandi voluntate quam Deus ipsi inspiravit; 2° ex infinita Dei bonitate; 3° ex divina promissione, quæ se extendit ad omnes, etiam peccatores, 37, 38-31, 32 —Status gratiæ non est ponendus inter conditiones necessarias ad orationis infallibilitatem, XVII, 1060 — Ad orandum sicut oportet necessaria non est gratia sanctificans, 962. — Indignitas peccatoris non obstat impetrationi etiam infallibili, si alia necessaria concurrant, 1061.—Tres gradus in peccatoribus distinguendi sunt : primus est quando coram Deo homo est in statu peccati, ipse tamen bona fide ignorat, 1061, 1062. — Secundus gradus esse potest, quando peccator advertit statum suum, et de illo dolet, non tamen perfecta contritione, et hoc ipsum videt, et de hoc etiam dolet, et recurrit ad Deum petendo auxilium. In utroque casu non videtur dubitandum quin exaudiatur peccator si alias recte oret, 1062. —Tertius gradus est quando peccator statum suum cognoscens et considerans, nullo modo de illo dolet, sed voluntarie in eo permanet, et nihilominus a Deo postulat beneficia temporalia, vel etiam spiritualia. Probabiliter hic peccator raro exauditur, 1062. — Perseverantia est conditio orationis in Scripturis multum commendata, et ad explicandum non facilis, ad exequendum vero difficilior, 1063. — Oratio, si pie fiat, etiamsi non perseveranter, semper habet aliquem spiritualem effectum, XIV, 40-33. — Oratio infallibiliter non impetrat, nisi sit perseverans, 41-34. — Multiplici de causa, Deus differt precantium vota, adeo ut soli perseverantes infallibiliter impetrent. Primo, quia oratio imperfecta incipere solet, et perseverantia perficitur, 41-34; — Secundo, ut dona quod postulamus, capaces simus, et ad illud capiendum dispositi, 42-35. — Tertio, ideo differt, Deus ut nos in humilitate contineat per experientiam propriæ indigentiæ et infirmitatis, 42-35;—Quarto, ut postulata in majore habeantur æstimatione, et sollicitius conserventur, 42-35. — Nec Scriptura, nec traditio definiunt, quamdiu perseverare debeat oratio, ut infallibiliter impetret. Quæ sunt observanda in praxi, 43-35; XVII, 1064. — Numquam est desistendum ob diffidentiam aut animi dejectionem vel quasi impatientiam, 1064 —Ultima conditio adhiberi solet, ut oratio sit pro se ipso, et non pro alio; nam pro se, non vero pro aliis, est infallibilis impetratio ex promissione, positis conditionibus requisitis, 1065; XIV, 39-32. — Satis pia tamen et probabilis videtur sententia, quæ asserit hanc conditionem non esse necessariam, sed promissionem esse universalem, sive unus pro se, sive pro aliis oret, XVII, 1066. — Utiliter oramus pro conversione peccatorum etiam impœnitentium, XIV, 39-33. — Oratio pro aliis qui non ponunt obicem, habet infallibilem effectum, 40-33. — Meritum de justitia non est necessarium ad infallibilem impetrationem, XVII, 1067 — Impetratio orationis non videtur minui in singulis, eo quod pro multis fiat, quia non nititur in bonitate merito aut labore operantis, sed in bonitate divina quæ est infinita, 1067

Oratio est simpliciter necessaria ad salutem, XVII, 1069 et seq ; XXII, 1278. — Tenemur præcepto naturali et divino Deum orare, XIV, 16-14. — Simpliciter asserendum est orationem positam esse sub præcepto divino,XVII,1073. — Illud præceptum pertinet ad charitatem et ad religionem, 1075, 1076 — Qui orationem omittit, dupliciter peccat, contra charitatem, et contra religionem, quia non præbet Deo cultum orationis quando debet, 1076. — Difficile discernitur tempus pro quo orationis necessitas et ejus obligatio urget, 1078

Errarunt hæretici dicentes semper et continuo esse necessitate esse orandum, 1078. — Christiano perpetua oratio injungitur. III, 337

Quomodo semper orare possumus, XIV, 16-14; XVII, 925, 1081. — Doctores catholici fatentur præceptum hoc, quatenus divinum et naturale est, non afferre secum certam et claram temporis determinationem, 1081. — Obligat istud orationis præceptum in primo instanti morali usus rationis, in mortis periculo, in gravi corporis et animæ periculo, et pluries in vitæ decursu, XIV, 17-15; XVII, 1082 —Hæc sententia Suarezio non probatur nec satisfacit, 1082 — Est communis sententia, quæ tempus orationis determinandum putat ex necessitate divini auxilii pro aliquo tempore occurrenti, 1084, 1087. — Divinum præceptum orandi sæpius et per se obligare videtur in decursu vitæ, etiamsi non occurrant extraordinarii casus particulares, 1086. — In occasionibus pro quibus oritur orationis obligatio, illam omittere grave est peccatum, 1087, 1088.— Expedit statuere determinatum orandi tempus — Orationi magis conveniens tempus est matutinum, XXII, 1279, 1280. — Obligatio orandi pro aliis sufficienter impletur per orationes quas unusquisque non pro se tantum, sed etiam pro aliis fundit, XXIII, 1088. — Inter orationis officia merito annumeratur quotidianum examen conscientiæ et humilis ac fervens veniæ de admissis peccatis a Deo deprecatio. Cui exercitio tempus maxime conveniens est vespertinum, XXII, 1281.

Oratio mentalis omnes actus interiores includit quibus Deus religiose coli potest. Materialiter sumpta non habet unam definitionem. Formaliter sumpta, et quatenus oratio est, habet pro fine proximo vel divinum cultum, vel unionem cum Deo per devotionem, et definitur ascensio mentis in Deum, XVII, 1089. — Orationem mentalem nobis maxime Christus exemplo suo commendavit, 1089. — Commendarunt etiam SS. Patres, 1090, 1091, XIV, 18, 19-16, 17. — Hoc exercitium per se ex ipsa nobilitate talis actionis commendatur, primo quia est diuturnum et familiare cum Deo colloquium, XVII, 1091; — Secundo, quia ex genere suo hæc oratio est maxima participatio æternæ felicitatis, quæ in hac vita esse potest; merito beatitudo hujus vitæ censeri potest, 1092. — Utilitas et necessitas hujus orationis ex triplici ratione commendatur. Primo, est opus omnino meritorium et valde satisfactorium, 1092. — Secundo, est Deo gratior, et maxime ad orationis efficaciam juvat, 1093. — Tertio, magis propria utilitas hujus orationis est, quia radix est omnis virtutis, ac principium omnis boni desiderii, et omnis bonæ operationis, 1093, 1094.— Omnes sancti per orationem mentalem sancti facti sunt. Oratio mentalis et peccatum una simul consistere nequeunt, XXII, 1122 — De partibus mentalis orationis, seu actibus, qui in illa exerceri debent. Est actus intellectus et voluntatis, quibus mens interius in Deum ascendit, aut cum illo negotiatur, XVII, 1094.— Ad intellectum pertinent usus fidei, meditatio et contemplatio, 1100, 1101. — Ad voluntatem spectant affectus et desideria, 1101. — Orationis mentalis quatuor partes distinguit S. Bernardus, quæ sunt lectio, meditatio, oratio et contemplatio, 1095 — Lectio non est propria pars orationis mentalis; ejus necessitas non est eadem in omnibus, 1095. — Primus actus hujus orationis proprius est meditatio, seu mentis actio studiosa et inquisitiva veritatis, adjuvante lumine divino, 1096. — Quæ meditatio debet esse practica, id est, ordinata ad excitandum, vel accendendum affectum, 1096. — *Vid.* Meditatio. Primus orationis mentalis aditus debet esse, ut homo se constituat in conspectu Dei, ejus præsentiam fide viva considerando, 1097. — Quod attinet ad modum meditationis, nihil certi doceri potest, 1097. — Ante orationem quatuor actus numerantur, meditatio scilicet et scientia quæ ad intellectum, compunctio et devotio quæ ad voluntatem pertinent, 1098. — Tertius actus ad mentalem orationem necessarius est oratio proprie dicta, seu petitio, 1098.— Meditatio et oratio inter se valde miscentur et mutuo juvantur, 1098. — Oratio et desiderium movent intellectum ad investigandas rationes et meditandos titulos Deo repræsentandos. Qui tituli sumuntur vel ex parte ipsius Dei, vel ex parte Christi, vel ex parte sanctorum, vel ex parte ipsius orantis, 1098. — Allegantur hi tituli in exercitium fidei nostræ; ad spem augendam, etc. 1099. — Ad hanc partem orationis mentalis pertinet gratiarum actio, 1099.

Ultimus actus est contemplatio quam sic definit S. Bernardus : est mentis in Deum suspensæ elevatio, æternæ dulcedinis gaudia degustans, 1100. — Ad orationem mentalem facile est accommodare quatuor orationis partes, quas enumerat S. Paulus, obsecrationes, orationes, postulationes et gratiarum actiones, 1101 et seq. — Altero modo possunt exponi actus a Paulo positi. Primus actus orationis ex parte orantis esse potest recognitio propriæ miseriæ; et hic actus significatur obsecrationis nomine, 1103.— Secundus actus est recognitio et repræsentatio divinæ majestatis Ad hunc actum pertinet nomen orationis, 1103. — Tertius actus orationis est desiderium obtinendi a Deo aliquod particulare beneficium, cum petitione illius; et hic actus vocatur proprio nomine postulationis, 1104 — Quartus actus est gratiarum actio, quæ versatur circa beneficia jam recepta, 1104 — Brevis praxis orationis mentalis, XVII, 1121. — Quisque locus est orationi mentali aptus; sed magis proprior est

Ecclesia. 1122. — Quoad tempus, aptius erit matutinum. Certum est, ut ad perfectionis gradum sublimem perveniatur, mediæ horæ spatium non sufficere, 1122. — Oratio mentalis tribus constat partibus, præparatione, meditatione, et conclusione, 1122 — In præparatione tres continentur actus, fidei, humilitatis et supplicationis, 1122, 1123. — Orationis mentalis profectus non tam consistit in meditatione quam in affectibus faciendis, in supplicando, et in deliberandis agendis: hi tres sunt meditationis fructus, 1123, 1124, 1086. — Conclusio orationis tribus actibus terminatur, 1124. — Director suum pœnitentem sedulo admoneat, ne orationem intermittat præcipue in ariditatis tempore. 1125

Varietas orationum est accidentalis et quasi materialis; nam formaliter et essentialiter tota varietas orationis reducitur ad actus modo enumeratos, XVII, 1105. — Utrum oratio mentalis cadat sub præceptum, vel tantum sub consilium, et consequenter ad quos pertineat? Nullum est positum præceptum ecclesiasticum obligans fideles ad mentalem orationem, 1105. — Non desunt qui dicunt dari præceptum divinum ac naturale obligans omnes homines cujuscumque status, ad aliquod exercitium orationis mentalis, 1106. — Aliqua meditatio est omnibus fidelibus ad salutem necessaria. XIV, 19 et seq -16

Dicendum vero est primo, nullum esse speciale præceptum divinum, vel naturale, per se obligans omnes homines ad mentalem orationem; sed quando in particulari aliorum præceptorum obligatio occurrit, necessarium est de illis cogitare, XVII, 1107. — Contrarium sine temeritate doceri non potest, 1107, 1108. — Secundo, ex vi juris divini ac naturalis non obligantur fideles ad aliquod certum tempus pro oratione mentali designandum, 1108. — Tertio, etiam personæ ecclesiasticæ, sive clerici, sive religiosi, non tenentur ex vi sui status et divini juris ad hunc mentaliter orandi usum, 1109. — Quarto, mentalis oratio in aliquo ejus gradu vel modo omnibus cujuscumque gradus vel conditionis, consulenda est, maxime religiosis et ecclesiasticis, seu Deo specialiter dicatis personis, 1109. — Oratio mentalis, quantum est ex se, omnibus fidelibus, cujuscumque status sint, exerceri potest et omnibus proponi debet ut medium aptissimum et moraliter necessarium ad vitæ puritatem. 1110

Animam desiderantem progredi in amore divino confessarius debet disponere ad faciendam orationem mentalem, XXII, 1085 et seq. — Quomodo morales circumstantiæ, in usu orationis mentalis, communiter observandæ sint? Sunt morales circumstantiæ, persona, tempus, locus, finis, materia seu quid, vel circa quid, modus et quibus auxiliis, XVII, 1111-1123. — Primo, omnis homo potens uti ratione et fide, alicujus gradus orationis est capax. Status peccatoris qui tantum habitualiter est in peccato mortali quia illud non delevit, per se non repugnat cum hoc exercitio, 1111. — Sed peccator qui est in actuali vel virtuali complacentia peccati mortalis, vix potest fructuose et practice ad hoc exercitium applicari, 1112. — Secunda est circumstantia temporis, 1112. — Tempus non habet certam determinationem pro omnibus. Tempus aptissimum esse solet matutinum cum primum homo de lecto surgit, 1113, 1114; XXII, 1279. — Tertia circumstantia est locus aptus. Oratio mentalis, quantum est ex parte loci, ubique sancte fieri potest, XVII, 1114. — Sed prout occasio tulerit, locus prudentis arbitrio eligendus est, 1116. — Quarta circumstantia est finis. Aliquis peculiaris fructus spiritualis per orationem mentalem quærendus est, 1116. — Quinta est circumstantia quid, vel circa quid, seu materia, 1117. — Ad sextam circumstantiam, quæ est modus, pertinet ut hæc oratio humiliter, fidenter, pure et instanter fiat, 1117. — Per se nulla est culpa in hac oratione voluntarie distrahi, 1117. — Distractio tamen quæ fit ex quadam animi levitate vel negligentia, non est sine culpa, sed veniali tantum secluso contemptu, 1119. — Corporis positio seu dispositio nihil refert. Hæc tamen statuitur generalis regula: Servandus est modus qui reverentiam, subjectionem et humilitatem significare solet, 1120. — Unusquisque in oratione privata et secreta eligere potest modum illum quo videbitur magis ad quietem internam et devotionem juvari, 1122. — Ultima quæ in humanis actibus considerari solet circumstantia, est: quibus auxiliis fiant. 1122

Quid sit devotio, vel quid hac voce significetur, XVII, 1125 et seq. — Sitne devotio semper actus religionis, et quomodo ad alios actus qui in orationem mentalem interveniunt, comparetur? 1132 et seq. — Quas causas vel effectus habeat devotio, et in universum mentalis oratio, 1139 et seq. — *Vid.* Devotio. — Quid sit contemplatio, et quomodo ad mentalem orationem comparetur, 1147 et seq. — Qualis sit proprius actus contemplationis, quantumque in eo durari possit, 1155 et seq. — *Vid.* Contemplatio. An contemplatio sit propria perfectorum? Ubi de triplici statu seu via orationis mentalis, purgativa, illuminativa, et unitiva: sive incipientium, proficientium et perfectorum, 1162, 1164, 1165. — Incipientium status incipit cum ipsa justificatione, et durat quamdiu acriter pugnatur cum vitiis et passionibus, 1165 — Status dicitur proficientium qui durat quamdiu difficile vitantur venialia peccata et frequenter committuntur, 1165. — Perfectorum status incipit quando animus a temporalibus omnibus abstractus, in Deum totus principaliter est intentus, 1165, 1164. — Contemplatio quæ spectat ad viam unitivam est propria perfectorum, 1167. — Magna tamen ex parte degustari potest ab imperfectis, imo et ab incipientibus. 1167

Contemplatio vel aliqua mentalis oratio potest interdum sine actu intellectus et voluntatis inveniri. Sententia est quorumdam virorum spiritualium qui hanc orationem silentii vocant, seu spiritualem somnum, 1168. — Actualis tamen et proprii oratio mentalis non potest existere aut conservari in suo proprio ac formali esse, sine omni actu intellectus et voluntatis, 1170-1178. — Cessante omni actu intellectus et voluntatis non solum non potest durare oratio formaliter et in se, verum etiam nec virtualiter aut moraliter, seu æquivalenter, 1174 — An mentalis oratio seu contemplatio possit consistere in solo actu voluntatis, nullo existente actu intellectus? Affirmat S. Bonaventura, 1179. — Primo probabilius fieri non potest, etiam de potentia absolute, ut feratur voluntas in Deum per amorem elicitum, nulla existente actuali cognitione in intellectu, 1181 et seq. — Secundo, licet actualis Dei amor sine actuali cognitione non implicet contradictionem, ad majorem animæ vel amoris perfectionem pertinere non posset, 1185 et seq. — Tertio, amor Dei sine prævia cognitione non potest in hac vita experimento cognosci, ideoque nullum est medium quo talis amor probabiliter suadeatur, 1189 et seq.

Possitne subsistere in hac vita perfecta contemplatio sine operatione sensus? XVII, 1195. — Primo, naturaliter fieri non potest ut homo in hac vita rapiatur ad veram Dei contemplationem per intellectum, nihil omnino cooperando per sensum neque internum, neque externum, 1196. — Secundo, nihilominus non implicat contradictionem elevari mentem hominis viatoris ad hoc genus contemplationis in quo intelligibile contempletur sine ullius sensus cooperatione, 1196, 1197. — Tertio, hic modus elevationis et contemplationis non potest ducere originem propriam et quasi physicam ex operatione ipsius hominis cooperantis etiam divinæ gratiæ, 1197, 1198. — Quarto, principaliter dicendum est, si in contemplatione tantum fiat abstractio a sensibus externis, durante cooperatione phantasiæ, illam sine miraculo contingere posse cum divina gratia in altissima contemplatione, 1198. — Mentis contemplatio interdum impedit vi et efficacia sua operationem sensuum externorum. Et hic est proprius mentis excessus, seu elevatio, quæ extasis nominatur, 1199. — Secluso ordine gratiæ potest homo per vires naturales sui ingenii in extasim rapi per altissimam speculationem, 1201. — Probabilius tamen videtur, supposita gratia perfectæ contemplationis, ex illa naturaliter, seu connaturaliter sequi posse extasim saltem quoad suspensionem sensuum externorum, 1201. — Hoc genus extasis sequi potest ex vi naturalis contemplationis sine affectu, 1201, 1202. — Utrum saltem intuitiva contemplatio Dei per visionem beatam mortali homini concessam natura sua efficiat extasim in sensibus externis? 1202 et seq. — Visio beatifica per se non impedit usum sensuum internorum ac proinde neque externorum, sed tam libera manet anima ad utendum suo corpore videndo Deum ac si non videret. 1205

Utrum intellectuali contemplatione hujus vitæ sequi possit extasis in actibus omnium sensuum internorum? Aliqui affirmant, XVIII, 1206. — Attamen naturaliter fieri non potest tanta abstractio a sensibus ex vi contemplationis intellectuali, ut maneant omnes sensus quasi destituti ab influxu animæ, itaque ea ratione nihil operari possint, 1207. — In extasi non fit abstractio ab omni motione appetitus sentientis, et virtutis moventis ac nutrientis, 1211 et seq. — An contemplatio in raptu vel extasi prout est in intellectu, sit operatio humana et meriti capax? Tota quæstio est circa illius operationis libertatem, quæ ad meritum requiritur. Actus intellectus, qui in raptu intervenit, non videtur esse humanus, quia non est ex imperio voluntatis, sed ex alia causa superiori, quæ intellectum vehementer movet et necessitat ad illum actum, 1214. — Perfectus esse potest actus intellectus, licet non sit liber, ut patet in visione beata, 1216. — In somno corporali non est naturale habere judicium rationis expeditum, sed oportet ut miraculoso modo fiat, 1223. — Contemplatio prout in intellectu venit per extasim, non est actus liber

proxime et directe, licet remote ex actu libero sæpe ducat originem, 1225. — Nam potest illa contemplatio mentis esse aliquo modo libera et voluntaria, 1226. — In contemplatione sancta et supernaturali de qua sermo est, Deus ipse est qui motionem intellectui præbet, applicando illum, ut omnino sic attendat. 1229

An contemplatio hujus vitæ quoad amorem, qui in raptu vel extasi habetur, libera sit et meritoria? 1229.—In omni contemplatione, in qua judicium intellectus liberum est, vel quoad specificationem, vel saltem quoad exercitium, voluntas etiam quoad suos actus libera est, quia non potest actus libere operari, nisi a voluntate libertatem participet, 1230. — Actus amoris et charitatis, qui in contemplatione et extasi exercetur, liber est, vel quoad exercitium, vel etiam quoad specificationem, juxta rationem considerationis et judicii intellectualis, 1231 et seq.— Contemplatio etiam intensissima ordinarie non est tam necessaria etiam quoad actum intellectus, quin sit in potestate voluntatis cessare et suspendere illam. 1234

Oratio vocalis consistit in prolatione verborum, quibus petitio significatur, sive significatio sit expressa, sive implicita, 1248. — Communiter oratio vocalis ad Deum proprie voce et ore fit, 1248. — Vocalis oratio quædam adoratio est late sumpta, id est, quidam cultus Dei externus, 1232. — An sit honestus et religiosus actus, 1235. — Ex natura rei et ex omni jure tam divino quam humano licitum et sanctum est vocales orationes ad Deum fundere, si debita fide et intentione fiant. De fide est, 1236. — Oramus voce, primo, ut nos ipsos ad devotionem excitemus; secundo, ut per certa intervalla horarum nos ipsos admoneamus. Tertio, quia corpore et spiritu constamus, oramus non solum spiritu, sed etiam corpore, ut utroque Deum colamus, 1237. — Non solum verbis dominicæ orationis, sed etiam aliis ad pium animi affectum explicandum aptis, licitum est ac conveniens vocaliter orare Deum. De fide est, 1237. — Non est necessarium certa et præscripta forma uti, ut oratio vocalis sancta et honesta sit. 1239

Pantheistæ sunt qui divinam naturam ab hac rerum universitate non distinguunt, VI, 930 *in nota*, 937 *in nota.* — Pantheistæ nihil præter Deum affirmant, seu docent quæcunque existentia Deum esse; hinc pantheismi nomen eorum systemati tributum, II, 198. — Pantheistarum systema; expositio doctrinæ, 177. — Systematis Spinosæ fundamenta, 181. — Definitiones, 181. — Axiomata, 184. — Propositiones, 185. — Confutatio systematis Spinosæ, 190. — Unica Spinosæ substantia cogitans et extensa composita est ex partibus realiter distinctis, divisibilis est et mutabilis, et consequenter non est ens necessarium, 191. — Hæc substantia unica non est ens infinite perfectum, 198. — Verbis S. Pauli abutuntur nonnulli pantheistæ, III, 602, *in nota.*

Pantheon. De templi Pantheon dedicatione, XXVI, 589

Papa a græco verbo πάππας, latine pater, quod nomen initio proprium fuit omnium episcoporum: sæpe etiam ad minores clericos translatum est. — Jamdiu solus Romanus pontifex eo nomine designatur, V, 1222. — *Vid.* Pontifex.

Paradisus est locus voluptatis et amœnitatis in quo primi nostri parentes collocati sunt, VII, 1037, 1038, 1040, 1041. — Non sunt allegoricæ quæ de eo scripta sunt, sed in totum accipienda, 1038, 1039. — Eden vox hebraica, græce τρυφή, latine voluptas, 1040, 1041. — De situ paradisi, 1039, 1041. — De quatuor fluviis, 1041. — Ritus se convertendi versus orientem inter orandum ab situ paradisi petitus, 1042. — De arbore vitæ et de arbore scientiæ boni et mali, 1042 et seq. — An hodie paradisus supersit, 1045.

Paramenta ecclesiastica inter res sacras numerantur, XVI, 255.

Paraphernalia sunt omnia uxoris bona in dotem non constituta. XV, 855.

Parasceve vel pro spatio inter duas vesperas, vel pro tota luce antecedente sumitur, VII, 965. — Quid sit Parasceve, 962 et seq. — Cur feria sexta majoris hebdomadæ dicatur feria sexta in Parasceve, XXVI, 273; XV, 352. *Vid.* Passio Christi.

Parentes filiis debent, 1° amorem tum internum, tum externum; 2° educationem corporalem; 3° educationem spiritualem per doctrinam, per exempla, per correptionem, XVIII, 1180, 1181. — Parentum obligationes in filios. Eorum officia tria sunt: Primum ut nutriant filios; secundum, ut verbo et exemplo in virtute instruant, et bonis moribus informent; tertium, ut corrigant et a vitiis arceant exhortationibus, minis et flagellis, si opus fuerit ad disciplinam, XIV, 504, 505-399. — De obligatione parentum sustentandi filios, et eis providendi de necessariis ad vitam, 505-399. Mater quæ sine causa proprio lacte prolem non nutrit peccatum veniale committit; quod mortale fieri potest. 506-400. — Peccant graviter parentes qui filiis alimenta ad vitam necessaria non præbent, 507-401. — Onus et obligatio nutriendi filios transit ad parentum hæredes, etc., 508-402. — Filiis etiam illegitimis alimenta debentur, 508-402. — Pater tenetur sub mortali dotem constituere filiæ volenti nubere, 509-402. — Filiæ etiam spuriæ debet pater, etiamsi sit clericus, constituere dotem, 509-402, 403.

Parentes liberos alere debent, XVI, 1240. — Possunt tamen exhæredare filios ex justa causa in testamento exprimenda; 1241. — In defectum patris et matris tenentur avi et alii ascendentes. 1241.

Parentes præter sustentationem congruam debent liberis christianam institutionem, 1241; XIV, 509-403. Qui huic officio desunt graviter peccant, 510-403; XVI, 1242. — Tenetur pater sub mortali filiis in spiritualibus providere, XIV, 511-404. — Major adhibenda est cura et vigilantia circa filiarum institutionem et custodiam, 511-404. — Illis discursus vagos extra domum prohibere debent parentes, 512-405.

Validiora sunt parentum in filios exempla, quam præcepta, 514 et seq.-407. — Parentes quandoque tenentur verbis addere verbera, et malos protervosque filios severiori disciplina corripere, 517 et seq.-409; XV, 1242. — Attamen cavenda est nimia severitas, XIV, 519; 520-411. — Cavenda etiam nimia indulgentia, 520, 521-411, 412. — Tempus erudiendis et informandis filiis aptum est juventus et adolescentia, 525 et seq.-413. — Pueris ostendant Dei beneficia et præcepta, 527-417. — Plus videntur parvuli indigere custodia et eruditione quam animalia irrationalia, 527-417. — Pro erudiendis filiis pædagogum probum, prudentem et peritum inquirere debent, 529-418.

De consensu parentum ad clericatum, sive ordines. Obiter de eorumdem consensu ad monachatum liberorum, XXIV, 586-644. *Vid.* Ordo. — Parentes liberis suis electionem status liberam relinquere tenentur. Peccant graviter, si eos invitos ad matrimonium vel religionem cogant, vel ab iis avertant, XVI, 1243. — Lethalis violentiæ rei sunt parentes qui suos liberos ad monasticum habitum suscipiendum, et ad religiosam professionem emittendam, vel adhibita vi vel incusso metu adigunt. XI, 916.

virtutis principalis, sed quodam simili modo alias materias respiciunt. XI, 1238

Participans est duplex, nempe in re furata et in actione furti. Prior tenetur restituere furti partem, quam accepit, XXII, 971, *in nota*; XV, 916, 752, 1149. — Quoad participantes in actione furti, videndum an ipsi concurrant ad totum damnum, vel ad partem. Si res est individua, ut incendere domum, quisque cooperans tenetur in solidum, 755, XXII, 971. — Si res est dividua, ut thesaurum furari, motor principalis tenetur ad totum, cooperantes vero tenentur ad suam partem, 971. — Si participatio sit in actione furti, an excusentur a culpa ii qui cooperantur aliquo modo ad illationem damni, ob metum gravis detrimenti, 972. — An teneantur ad restitutionem, 973, 974. — Quicumque ita est criminis particeps, ut sit etiam causa, tenetur ad restitutionem in integrum, XIV, 934. — Qui participat immediate et libere posit actionem intrinsece malam, non excusatur a restitutione. Sicut enim metus non tollit voluntarium, et non excusat a peccato formalis injustitiæ, sic etiam non liberat a restitutione. XV, 1149

Partitiones in favorem descendentium. Quædam ex codice civili extrahuntur principia. XVI, 636

Parvificentia est vitium quo pecuniæ nimius amator minus elargitur, quam personæ vel ejus dignitati conveniat. XI, 1236

Parvificus præcipue sumptus parvitatem intendit, et secundario parvitatem operis. XI, 1236

Pascha. De festo Paschæ apud Hebræos. Nomen Paschæ quas habet significationes in sacra Scriptura. Transitum proprie significat, XV, 166; XXVI, 27. — Quo tempore et qua anni tempestate festum Paschæ a Deo fuit institutum, 28. — Qua die mensis Martii ex Dei mandato celebrabatur Pascha, 29. — Quænam vis subjecta est verbis illis: Mactabit agnum universa domus Israel, 29. — Quot olim erant necessaria ad Pascha rite celebrandum, 30. — Fermentum ex domibus ante festum Paschæ amovendum. Qua ratione Hebræi fermentum abolendum perquirunt, 31. — Decima quarta luna mensis incidente in sabbatum, perquisitio fermenti fit ad vesperam lunæ decimæ tertiæ, 32. — Quænam est benedictio præmittenda perquisitioni fermenti, 32. — Ipsum etiam fermenti odorem tollere conantur, 33. — De diligentia in panibus azymis conficiendis. 33. *Vid.* Azymus.

Ad festum Paschæ rite celebrandum quisnam agnus erat necessarius, 35. — Ad sexdecim capita ab Hebræis referuntur leges ad agnum paschalem pertinentes, 35, *in nota*. — Quare Deus agnum, vel hædum, non quodvis aliud animal Paschæ tempore voluit Hebræos sibi immolare, 35. — Quid nomine familiæ intelligendum venit, 36. — Agnus paschalis semperne in eodem loco mactatus fuit. Agnus hic quomodo comedebatur, 37. — Festum Paschæ quare a Deo institutum. Eodemne modo semper Pascha celebratum est, 38. — Quid præterea observandum de festo Paschæ, 38. — Quo tempore et quo modo fiebat manipuli hordeacei oblatio, 39. — Quisnam erat agitationis ritus, 40. — Quinam sunt ritus olim et hoc tempore in cœna paschali usurpati, 41. — Quomodo eulogmma mustosum conficitur, 42. — De cibo Leviathanis, 46. — De altero convivii ferculo Behemoth, 47. — Una tantummodo ave convivium præterea instruitur, 48. — Explanatio vocum quæ ritus in cœna paschali servandos continent. 49

Christus in postrema cœna eucharistiam instituens servavitne hos omnes ritus et cæremonias. In cœna paschali quatuor pocula exhaurienda, 51. — Quot cœnas Christus celebravit, 54. — Christus in institutione eucharistiæ cur potius his verbis usus est: *Hoc est corpus meum*, quam illis, hic panis est caro mea, vel aliis, 55. — Error Ludovici Capelli, 56. — De Baronio quid sentiendum; quid de Scaligero, 57. — Quo die Christus ultimam cœnam paschalem celebravit, 58. — Ordo Passionis Christi, 59. — De hymno a Christo cum discipulis recitato, 59, 296. — An Christus die sua cœnam paschalem prævertit, 59. — De argumento ex Joanne petito, Judæos non esse ingressos in prætorium, ne contaminarentur, sed ut manducarent Pascha, 60. — De textu Joannis ubi Christus dicitur cruci affixus parasceve Paschæ. 61

De dominica Paschæ ac de duobus festis quæ consequuntur. Pascha est solemnitas solemnitatum, XV, 353. — Verum Etymon vocis *Pascha*, et cur id nomen huic festo inditum, XXVI, 417. — Origo hujus festi ad apostolos referenda. Olim per totam hebdomadam festi erant dies usque ad sæculum duodecimum, 418. — De celebrandi paschatis tempore dissensio, IV, 345 et seq. — Dissensus ecclesiarum Asiæ a romana Ecclesia de tempore celebrandi Paschatis. Nihil inde turbarum in Ecclesia exortum usque ad finem secundi sæculi, XXVI, 418. — Asiatici episcopi primi turbas excitant romanæ Ecclesiæ consuetudinem improbantes. Victor papa eorum vicissim consuetudinem improbat. Illa controversia in Nicæno concilio restincta, 419. — Ratio quare per hos dies tam breve sit officium. Sequentia Victimæ paschali in missa. Ejus auctor quis fuerit, 420. *Vid.* Resurrectio Christi. Tempus paschale est octava hebdomadarum, et terminatur vigilia sanctissimæ Trinitatis. XV, 354

Passio Christi. Feria sexta in Parasceve, XV, 352. — Cur feria sexta majoris hebdomadæ dicatur feria sexta in Parasceve, XXVI, 273. — Passionis ordo, 59. — Narratio ex Evangelio a trajectu torrentis Cedron ad sudorem sanguinis in horto, quæ est prima pars passionis Christi. De Christi tædio, 274. — Verus fuit Christi mœror. S. Thomæ doctrina de animi motibus in Christo. Ea de re veteres Patres conciliantur, 274. — Oratio Christi in horto, 276. — Calix quid significet in sacris paginis. *Transeat a me calix iste*, penes Hebræos formula erat solemnis in conviviis. Duplex in Christo voluntas explicatur, 276. — An omnis oratio Christi exaudita sit, 277. — Ea oratio, *Transeat a me*, etc., fuit sensitivi desiderii significatio, nec a rationali et deliberata voluntate profecta; idcirco non exaudita, 278. — Verus sanguis e Christi corpore manavit. 278

Pars secunda Passionis ab adventu militum in horto in Christum ingruentium ad lacrymas S. Petri, 280. — Quis ille fuerit, cui amputata fuit auricula, 281. — Quis fuerit adolescens qui, rejecta sindone, elapsus est e manibus satellitum, 282. — Difficultates de pontificatu Annæ et Caiphæ: cur Christus ad Annam primum ductus fuerit, 283. — Quis fuerit ille discipulus notus pontifici, qui in ejus atrium cum Jesu introivit. 284

Quis et unde esset Judas Iscariotes, 291. — Narratur Judæ proditio, quam Patres ad avaritiam tanquam ad originem referunt, 284. — Refelluntur quædam opiniones circa Judæ proditionem, 286. — De Judæ pœnitentia, desperatione et miserrimo exitu, 297 et seq. — Pretium proditionis constitutum est, nempe triginta argentei, VIII, 1413. — Christus venditus est sexaginta circiter libris gallicis, 1414. — Disputatur ecquid valerent triginta argentei, XXVI, 298. — Prophetia de pretio quo Christus venditur. Verba, quæ Matthæus Jeremiæ tribuit, extant apud Zachariam, 299. — Diversæ interpretum opiniones. — Pulchra ejus difficultatis solutio ex S. Augustino. 300

Dignitate oris et majestate Christus irruentium in se militum impetum retudit, ut illi in terram conciderent, 286. — Miraculum restitutæ Malcho auriculæ. De fuga discipulorum. Ejus fugæ prophetiæ in Veteri Testamento, 288. — De alapa Christo impacta coram Pontifice, 288. — An in Caiphæ, an in Annæ domo series illa injuriarum in Christum illata fuerit, et utrum ante, an post latam mortis sententiam. 289

De Petri lapsu, 290. — Petrus Christum negando peccavit. Peccavit graviter semel, iterum et tertio: non tamen a fide descivit. Locus ea de re poetæ Prudentii, 291. — Quis Petrum ad negandum impulerit. Discrepantia videtur ea de re apud Evangelistas, 292. — Conciliantur Evangelistæ. Consensus etiam eorum ostenditur de tempore, quo Christum Petrus negavit, 293. — Quomodo Christus respicere potuerit Petrum, qui videtur fuisse in alio loco. Conciliantur Lucas et Marcus. 295

Tertia pars dominicæ Passionis a testimoniis in Christum latis ad flagellationem. Hujus partis divisio, XXVI, 294. — Duo judicia adversus Christum habita, alterum noctu, summo mane alterum. Falsi testes. De more Hebræorum scindendi vestimenta sua in signum doloris. An summo sacerdoti id licuerit facere, 295. — Jesus adducitur in prætorium, quo Judæi non introierunt. Pilati cum Judæis colloquium. Quis et unde esset Pilatus, variæ opiniones. Ejus indoles et mores, 301. — Quo sensu locutus sit Pilatus. Quando jus gladii Judæis ademptum. Nonnulli putant jus gladii nunquam Judæis ereptum, 302. — Verior videtur sententia Judæis ereptum jus gladii. Quid apud illos fuerit judicium zeli. Christus damnatur a Judæis propter ea quæ ad religionem pertinent; a Pilato morti addicitur propter imminutam imperii majestatem, 303. — Pilati variæ interrogationes, et Christi responsiones, 304. — Pilatus Christum ablegat ad Herodem, quam ob causam Herodes veste alba Jesum indutum ad Pilatum remittit. Herodes et Pilatus redeunt in gratiam: quæ illis causa simultatis, 305. — Consilium Pilati, ut Jesum a morte liberaret; Jesus Barabbæ posthabitus. Hebræorum consuetudo liberandi reum die Paschæ. Somnium uxori Pilati immissumne fuerit divinitus, an a diabolo, incertum, 306

Quarta dominicæ passionis pars a flagellatione Christi ad eumdem raptatum ad Calvariæ locum, XXVI, 307. — Pilatus quinquies conatus est Christum morti eripere. Nefario se scelere obstrinxit, qui Jesum utcumque passus est interfici. Baronius vindicatus, 308. — Pilatus, conscientia sibi reclamante, dimisit Barabbam, Jesum flagellatum Judæis tradit. Consilium Pilati in permittenda flagellat

tione. Damnati ante crucis supplicium flagellari soliti. Semelne tantum, an bis Christus cæsus sit, 310. — Probabilius est Christum funiculis nodosis aut loris, non virgis flagellatum fuisse. Flagellatio per virgas erat pœna liberorum, per funiculos seu lora erat pœna servorum, VIII, 1415. — Quantus fuerit numerus plagarum Christo inflictarum, incertum est. Quantum numerum plagarum determinaverit Pilatus, ignoratur, 1415. — Probabilius est Christum semel tantum fuisse flagellatum, 1416. — Christus flagellatus fuit ad columnam ligatus. Et ea columna visitur Romæ in templo S. Praxedis martyris, 1416. — Christum ad columnam flagellatum fuisse, vetustissima traditio. Eam columnam Romam asportavit Joannes cardinalis. Columna in templum S. Praxedis in Exquiliis, XXVI, 312. — Duo flagellationis genera. Flagra cujusmodi essent in Christi flagellatione, incertum, 313. — Christus nudus omnino alligatus est ad columnam. De numero satellitum qui flagris Christum ceciderunt. Singularis quædam Bedæ opinio, 314. — Cujus gentis ii satellites fuerint, 315. — De numero verberum. In Deuteronomio non plura quam quadraginta præscribuntur. Nullus romanis legibus constitutus numerus. 316

De spinea corona capiti Jesu imposita. An fuerit e junco marino, 316. — Corona spinea, lancea, spongia, et arundo a rege Francorum condita sunt in sacello regii palatii parisiensis, 317. — Corona apparet esse e junco marino. Quæ sit ejus forma, 318. — Dubium est ex qua materia fuerit contexta corona spinea. Communior sententia est contextam fuisse, non ex juncis marinis, sed ex spinis rubi vel sentis. VIII, 1408

Christus crucifigendus videtur in ea veste fuisse, in qua coronatus fuit, et illusus a militibus. Terribilis Judæorum imprecatio, qua se devoverunt, XXVI, 318. — Pilatus anxius quid consilii capiat, variis rationibus huc illuc impellitur. Tandem Christum morti addicit, 319. — Pilatus Jesum crucifigendum pronuntiavit, prout Judæi petebant, VIII, 1417. — Judæi Jesum de blasphemia accusatum crucifigendum postulaverunt, cum secundum eorum legem maledici lapidandi erant, quia apud Romanos, quibus subjiciebantur, frequens erat crucis supplicium, nusquam lapidatio. 1417

De crucis bajulatione. Id erat ex forma judicii romani, ut crucifigendus crucem suam portaret saltem usque ad urbis egressum. SS. Patres communiter docent Simonem solum crucem bajulavisse: onere Jesus liber sequebatur. De Veronica, 1417. — Christus bajulat sibi crucem. Quis ille fuerit Simon Cyrenæus, qui successit ferendo illi oneri, XXVI, 320. — De sudario a S. Veronica ad Christi faciem admoto. Vindicatur hæc reliquia ab hæreticorum calumniis, 322 — Christi verba ad feminas, quæ illi tam finde multato illacrymabantur, 321. — An Christo ad supplicium eunti titulus mortis scriptus a Pilato prælatus fuerit. Videtur prælatus, quod ea esset Romanorum consuetudo, 322. — De titulo crucis imposito, XXVII, 324 et seq.; XXVI, 323. — Titulus crucis in basilica S. Crucis in Hierusalem Romæ conditus a S. Helena; ubi sub Innocentio VIII repertus est. Argumenta quæ evincunt verum illum esse titulum crucis. 324

Divisio postremæ partis passionis Christi. Pulcherrima S. Thomæ doctrina de atrocitate passionis et dolorum Christi, XXVI, 325. — Christi anima in superiori parte divinitate fruebatur et inter maximos dolores summo semper gavisa est gaudio, adversus Cani et Serry sententiam. Decuit Christum pati Hierosolymis, et inter latrones crucifigi ex S. Thoma, 326. — Convenientissimum fuit Christum pati in cruce. 1° ad exemplum virtutis; 2° ut peccatum commissum usu ligni vetiti repararetur in ligno; 3° decebat Christum in aere, et non sub tecto pati, ut qui terram sanctificaverat in ea ambulando, aerem sanctificaret te moriendo; 4° decebat eum in aere mori, ut nobis ad cœlum novum iter aperiret; 5° id mortis genus universalem generis humani salvationem indicat; 6° hoc genere mortis virtutes diversæ designantur; 7° id genus mortis figuris et oraculis Veteris Testamenti respondet, VI, 182, 183; VIII, 1410, 1411. — Mors Christi in cruce prædicta est. VI, 183

Quæ contigerunt in Calvario. Christus crucifixus est extra portam Jerusalem, in monte Calvariæ. Et utrumque fuit conveniens, VIII, 1423. — Nihil vetat dicere hunc montem fuisse dictum Calvariæ, tum a capite Adam ibi sepulti, tum a capitibus ibi decollatorum, 1424. — Calvariæ unde nomen traxerit. Adam ibi sepultus, XXVI, 327. — Conciliantur Marcus et tres alii evangelistæ, qui vinum cum felle mixtum Christo oblatum scribunt; Marcus vero vinum myrrhatum. Duplex Christo potus oblatus. 328, 329

De crucifixione. An Judæis usitatum esset crucis supplicium, 330. — Teterrimum mortis genus, quo seditiosi, servi et scelerati apud Romanos sui sceleris pœnas luebant. Maxima ejus supplicii apud Romanos infamia, 331. — Crucis variæ formæ. Crucis duplex genus, alterum simplex, alterum compositum. Composita erat vel decussata, vel commissa, vel immissa, 332. — Forma crucis Christi non simplex. Cruci, quæ dicitur immissa, affixus est, 333; VIII, 1418 et seq.; XXVII, 218. — Variæ crucis species, 320 et seq. — An crux Christi prœalta fuerit, an brevis. Videtur fuisse humilis, octo, aut ad summum decem pedum, prout moris erat pro vulgaribus hominibus, VIII, 1418; XXVI, 333. — An suppedaneo et sedili instructa, 334. — Jacentine, an erectæ cruci Christus sit affixus, 335. — Probabile est cruci jam erectæ eum fuisse affixum: sic ferebat usus gentilium, 336; VIII, 1420. — Certum videtur non tribus, sed quatuor clavis Christum fuisse cruci affixum, 1420. — Non probabile videtur eum omnino nudum in cruce pependisse, 1421. — Christus in manibus et pedibus cruci affixus fuit quaternis clavis, non funibus alligatus, XXVI, 337. — Nudus Christus cruci est affixus, 338. — Christus e cruce pendens habueritne spineam coronam, 339. — In picturam crucifixionis Christi, etc., etc., XXXII, 310 et seq. *Vid.* Imago.

De tortoribus Christi, 1420. — Christus crucifixus est inter duos latrones. Bonum fuisse a dextris et malum a sinistris Christi Patres communiter censent, VIII, 1421. — Probabilius est unum tantum blasphemasse. Latro pœnitens nomine in cruce fuit conversus. Ita communiter SS. Patres, 1422. — Stabat juxta crucem Jesu mater ejus, lacrymosa et dolorosa, erecto tamen animo et voluntati divinæ perfecte conformi, 1426. — Christi dispertitæ vestes. De tunica inconsutili, XXVI, 340. — Judæorum in Christum convicia. 341

De septem Christi verbis. Prima verba. S. Thomæ doctrina de gravitate peccati principum Judæorum et populi. Christus non pro principibus oravit, sed pro populo et gentilibus, 341. — Suarez putat Christum orasse etiam pro principibus Judæorum, 342. — Secunda Christi verba. evangelistæ discrepare videntur. Matthæus et Marcus tradunt utrumque latronem, Lucas alterum tantum Christo improperasse. Conciliantur evangelistæ ex S. Aug. Latrones et ipsi clavis affixi sunt, 344. — Qui fuerint latrones. Singularis gratia Dei, quod latro Christum regem crediderit, 343. — Quo sensu intelligenda illa: *Hodie mecum eris in paradiso*, 345. — S. Augustini et S. Thomæ vocis illius *hodie* explicatio. Quis paradisus ille sit, quem latro nominat, 346. — Tertia Christi verba in cruce. Discipulus quem diligebat Jesus, erat Joannes Zebedæi filius. Maria Cleophæ uxor, soror B. Mariæ. Ephesi B. Maria obiit. S. Joseph jam e vivis abierat, 347. — Quarta Christi verba, *Eli, Eli*, etc., verba syriaca sunt. Judæi ea se non intelligere simulabant, 347. — Calvini blasphemia. Non illa fuere verba desperantis, sed dolorum suorum acerbitatem declarantis, 348. — Quinta Christi verba. Acetum illi sitiro se dicenti prœbitum est, 349. — In ea re impleta Scriptura. Multa Christo fuere illius sitis causæ. Semelne, an sæpius Christo acetum oblatum. Conciliantur evangelistæ, 350. — Duplex hyssopi genus. Fortasse acetum sibi milites attulerant, quod apud romanos milites potus ille esset usitatus. Parabatur acetum etiam crucifixis, ut acrius torquerentur, 351. — Incertum, quis Christo acetum obtulerit, 352. — Romanus pontifex in solemni missa sanguinem per fistulam exsorbet. Mystica allusio ad arundinem Christo porrectam, 352. — Verius fortasse non hic ad veterem disciplinam referri, 353. — Sexta Christi verba in cruce. Lutheranorum et calvinistarum profligatur interpretatio, 353. — Postrema Christi verba. Clamor Christi tot cruciatibus fracti miraculo adscribendus. 354

Centurio et clamore Christi et aliis prodigiis permotus fatetur Christum esse Dei Filium. Conciliatio evangelistarum. — Quis ille centurio. Alius fuit a Longino. 355

De prodigiis Christo in cruce pendente factis. Tenebræ ab hora sexta ad nonam obortæ. — Non Judææ solum, sed universo terrarum orbi ex solis eclipsi lux erepta est. De ea meminit Phlegon, XXVI, 356. — Hoc videtur contigisse non per veram et proprie dictam eclipsim, sed vel miraculosa extinctione lucis, vel oppositione alicujus corporis opaci, 1427, 1428. — Harum tenebrarum meminit Phlegon. Alia monumenta ethnicorum narrant tenebras et terræ motus tempore passionis Christi, 1428. — Velum templi scissum est in duas partes. Quid habeat mysterii hæc scissio, 1430. — Conciliatur Lucas cum reliquis evangelistis, XXVI, 357. — Templum in tres partes duobus oppansis velis divisum, 357. — Verius est interius velum discissum. Cur velum scissum est. 358

Terra mota est, etc. Hunc terræ motum non fuisse universalem probabilius est, VIII, 1431. — De Magno Pane, et de voce clamante: Magnus Pan mortuus est, 1431. — Quædam miracula sunt propter circumstantias. Hujusmodi fuit terræ motus miraculum, XXVI, 359. — Terram fuisse

concussæ, et aperta monumenta longe ab Hierosolymis et Judæa verisimile est, 360. — Historia ex Plutarcho, quæ congruit cum tempore mortis Christi, de Thamo Ægyptio. 360

Crura latronibus fracta, non Christo, qui jam mortuus erat : impletum ea de re Scripturæ oraculum, 361.— Qua ratione Judæi petierint a Pilato, crucifixis ut crura frangerentur, 362. — Christo non fracta crura, ut Agno paschali os comminui non licebat. Lactantii ratio parum probatur. Zachariæ impletum oraculum. 363

Miles lancea Christi latus aperuit. Hunc militem fuisse Longinum nomine, qui postea martyr occubuit, tenet communis opinio, VIII, 1425. — Fluxum aquæ ex latere Christi fuisse miraculosum negant medici, affirmant SS. Patres, 1426.— De milite qui lancea Christum transfixit. Dextrum latus videtur fuisse confossum, XXVI, 363. — Vera aqua e Christi latere fluxit. Qua parte transfixa corporis sanguis et aqua manaverit, 364. — Lanceæ superior pars a Bajazeto Turcarum rege ad Innocentium VIII missa, in Vaticana Basilica colitur. Ejus cuspis in regio Parisiensi sacello asservatur. Calvinus confutatur. 364

De Christi sepultura, 365. *Vid.* Christus.

De anno, die et hora, cum Christus est mortuus. Crucifixus fuit luna decima quinta, hoc est feria sexta, hora tertia, seu, juxta Joannem, hora quasi sexta; et utrumque verum est, VIII, 1424. — Ex vetustissima et constanti traditione vigesima quinta die Martii mortuus est, 1468; XXVI, 368. — Rogerii Baconis et Tostati proscripta sententia. — Christus obiit ex Joanne hora quasi sexta, teste Marco hora tertia. Quomodo a quibusdam conciliantur evangelistæ, 368.— Concinnior conciliatio. Judæi diem in quatuor dividebant partes, quarum singula ternas diei horas continebat. — Hora tertia et hora quasi sexta idem est, se exeunte hora tertia, sexta subeunte. 369

Quoto Christianæ æræ anno, quotque annos natus mortuus sit Christus, variæ sententiæ. Videtur mortuus, 33 Ætatis anno, 19 imperii Tiberii. 369

De cæremoniis, quibus hunc diem colit Ecclesia, XV, 352. — Quonam respiciat Ecclesia in officio hujus diei. Cur post Prophetias legatur e S. Joanne historia Passionis, XXVI, 370. — Cur Ecclesia oret pro omnibus, etiam pro Judæis. Cur exponatur crux aspectui et adorationi populi, et quamobrem interea cantentur improperia, 370.—De processione et missa hujus diei, 371. — Hac die solum Hierosolymis ostendebatur populo crux, in quam sublatus est Jesus. Fortasse inde orta disciplina in omnibus ecclesiis exponendi crucem. — Cur Latriæ cultu adoranda, etiam quælibet crux ad ejus exemplum facta, in qua Christus obiit : rationes ex S. Thoma, 371. — De Trisagio, sanctus Deus, etc., a puero quasi divinitus allato Constantinopoli sub imperio Theodosii. Cur eo utatur occidentalis Ecclesia hac die Græce et Latine, 372.—Additio ad illud Trisagium Petri Fullonis, theopaschitarum hæresim olens, a catholicis damnata. A Gregorio VII interdictum Armenis ea uti : quæ tamen ab iis postea adhibita videtur. 373

Missa hujus diei non sicca, sed Missa Præsanctificatorum appellanda, 373.— In orientali Ecclesia per totam quadragesimam Missa Præsanctificatorum celebratur, sabbato et dominica exceptis. Ritus quorumdam Græcorum in hac re parum probatus. Græcorum criminationes adversus Latinos, 374. — Cur apud Latinos hac die tantum celebretur Missa Præsanctificatorum ex Hugone a S. Victore, 374. — Hugonis verba respiciunt Epist. Innoc. I ad Decentium. Locus Innocentii quomodo intelligendus, 375. — Hugo negat hac die dici Missam, sed intelligit eam quæ celebratur per annum. In Hispaniis obsoleverant cæremoniæ hujus diei, et ecclesiæ erant clausæ. Concilium Toletanum quartum eas cæremonias restituit, 375. — Sacerdos in Missa Præsanctificatorum sumit revera corpus et sanguinem Christi. Vinum non consecratur ex immersione particulæ in calicem, 376.— Quidam ex Latinis in eadem fuere sententia, qua Græci schismatici, vinum consecrari per immersionem corporis Christi, 376. — Hæretici qui pugnant pro communione sub utraque specie, eam amplexi sunt sententiam. Eos confutavit egregie Mabillonius. Ab ea sententia semper abfuit romana Ecclesia, 377. — Nulli in hac die sacra communio præbetur, etsi non ea semper fuit disciplina. 378

Passio est actus humanus qui fit secundum quod homo movetur, XI, 600.— Communis sensus est, passionem esse actum appetitus sensitivi, quo quis ad aliquid afficitur, vel ab eo refugit, 1169.—Pati dicitur tripliciter : 1° communiter et late secundum quod omne recipere est pati, etiamsi nihil abjiciatur a se; 2° dicitur proprie pati, quando aliquid recipitur cum alterius abjectione; sic æger sanitatem recipit abjecta ægritudine; 3° dicitur proprie pati quando recipitur infirmitas sanitate abjecta, et hic est proprius modus passionis, 1170. — Passio recte definitur : Motus appetitus sensitivi ex imaginatione boni vel mali cum transmutatione corporali, 1170. — Passio duo importat actum animæ, qui se habet quasi formale, et transmutationem corpoream, quæ se habet quasi materiale, a qua tamen dicitur passio, 1171. — Sunt undecim passiones, sex in appetitu concupiscibili, scilicet amor et odium, desiderium et fuga, gaudium et tristitia; et quinque in appetitu irascibili, scilicet spes et desperatio, audacia et timor, et ira cujus non est contrarium. 1171

Passiones animæ possunt considerari dupliciter : uno modo secundum se, et tunc in iis nihil boni vel mali esse potest, 1171, 1172. — Alio modo, secundum quod subjacent imperio rationis et voluntatis, et sic in eis est bonum vel malum morale, 1172. — Tunc bonæ sunt quando sunt a ratione moderatæ, malæ, quando sunt præter ordinem rationis. — Non ergo semper peccat qui vehementer vel irascitur, vel dolet, vel timet; sed qui ultra quod exigit recta ratio irascitur, dolet aut timet, 1172. — Passio antecedens, dum rationi et voluntati cooperatur, diminuit vel auget bonitatem actus moralis, 1172. —Passio consequens per modum redundantiæ non auget bonitatem actionis, sed consequens per modum electionis eam auget, 1172, 1173. —Passio antecedens libertatem minuit, consequens auget voluntarium, aut certe signum est voluntatis vehementioris, et ad peccatum propensioris, 700. — In quantum passiones sunt præter ordinem rationis, inclinant ad peccatum; in quantum autem sunt ordinatæ a ratione, pertinent ad virtutem, S. Thomas, II, 341.— Quod passiones nos rapiant ad illicita naturæ nostræ depravatio est, non primæva ejus conditio, 340, 342. — Concupiscendi vis utilissima est, et huic opposita irascendi facultas similiter. 341

De passionibus appetitus concupiscibilis, XI, 1173. — De passionibus appetitus irascibilis, 1176. — Passionum compressio est medium inveniendæ veritatis practicæ, 425. — Nisi homo passiones comprimat, et in officio contineat, reus est errorum ac deceptionum quas incurrit in agendo, 451. — Eo circumspectius se gerere in judicando quisque debet, quo vehementior fuerit passionis motus. 434

Pastionis nomine intelligitur conductio pecorum in pascua aliena quandonam licita sit, XV, 832. — Pastio juste prohiberi potest in pascuo reipublicæ, 522. — Quale peccatum sit contra justam prohibitionem pascere, 522, XXII, 1002.

Pastorum est, non fidelium, in concilio judicare, I, 347, 352-271, 275. — Gratia amissa, auctoritate non decidunt pastores, 351, 352. — Pastorum vox si omnium eadem sit, Ecclesiæ quoque vox, atque adeo Christi est, 357, 358-273. — Errantibus omnibus, si fieri posset, nihil culpæ in ovibus esset, 358-280. — Semper ad recte judicandum satis diligentiæ adhibebunt, 377, 378-295, 296. — Pastorum auctoritas, non ab eorum scientia et sanctitate, sed a Christo pendet, 304-308. — De pastorum officiis, XXV, 102 et seq. *Vid.* Parochus.

Patena dicta est a patendo, quod patula sit, XXIII, 895. — Ex ligno vel ex vitro olim esse potuit; hodie ex auro et argento, vel etiam ex stanno ob Ecclesiæ paupertatem confici debet, XVI, 252. — Patène, plat sur lequel on mettait le pain destiné à devenir le corps de Notre-Seigneur. Il fut nommé patina, et ensuite patena, XX, 254. — Patena est veluti calicis operculum, ubi sacra ponitur hostia. Patenæ eadem materia conflatæ qua calices erant, XXIII, 895, 896. — Ministeriales erant patenæ quædam multo capaciores quæ ad dispertiendam Eucharistiam adhibebantur. 895, 896

Pater. *Vid.* Deus.

Sancti Ecclesiæ Patres. *Vid.* Doctores.

Pater non potest juste impedire sponsalia filii contra ejus voluntatem inita. XXV, 552

Pati dicitur tripliciter, XI, 1170. *Vid.* Passio.

Patientia est honestatis aut utilitatis causa, rerum arduarum et difficilium voluntaria ac diuturna perpessio, XI, 1219, 1228. — Est virtus qua mala æquo animo toleramus, ne animi bona deseramus, per quæ ad meliora perveniamus, 1226. — Patientia inter virtutes fortitudini adjunctas cæteris imminet, 1226. — Patientia præcipuum est adversus iram remedium, 1140. — Laudatur hæc virtus, 1140, 1148. — Tribus modis virtus patientiæ exercetur, 1148. — Patientia bene disponit appetitum qui concupiscibilis appellatur, 1219. — S. Augustinus de Patientia. 1227

Vitia patientiæ opposita sunt insensibilitas per excessum, et impatientia per defectum, 1228. — Ad virtutem patientiæ non pertinet tolerantia malorum quæ perferunt plures, ut cupiditates suas expleant. 1233

Patriarchæ, quasi patrum principes, episcopis ordine pares, jurisdictione et imperio sunt superiores, V, 1228.— Hujus nominis prima mentio occurit in concilio Chalcedo-

nensi, 1228. — Quatuor hodie sunt patriarchæ Orientales, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus; summus pontifex est patriarcha Occidentalis, 1228. — Patriarcharum jura et privilegia, 1229. — Des patriarches et de leurs pouvoirs, XX, 942 et suiv. — De patriarcharum potestate ad ordinem conferendum, XXIV, 1052. — Quædam circa patriarcharum omnium limites adnotantur, 1193. — De potestate patriarchæ Alexandrini, 1194. — De patriarchæ Antiocheni in ordinationibus episcoporum auctoritate, 1197. — De auctoritate patriarcharum Constantinopolitani et Hierosolymitani, 1207 et seq. — De consecratoribus patriarcharum Alexandrini, Antiocheni et Hierosolymitani. 1216

Patriarchæ nihil amplius quam episcopi vel intra, vel extra suas diœceses possunt, nisi privilegio speciali eis concessum sit, XII, 774-612. — Qua solemnitate apud Græcos consecrandi patriarchæ Constantinopolitani, peracta electione, ab imperatore renuntiarentur, XXIV, 1456. — Proximus post eos locus est primatum et metropolitarum. V, 1229

PATRINUS. On appelait parrains ceux qui présentaient au baptême les personnes qui devaient le recevoir. Ils portaient aussi le nom de *susceptores* et *sponsores*, XX, 101. — Que, dès les premiers siècles, on en donnait à ceux qui devaient le recevoir. Diverses particularités sur cela, 101. — Autrefois, il était rare qu'ils imposassent les noms à leurs filleuls, 102. — Les noms se donnaient communément aux enfants longtemps avant le baptême, 103. — Diverses coutumes des peuples sur le temps et la manière d'imposer les noms aux enfants, 105. — Depuis quand la coutume de les leur imposer au baptême s'est établie parmi nous, 106. — Règlement sur le nombre des parrains, 106, 107. — Les excommuniés, les pénitents publics et les moines ne doivent point faire les fonctions de parrain, 107. — Leurs obligations, 107. — De patrinis, XV, 532. — Patrini multis donantur nominibus, XXI, 541. — Non sunt necessarii necessitate sacramenti. Baptismus solemnis licite administrari non potest absque patrino, si idoneus haberi possit. Patrini in privato baptismo necessarii non sunt cum id nulla lege imperatum sit, 541. — Quando patrini spiritualem affinitatem contrahant, 541. — Quæ sint patrinorum officia, 542. — Non omnes promiscue ad officium patrini a parentibus invitari, aut a parochis admitti possunt, 542. — Quinam arcendi sint, 542, 543. — Quot admitti debeant a parocho patrini, 543, XXV, 532. — Quæ sint parochorum in hac materia obligationes, 543. — Mos invaluit sanctorum et sanctarum ex martyrologio et rituali romano nomina, quatenus fieri potest, eligendi. 544

PATROCINIUM B. Mariæ festum dominica tertia decembris, XV, 364. — Officium patrocinii B. Mariæ et festivitatem Benedictus XIII injunxit provinciis ditionis ecclesiasticæ. Cui principio nitatur hujus festi institutio, XXVI, 625. — Quæ vis et potestas intercessionis B. Mariæ. S. Petri Damiani locus a calumniis hæreticorum vindicatur, 627. — Modus rite precandi B. Mariam. 628

PATRONATUS jus laicis concessum antiquitus ignotum, XXIV, 578. — Origo juris patronatus et confirmatio, 581. — Circa modum comparandi illud jus statuta, 584, 585. — Leges juris patronatus laicis concessi, 585. — Quomodo acquiritur et amittitur jus patronatus, V, 1263, 1264. — Patronatus jus est jus nominandi vel præsentandi clericum idoneum promovendum ad Ecclesiam vel beneficium ecclesiasticum vacans, 1262, XVIII, 732. — Tribus potissimum modis acquiritur jus patronatus respectu beneficii ecclesiastici, ex fundatione, ædificatione et dotatione, 732. — Potest etiam acquiri præscriptione ac privilegio, 733. — Jus patronatus semel legitime acquisitum transit ad hæredes, nisi aliud ex prima juris patronatus constitutione appareat, 733. — Successio hæredum in jure patronatus non fit in capita, sed in stirpes, 734. — Quatuor modis ab uno in alium transfertur jus patronatus: successione, donatione, permutatione, et venditione universitatis, 734. — Jus patronatus ex sola gratia, permissione, et privilegio Ecclesiæ procedit, 735. — Non tantum clerici, sed etiam laici, tam masculi quam feminæ, sunt capaces juris patronatus. Ita communis. 736

Jus patronatus dividitur in hæreditarium et familiare, in activum et passivum, in personale ac reale, XVIII, 736. — Hæreditarium transit ad quoscumque hæredes, etiam extraneos, 736. — Personale ad illos tantum qui sunt de sanguine et familia fundatoris, 737. — Activum vocatur, quando patronus potest præsentare ad beneficium. Passivum est quando ad certos ex familia aliis exclusis transit, 737. — Personale est, quod cohæret personæ fundatoris, vel ejus hæredis, ubicumque locorum existat. Reale quod cohæret certo loco. 737, V, 1263

Præcipua divisio juris patronatus est in ecclesiasticum et laicale, et mixtum. Ecclesiasticum est quod personæ ecclesiasticæ competit ratione Ecclesiæ, vel dignitatis, aut beneficii ecclesiastici. Laicale, quod alicui sive laico, sive clerico competit ratione proprii patrimonii, vel successionis paternæ aut alterius tituli sæcularis. Mixtum quod est mixtum ex utroque, 1262, XVIII, 737. — Inter jus patronatus ecclesiasticum et laicale multiplex datur discrimen, 737 et seq. — De jure præsentandi aliisque juribus patrono competentibus. 741 et seq.

PATRONUS. Patrono sive ecclesiastico, sive laico præcipue quatuor jura in beneficio ecclesiastico competunt: jus præsentandi, præcedendi, defendendi Ecclesiam, atque ut ex bonis Ecclesiæ eidem indigenti succurratur, XVIII, 741. — Jus præsentandi clericum idoneum ad beneficium vacans, sive simplex, sive curatum, adeo competit patrono, ut episcopus, vel is ad quem spectat institutio, teneatur eumdem admittere, 741. — Beneficium ecclesiasticum sine consensu et voluntate patroni, regulariter loquendo, conferri nequit, 741. — Patronus quamvis sit clericus et idoneus, seipsum ad beneficium ecclesiasticum præsentare non potest. Ita communis, 742. — Patronus filios suos aut alios consanguineos ad beneficium præsentare potest, 742. — Si plures sunt patroni ejusdem ecclesiæ vel beneficii, et in præsentando discordent, præsentatus præfertur qui majoribus juvatur meritis, et plurium approbatur assensu, 742. — Si duo sint præsentati a pluribus patronis in pari numero, neutri eorum acquiritur jus petendi institutionem, 742. — Præter jus præsentandi patrono ecclesiæ debetur honor, 743. — Insuper competit patrono jus, seu potius onus defendendi Ecclesiam, 743. — Patrono egenti convenit ut ab Ecclesia ille modeste succurratur. 743

Patronus, a pater derivatus, ille communiter intelligitur qui alios suscipit defendendos, XV, 374. — Patronus et titularis in duobus potissimum differunt 1° patronus loci per se importat festum in populo, non item titularis, 374. — 2° Locus communiter non habet nomen patroni, dum ecclesia sub nomine sui titularis designari soleat, 375. — De modo celebrandi festa patroni. 375, 376

PAUPERTAS religiosa est voluntaria abdicatio, voto firmata, rerum temporalium, quantum ad dominium, proprietatem et usum juris, seu jus utendi irrevocabiliter et independenter a voluntate superioris, non tantum quantum ad usum facti seu simplicem usum revocabilem et dependentem a voluntate superioris, XVI, 1285. — Paupertatis religiosæ votum obligat, non solum ut nulla re utatur religiosus, inscio vel invito superiore, sed etiam ut rebus per superiorem concessis utatur moderate et sine notabili excessu, XVIII, 1253. *Vide* STATUS RELIGIOSUS.

PAX est pactum publicum quo hostes inter se de bello in totum et in perpetuum finiendo transigunt. XVI, 67

Pacis vera dilectio est dos theologo necessaria. I, 69-53

PECCANDI impossibilitas homini conveniens in hac mortali vita, cujus generis et conditionis dicenda sit, XI, 1194. — Homini in hac vita degenti nunquam tribuenda est apathia et impeccantia. 1200

PECCATOR qui se ab ordine legis divinæ subduxit per culpam, in ordinem divinæ justitiæ revocatur per pœnam, XI, 719. — Omnis qui peccat moritur, 716. — Peccans lethaliter, pervicaciter et proterve creaturam Deo abjecto et repudiato anteponit. — Peccans venialiter ex quadam naturæ corruptela et fragilitate, leviter inhæret rebus creatis, quas tamen nihili facit præ Deo super omnia dilecto. 26, 27

Peccatores ad Ecclesiam pertinent, IV, 1068. — Peccatores nondum indurati gratia sufficiente persæpe donantur, VI, 231. — Gratiæ sufficientes obduratis penitus non desunt, 233. — Peccatores spectari possunt ut peccatores, et ut homines a Deo creati, conversionis et gratiæ recipiendæ capaces. Peccatoribus Deus sub omni respectu nunquam irascitur, sed tantum ut peccatoribus. IX, 887-701

PECCATUM definitur factum, dictum vel concupitum, id est, actus humanus deliberatus, quo fit, vel dicitur, vel concupiscitur aliquid contra legem æternam. Rursus definiri potest peccatum perversa Dei imitatio, XI, 678. — Peccati materia est vel opus externum, vel interni animi motus; forma vero seu potius deformitas est aversio a Deo, et defectio ab illius lege, 678. — Peccatum est Dei offensa, sive injuria Deo irrogata, 667. — Omne peccatum est injustitia quædam, quia est violatio æqualitatis seu conformitatis debitæ legi vel præcepto superioris. Hinc definitur: Cœlestium inobedientia mandatorum, et divini prævaricatio præcepti. XV, 509

Aliud est originale, quod per originem contrahitur; aliud actuale, quod actu proprio ac propria voluntate committitur, XI, 668. — Peccatum actuale est voluntas retinendi quod justitia vetat, et unde liberum est abstinere 677. — Omne peccatum est voluntarium. XIV, 764-663

Deus non auctor peccati. Dogma fidei est, 677 et seq. — Deus dat potestatem, non pravam voluntatem, XI, 688. —

Deus sinit, non jubet, 682.—Deus non est auctor seu causa peccati, ut sic, sed quatenus pœna est peccantis, I, 100 et seq.-77; V, 1041; VI, 967.—Omnia peccata æqualia non sunt. Dantur mortalia, dantur venialia, V, 1040; VI, 967. — Peccatum actuale aliud mortale est, aliud veniale, XI, 683.— Mortale est adhæsio creaturæ tanquam ultimo fini; sive aversio a Deo tanquam ab ultimo fine, et conversio ad creaturam.— Veniale est inordinatus ad creaturam affectus, servato ordine ultimi finis, 684.— Quando perpetratur mortale peccatum, quando veniale, 26. 27.— Veniale non pervertit ordinem ad ultimum finem, id est, ad Deum; sed ordinem duntaxat eorum quæ ad finem referuntur, 724.— Peccatum veniale est præcepti divini transgressio levis quæ dissolvendæ Dei cum creatura sua unioni non sufficit, IX, 738-585.—Inter utrumque discrimina, XI, 684, 685.— Veniale peccatum a mortali suapte natura, non ex sola ratione ad misericordiam Dei illud facile condonantis distinguitur, 685 et seq.—Veniale peccatum inducit pœnæ temporalis reatum, vel in hac vita, vel in altera luendæ, 724.— Peccatum veniale per accidens æterna pœna plectitur, XXII, 172.— Triplex est genus peccatorum venialium, 1° aliqua committuntur ex surreptione, seu ex imperfecta deliberatione, ut inordinati motus subitaneæ iræ, tristitiæ, etc.; et hæc sunt perfectorum peccata, et absolutionis sufficiens materia; 2° alia committuntur quidem deliberate, non tamen ex habituali affectu ad illa, sed ex humana quadam infirmitate, ut leves excessus in cibo et potu, mendacia officiosa, etc.; non sunt signum inefficacis propositi; 3° alia ex habituali affectu sive ex consuetudine non retractata committi solent, et hæc vocantur affixiva, vel adhæsionis. Talia committentibus differenda est absolutio, 1249.— Venialis peccati remissio gratuitum et supernaturale Dei beneficium est. Nullius peccati culpa est tam levis ut viribus naturæ possit elui. Nullus homo, in se consideratus, habet quod remissionem mereatur, V, 1040.— Homo justus, purus, gratia sanctificante ornatus potest de condigno satisfacere pro peccato veniali. Ita communis IX, 736 et seq.-582

Peccatum actuale aliud commissionis, aliud omissionis. — Prius est actio prava qua id facit homo quod lex prohibet; posterius est prætermissio boni quod lex præcipit.— Prius nomine peccati, posterius nomine delicti significatur, XI, 691.— Peccatum omissionis est contra præcepta affirmantia; peccatum commissionis contra præcepta negantia. 692, XII, 213-172

Peccatum ratione objecti a quo speciem et distinctionem habet dividitur in spirituale quod perficitur in delectatione spirituali, et carnale quod consummatur in delectatione carnali, XI, 692.—Peccatum aliud est in Deum, aliud est in seipsum, aliud in proximum.—Omnia peccata generali quadam ratione sunt contra Deum 693, 694

Peccatum secundum diversos gradus, intra eamdem speciem dividitur in peccatum cordis, oris et operis, 694.— Peccatum cordis tribus gradibus perficitur, suggestione, delectatione, consensu. 695 et seq.

Peccatum ratione causarum interiorum dividitur in peccata ex ignorantia, ex cupiditate sive infirmitate, et ex malitia.— Ignorantia est causa peccati ex parte rationis, cupiditas ex parte appetitus sentientis, malitia ex parte voluntatis, 697.— Plurima esse ignorantiæ peccata constat ex sacris litteris, 699.— Peccatum ex cupiditate sive animi perturbatione, illud est ad quod voluntas inclinatur et allicitur a concupiscentia mentis considerationem distrahente vel impediente, 700 et seq.— Infirmitas illa et difficultas operandi bonum naturæ peccatricis vulnera sunt, 702.—Peccatum ex malitia illud est quod sios perversitate voluntatis, bonum temporale præ rationis ordine, præ ipso Deo amantis, committitur, 705.—Peccatum omne ex pravo habitu est peccatum ex certa malitia, 706.— Ad peccatum non sufficit habitualis dispositio, et proclivitas ad peccandum, sed requiritur actualis dispositio. XIV, 506-214

Peccati divisio in septem vitia capitalia, quæ sunt veluti fontes et principia cæterorum; scilicet superbia, avaritia, luxuria, invidia, gula, ira, acedia, XI, 707. — S. Gregorius et S. Thomas superbiam omnium vitiorum matrem ac reginam ponunt, inanem vero gloriam vitiorum capitalium primum, 707, 709. — Luxuria et gula sunt peccata carnalia; cætera sunt spiritualia, 692. — Sed luxuria strictiori acceptione peccatum carnis dicitur, 993. — Peccatum carnis commissum extra personam propriam, vel est naturale, vel contra naturam. XVIII, 1332

Peccatum in Spiritum sanctum est gravissimum quoddam criminum genus, quod patres varie intellexerunt et exposuerunt, XI, 709.—Sex vulgo peccata in Spiritum sanctum recensentur: præsumptio de misericordia Dei vel de impunitate peccati, desperatio, agnitæ veritatis impugnatio, fraternæ charitatis invidentia, obstinatio et impœnitentia, 710 et seq. — Expositiones texti ex S. Matthæo desumpti, cap. 12, v. 31. XXII, 98 et seq.

Peccatum ex infirmitate dicitur contra patrem, cui tribuitur potentia; peccatum ex ignorantia, contra filium, cui tribuitur sapientia; peccatum ex mera malitia contra veritatem cognitam, contra Spiritum sanctum cui tribuitur bonitas et illuminatio. 100

De peccatorum gravitate omnia peccata esse paria, post stoicos docuit Jovinianus hæreticus, XI, 712. — Gravitas peccatorum sumitur ex objecto, fine, et circumstantiis, 713. — Peccatum quatenus injuria est infinitæ Dei majestati irrogata infinitæ est malitiæ, VI, 197. — Peccatum quodcunque mortale est idololatria improprie sumpta, XIV, 78-65. — Omne peccatum est opus servile. 348-277

De effectibus peccati. Duo sunt effectus præcipui peccati, macula et reatus pœnæ. Macula distincta est a reatu pœnæ, XI, 715. — Omnium catholicorum sententia est, peccatum animam quadam inquinare macula, quæ, præterito actu peccati remanet, VI, 969. — Macula peccati, manens in anima post actum peccati, donec pœnitentia abstergatur, est privatio nitoris animæ, XI, 715. — Peccatum supernaturalem animæ vitam extinguit, 713. — Mortale peccatum animæ divitias, merita, scilicet ac bona opera deprædatur, 717, 718. — Alter effectus peccati est reatus pœnæ, sive debitum pœnæ propter peccatum admissum luendæ, 718. — Duplex est reatus pœnæ, scilicet pœnæ æternæ, et pœnæ temporalis, 720. —Inter peccati pœnas, non levis, sane est conscientia peccati, 723 et seq. — Mors et miseria, quas affert peccatum tamdiu manere debent, quamdiu reatus peccati manet. III, 301, 302

Peccatum unum alterius pœna peccati est tripliciter: 1° ratione causæ peccatum impedientis quam removet, seu ratione subtractionis divini auxilii; 2° ratione actus cui adjuncta est afflictio, sive sit actus interior, sive exterior; 3° ratione effectus consequentis, ut sunt infamia, paupertas, morbi. Qua ratione peccatum et peccati præcedentis, et sui etiam pœna est, XI, 727. — Idem simul esse peccatum et pœnam peccati docet S. Augustinus, 727. — Existens in peccato mortali potest ex naturali virtute singula peccata mortalia vitare, quamvis non omnia sine gratiæ auxilio, X, 1254. — Per quodlibet peccatum mortale charitatem justus actu amittit, et desinit esse justus..., fides non amittitur, sicut charitas per quodlibet peccatum mortale, VI, 998. — Deus necessario et summe peccatum odio habet, quia non solum bonus est, sed etiam justus, IX, 803-708. — Peccatum a Deo remittendum non erat gratis et arbitrarie, nec etiam ob hominum pœnitentiam; gratuita remissio peccati minus Deo digna videtur ob plurimas causas, III, 302. — Necessaria erat peccati expiatio, 302. — Pœnitentia nullo modo vera et proprie dicta expiatio censeri potest, quæ neque satisfacit divinis attributis, neque efficit creaturam sanctam et impollutam, 303. Punitio peccati est ex lege æterna. XII, 282-215

De distinctione specifica peccatorum. Peccata inter se specie differunt, quando habent malitiam diversæ rationis et naturæ, XXII, 1350. — Peccata tunc sunt specie diversa quando violantur præcepta diversarum virtutum, vel functionum diversarum ejusdem virtutis, vel quando contrario modo, diversa ratione eidem virtuti opponuntur, 1351. — De circumstantiis quæ mutant speciem peccati, vel solum aggravant intra eamdem, 1352. — Circumstantiæ hoc versu continentur: Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando, XI, 714; XXII, 1352. — Tripliciter aggravatur peccatum ratione circumstantiæ, XI, 714.—Circumstantiæ peccatorum speciem mutantes sunt illæ quæ actui afferunt, vel auferunt peculiarem malitiæ speciem, XXII, 1353. — Circumstantiæ intra eamdem speciem aggravantes vel minuentes peccatum, sunt illæ quæ neque afferunt neque auferunt peculiarem malitiæ speciem, sed solum augent vel parum et leviter, vel multum et notabiliter, 1353.—Circumstantiæ peccatum aggravantes, sunt vel notabiliter aggravantes, vel leviter solum augentes, 1353.— Tunc circumstantiæ mutant speciem peccati, quando in actu ponunt, vel afferunt oppositionem cum diversis virtutibus, aut cum diversis ejusdem virtutis officiis, aut cum eadem virtute modo contrario, vel disparato; alias vero sunt tantum aggravantes, vel minuentes intra eamdem speciem, 1354.— De circumstantia personæ.—Circumstantia quis seu conditiones accidentales personæ operantis mutant speciem peccati in triplici casu. — Circumstantia personæ aliquando etiam notabiliter peccatum intra eamdem speciem aggravat; præsertim quando persona peccans est specialiter Deo consecrata. 1354

De circumstantia objecti. — Circumstantia qualitatis objecti sæpius speciem mutat, v. g., si res vel persona sit sacra, 1354. — Circumstantia, quantitatis magnæ vel parvæ, objecti nunquam mutat speciem. — Circumstantia nocumenti sive proprii, sive alieni, sæpe addit malitiæ speciem, 1355. —

De circumstantia loci. — Circumstantia loci raro intra eamdem speciem peccatum notabiliter aggravat, nisi forte in materia injustitiæ, v. g., si quis coram pluribus alienæ famæ detrahat, 1335. — Hæc circumstantia loci sæpe novam affert speciem malitiæ, scilicet vel injustitiæ, vel sacrilegii, vel scandali, 1356. — De circumstantia auxilii quæ media seu instrumenta significat. Media seu instrumenta, sive sint specialiter prohibita, seu habeant specialem repugnantiam cum aliqua virtute, afferunt peccato novam malitiæ speciem. — Qui aliorum auxilio utitur ad peccandum, et ad hoc eos inducit, vel jussu, vel consilio, vel precibus, aliove modo, superaddit peccato suo malitiam scandali. 1356

Per circumstantiam, cur seu finis, intelligitur finis extrinsecus qui et dicitur finis operantis. Hæc circumstantia tribus modis potest accidere, 1356. — Circumstantia quomodo seu modi sæpius intra eamdem speciem peccatum aggravat, vel minuit, v. g., si quis peccaverit cum plena advertentia, etc. Circumstantia modi potest interdum addere specialem malitiam actui, ac proinde mutare speciem. Sic modus violentiæ injuriosæ constituit stuprum in fornicatione, 1357. — Circumstantia *quando* seu temporis, nunquam mutat speciem, nisi tempus ad actionem præscriptum sit, vel prohibitum præceptis formaliter diversis, seu latis ex motivis diversarum virtutum vel functionum, 1357. — Circumstantia temporis si sumatur pro temporis mora qua actio durat, non mutat speciem, sed solum aggravat peccatum, 1358. — Ex communi doctorum sensu, sæpe occurrit obligatio declarandi in confessione circumstantias solum aggravantes, scilicet ratione alterius obligationis iis adjunctæ. 1338

De distinctione numerica peccatorum, quæ dupliciter intelligi potest, 1° Ipsa peccata seu actus multiplicari possunt; 2° in eodem actu reperiri possunt malitiæ numero diversæ, XXII, 1359. — Distinctio numerica peccatorum sumenda est ex multiplicatione seu interruptione actuum internorum voluntatis, ita ut tot sint numero peccata, quot sunt actus voluntatis moraliter distincti, seu interrupti vel repetiti; contra vero duntaxat unum sit numero peccatum, quamvis sint plures actiones externæ distinctæ si unus fit actus voluntatis perseverans vel formaliter et in se ipso, vel virtualiter in aliquo libero effectu. Hæc conclusio certa est, et omnium theologorum, 1359 et seq. — Probabilissimum est in uno actu peccaminoso tot esse malitias quot violantur obligationes numero distinctæ, et ut tales cognitæ, 1361. — Unus et idem actus, qui plures habet malitias, proprie et rigorose loquendo non videtur dicendus multiplex peccatum, 1362 — Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est. XI, 1202 et seq.

Peccatum philosophicum. De repugnantia peccati mere philosophici cum in Suarezii, tum in aliorum catholicorum sententia. S. Thomas philosophici peccati fundamentum destruit. XIV, 816-644, 645.

Peculatum est furtum, quo quis aufert res pertinentes ad fiscum aut publicum ærarium. XV, 991.

Peculium est quasi pusilla pecunia, vel pusillum patrimonium. Bona filii familias in jure peculium appellantur, XVI, 153. — Aliud peculium dicitur militare, aliud paganum. — Militare est vel castrense, vel quasi castrense, 153. — Paganum aliud est adventitium, aliud profectitium, 154. — Peculium quadruplex filiis familias potest competere, castrense, quasi castrense, adventitium, profectitium, XIV, 872-688; XV, 478. — Castrense dicitur in militia vel occasione militiæ partum. Quasi castrense non in bello nec occasione militiæ, sed gaudens tamen privilegio castrensis, ut peculium acquisitum ex artibus liberalibus, ex beneficio ecclesiastico, etc. Adventitium, quod filius nec ex bello aut officio publico, nec a patre aut ejus causa acquirit, sed aliunde habet: ut bona quæ hereditario jure a matre, aut avis maternis, vel amicis, etc., ipsi obveniunt. Profectitium est quod ex bonis patriis vel eorum occasione, vel intuitu patris filius acquirit. 478, 479; XIV, 872-689; XVI, 153, 154.

Dissertatio de peculio clericorum, XVI, 1186. — Clerici sæculares pleno et absoluto jure possident bona patrimonialia, perinde ac filii familias bona castrensia, 1187. — Quamvis habeant patrimonium sufficiens, aut etiam pingue, donari possunt ecclesiastico beneficio, 1187 — Sicuti filii familias bonorum quasi castrensium, ita clerici bonorum quasi patrimonialium sive industrialium omnium habent dominium liberum. Ita communiter contra quosdam, 1188 et seq. — Ex sententia doctorum ferme communissima est clericis dominium plenum in bona beneficialia necessaria sustentationi congruæ, 1192. — Æquale dominium obtinent clerici bonorum beneficialium parcimonialium, 1192. — Ad bona beneficialia superflua sustentationi quod spectat, theologi et canonistæ inter se disputant, 1192 et seq. — Per me sit, auctor, quisque clericorum beneficiatorum in suo sensu abundet, 1193. — Expenduntur variæ opiniones, 1193 et seq. — Lis maxima ferret circa titulum obligationis distribuendi superflua in pauperes, aliave pia opera, 1193. — Mitior S. Thomæ sententia, 1194. — Cæterum, evidens ac firma permanet beneficiariis omnibus imposita gravis obligatio erogandi superfluos necessariæ et decenti sustentationi reditus in causas pias. 1197

Pecunia non bene dicitur simpliciter et absolute sterilis nisi quæstio de nomine sit, cum ejus subsidio humana industria plurimum emolumenti progignat. Sterilis solummodo dici potest in contractu mutui intuitu mutuatoris, XVI, 800. — Quam sterilitatem, aut quam fecunditatem habeat, 799. — Potest pecunia per varios contractus collocari ad lucrum. 883.

De honestate contractuum per quos pecunia collocatur ad lucrum. Tribus modis subvenimus ex nostris rebus alterius indigentiæ actu mere benefico, cui nulla adhæret obligatio perfecta, actu benefico obligatorio, seu contractu unilaterali, cui ex parte alterutra adhæret obligatio; actu permutatorio seu contractu utrinque oneroso, 884. — Interveniente pecunia possum alteri onus imponere, ex quo mihi accedat emolumentum. Quamvis enim pecunia sub certa ratione sit sterilis, fructus tamen ex illa nascitur, 884. — Honestas contractuum per quos pecunia collocatur ad lucrum, examinanda est ad charitatis et justitiæ regulas. — Obligationem charitatis metimur ex necessitate aliena et facultate propria, 884. — Ut necessitas aliena censeatur exigere actum beneficum, requiritur necessitas habendi gratis, 885. — Sæpe facultas propria est tanta ut, charitas impediat pretio dare, etsi necessitas aliena non exigat actum beneficum, 885. — Humanitatis leges exigunt, ut quæ mihi sunt superflua, aliorum usui concedam gratis, 885. — In contractu oneroso, quem admittit charitas, cavendum est ne lædatur justitia. 886, 887.

De utilitate contractuum per quos pecunia collocatur ad lucrum, 887. — Dubium non est quin et lucri, et gloriæ ex promota utilitate publica promeritæ, communio ad eum pro rata pertineat, qui pecuniam suam junxit alienæ industriæ, 888. — Laudem non merentur qui pecunias otiosas accumulant. Natura et finis pecuniæ in eo consistit ut per manus semper eat in circulum. 888, 889. — Utiles reipublicæ sunt contractus per quos aliquorum pecuniæ junguntur aliorum industriæ ad reportandum lucrum cum utilitate publica connexum, modo contra charitatis et justitiæ leges nihil committatur, 889. — Conjunctis viribus agendum, et ab uno dotes animi, ab alio opes cum aliis communicandæ sunt vi fœderis, quo societas civilis conflata est. Hujus autem natura exigit, ut qui conjunctis viribus utilitatem publicam promovent, communis etiam lucri fiant participes, 890. — Cum utilissimi ad procurandam rerum humanæ vitæ commodis necessariarum copiam sint contractus, quibus pecunia ad lucrum collocatur, est principis ordinare tales contractus, et curare ut legitime celebrentur, 890 et seq. — Qui utitur aliqua forma contrahendi, non utentem non spernat, et qui non utitur, utentem non judicet, nisi claris argumentis ostendat eam æquitate naturali repugnare, 893. — Conclusio practica. 754 et seq.

Pelagiani, dicti a Pelagio, natione Britanno, seu Anglo, professione monacho, hæretici sæculi quinti, V, 52. — De Pelagianis, X, 87-71. — De Pelagianorum parentibus ac magistris, 88-71. — De Pelagio, 89-72. — De Pelagii discipulis. 91-74

De Pelagianæ hæresis impugnatoribus. De conciliis in Pelagianorum causa celebratis. Congregata sunt 24 concilia, e quibus unum (Ephesinum) generale, reliqua particularia, V, 53; X, 92 et seq.-75. — Harum synodorum synopsis, 105-85. — De constitutionibus summorum pontificum contra Pelagianos, 107-86. — De dogmaticis SS. Patrum libris adversus Pelagianos, 110-89. — De scriptis S. Hieronymi, 111-89. — De Orosii scriptis. — De Sixto presbytero romano. — De Mario mercatore, 112-90; 91. — De imperatorum edictis adversus Pelagianos, 114-92. — De subscriptionibus in causa Pelagianorum exactis. 116-93

De erroribus Pelagianorum. Capitales Pelagii errores, V, 53. — Pelagianæ propositiones damnatæ, VI, 653. — Circa Dei voluntatem salvandi omnes homines errores, VII, 422, 489. — Ad tria potissimum capita revocari possunt Pelagianorum errores. Errores circa peccatum originale, X, 119, 853 et seq.-96, 673. — Errores circa vires liberi arbitrii, 120-97. — Errores circa gratiam, 121-97. — Errores quatuordecim numerantur, 1068, 1069-841. — Pelagianorum effugia, 1081-851. — Primum effugium, 121-98. — Secundum effugium, 122-98. — Tertium effugium, 123-99. — Quartum, 124-99. — Quintum, 125-100. — Utrum Pelagius veram et internam voluntatis gratiam aliquando tandem agnoverit, 127-102. — Status quæstionis. Opiniones. Prima est Jansenii, 129-103. — Secunda sententia est Lemos, 130-104. — Tertia sententia. — Quarta est Petavii, 131-105. — Quinta est Suarezii, 132-

105. — *Conclusio prima.* Pelagius tandem aliquando agnovit veram et internam revelationis gratiam, tum ex parte objecti melius propositi, tum ex parte potentiæ, seu intellectus ad credendum divinitus adjuti, 132-105. — *Conclusio secunda.* Pelagius ante condemnationem suæ hæresis factam sub Zozimo, veram et internam voluntatis gratiam nusquam admisit ad bonum opus sive inchoandum, sive perficiendum, 133-106. — *Conclusio tertia.* Post decretum Zozimi Julianus hæresim Pelagianam utcumque temperavit, internam voluntatis gratiam admittendo, et triplici infectam vitio, 135-108. — Solv. objec., 138-111. — Ad actiones tum naturales, tum supernaturales concursum prævium non admisit. Circa concursum simultaneum dissentiunt theologi. Sententia negans videtur probabilior, 142-113. — Pelagiani nec gratiam interius sanctificantem, nec virtutes supernaturales infusas agnovere. 143-115

De qua gratiæ specie contentio fuerit S. Augustinum inter et Pelagianos. — Gratia quam propugnavit S. Aug. contra Pelagianos, ea non est quæ virtute sua invicta, insuperabili et ineluctabili voluntatem ad bonum necessario determinat et applicat ad sensum Jansenii, 146-117. — *Conclusio secunda.* Gratia de qua potissimum contra Pelagianos agebat S. Aug. non erat habitualis, sed actualis, 147-117. — *Conclusio tertia.* Gratia de qua tam gravis exarsit contentio inter S. Aug. et Pelagianos, non est gratia ex se efficax, sed generatim actualis gratia voluntatis necessaria et gratuita, 148-118. — Solv. objec. 152-121

Compendiosa proponitur series chronologica operum S. Aug. adversus hæresim Pelagianam, 159-127. — *Vid.* SEMIPELAGIANI.

PENSIO est jus percipiendi partem fructuum alicujus beneficii, auctoritate pontificis consignatam. Duplex est : alia laicalis, alia clericalis. XIV, 427-339. — Pensio est certa portio fructuum ab aliquo beneficio ad tempus separata, vel ob causam temporalem, et tunc vocatur pensio laicalis, vel ob causam sustentationis clerici, et sic est pensio clericalis, XVIII, 694. — Pensio est jus percipiendi fructus ex beneficio alieno. Dividitur in spiritualem, temporalem et mixtam. Spiritualis est quæ fundatur in titulo spirituali, seu quæ confertur ob spirituale ministerium, 1432. — Pensio temporalis seu laica est quæ titulo temporali fundatur, et personis laicis concedi solet. Pensio mixta est quæ licet ob spirituale ministerium non conferatur, statum tamen clericalem exigit, 1432. — Excommunicatus pensionis spiritualis incapax est : mixtæ etiam pensionis est incapax. Sententia communior, 1432. — Pensionem temporalem excommunicato valide conferri posse videtur certum. 1432

Pensiones et supplementa beneficiorum antiquorum loco nunc in Gallia a clericis percepta, naturam beneficiorum induunt, et pastoribus, et canonicis et episcopis correspondentes obligationes certe imponunt, XII, 957 *in not.*-736. — Pensio laicalis non est beneficium. Pensio clericalis, regulariter loquendo, non habet rationem beneficii proprie dicti, XVIII, 694. — Pensio laicalis datur ob ministerium aliquod temporale, nec petit in subjecto ordinem ; indifferenter conceditur laicis et clericis, XIV, 427-339. — Pensio clericalis exigit ordinem in subjecto ; solis clericis conceditur. 428-339

PENTECOSTE. De festo Pentecostes quod die quinquagesima a secunda die Azymorum apud Judæos celebrabatur, XV, 167. — In sacra scriptura vocatur festum Hebdomadarum, solemnitas Messis, dies Primitiarum. In Novo Testamento nuncupatur Πεντηκοστή, quinquagesima scilicet dies, XXVI, 63, 453. — Quomodo Israelitæ numerabant diem quinquagesimum, 63. — Quæ ratio institutionis festi Pentecostes, 64. — Sacrificium antiquitus festo Pentecostes oblatum, 65. — Occasione festi Pentecostes quid hodie agere teneantur Judæi. Quosnam sacræ scripturæ librum hoc festo legunt. 68

De festo Pentecostes, quod prima dominica celebratur post dominicam infra octavam Ascensionis, XV, 334 ; XXVI, 450. — Mathias in locum Judæ cooptatus est inter apostolos. Ita volente Deo, sortito adeptus est apostolatum, quod trahi non debet in exemplum, 450. — Ingruente sonitu quodam vehemente, delapsus est Spiritus sanctus super apostolos, et apparuerunt linguæ igneæ super eorum capita dispertitæ. Cum gratiæ sanctificantis uberiori copia indita sunt apostolis septem dona Spiritus sancti, 451. — Hierosolyma omnium Asiæ civitatum nobilissima. Incredibilis multitudo illuc confluebat die Pentecostes. Apostolos quidam existimabant ebrios esse. Joelis oraculum tum bene adimpletum, 452. — Salmasius confutatus. Celebris oratio S. Petri ad populum : ter mille homines baptismum suscipiunt, 453. — De Pentecoste Hebræorum. Quæ illa solemnitas et quando celebraretur, 453. — De Pentecoste christianorum. Analogia inter illam et Pentecostem Judaicam, 454. — Quis numerus fuerit eorum qui eo convenerant, quo Spiritus sanctus delapsus est. Beza refutatus, 455. — Quin fuerit donum linguarum apostolis collatum. De linguis igneis. Quid revera essent. Calmeti sententia. Nova opinio Serry. Ignis ille fuit elementarius. Serry refutatus, 456. — Aliæ opiniones quæ non probantur. 457

De loco ubi erant apostoli, quando descendit Spiritus sanctus. Quid sit Cœnaculum, 457. — Verisimile est domum, in cujus superiorem partem secesserant apostoli, fuisse domum Mariæ matris Joannis, cui nomen Marcus, qui fuit comes Pauli et Barnabæ. Discrepantia quæ videtur esse inter Acta apostolorum et Evangelium Lucæ de loco, in quem Spiritus sanctus descendit. Duplex conciliandi modus, alter Maldonati, Estii alter, 458. — Uterque modus satis aptus conciliandæ concordiæ inter Acta et Evangelium. 459

In quam diem ceciderit eo anno Pentecoste, 459. — Ex romanæ Ecclesiæ traditione cecidit eo anno in dominicam. Proponitur gravis difficultas adversus eam traditionem. Solutio quædam non probata, 460. — Solutiones aliæ quæ minus videntur idoneæ. Alii difficultatis dissolvendæ modi, 461. — Bellarmini sententia. Alii statuunt eo anno duplicem Pentecostem, alteram Judaicam, christianorum alteram ; quod non facile quis crediderit, 462. — Bellarmini et Baronii verisimilior sententia. 463

De hora, qua delapsus est Spiritus sanctus, 463. — Pentecostes festum sine ulla dubitatione ab apostolis profectum, 464. — Pentecoste in veteri disciplina non tam ipsum diem festi significat, quam quinquaginta dies inter Pascha et Pentecostem interjectos, 465. — Canon concilii Illiberitani explicatus. Quinquaginta dies inter Pascha et Pentecostem omnes festi olim fuere ; ita tamen ut non cessatum sit ab operibus servilibus, 465. — Festivitas horum dierum celebratatur legendis in Ecclesia apostolorum Actis. Nullum per eos dies jejunium, nulla oratio flexis genibus. Octo primis diebus silebat forum ; reliquis nullum licebat edere spectaculum, 466. — Olim hac die conferebatur baptismus, fiebat benedictio cerei. Aliæ consuetudines sublatæ, quod turbas crearent in populo, 466. — Jejunium in pervigilio Pentecostes. Ex consuetudine præceptum est jejunium in pervigilio Pentecostes. Falso Quesnellus asserit non fuisse illud jejunium ante 12 sæculum, 467. — Benedictio fontis in sabbato Pentecostes. Lud. Vivès putat per quinquaginta illos dies olim baptismum administrari consuevisse, 467. — Olim in Paschate et Pentecoste conferebatur confirmatio. 468

Quatuor recensentur prosæ, quæ recitantur in missa. Quis cujusque earum fuerit auctor. 468

Primam missam apostoli distulerunt usque ad Pentecostem, cum nova lex satis promulgata fuit. 469

PERCEPTIO comprehensiva est si objectum et quidquid est in objecto, et omnis virtus objecti, per eam attingantur, ut nihil in iis prorsus sit quod percipientem fugiat. II, 952-732

PERCUSSIO parentum est casus reservatus, XVIII, 1158 et seq. — Corollaria, 1155. — Parentum percussio ubique eodem modo reservata est. XXII, 821

PEREGRINI tenentur legibus loci in quo sedem constituunt animo habitandi, vel quando divertunt per modum transitus, etc. etc., XXV, 552.

PERFECTIO. Ex divinis perfectionibus multa colligi possunt ad morum informationem, VI, 35-39. — De perfectione virtutum quæ in hac vita haberi potest. In hoc statu corruptæ naturæ numquam homo ita perfectus est ut immunis omnino fiat a peccato, saltem veniali, per totam vitam, imo per diuturnum tempus, XI, 1190, 1194. — Homini in hac vita degenti numquam tribuenda est apathia, seu passionum omnium vacuitas et impeccantia, 1200. — Ab omni peccato etiam levi ad breve tempus abstinere possumus, 1201. — Quantalibet perfectione per Christi gratiam donetur homo, ei semper opus est oratione, jejunio, carnis mortificatione, cultuque, et exercitio virtutis. 1206

Perfectio vitæ christianæ in charitate consistit. Potest triplex perfectio considerari : una absoluta, tum ex parte diligentis, tum ex parte diligibilis, quæ soli Deo competit, XIII, 1335-1069. — Alia absoluta ex parte diligentis, quæ non est possibilis in via, sed erit in patria, 1335, 1336-1069. — Tertia perfectio est quæ in hac vita haberi potest, 1336-1069. — Perfectio simplex melior est quam non ipsa. Perfectio secundum quid secum adjunctam habet imperfectionem. VII, 97

PERFECTUM opus variis modis dici potest, 1° in se et ratione suæ entitatis ; 2° ratione modi quo agens operatur ; 3° in ordine ad finem quem agens sibi proposuit. VII, 1225

PERICULUM sortis. XVI, 709, 817

PERINDE valere est nova dispensatio, qua opus est cum

impetrantes de novo se carnaliter cognoverint, XIX, 722-733

**Perjurium** improprie et generaliter sumptum est juramentum illicitum, defectu cujuscumque comitis, nempe veritatis, judicii et justitiæ. Proprie et stricte sumptum est mendacium juramento firmatum, XVIII, 1167; XIV, 175. — Falsitas est de ratione perjurii, 157-125. — Malitia perjurii proprie stricti in eo consistit quod Deus statuatur testis mendacii seu falsitatis. XVIII, 1167

Perjurium de sui ratione importat contemptum Dei; unde de sui ratione est peccatum mortale, XIV, 158-127. — Qui jocose perjurat, non excusatur a peccato mortali; nec qui ex lapsu linguæ, sed advertens falsum jurat, 159-127. — In juramento falso assertorio, materiæ parvitas non datur. — Est semper peccatum mortale, 157-126. — Plures idem asserunt de juramento promissorio, 157-126. — Juramentum promissorium cui deest veritas præsens, id est, animus præstandi promissum, quantumvis exiguum, est semper perjurium mortale, XVIII, 1167. — Juramenti promissorii rite præstiti transgressio materiæ proportionatur, et ideo venialis est, si materia, quæ omittitur, sit levis, totalis vel partialis, 1168, 1175. — Perjurium materiale solum est, dum quis falsum jurat, non intendens jurare falsum, et tunc non est perjurium, nec peccatum mortale, nisi propter negligentiam in tanta re, XIV, 158-126. — Est vero perjurium formale quando quis advertens se jurare falsum, vult jurare falsum, et deliberate sciens ac prudens perjurat. Et hoc semper est peccatum mortale, 158-126

Perjurium in judicio est specialiter exprimendum in sacro tribunali, 159-127. — Perjurium est casus reservatus in Coloniensi et Leodiensi diœcesibus, XVIII, 1175 et seq., 1284 et seq. — Perjurium est filia avaritiæ. XI, 868

**Permissio**, XII, 215, 219, 225 et seq.-172, 175, 179. — Permissionis materia sunt actus vel indifferentes, vel parum mali et parum boni, 215-172. — Permissio solius facti non est effectus legis; non includit negationem prohibitionis, sed meram negationem impedimenti. — Permissio juris includit negationem prohibitionis et præcepti; legis effectus esse potest, 216-173. — Permissio mere negativa, quæ resultat ex sola negatione præcepti affirmativi vel negativi, non est proprius effectus legis. 216-173

Permissio simpliciter dicta attribui solet malis actibus; sic Deus dicitur permittere peccata, 217-174. — Si factum attendamus, Deus multa peccata permittit; si jus, Deus nullum peccatum permittit, 216-173. — Permissio propria dicitur de quocumque malo, vel prohibito, non respectu majoris, vel minoris mali, sed respectu cohibitionis ejusdem mali permissi. — Duplex est: alia facti, quando peccatum voluntarie non cohibetur; sic Deus dicitur permittere peccata. Alia juris, quando lex aliquæ permittit facere, quod alias prohibitum erat. XIII, 618 et seq.-488

**Permittere** aliud est, aliud præcipere; quod præcipimus semper placet; quod permittimus, nolentes permittimus, quia malam voluntatem hominum in totum prohibere non possumus. XII, 217-174

**Permutatio** est contractus quo duo vel plures se invicem obligant ad dandam rem unam pro alia. — Hic contractus in pluribus differt a venditione, in pluribus cum venditione convenit, XVI, 684. — Permutatio, seu modus quo potestas jurisdictionis et ecclesiastica beneficia amittuntur est mutua beneficiorum dimissio, seu resignatio, ut alter alterius dimittentis beneficium consequatur, V, 1275. Episcopatus sine auctoritate papæ, cætera beneficia sine venia ordinarii permutari non possunt, 1275. — Permutatio beneficiorum propria auctoritate permutantium facta de jure ecclesiastico non modo illicita et simoniaca, sed etiam invalida est. XVI, 540

**Perpetuitas** successionis in divisione esse non potest, 1271-988. — Perpetua esse debet Evangelii prædicatio, 1298-1001. — Perpetua etiam sacramentorum administratio, nec non fidei confessio. 1299-1002

**Persecutiones** testimonia Tacili, etc., de persecutionibus. III, 639 et seq.

**Persecutorum** sævitiam Christus terribiliter ultus est. III, 279 et seq.

**Perseverantia** est in ratione bene considerata stabilis et perpetua permansio, XI, 1219. — Est virtus fortitudini adjuncta, 1224, 1228. — Dupliciter accipitur, prout virtus, et prout peculiare donum Spiritus sancti, 1228. — Virtus perseverantiæ definitur: habitus per quem homo firmum propositum gerit persistendi in opere bono ad usque illius consummationem; ac reipsa persistit, non obstantibus molestiis ac difficultatibus ex actus diuturnitate provenientibus, 1228. — Perseverantia est quædam in gratia habituali permanentia. Duplex est una secundum quid, sive alicujus temporis; alia simplex, X, 1172-924. — Perseverantia simplex et absoluta duplex distinguitur, activa et efficiens, qua justus bona opera usque ad mortem elicit; mere passiva et formalis, quæ consistit in actuali unione gratiæ sanctificantis cum morte, 1173-924. — Perseverantia simplex et absoluta rursus duplici modo potest considerari; uno, cum adultus statim post baptismum moritur; altero, cum quis post adeptam gratiam aliquandiu vivit, et usque ad mortem perseverat in fide et amore Dei, 1173-924. — Perseverantiæ donum magnum est et speciale Dei donum, sive munus, 1172-923. Perseverantia hominis in Dei justitia speciale est divinæ bonitatis donum et auxilium, VI, 825, 826. — Hæreticorum errores, 826. — Perseverantiæ suæ incertus est quilibet Christianus, 847. — Singularis gratia ad perseverandum necessaria est, 66, 1002; X, 1174, 1179-925, 929. — Gratia sufficiens ad perseverandum justis omnibus datur, VI, 250. — Duo vitia perseverantiæ sunt opposita; alterum per defectum, animi mollities; alterum per excessum, pertinacia seu pervicacia. XI, 1229

De perseverantia in oratione. XIV, 40, 43-33, 36

**Persona** est substantia intelligens et sui juris. Ut substantia sit persona, duo ipsi necessaria sunt, ratio et dominium suarum operationum et affectionum. A philosophis et theologis persona definitur *substantia intelligens, alteri non communicata, quæ illam perficiat*, VIII, 12. — Persona a Boetio definitur: Naturæ rationalis individua substantia, seu subsistentia, 588. — Vulgo definitur: natura rationalis ultimo completa, IX, 740, 586. — Persona differt a supposito, ut species a genere. Soli naturæ rationali nomen personæ competere potest. Id quo natura ultimo completur, generatim nunc appellatur subsistentia, et ubi agitur de persona dicitur etiam personalitas, 740-586. — Omnis persona est suppositum, non vero omne suppositum est persona, 740-586. — Substantia completa rationis expers dicitur suppositum; rationalis, persona, VIII, 12. — Persona creata a natura singulari realiter distinguitur tanquam includens ipsam naturam singularem, et præterea aliquid aliud addens, quod proprie sit personalitas, V, 617. — Ex. g., persona ab omnibus significatur vocabulo concreto (ut vocabulo *homo*), natura vero abstracto, nempe *humanitas*, 616. — Persona a natura in multis differt, 618. — Natura humana in genere non est persona, etsi ratio substantiæ ipsi conveniat. IX, 741-586

Summa personarum divisio est, ut alii hominum laici, alii clerici sint. V, 1207

Personam gerens potest ignorare, ut talis, quod aliter scit, ut confessarius, legatus principis. IX, 939-742, 743

**Personalitas** est ratio constitutiva personæ, seu id ex quo persona habet ut sit persona, sive etiam ille existendi modus quo fit ut substantia intelligens sit sui juris, VIII, 12. Personalitas a subsistentia vix distinguitur. — Idem inter subsistentiam et personalitatem discrimen est, quod inter suppositum et personam. Omnis personalitas est subsistentia, sed non omnis subsistentia est personalitas, IX, 740, 741-586. — In creaturis personalitas non est aliqua perfectio a substantia, ne virtualiter quidem distincta, sed mera negatio unionis cum alia substantia, VIII, 12, 13. — In Deo personalitas est aliqua perfectio, non quidem superaddita substantiæ, sed ab ipsa virtualiter distincta, seu interna quædam modificatio illam quasi terminans, 13. — Personalitates divinæ sunt eæ proprietates relativæ quæ singulis personis propriæ sunt, IX, 744, 745-589. — Hinc una est in Christo persona Verbi divini. 746-590

**Personatus** est præcedentia sine jurisdictione, XVIII, 695.

**Pertinacia**, quinta inanis gloriæ filia, vitium est quo quis repudiata meliore et æquiore sententia, de sua, licet falsa et iniqua, nulla ratione dimoveri potest. Hic proprius est hæreticorum character, XI, 787; VI, 637. — Perseverantiæ opponitur, XI, 787, 1229. — Pertinacia est vitium, quo quis contra regulam rationis in sententia propria, rebusque susceptis firmiter persistit, nulla habita ratione difficultatum aut etiam consilii vel judicii prudentum virorum, quæ ab eorum prosecutione prohibere merito deberent, 1229. — Pertinaciæ lethalis reus est qui, manifestata sibi doctrina catholica, fidei resistit, etc., 787, 788. — Lethalis peccati reus est qui propositiones in materia fidei et morum, a conciliis vel ab episcopis, et imprimis a romano pontifice damnatas propugnat, 788. — Peccati mortalis reus est qui damnationi propositionum in materia fidei in sensu etiam e auctoris cujus libris exceptæ sunt, secundum formulas ab apostolica sede et episcopis præscriptam, subscribere recusat, 789. — Lethalis pertinaciæ reus est qui opinionem erroneam aut minus probabilem in materia morum, veræ et probabiliori antepoint, et secundum illam agit, 790. — Qui studio partium, etc. 791. — Venialiter tantum peccatum committit qui in materia levi, nec sibi vel alteri perniciosa pertinax est, nisi forte ratione scandali quod pareret propriæ sententiæ nimius amor, et immobilis in ea permansio, 791. — Pertinacia, quæ facit hæ-

resim, non est temporis diuturnitate æstimanda, I, 763-603. — Hæc sola consummata pertinacia est, quæ absolute cum fidei constantia repugnat, atque adeo sola ea simpliciter hæresim conficit, 769-606. — Pertinacia quæ hæreticum facit semper et solum in eo invenitur qui perseverat in privata sententia, quam intelligit communi Ecclesiæ fidei repugnare. 769-606.

Pertinax ille est qui tenere pertendit quod debet dimittere, vel, qui in errore persistit quem deserere tenetur, I, 766, 767-604. — Pertinax is dicitur qui plus nimio in propria sententia hæret. 769-606.

Pervicacia seu pertinacia est vitium perseverantiæ oppositum, XI, 1229. *Vid.* Pertinacia.

Petrus fuit apostolorum princeps, I, 1310-1054. — Romanus pontifex est Petri successor. Petri fides personalis non defecit. Id peculiare Petri privilegium fuit, ut ejus ne personalis quidem fides deficere potuisset, 438-462.-339-362. — Petri judicium in fide publicum falsum asserere hæresis est manifesta, 438-339. — Petrus quo sensu a Paulo reprehensus fuit, 993-995-783-783. — Primatus S. Petri ex liturgiis vindicatur, V, 289. *Vid.* Pontifex.

Phantasia est sensus interior, sive communis, XVII, 1195. — Intellectus hominis conjunctus naturaliter operari non potest, quin simul phantasia cooperetur. Est naturalis dependentia inter intellectum conjunctum et phantasiam, 1196. — Cooperatio phantasiæ est realiter distincta ab operatione intellectus, 1197 — Phantasia non tantum est capax cognitionis instructivæ, sed etiam abstractivæ, et ideo operari potest, quando exteriores sensus non possunt operari, et ita non pendet ab illis, 1202. — Sicut se habet sensus internus ad externos, ita intellectus ad phantasiam. 1207

Pharisæi, Judæorum secta, unde dicti, XXVI, 122. — Eorum vestis, 123. — Quo tempore Pharisæorum secta orta est, 123. — Ex qua tribu ortum habet, 124. — In quo consistebat Pharisæorum separatio a communi hominum consuetudine. Quænam erant præcipua ipsorum dogmata, 124. — Quanti fiebat hæc secta, 125. — Propter quæ vitia in Novo Testamento Pharisæi vituperantur, 125. — Pharisæorum errores, V, 25. — Nominis etymon. 25

Pharmacopola, qui accedit ad confitendum interrogetur an præstiterit remedia prægnantibus ad abortum procurandum, an vendiderit unum pharmacum pro alio, et charius quam res valebat. XXII, 1025

Philologia stricte sumpta, seu idiomatum notitia, theologo necessaria. I, 61-48

Philosophi antiqui divina traditione edocti fuerunt, I, 580, 581-456. — Eorum testimonia invocando nostra repetimus, 581-456. — Omnes philosophi nati, et educati fuerunt in religionis gremio, quæ constantis traditionis ope semper, etsi deformata, ubique terrarum viguit. Præclariores philosophi notitiam sacrorum librorum habuerunt, II, 986, 987. — Philosophorum naturam ducem sequentium auctoritas est nonus locus theologicus, I, 565-445. — Contra philosophorum auctoritatem argumenta, 566-445. — Confutantur, 580-456. — Hujus loci auctoritate Patres et Paulus utuntur, 569, 570-447, 448. — Qui philosophi sint theologis utiles, 567 et seq.-446. — Quam habeat in re theologica certitudinem philosophorum auctoritas, 571 et seq.-449. — Institutum philosophicum apud Gentiles ad divinam providentiam pertinebat, 575, *in not.*-452. — Philosophorum omnium una eademque consensio certam fidem facit philosophici dogmatis. In hominum eorum mentibus qui natura duces sunt cæterorum, inditæ sunt notiones, quibus in illa quæ ad imperitorum et rudium populorum doctrinam spectant, inducuntur, 574-451. — Boetius communes sapientium conceptiones non minoris facit, quam si communes essent omnium hominum, 574-451. — Non est dubium quin verum et exploratum illud sit, de quo omnium philosophorum ratio consentit, 574-451. — Verissima ergo sunt communia philosophorum placita, nec ab illis licet, si omnes ad unum idem sentiant, dissentire, 574-451. — Bene, ait Aristoteles, sese habet quemque sibi persuadere veteres, et majorum maxime nostrorum sententias veras esse, 571-449. — In rebus quæ ad mores pertinent, non doctissimorum philosophorum modo, sed virorum quoque optimorum, nulla etiam causa reddita, valet auctoritas, 572-449. — In morum judiciis sanctorum exempla nos sequi vult Innocentius, 572-450. — Fieri non potest, ait Plato, ut deorum filiis fides non habeatur, etiamsi absque probabilibus et necessariis dicant demonstrationibus, 572-450. — Philosophorum pravitas, II, 485, *in nota.* Veterum philosophorum errores et impotentia, 478, *in nota* et seq.; 484, 485, 904 et seq. — Eorumdem religio, 980 et seq. — Variæ eorum et oppositæ sententiæ, 986. — Nec omnes veteres philosophi athei fuerunt, nec puræ religionis fuerunt magistri, 991. — Deum cognoverunt, 994. — In philosophis antiquis nulla auctoritas ad docendum, III, 529. — Eorum errores de æternitate, de immortalitate, de Dei justitia et ira, 531, 536. — Discrimen inter philosophorum disciplinam et disciplinam catholicam, 537 et seq. — Sua bona Deo, suas sibi virtutes tribuebant, 537; II, 1001, 1002. — In philosophis tum veteribus, tum recentioribus patet infirmitas rationis humanæ, 1004 et seq. — Quomodo christiano philosopho in jure naturali, rectæque rationis principiis erit procedendum, XV, 387, 388. — De sapientibus viris apud Græcos, 337. — Apud Romanos. 378

Philosophia vera et naturalis non hominum traditione, sed Dei revelatione habita est, I, 561-441. — Philosophia falsa, 561 441. — Vera philosophia est amor sapientiæ moderatus, 562-441. — Philosophia vitæ lex est ac ratio, 581-457. — Germana et summa fidelium philosophia, VIII, 21 et seq. — Quæ morum doctrinam spectat, præclarissima est philosophiæ pars, et ad instituendos mores perutilis; quæ vero jus naturæ et gentium attente scrutatur, ea philosophiæ totius moralis basis est ac fundamentum, XV, 375, 376

Vera scientia non inflat, sed quæ videtur esse nec est tamen, ea inflat, I, 562-442. — Non e studio philosophiæ vitia, sed ex errore et ignorantia nascuntur, 561-441. — Philosophia Græcis a Deo veluti proprium testamentum data est, 573-451. — Generis humani in omnem errorem et pravitatem prolapsi reformationi philosophia præsidere non potuit. Primo enim non potuit præceptorum collectionem redigere, II, 478. — Secundo præcepta sua promulgare non potuit, 480 et seq. — Nihil valet philosophia ad virtutem suadendam, III, 234, 634. — Quid potest philosophia, sive legis naturalis ex viribus liberi arbitrii observatio, X, 1076, 1077, 1082-847, 852. — Leves gustus in philosophia movent fortasse ad atheismum, sed pleniores haustus ad religionem reducunt, III, 274

Philosophismus. De spiritu philosophico dissertatio, VI, 1367, 1414. — Nota qua a quibusdam hæc ætas insignitur, quod in ipsa ad eminentiam philosophia vigeat, 1367. — Veri et sapientes philosophi qui nostræ ætatis sunt ornamentum. Falsus philosophismus, quo per aliquot eadem inficitur. Rapida ejus propagatio, 1371. — Horrenda ejusdem facinora, 1373. — Hostis ille est sanctuarii, throni, societatis, 1374. — Scientiis idem bellum infert atque facultatibus, quarum principia evertit, ac theoremata proculcat, 1375.

Exempla ab historiis ex Rousseo, Boulengero, Volterio desumpta, 1376. — Ex critica ab auctore desumpta operis cui titulus: Europæorum in Indiis stabilimenta, 1378. — In moralibus ab Helvetio, 1381. — In dialectica a Mirabando prolata, 1382. — In metaphysica ab eodem, 1383. — Ex vario isto specimine integra conficitur idea umbratilis illius flumenti, quod philosophicus spiritus vulgo circumfertur, 1385. — Diversa ex opposito facies sub qua recentem philosophismum exhibent alii ejusdem propugnatores, *ibid.* — Horrendi colores quibus nostram superstitionem ac fanatismum iidem depingunt, 1387. — Quam falsi sint et iniqui. Quo clamores modernorum philosophorum in superstitionem tendant, 1388. — Criminationes in theologos congestæ, 1389. — Theologi præclarissimi, primæque notæ liberali moderno philosophico caventes spiritu, *ibid.* — Funestum alicujus theologi exemplum hoc infecti philosophismo, 1391. — Ecclesiæ sapientia ac Germanorum in divinis magistrorum, in sartis tectis servandis, non vero prætergrediendis religionis juribus, 1392. — Modernorum philosophorum scopus fines non habet, sed ad anarchiam atque impietatem tendit, *ibid.* — Justissimæ episcoporum querelæ, quas hoc in negotio Gallorum regi humillime obtulerunt, 1394 — Ex deprecationibus hisce objicitur catholicis spiritus intolerantiæ ac vexationis, at immerito, 1395. — Accusantur hi etiam quod spiritus cohibeant, viasque sciendi præcludant; at retunditur, et in libertinos accusatio hæc ipsa retorquetur, 1397. — Exempla utrinque hoc in proposito, 1399. — Recens philosophismus nullum religioni in seipsa damnum intulit, *ibid.* — Libertini nos adhuc in unum convenere adversus religionem systema. Eorum hac in re contradictiones, 1402. — Nec aliquod e nostris dogmatibus everterunt, quod ex ipso eorum testimonio comprobatur, 1403. — Id omne confirmatur innuendo dogmaticos nostros et apologeticos libros, quibus religionis veritas est demonstrata, et hostium conamina repulsa, 1408. — Confirmatur itidem ex nova methodo, qua libertini utuntur, dum contra nos scribunt, *ibid.* — Methodi hujus exempla ab historia politica ac œconomica stabilimentorum, etc., 1409. — Quam futilis sit modus iste adversus religionem scribendi, 1413. — Ex his omnibus liquet eos qui se modernorum philosophorum nomine jactant, nil evicisse, religionemque de iis plene semper triumphasse. 1414

PHYLACTERIA, sive Thephillin quibus etiam Hebræi utuntur, quid sunt. XXVI, 122, 123

PHYSIOGNOMIA, seu physionomia, divinatio dicitur, quando ex signis vultus et solius corporis humani futurorum cognitio quæritur, XIV, 90-73. — Physiognomia naturalis est licita, quatenus ex corporis dispositione, aut lineis et partibus manuum, aliquis probabiliter conjectat corporis temperiem, et ex hac probabiliter indagat animæ affectus et propensiones. Astrologia vero est superstitiosa et omni jure damnata, quia multa vana et falsa permiscet. 107-86

PIETAS theologo necessaria est, I, 63-50. —Pietatem docere nemo potest, ait Plato, nisi Deus quasi dux et magister præiverit, II, 486.—Christiana pietas interior simul et exterior esse debet, XI, 782. — Pietatis virtus habet pro suo principali actu reddere debitum parentibus et patriæ, quia sunt nostri esse et gubernationis principia, XIV, 474 375. — Sicut ad religionem pertinet cultum Deo exhibere, ita ad pietatem principaliter spectat exhibere cultum parentibus et patriæ. In cultu parentum includitur cultus omnium consanguineorum. In cultu patriæ intelligitur cultus omnium civium, et omnium patriæ amicorum. 474-375

PICTOR qui turpia ut Venerem detectis pudendis, aut diaphano velo opertis, pingit, lethaliter peccat, XXV, 554. — Qui de arte pictoria scripserint, XXVII, 164-178.—Admonitio ad pingentes. 181 et seq.

PICTURA. De historia sacrarum imaginum et picturarum, XXVIII, 17 et seq. *Vid.* IMAGO.

PIGNUS in genere (Gallice *nantissement*) est contractus quo quis rem aliquam creditori tradit, ut ex illa solutione certo habere possit, si aliter non solvat debitor. Si res sit mobilis, nomen pignoris, *gage*, retinet; si sit immobilis Antichresis vocatur, XVI, 687. — Quænam sint obligationes debitoris pignus dantis? Quænam obligationes creditoris pignus accipientis, 687. — Pignus est quartus titulus aliquid exigendi ultra sortem. Jus pignoris constituitur in securitatem debiti, 830. — Utilitas ex pignore pro mutuata pecunia dato, quæri non potest sine vitio usuræ, nisi præter usum pecuniæ credit e, alius justus accedat titulus, 831. — Pactum antichresticum est illicitum et usurarium, 831. — Restituta sorte restituendum est pignus integrum, cum fructibus, deductis tamen expensis, et iis quæ alio titulo debentur, 831. — Jus pignoris non præbet justum titulum percipiendi aliquid ultra sortem in mutuo. 832

De pignore dotali. — Dos marito afferenda est ab uxore pro ferendis matrimonii oneribus, 832. — Qui retinet dotem non tantum tenetur ad hanc præstandam, sed etiam ad præstandos ejus fructus, 833. — Licet percipere fructus pignoris in casu dotis promissæ et non numeratæ, 833. — Jure merito, maritus percipit fructus ex pignore dotali, licet isti forte superent fructus ex ipsa dote percipiendos, 834. — De pignore feudali, 834 et seq.—De oppignerationibus in Germania usitatis, 837 et seq. — Jus pignoris quod habet creditor in re pro mutuo oppignerata, non præbet justum titulum aliquid percipiendi ultra sortem, nisi alius forte titulus per accidens conjungatur, vel alius a mutuo separatus contractus celebratus, 840, 841.—Alius titulus occurrit in pignore dotali et feudali ; alius contractus celebratur per oppignerationes in Germania usitatas. Ex his igitur pignoribus licite aliquid retinetur ultra summam capitalem. 841

PIGRITIA. *Vid.* ACEDIA.

PILEOLUS inter sacra indumenta non recensetur. Ecclesia dispensare potest ut sacerdos cum pileolo capiti imposito missam celebret. XXIII, 913

PISCATIO. Quandonam piscatione furtum committatur, XIV, 885-699. — Quænam sint leges piscationis, XV, 848. — Qui piscantur in locis alteri locatis, vel alias prohibitis, sed non conclusis vel circumseptis, non peccant mortaliter, nec tenentur ad restitutionem, XXII, 1002 *in nota*. — Si nautæ vi ventorum in navim piscatorum impacti capturam piscium impediant, sicque nihil capiatur, nihilo minus valet contractus, quo de jactu retis conventum fuit, XVI, 312. — An qui emit jactum retis captum omnium rerum quæcumque illæ fuerint, sibi comparaverit ; an vero pisces duntaxat? distinguendum. 312, 313

PIXIS est vas in quo sanctissimæ hostiæ reponuntur ; non est necessarium ut hæc consecretur. Ex auro et argento, vel etiam ex stanno ob Ecclesiæ paupertatem, confici debet. XVI, 252, XXIII, 837

PLAGIATUS dicitur ablatio injusta quando homo liber rapitur, aut servus alterius in servitutem abducitur, XIV, 885-675. — Plagiatus est furtum quo homo in servitutem abducitur, sive ille sit liber, sive servus alienus, XVI, 991. — Dicitur plagium, seu crimen plagiatus. 700

PLANETA est sexta sacra vestis. Casula etiam appellatur, XVIII, 908. — Vetus planeta a collo ad pedes usque sacerdotem tenebat, etc., 908. — Ex antiqua planetæ forma consuetudo illa manavit ut minister sacerdotis in elevatione Eucharistiæ planetam extollat, 909.— Planeta antequam sacra vestis esset, profanum fuit indumentum et laicis commune. 909

POENA. Pœnarum vere et proprie causa est Deus, quæ solum pœnæ sunt, non culpæ, I, 100-76. — Reatus pœnæ sive debitum pœnæ propter peccatum admissum luendæ, est effectus peccati, XI, 718. — Secundum tres ordines quibus subditur humana voluntas, triplici pœna potest homo puniri. — Subditur ordini propriæ rationis; ordini exterioris hominis gubernantis vel spiritualiter, vel temporaliter, politice seu œconomice ; ordini universali divini regiminis. Unde qui peccat agit contra rationem , contra legem humanam et contra legem divinam, et triplicem incurrit pœnam, unam a seipso, qui est conscientiæ stimulus ; aliam ab homine ; tertiam a Deo, 719. — Peccator qui se abordine legis divinæ subduxit per culpam, in ordinem divinæ justitiæ revocatur per pœnam, 719, III, 301, 302, *in nota*. — Duplex est reatus pœnæ, scilicet pœnæ æternæ, et pœnæ temporalis. Pœnæ æternæ reatum inducit peccatum mortale, XI, 720. — Nonnulli putarunt injustum, ut pro peccatis quam libet magnis, brevi scilicet tempore perpetratis, pœna quisque damnetur æterna, 720. — Pœna æterna dicitur peccato mortali debita, quia cum infinitum sit in genere offensæ, et proinde pœna infinita plectendum, peccator vero ut pote ens finitum suppl icio activitatis infinitæ subjici nequeat, superest ut pœna quæ ipsi infligitur, ratione durationis suæ sit infinita, IX, 889-703. — Pœnæ æternæ reproborum sunt medicinales his qui consideratione pœnarum abstinent a peccatis, XI, 722. — Pœna damnatorum duplex est, pœna damni et pœna sensus. Pœna enim respondet peccato. In peccato autem duo sunt, aversio ab incommutabili bono quod est infinitum, et conversio ad commutabile bonum, 722. — Ratione aversionis a Deo peccatum plectitur pœna damni, quæ ex parte objecti est infinita, si quidem amissio est infiniti boni, scilicet Dei. Ratione conversionis ad creaturam, plectitur pœna sensus, 722. — Ignem corporeum esse, nemo christianus et catholicus dubitaverit. 722

Corporeus ignis dæmones et animas hominum impiorum in corporeas cruciare potest, 722, 723. — Æternus doloris sensus secunda mors dicitur. Prima mors animam nolentem pellit e corpore; secunda mens animam nolentem tenet in corpore , 723. — Accedunt ad supplicii cumulum pœnæ interiores gravissimæ , et pariter æternæ , vermis qui non moritur, 723. — Deum anima desiderabit naturali quadam propensione ; Deum odio habebit perversa voluntate, 724. —Pœnæ temporalis reatum, vel in hac vita, vel in altera luendæ, inducit peccatum veniale. Pœna purgatorii duplex est ; privatio, seu potius dilatio beatitudinis , et pœna sensus, 724, 725 —Inter peccati pœnas, non levis sane est conscientia peccati, seu conscientiæ peccatorem ipsum accusantis stimulus, vermis instar peccatricem animam corrodens, 725.—Quanta sit malæ conscientiæ pœna, explicat diserte S. Augustinus. 726

Pœnæ capitales Hebræorum erant lapidatio , ustio, decollatio, strangulatio. In suppliciis capitalibus quænam cæremoniæ servabantur, XXVI, 91. —Unde orta est consuetudo porrigendi potum amarum damnatis —Cur rei dicantur extra tria castra morte puniendi, 92.—Quare extra urbem damnati puniebantur, 93.—Quomodo fiebat lapidatio Blasphemis et idololatris lapidibus percussio, quænam infamiæ nota præterea infligebatur, 93. — De sepultura lapidibus cæsorum. Da reos lapidibus obruendos , 93. — Quodnam supplicium fuit ustio. Quinam rei ustionem merebantur. 94. — Quomodo fiebat decollatio. Quomodo rei strangulabantur. De reis strangulandis. 94

Pœnæ non capitales, aliæ sunt civiles, aliæ ecclesiasticæ. Non capitales sunt carcer, restitutio, talio, venditio , exilium ad asyla, et flagellatio. 94

De carcere, restitutione, et talione , 95. — Duplex erat venditio, 95. — De asylis, 96. *Vid.* ASYLUM.

De flagellatione, 98 et seq.—Ad quos pertinebat pœnas tum civiles, tum ecclesiasticas irrogare, 101. — Tres sunt pœnæ ecclesiasticæ, vocatæ ab Hebræis niddin, cherem et schammatha, 101. — Quot modis excommunicatio inferebatur. 102

Pœna est annulatio actus , quando inducit nullitatem ob solam legis prohibitionem, etc , XXV, 551.— Pœna adjecta contractui sponsalium dominuens proprium patrimonium , est omnino irrita, etc., etc. 552

POENITENTIA. Tractatus de pœnitentia, XXII, 9 — De natura pœnitentiæ ut virtutis, 11.—Pœnitentia latine, græce μετάνοια , id est resipiscentia. Alii pœnitentiam deducunt a *pœna* vel *punitione*, alii a *pone tenere*, 11.—Vox pœnitentiæ non importat solam consilii mutationem, seu novæ vitæ

propositum, sed detestationem peccati commissi, et congruam ipsi expiationem, 12 et seq.—Habitus pœnitentiæ est virtus proprie dicta, 15. — Virtus specialis pœnitentia est, 18 et seq. — Objectum speciale et formale pœnitentiæ est offensa Dei prout diluenda per internum cordis dolorem, et parem offensæ vindictam, 18, 19.—Pœnitentia distinguitur a religione, a charitate, ab obedientia, a justitia vel commutativa, vel distributiva, vel vindicativa, 19.— Potest tamen inter potentiales justitiæ commutativæ partes censeri pœnitentia, 9.—Pœnitentia prout in præsenti statu spectatur, est virtus quoad actum et quoad habitum supernaturalis, 26.—An pœnitentia sit virtus infusa per se an non, controversantur theologi, 27. — Pœnitentia ut virtus definiri potest : virtus moralis infusa, seu habitus supernaturalis mentem inclinans ad detestandum peccatum et de eo dolendum quatenus est offensa Dei, cum emendationis et satisfactionis proposito, et spe ac petitione veniæ. Brevius pœnitentia est gratia et virtus qua mala commissa plangimus et odimus, 36.—Pœnitentia in genere actus spectata, est odium actuale, dolor et detestatio peccati, prout est offensa Dei, etc, etc. 36

Pœnitentia triplex distingui solet, habitualis, quæ idem est ac habitualis displicentia peccati cujuscumque ex charitatis perfectæ habitu proveniens; formalis, quæ est dolor ac detestatio explicita peccati, prout fieri solet in sacramento pœnitentiæ; et virtualis quæ consistit in pio mentis actu excludente affectum ad venialia, et vi cujus homo ea formaliter detestaretur, si tunc menti ejus occurrer et eorum cogitatio. 164

De causa efficiente et finali pœnitentiæ. Causa efficiens pœnitentiæ primaria est Deus. Causæ vero dispositivæ concurrentes sunt pii adultorum actus, XXII, 27. — Causa finalis pœnitentiæ remota est offensa Dei ut congrue delenda, proxima vero est actus quilibet quo mediante eadem offensa deleri possit, 27. — De objecto materiali pœnitentiæ. Peccatum actuale quodcumque sit, habituale item, quin et jam dimissum, est pœnitentiæ materia, 28. — Originale etiam peccatum suo modo materia est virtutis pœnitentiæ, 29. — Imperfectiones, prout a peccatis distinguuntur, non sunt, proxima virtutis pœnitentiæ materia : possunt esse remota Idem dicendum de peccatis ex ignorantia, vel in advertentia invincibili commissis, 29. — Omissio actus boni, qui sit consilii tantum, pœnitentiæ materia esse potest, non quidem proxima, sed remota, 29.— Malum pœnæ, sicut et culpæ, sub pœnitentiæ materia comprehenduntur, sed dispari prorsus pari ratione. 29

De pœnitentiæ subjecto. — Duplex est pœnitentiæ subjectum, proximum aliud a quo eliciuntur actus pœnitentiæ; aliud remotum, quod est ipsa persona pœnitentiæ actus eliciens, 30. — Circa proximum Pœnitentiæ subjectum, duplex est error; alter Pœnitentiam in dolore sensibili constituens; alter in mentis actu, 30. — Pœnitentia a voluntate elicitur ex prævia intellectus cognitione, cum aliquo, ut plurimum motu appetitus sensitivi, 30. — Nunc de remoto Pœnitentiæ subjecto. Pœnitentia spectari potest vel secundum se, seu precise ut est habitus quidam specialis; vel secundum actus sibi proprios. — Pœnitentia in genere spectari potest vel secundum nominis significationem, quo sensu idem est ac odium et dolor de proprio peccato; vel secundum efficaciam rei, quo sensu nihil aliud est quam actus vel habitus tendens ad destructionem offensæ Dei, sive hæc ex proprio, sive ex alieno facto procedat, 31. — Pœnitentia nec quoad actum, nec quoad habitum est in damnatis, 31. — Pœnitentia quoad habitum spectata non remanet in viatoribus mortali peccato infectis, 32.— Pœnitentia quoad habitum spectata, fuit in bonis angelis viatoribus, in protoparentibus ante peccatum, in B. Virgine ante mortem, 33. — Manet etiam in beatis pœnitentia quoad habitum, 34. — Non fuit in Christo Pœnitentia secundum nominis significationem : fuit vero quoad efficaciam rei, 34. — Hactenus perseverat voluntas Christi de abolendis peccatis nostris, et eo sensu Pœnitentia. 34

De affectionibus pœnitentiæ. Pœnitentia nec dignitate, nec natura, prima est virtutum, 35.—Multiplex est Pœnitentiæ principium, 35. — Actus Pœnitentiæ formaliter qui scilicet ex proprio virtutis Pœnitentiæ motivo eliciatur, non est absolute et pro omni casu necessarius ad salutem. Suppleri potest per actum perfectæ charitatis. 36

De Pœnitentia Samson, Heli, et Salomonis, dissertatio historica. — Constat Samsonem multiplici peccato fœdatum esse, 36 — Samson, Pœnitentia et morte fortiter ac sancte oppetita, prioris vitæ maculas detersit, 37.—Heli eo solum infelix, quod vitiosam prolem ediderit, 39. — Nihil habet Scriptura quod Heli Pœnitentiam satis astruat : habet traditio quod ei vehementer adversetur, 40 et seq.— Salomon a Deo turpiter defecit. Incerta est Pœnitentia, incerta proinde salus Salomonis. Reprobatio Salomonis, nullo, qui assensum vere cogat, Scripturæ textu probatur, 43. — Pœnitentia Salomonis nec ex Scriptura, nec ex traditione, nec ex Ecclesiæ judicio efficaciter deducitur, 46. — Auctor in partem Salomonis propitiam propendet. 49

De Pœnitentia ut sacramento. Histoire du sacrement de Pénitence, XX, 347, 691. — Appendice sur la Pénitence, 691, 746. *Vid. canones Pœnitentiales.* — De existentia sacramenti Pœnitentiæ, XXII, 49. Pœnitentia dicitur . 1° manuum impositio, 49. — 2° Exomologesis; 3° secunda post naufragium tabula, 50. — 4° Baptismus laboriosus, Baptismus lacrymarum; 5° hostia placabilis, etc., etc., 51. — Pourquoi le sacrement de pénitence s'appelle *imposition des mains*, XXI, 245. — Les formes mêmes et les paroles sacramentelles s'appelaient imposition des mains. Manus impositiones sunt verba mystica. S. Amb. — Quid est aliud manus impositio, nisi oratio super hominem ? S. Aug, 246. — On rencontre quelques témoignages où ces termes *imposer les mains* et *baptiser* signifient la même chose, 247. — Le nom d'imposition des mains était commun à tous les sacrements des morts, 249 — Pœnitentia definiri solet a catholicis sacramentum a Christo Domino institutum, quo, per juridicam sacerdotis absolutionem, homini contrito, confesso et satisfactionem spondenti, remittuntur peccata post Baptismum commissa, XXII, 51. — Hæretici qui indirecte Pœnitentiæ sacramentum impugnaverunt : Gnostici, id est, spirituales; Priscillianistæ, pseudospirituales, libertinorum nomine vocati; Quietistæ, Caiani, Manichæi, 51, 52. — 1° Directe impugnarunt Montanistæ, 52. — 2° Novatiani, 54. — 3° Massaliani, Meletiani et Apostolici, 58. — 4° Dubia quandoque fuit opinio Waldensium et Wisclefistarum, de sacramento Pœnitentiæ, 59. — 5° Lutheri et Lutheranorum incertitudo circa Pœnitentiæ sacramentum, 59. — 6° Calvinus et Calviniani negant Pœnitentiam a Baptismo distingui, 61. — Des hérétiques qui se sont efforcés de détruire, ou d'affaiblir la puissance que Dieu a donnée à son Eglise de remettre les péchés, XX, 349 et suiv. — Que la rigueur dont quelques églises ont usé anciennement à l'égard de certains pécheurs à qui on refusait la communion, même à la mort, n'a rien de commun avec les erreurs des montanistes et des novatiens, 358 et suiv. — Le for ecclésiastique n'était point autrefois divisé en deux comme aujourd'hui ; quelle était son étendue, 364. — Comment les princes l'ont augmenté ou diminué en différents temps. Ce qui y a donné occasion, 367. — En quel temps il a été divisé en for intérieur et extérieur. 369 et suiv.

Pœnitentia quæ in Ecclesia catholica agitur, est sacramentum a Christo Domino institutum contra græcos, V, 648. De Pœnitentia juxta catholicos et protestantes, 985 et seq. — De Pœnitentia. Bossuet., V, 765. — Vindicantur singulæ dogmatis catholici partes. De l'autorité de l'Eglise pour remettre les péchés et punir les pécheurs qui ont violé la sainteté de leur Baptême, XX, 549. — Datur in Ecclesia remedium exterius, quæ remittuntur peccata post Baptismum commissa, XXII, 61 et seq. — Expositio loci ex apostolo. Impossibile est eos, etc., 63 et seq. — Remedium illud quo peccata dimittuntur seu Pœnitentia, verum et novæ legis sacramentum. — Probatur ex Scriptura, 66. — Ex totius Ecclesiæ sensu, 67. — Ex Patribus, 68. — Solv. objectiones, 70. — Pœnitentiæ sacramentum nec in Baptismo, vel memoria consistit, 76. — Nec in Evangelii prædicatione, nec in ministerio prorsus exteriori, 79 et seq. — Pœnitentiæ sacramentum post resurrectionem Christus instituit, 84. — Pœnitentia est in re vel in voto necessaria necessitate medii. 86. — Quid de sacramento Pœnitentiæ necessario credendum. — Est vere sacramentum a Baptismo distinctum. Absolutio est actus judicialis sacerdotis, Christi locum tenentis — Effectus absolutionis vere Pœnitentibus est reconciliatio cum Deo, VI, 820. — Hæreticorum errores. 820

Dogmata de sacramento Pœnitentiæ. Cum Ecclesia catholica profitemur Pœnitentiam esse verum ac proprie dictum sacramentum, prorsus a Baptismo distinctum, 1034. — Christus Ecclesiæ suæ concessit potestatem dimittendi quodvis peccatum, ita ut nullum sit in hac vita crimen irremissibile, 1035. — Ecclesia pariter a Christo potestatem accepit dispositis in sacramento Pœnitentiæ peccata vere et proprie remittendi, non vero declarandi tantum peccata esse remissa, 1036. — Christus Ecclesiæ suæ potestatem etiam retinendi peccata concessit, 1036. — Soli episcopi et sacerdotes habent a Christo traditam absolvendi a peccatis auctoritatem, 1037. — Ad Pœnitentiam a Christo in nova lege institutam requiritur contritio, confessio, et satisfactio, 1038. — Contritio concepta ex multitudine turpitudinis, et gravitatis peccati consideratione, ex gehennæ metu et æternæ beatitudinis amissione cum proposito melioris vitæ, est verus, utilis, ac voluntarius dolor, qui præparat ad gratiam, nec facit hominem hypocritam et magis peccatorem, 1039. — Confessio sacramentalis sacerdotibus

facienda ab iis qui post Baptismum in peccatum aliquod grave lapsi fuerint, ex institutione Christi necessaria est, 1040. — Post condonatam culpam, ac pœnam æternæ mortis, plerumque adhuc pœna temporalis remanet exsolvenda, 1041. — Contra fidem agunt, qui satisfactionem Pœnitentium in ea sola fide reponunt, qua sibi perperam imaginantur, Christum pro ipsis ita satisfecisse, ut propria satisfactione non indigeant, 1043. — Satisfactio Deo rependitur per Christi merita pro peccatis quoad pœnam temporalem, pœnis ab eo inflictis et patienter toleratis, vel a sacerdote injunctis, vel etiam sponte susceptis, ut jejuniis, orationibus, eleemosynis, vel aliis pietatis operibus. 1043

De efficacia et effectibus sacramenti Pœnitentiæ, XXII, 89. — Nullum est, quantumvis grave crimen, quod per Ecclesiæ claves dimitti non possit: nec aliter judicarunt antiqui Patres, 90. — Solv. objectiones, 93, 116. — Exponitur textus Mathæi cap. 12, v. 21, 98 et seq. — Non potest per Pœnitentiam peccatum unicum mortale sine alio remitti, 116. — Quantum ad remissionem non eadem est peccati venialis ratio, quæ mortalis. 118

An Pœnitentia peccata vere dimittat solumve dimissa declaret. Circa hanc controversiam triplex est potissimum sententia, 118. — Absolutio sacramentalis, non tantum declarat remissa esse peccata, sed ea vere et proprie coram Deo dimittit. Probatur 1° ex Scriptura, 2° ex Patribus, 120. — Prob. 3° ex diversis Ecclesiæ decretis, 122. — Prob. 4° rationibus theologicis, 123. — Solv. objectiones, 124. — Idem sibi vult absolvere in Pœnitentia, quod abluere in baptismo, 123, 131. — Peccata a sacerdotibus vere remittuntur, I, 1290. — Quoties per Pœnitentiam tollitur reatus culpæ, tollitur et reatus pœnæ æternæ; at non tollitur semper, sed sæpius manet reatus pœnæ temporalis. Utraque pars est de fide, 132. — Solv. objectiones, 135. — An Pœnitentia ita tollat peccatum, ut nunquam reviviscat. Hæc peccatorum reviviscentia multiplici sensu bene vel male intelligi potest, 141, 142. — Peccata semel per Pœnitentiam vel aliter dimissa, non redeunt simpliciter et absolute, 142. — Solv. objectiones. 145

An Pœnitentia mortificata per peccatum merita redintegret. Quadruplex distingui solet in homine operum genus. Alia sunt viva quæ ab homine justo procedunt. Alia sunt *mortificata* quæ fiunt in statu gratiæ, sed eorum meritum adimit subsequens mortale peccatum. Alia sunt *mortifera* ut peccata lethalia. Alia *mortua* quæ in statu peccati fiunt, et jus ad gloriam non tribuunt, 149. — Merita peccato mortificata, redeunte per Pœnitentiam formalem aut virtualem gratia, secundum se tota reviviscunt. Propositio non est de fide: temerarium tamen est et in fide periculosum eam inficiari, 149, 150. — Solv. objectiones, 151. — Difficultas est de gradu et quantitate in quibus reviviscunt merita mortificata, 154. — Suaresius et ejus asseclæ censent omnia prorsus merita per quamcumque pœnitentiam reviviscere, 155. — Potior videtur eorum opinio qui censent reviviscentiam gratiæ, quæ prioribus meritis correspondet, extendi vel restringi secundum mensuram dispositionum ex quibus peccator justificationis gratiam consequitur. 157

De materia Pœnitentiæ. Alia est remota, alia proxima. Remota, id est omne circa quod destruendum versatur Pœnitentia. Proxima, sunt partes minus determinatæ ex quibus coalescit sacramentum Pœnitentiæ, XXII, 159. — De materia remota Pœnitentiæ. Peccatum originale non est materia sacramenti Pœnitentiæ, 160. — Peccatum actuale baptismum consequens, est remota Pœnitentiæ materia; mortale quidem necessaria quandiu remissum non est; veniale autem et mortale jam directe remissum, libera et sufficiens. 160

Solvuntur variæ quæstiones circa remissionem peccati venialis. — Nullum veniale peccatum sine omni pœnitentia remittitur. At nec sufficit habitualis, nec requiritur formalis: unde requiritur et sufficit virtualis, XXII, 164 et seq. — Venialia remitti non possunt per actum contrarium solis naturæ viribus elicitum, 170. — Ad venialium remissionem requiritur antecedenter gratia habitualis, 170. — Incertum est an venialium remissio semper habeat adjunctam novæ gratiæ habitualis infusionem, nec proinde constat hanc vel illam concomitanter requiri, 171. — Gratia habitualis non requiritur formaliter ut forma opposita ad remissionem peccati venialis, quod tolli potest formaliter sine nova infusione gratiæ, per actus gratia procedentes, 170, 172. — Veniale peccatum per sacramenta et sacramentalia remittitur, modo adsint legitimæ subjecti dispositiones, 174. — Peccati venialis remissio per sacramenta producitur ex opere operato; per sacramentalia tantum ex opere operantis, 176. — An et quatenus venialia post hanc vitam remitti possint, 176. — Peccatum veniale in altera vita quocumque tandem modo quoad culpam remittitur, 177. — Quoad culpam venialia non delentur post mortem per solam finalem justitiam, quæ vi termini redditur efficacior ad cujuscumque culpæ deletionem, 179. — Nec delentur vi præcedentium meritorum; nec remittuntur in purgatorio per condignam pœnæ solutionem, seu per rigidam satisfactionem quæ illatam a Deo injuriam reparet et auferat, 179. — Venialia remittuntur post hanc vitam quantum ad culpam, eo modo quo remittuntur in hac vita, scilicet per actum charitatis in Deum, repugnantem venialibus in hac vita commissis, 180. — Quando animæ separatæ illum eliciant contritionis actum, quo venialia dimittuntur, incertum est, 181. — Venialis peccati remissio gratuitum et supernaturale Dei beneficium est. Nullius peccati culpa est tam levis, ut viribus naturæ possit elui. Nullus homo in se consideratus habet aliquid quod mereatur remissionem, V, 1040. — Homo justus, purus, gratia sanctificante ornatus potest de condigno satisfacere pro peccato veniali. Ita communis, IX, 736 et seq.-782

Multo facilius impendenda est absolutio in venialia frequenter relabentibus quam in mortalia, XXII, 1248. — Illis qui ex habituali effectu venialia committere solent differenda est absolutio, 1249. — Frequenter relabentibus in eadem specie venialia, idque deliberate, merito consulitur, ut dum hæc confitentur renovent dolorem de aliquo peccato mortali ante confesso, vel veniali jam emendato, ne forte ob defectum sufficientis doloris circa venialia præsentia, contingat sacramentum infructuose suscipi. 1250

De materia proxima pœnitentiæ variæ opiniones, XXII, 181. — Nec terrores aut fides Lutheri sensu, nec mortificatio aut vivificatio Calviniana partes sunt intrinsecæ pœnitentiæ. 182

Manus impositio non est proxima sacramenti pœnitentiæ materia, 183. — Tres pœnitentiæ actus, contritio nimirum, confessio, et satisfactio sunt proxima pœnitentiæ materia, seu partes materiales ex quibus intrinsece componitur sacramentum pœnitentiæ. Contra Scotum, 184 et seq. — Actus pœnitentis, qui sunt quasi materia pœnitentiæ, ex natura rei tres esse debent, scilicet, contritio seu dolor cordis de peccatis commissis, confessio eorumdem integra, ordinario sacerdoti facta; et satisfactio pro pœnis temporariis luendis ob peccata commissa et dimissa. Alioquin esset pœnitentia simulata, non vera, 630. — Satisfactio in actu exercito pars est integrans, non essentialis sacramentum pœnitentiæ. 192

De contritione, 193. *Vid.* Contritio. — De attritione, 233. *Vid.* Attritio. — De confessione, 380. *Vid.* Confessio. — De satisfactione, 564. *Vid.* Satisfactio. — Dissertatio historica de disciplina veteris Ecclesiæ circa pœnitentiam, 635. *Vid.* Satisfactio. — De pœnitentia canonica, 197

De l'action de la pénitence, ou de la discipline extérieure que l'Eglise a observée depuis les premiers siècles jusqu'à présent, XX, 449. — De forma sacramenti Pœnitentiæ, seu de absolutione, 709. *Vid.* Absolutio. — De forma conditionata in sacramento pœnitentiæ, XXV, 1062 et seq. — Un sentiment assez commun et très-probable, est que toute l'essence du sacrement de pénitence consiste dans l'absolution sacramentelle, XXI, 245. — De pertinentibus ad sacramentum pœnitentiæ, XXV, 1062, 1086. — Pœnitentia perpetua esse debet christiani vita, III, 357

Pœnitentiaria. Constitutio Pii V super ordinatione sacræ Pœnitentiariæ, XIX, 816

Pœnitentiarius. Cujus est audire confessiones, V, 1257, 1258

Politica gubernatio pertinet ad regimen civitatis et communitatis perfectæ, XII, 509-465

Pollutio est seminis seu spermatis emissio extra concubitum, XVIII, 1323. — Pollutio voluntaria dicitur mollities; non voluntaria seu procurata, vocatur simpliciter pollutio, 1332. — Pollutio alia est diurna, alia nocturna, et utraque vel est involuntaria vel voluntaria saltem indirecte, 1334. — Pollutio nocturna tribus modis potest accidere, 1° ut tota committatur in somnio; 2° ut inchoetur in somnio, et perficiatur in vigilia; 3° ut quidem in somnio existentur imaginatio et commotio spirituum seminalium, sed ipsa seminis emissio inchoetur et perficiatur in vigilia, 1334. — Causæ nocturnæ pollutionis est duplex, una proxima, alia remota, 1334, 1335. — Ut pollutio nocturna sit voluntaria, triplex requiritur conditio, 1335. — Diurna quæ vigilanti contingit, est aliquando involuntaria, aliquando voluntaria, directe vel indirecte, 135, 136. — Diurna directe voluntaria est quæ intenditur ab operante tanquam finis aut medium, 1336

Pollutio sive mollities est peccatum contra naturam quo quis voluntaria seminis effusione seipsum contaminat, vel aliena manu provocatus contaminatur, XI, 958. — Pollutio non solum est prohibita, quia affert voluptatem, sed etiam quia præcisa voluptate opponitur fini generationis, 83. — Pollutio non est prohibita propter voluptatem, sed volup-

tas est prohibita ob pollutionem, XV, 613. — Pollutio quæ directe vel indirecte, expresse vel interpretative, in se vel in sua causa volita est, quæ quidem causa sit lethale peccatum, mortale peccatum est vel in se, vel in sua causa, sive vigilanti sive dormienti contingat, XI, 992. — Mollities jure naturæ prohibita est, et per se ac intrinsece mala; adeo ut, secluso etiam positivo Dei præcepto, nusquam bona, licita, expetenda, multo minus obligatoria esse possit, 993; XIV, 733 et seq.-598. — In nullo casu nullaque necessitate potest esse licita, 739 et seq.-599. — Pollutio involuntaria et displicens non est peccatum, 764-603. — Quandonam pollutio est involuntaria vel directe in se, vel indirecte seu in causa, 764, 769-605, 607. — Hæc propositio : Non refert quid sensus agat, vel quid sentiat corpus, modo animus Deo conjungatur, hæretica est, XI, 996. — Quando pollutio nocturna est peccatum, XIV, 769-607. — Nocturna pollutio secundum se nunquam est peccatum, sed quandoque est sequela peccati præcedentis, XI, 997. — Nocturna pollutio ex super abundantia et resolutione naturali seminis proveniens, nulla præcedente culpa, quæ illius causa sit, non est peccatum ; si autem sit ex culpa præcedente, puta ex superfluitate cibi aut potus, peccatum est, interdum mortale, alias veniale, 998. — Lethalis peccati reus est, qui somnum capit, aut somno se daturus corpus inhoneste componit, ut dormienti contingat pollutio ; et qui data opera nimium cibum potumve sumit ob hunc finem, ut in somno sequatur pollutio; etsi non ob delectationem carnalem, sed alleviationem naturæ et sanitatem id faciat, 998. — Pollutionis appetitum, etiam propter alleviationem naturæ, quæ naturali via, et absque nostra opera contingat, illicitum esse et lethale peccatum probabilius est, 998-999. — Gaudere non licet de pollutione quæ in somno contingit etiam propter alleviamentum naturæ, 999. — De pollutione præterita gaudere, aut eam simpliciter desiderare, ut est in utroque casu naturæ alleviatio, peccatum non est, XIV, 772 et seq.-610. — Nocturna pollutio ex præcedenti rerum turpium, seu carnalium vitiorum cogitatione proveniens, quam illorum comitatur desiderium, aut voluntaria in illis delectatio cum consensu, lethale peccatum est in sua causa. — Nocturna pollutio ex præcedenti rerum turpium cogitatione mere speculativa, aut cum horrore, nec in se, nec in sua causa peccatum est, XI, 1000. — Pollutio nocturna quæ provenit ex illusione et operatione dæmonis phantasma commoventis, veniale saltem in hac causa peccatum est, cum neglexit homo se contra dæmonis illusiones oratione et invocatione divini auxilii præmunire, 1001. — Pollutio nocturna quandoque contingit absque omni culpa hominis ex sola nequitia dæmonis, cum homo ante somnum se contra dæmonis illusiones, qua par erat pietate præparavit, 1001. — Pollutio in somnis inchoata, et evigilante homine consummata, non est peccatum mortale, nisi homo plene expergefactus carnali delectationi consentiat. Pollutio vigilantium lethale peccatum est, cum procuratur, aut ex lethali peccato oritur, aut deliberata voluntate placet, 1002. — Quamvis mollities inter vitia contra naturam infimum sit gravitate, plures tamen sunt hoc in flagitio malitiæ gradus, in sacramentali confessione necessario exprimendi, 1004. — Quando nocturna pollutio impediat sumptionem Eucharistiæ? XIV, 774 et seq.-611. — Pollutiones per accidens possunt esse diversæ speciei, 776-613

Quomodo se gerere debeat confessarius circa pœnitentes huic peccato assuetos? 777-613

Lapsus carnis voluntarius opere consummatus, est casus reservatus (nonus Clementinus), XVIII, 1332 et seq. — Pollutio nocturna non est reservabilis, 1336. — Voluntaria et diurna, tum quæ intenditur tanquam finis, tum quæ adhibetur medii, probabilius reservatur, 1337. — Requiritur ut procuretur pollutio per actum exteriorem, 1337. — Pollutio voluntaria quidem, sed in causa exteriori, mortaliter non peccaminosa in genere luxuriæ, non reservatur, 1338. — Tenetur casu reservato qui patitur se manu aliena contaminari; tenetur et agens si pariter polluitur, 1339. — Distillatio naturaliter eveniens, reservari non potest; quod non sit peccaminosa, 1339. — Distillatio ex concupiscentia interiori seu voluntaria delectatione venerea proveniens, mortaliter peccaminosa est, non tamen reservata. 1340

Polyandria in eo consistit ut una mulier plures simul maritos habeat. XXV, 249

Polygamia in eo consistit ut vir unus plures simul habeat uxores ; adversatur unitati matrimonii et legi divinæ, XXV, 249 et seq. — Polygamia simultanea christianis omnibus lege evangelica prohibetur, VI, 1032. — Polygamiam patriarchæ et reges in V. T. frequentarunt ex divina dispensatione, XXV, 253. — Quidam censent polygamiam ex se nunquam licitam fuisse ; alii verisimilius eam absolute, seu essentiæ et primariis conjugii finibus non adversari, sed tantum secundariis, 253, in nota. *Vid.* Monogamia.

Polythei, et polytheistæ dicuntur qui plures deos agnoscunt et colunt, hos inter numerantur imprimis gentiles idololatræ, V, 15; VI, 930, in nota. — Tres sunt polytheorum magis celebres sectæ, nempe Epicureorum, Pythagoreorum et Stoicorum, V, 18. — Quibus adde Academicos, 20; II, 230. — Summum Deum philosophi et poetæ et ipsi polythei agnoscebant. Quem beneficum et nullo cultu indigentem arbitrabantur, 282, in nota.

Polytheismus eorum error est qui plures deos agnoscunt et colunt. — Sententia de deorum pluralitate et idololatria, etsi antiqua, non tamen viguit semper. Per plura sæcula fuit genus humanum ab illo errore immune, VII, 37. — Duo in deorum pluralitate et idololatria si cernenda sunt : fundamentum illius opinionis, scilicet idea entis alicujus superioris, et applicatio seu potius depravatio illius ideæ, 37. — Tria in polytheismo erroris signa, 38. — Nec unanimis fuit nec constans polytheismi sententia, 38. — Omnes dii quos coluit antiquitas, certis classibus comprehendi possunt, II, 240 et seq. — Polytheismi origo, 782 et seq., in nota. — Theismus polytheismo prior, III, 325, in nota.

Pondera et mensuras publica auctoritate, vel consuetudine institutas adulterare non licet; idque ne fiat, invigilare tenentur principes et magistratus sub reatu peccati mortalis. XX, 882, 883

Pontifex Romanus. Petrus Apostolus Ecclesiæ universalis pastor, fundamentum, caput, rector a Christo institutus est, I, 418 et seq. — Errare non potuit, 420. — Petro ut Ecclesiæ capiti potestas spiritualis immediate a Christo data est. De fide est, XII, 745. — Differentia duplex inter Petri auctoritatem et auctoritatem aliorum apostolorum. Primo, potestas data est Petro, ut in illa ei succederetur, et ita per successionem perpetuo in Ecclesia duraret, aliis vero solum data est per modum cujusdam legationis, et personalis muneris finiendi cum vita eorum, 747. — Secundo hæc potestas, quoad actum ferendi leges in Petro erat simpliciter superior et independens; in aliis vero inferiori modo, et cum nonnulla differentia quantum ad valorem vel firmitatem actus, 748. — Omnes inter Apostolos dignitate et auctoritate præeminebat donante Christo S. Petrus. — *Argumentum primum.* Ex his verbis : Tu es Petrus et super hanc Petram, etc., IV, 847. — *Arg. secundum.* Ex illis verbis : Et tibi dabo claves regni cœlorum, 854. — *Arg. tertium.* Ex illis verbis : Pasce agnos meos, pasce oves meas, 856. — *Arg. quartum.* Ex variis S. Petri prærogativis, 860. — *Arg. quintum.* Ex traditione, 862. — Solv. objecta. 865 et seq.

Petrum Romæ sedisse multorum testimoniis constat. I, 453 et seq.-353

Summus pontifex Petri successor Petro in eadem auctoritate et potestate succedit, 421-330; 1311-1035. — S. Pontificis successitas omnino necessaria est, 424-332. — Quod Romanus pontifex Petro succedat testes sunt ipsi summi pontifices, 426 et seq.-334. — Testimonia sanctorum doctorum, 431-338. — Testimonia conciliorum, 435-340. — Idem probatur rationibus theologicis, 437-343. — Hæreseos reus est qui asserit sedem Apostolicam errare posse, 440-345. — Confessionis norma de summi pontificis auctoritate, 431-338. — Sub Hormisda, professio fidei ab orientalibus subscripta, III, 1116 et seq., in nota.

Pontifex Romanus est jure divino Ecclesiæ caput et centrum unitatis, Petri successor, Christi vicarius, omnium christianorum pater et doctor, habetque in tota Ecclesia primatum non dignitatis solum, sed etiam jurisdictionis. — Hinc multa jura quibus potitur, V, 1223. — Est primus episcoporum christianorum, et totius Ecclesiæ caput. VI, 809

Chalcedonensis concilii Patres eum episcopum universalem appellarunt. V, 1222

In omnes jurisdictionem exercet. 1225

S. Pontifex est etiam episcopus urbis Romæ, archiepiscopus et metropolita Romanæ provinciæ, primas Italiæ, patriarcha Occidentis. Potestatem temporalem sive politicam habet in tota ditione ecclesiastica, 1228. — De primatu Romani pontificis. Primatum honoris et jurisdictionis obtinet jure divino universa in Ecclesia. Argumenti primum genus. Petro vere succedit Romanus pontifex, et collatus Petro primatus ad omnes ejus successores pertinet, IV, 874. — Argumenti alterum genus. Tum in Occidentis, tum in Orientis episcopos auctoritate pollent Romani pontifices, quam nec usurparunt, nec ab hominibus acceperunt. Ergo, 882 et seq. — Solv. objecta, 888 et seq. — Christus B. Petro, quem suum in terris vicarium et totius Ecclesiæ caput constituit, ejusque in hoc munere successoribus non honoris duntaxat et auctoritatis, sed veræ etiam jurisdictionis primatum contulit, VI, 994. — Defini-

mus, ait Florentina synodus, Græcis etiam consentientibus, sanctam apostolicam sedem et romanum pontificem in universum orbem primatum tenere, et ipsum romanum pontificem in universum orbem primatum tenere, et ipsum romanum pontificem esse B. Petri principis Apostolorum successorem, et verum Christi vicarium, XIX, 1072.—Papæ primatus ex liturgiis propugnatur. V, 289

De primatu romanæ Ecclesiæ contra schismaticos Orientales. De primatu S. Petri, V, 711, 768. — Funestum est schisma quo Græci a Latinis dividuntur, 711 et seq —Hæc verba Christi : Tu es Petrus: Tibi dabo claves regni cœlorum, pasce agnos meos, pasce oves meas, ad solam Petri personam pertinent, 715 et seq.—Christus solus Petra principalis est et Petrus secundaria et in Christo fundata, 716-723. — Petrus defuit sine periculo Ecclesiæ, 721 et seq. —Primatus in universam Ecclesiam uni Petro collatus est; Petrus inter apostolos ex voluntate Christi eminentiorem quamdam potestatem ac honorem sortitus est, V, 725 et seq — Post resurrectionem apostoli in Petro primatum agnoverunt, 732 et seq.— Paulus sub primatum Petri stetit, 735 et seq. — Paulus caput gentium sub capite universali Petro, 746.—Collatus Petro præ cæteris primatus non honoris tantum fuit, sed etiam jurisdictionis, 754 et seq.— Probatur ex verbis Scripturæ sacræ, 759 et seq.— De pictoribus qui Paulo dextrum, sinistrum Petro latus dant. — Incertum est quod latus nobilius, 764 et seq — Colloquium secundum. De primatu romani pontificis, 768-827. — Primatus Petri ad romanum pontificem transmittitur, 768 et seq. — In apostolorum officium suffecti sunt episcopi, sed eorum jurisdictio et potestas suos limites habuit, 770. — Inter succesorem Petri et primatum, summus est et arctissimus nexus, 775. — Paulus non fuit romanus episcopus, 781 et seq. — Primatui romano concilia non obsistunt, 785 et seq. — Non æqua in romano pontifice distinguenda est dignitas. Alia in eo episcopalis est, forte non ultra centesimum ab urbe lapidem in ambitu porrecta. Altera archiepiscopalis, seu metropolitica, suburbicarias decem provincias complexa. Patriarchalis tertia, quæ per universum Occidentem late diffunditur. Supremo denique dignitas et potestas apostolica, qua universo christiano orbi præsidet, eumque tanquam pastor universalis et Christi vicarius ex ejusdem instituto moderatur, 793.— Romanus pontifex communia omnia habet cum episcopis ut episcopus, cum metropolitis ut metropolita, cum patriarchis ut patriarcha; nec plus ipsi in eos facultatis est, quam cuicumque episcopo in episcopos, et patriarchæ in patriarchas. 794

Traditio Patrum constans cui episcopatum romanum eidem et primatum vindicat. V, 808

Ex ipsa Christi institutione ac voluntate, a Christo ipso obtinent eadem prorsus privilegia romani pontifices, quæ Petrus obtinuit, cujus sunt successores. Licet de jure divino non sit, pontificem romanum qua romanus est, esse successorem Petri, est tamen idem de jure divino caput, quatenus succedit Petro, et ab eodem sortitur, a quo Petrus ipse supremam in Ecclesiam potestatem sortitus est. 810

Suprema pastoralis cura ad Constantinopolitanum non transiit, cum Romanorum imperium Romæ esse desiit. 821

De primatu S. Petri ejusque successoris, juxta catholicos et protestantes. 930 et seq.

Colloquium tertium. De juribus romani pontificis. 827

Ad quinque capita reducuntur. Primum est jus cogendi ac moderandi synodos. Alterum ad legislativam papæ potestatem pertinet. Tertium munus judicis complectitur. Quartum jus revisionis est et appellationum quoque ex auctoris sententia. Postremum est ipsa communionis necessitas cum romana cathedra. 829

De jure cogendi et moderandi synodos. 829 et seq.

Imperatores synodos cogebant, sed non auctoritative et ut Ecclesiæ capita supremique judices. 840

Multiplex utilitas ex Augustorum consortio præter splendorem in Ecclesiam provenit. 849

De jure leges condendi. 850 et seq

Summus pontifex immediate accipit ab ipso Christo, et ex vi institutionis ejus potestatem legislativam in universam Ecclesiam, 749. — Et potest ferre leges sine consensu et sine concilio cardinalium. 751

De auctoritate judicandi episcopos, fideique ac morum causas. 865 891

De jure revisionis et appellationis. 892 et seq.

Appellatio integram causæ cognitionem ad superiorem judicem transfert. Revisio definitivum judicium apud primævam jurisdictionem relinquit. 892

De appellationibus, 903-924.

A papæ sententia appellatio non potest institui. Romani pontificis nullus judex esse potest. 922

Papa est ordinarius ordinariorum. De jure communi habet potestatem conferendi omnia beneficia ecclesiastica totius mundi. XVIII, 697

De pontificii primatus natura et affectionibus. XXVII, 685

Finis explicatur quem Christus in primatu instituendo sibi maxime proposuit; fuit autem is Ecclesiæ unitatem fundare ac conservare. Ad id centro quopiam opus fuit unitatis. Petrum hoc fuisse ejusque successores romanos pontifices, patrum, veterum theologorum, gallicanæ Ecclesiæ, hæreticorum quoque, atque adeo Febronii ac Pereiræ, consensione testatissima res est. 685

Naturam pontificii primatus in coactiva jurisdictione sitam esse, ex iis quæ supra de centro unitatis constituimus, adversus Febronium ostenditur, ejusque effugia præcluduntur. 691

Ingenitas primatus pontificii proprietates explicare aggredientibus nobis prior illa occurrit, quod universalis sit atque in universam Ecclesiam se exporrigat. Id postulat centri ratio, postulant patres; postulat cumprimis concilium florentinum, de quo disputantem mire hallucinari Febronium, quemadmodum in Antifebronio dictum fuerat, iterum confirmatur. 698

Immediata in omnes et singulos quarumcumque Christiani orbis diœcesium fideles est romani pontificis auctoritas. Hanc alteram pontificii primatus affectionem frustra Febronius adoritur. De universalis episcopi titulo nova cum eo disceptatio instituitur, 705. — Tertiam hoc caput pontificii primatus proprietatem considerat, nempe quod supremus sit. Hic autem cumprimis agitatur quæstio, num romanus pontifex generali concilio superior haberi debeat. Adversantis sententiæ novitas confirmatur. Maximæque quibus implicatur difficultates proponuntur, 722. — Febronius ad vindicandam conciliis generalibus in romanos pontifices potestatem multa affert, quæ nullius momenti demonstrantur. Episcopos præsertim in conciliis, quæ eorumdem pontificum obnoxia sint auctoritati, judices esse posse ostenditur; tum de evangelico correctionis fraternæ præcepto quæritur, qua illud ratione ad summos Ecclesiæ pontifices pertineat. 733

Nullum in ecclesiastica historia monumentum exstare, quod generalia concilia in romanos pontifices ex potestate quidquam egisse comprobetur. Febronius fraudis atque ignorantiæ convictus. 757

Constantiensis concilii decreta, quæ Febronius iterum objicit, rursus expenduntur. Præmittitur rerum in eo concilio gestarum brevis synopsis chronologica; tum de illorum decretorum sensu et auctoritate disseritur. 768

Nullam basileensi consilio inesse auctoritatem plurimi atque in his nonnulli ex Gallis, docent. Idem ejus concilii historia palam facit. Frustra Febronius Basileensium causam instaurare aggreditur. 796

De peculiaribus primatus pontificii juribus in iis quæ ad fidem spectant. 805

Causæ majores, cumprimis autem causæ fidei, non ex falsis decretalibus, sed ex primatus jure, romano pontifici reservantur, ne quidquam reluctante Febronio, nihil tamen hoc episcoporum juribus derogat. 805

Quæ et quanta pontificiarum in causis fidei definitionum auctoritas sit. Duæ præcipuæ ejus affectiones proponuntur, quod nempe et erroris nescia sit, et ultima haberi debeat; tum ad primam disputatio convertitur, et quis de illa fuerit veterum ac recentium sensus, quis Febronii, diligenter explicatur. 814

Romanam sedem errori obnoxiam non esse, certissimum est totius antiquitatis decretum, hincque, rejecta Febroniana sedis et sedentis distinctione, pontificem quoque romanum eodem insigni privilegio præstare. Idem ex Christi Domini pollicitatione confirmatur; tum vero maxime ex centro catholicæ unitatis, quod est romanæ Ecclesiæ pontifex. Effugium Bossuetii seriem inter et personas pontificum distinguentis intercluditur, 825. — Ea est Romanorum pontificum in definiendis fidei rebus auctoritas, ut ante Ecclesiæ consensum fidei obsequium exposcat. Incommoda contrariæ sententiæ, quæ pontificiarum definitionum veritatem ab Ecclesiæ consensione accersit. Febronius cæterique hujus opinionis defensores quæ inter se repugnant docere convincuntur, 838 — Quid de celeberrima cleri Gallicani declaratione sentiendum sit, cujus historia ad veritatem, a Febronio aut dissimulatam, aut obscuratam exigitur. Pauca alia refelluntur quæ Febronius magni esse momenti existimat ad Romanorum pontificum infallibilitatem pugnandam, 847. — Digressio in ea quæ Febronius tum adversus constitutionem *Unigenitus*, tum pro ultrajectina pseudo Ecclesia insigni quadam temeritate effutit. De Van — Espenio, cujus opera Febronius extollit judicium, 858. — Falso Febronius queritur sibi in Antifebronio

fuisse injuria affictam de absoluta generalium conciliorum necessitate sententiam. Hanc iterum confutamus rejectis Febronii argumentis. Tum concilia ipsa generalia romani pontificis confirmatione indigere ostenditur. Ex quo tandem colligimus ultimam esse, quod Febronius negat, ejusdem pontificis in causis fidei auctoritatem. 874

De præcipuis pontificii primatus juribus in rebus ad ecclesiasticam disciplinam pertinentibus, ac primum de iis quæ Febronius ex Christi institutione primatui fuisse annexa concedit, sed imminuit atque corrumpit. 885, 886

Potestas leges universæ Ecclesiæ ferendi Romano pontifici a Febronio jure videtur tribui, sed iis conditionibus quæ illam omnino evertunt. De conditionibus infra disputandum proponitur. Interea romano pontifici asseritur vera et propria edendarum universæ Ecclesiæ legum auctoritas, ac Nicolaus I vindicatur. 885

De quibusnam rebus leges ferre romani pontifices possint? Canonibus obsequi debent, neque id tamen, quidquid Febronius ogganniat veræ propriæque legum sanciendarum officit potestati, aut canonibus pontifices subjicit; aliqua de dispensationum jure. 901

Convellitur Febronii axioma, omnem legum pontificiarum imo et conciliorum vim ab Ecclesiæ consensione proficisci; nonnulla redduntur de romana legum ecclesiasticarum promulgatione. 913

De juris canonici nævis, quos Febronius irreverenter exaggerat. Illud vero comprimis quæritur, num aliqua disciplinæ in iis comprehensæ nota inuri a catholico scriptore possit? Novus juris canonici codex a Febronio propositus. 924

Quod Febronius romano pontifici asserit jus excommunicandi, plane nullum est, atque a catholica veritate perquam alienum. Neque illum juvant quæ ex ecclesiastica historia profert, exempla. Aliqua in eumdem Febronium pro romana librorum censura annotantur. 944

Inter pontificii primatus jura et illud a Febronio recensetur quo vicarii apostolici itemque legati constituuntur. Abusus qui hujusmodi ministrorum vitio irrepere possunt, frustra ad jus ipsum minuendum ab eo traducuntur. Febronii fallaciæ in indicanda quæ in Antifebronio exstat suorum dictorum confutatione. 961

De illius primatus juribus, quæ solum a conciliis atque episcopis romano concessa fuisse pontifici Febronius contendit. 965, 966

Generatim quæritur num a synodis et episcopis (quod ait Febronius) repetenda sint plurima romani primatus jura, 968. — Num jus terminandorum diœcesium finium, quod Febronius ait, romano pontifici non ex ipsa primatus vi, sed ex Ecclesiæ consensione accesserit. 972

Affinis propositæ quæstio expeditur quo scilicet jure ad romanos pontifices novorum episcopatuum aut etiam metropoleon institutio pertineat. 976

Quid de pontificiis ac præsertim peccatorum et dispensationum reservationibus sentiendum sit? Eorum origines ab episcoporum voluntate Febronius ac Pereira accersunt: qua in re multiplicis revincuntur erroris, 980. — Beneficiorum reservationes non tam ex episcoporum consensu, quemadmodum Febronius asserit, quam ex ipso romanorum pontificum jure petendæ sunt. Cujus modi id jus sit, et quo nomine eisdem summis pontificibus conveniat. In harum reservationum antiquitatem justasque causas diligentius inquiritur, multaque Febronii commenta refelluntur, 990. — Pauca de annatis Febronius a quæstione quam super annatis in primo opere proposuerat, ad aliam minus odiosam in suis defensionibus callide deflectit; in hac tamen fere nova quæstione multiplicis falsitatis revincitur; jusque annatarum iterum romano pontifici invicte asseritur. 1008

Prælationum quoque, imo et generalium convocandarum synodorum hisque præsidendi jus pontificium Febronius ab episcoporum Ecclesiæque consensione repetit: utrumque absurdissimum demonstratur, 1020. — De juribus quæ a romano pontifice usurpata per summam episcoporum injuriam fuisse Febronius queritur. 1013

De episcoporum electionibus quæritur, num eæ a romanis pontificibus subdole atque injuste fuerint metropolitanis synodisque provinciarum ereptæ? 1031

Omnium episcoporum confirmationem juris esse pontificii, nihilque aut synodis aut metropolitanis a romanis pontificibus qui ejusmodi confirmationes sibi servarunt, fuisse detractum, frustra obnitente Febronio, demonstratur, 1044. — Episcoporum translationes quo jure romani pontifices sibi solis adscripserint. Innocentii III hac de re decretum a Febronii criminationibus iterum vindicatur. 1051

Judiciaria romani pontificis potestas in omnes etiam citra appellationem, sive deponendos sive absolvendos episcopos adversus audaces Febronii conatus iterum asseritur, 1059. — Licet ad ea quæ de appellationibus in Antifebronio disseruimus Febronius fere nihil responderit, nova de illis, brevis tamen, tractatio instituitur, et adversarii audacia retunditur. 1073

Romanæ appellationum causas dijudicare romani pontifices possint? An potius (quod unum Febronio placet) in provinciis dare judices debeant? 1092. — Præfatio, XXVII, 1099. — De causis a Febronio confictis, cur primatus jura contra primigeniam Christi Domini institutionem a romanis pontificibus adaucta fuerint, atque adeo injuste amplificata, 1101. — Veterumne canonum collectores romanis pontificibus eorumque asseclis augendæ primatus potestatis occasionem præbuerint? Aliqua de occidentalis patriarchatus juribus cum juribus primatis minime confundendis. 1104

Alias auctæ pontificiæ auctoritatis causas Febronius proponit, meritum nempe sanctitatis et eruditionis gloriam quæ romanos pontifices sæpe ornarunt; item nomina rectoris, pastoris, et capitis Ecclesiæ universæ, quæ summo pontifici tribuuntur. Eas hoc capite perpendimus, et ad Febronii institutum inanes ostendimus. 1107

Febronius quæ pontificii primatus consectaria sunt auctæ hujus amplitudinis causis accenset. In his ea Innocentii III lex judicibus lata, ut judicent sicut in similibus casibus summus pontifex judicavit. Num romani civilem majorum dominatum etiam in sacris imitentur. 1112

Quid de vulneribus per decretales Isidori disciplinæ ecclesiasticæ, si Febronio credimus, inflictis sentiendum sit? Insignes istius hominis hallucinationes deteguntur. 1116

De abusibus a Febronio romanæ curiæ objectis. 1123

Inter abusus Romanis a Febronio objectos non infimum locum habet cardinalium amplitudo cum episcoporum, quos ille Romæ *inciviliter tractari* queritur, dignitate collata. Hujus accusationis falsitas. Alia in eminentissimos Patres a Febronio temere dicta. 1125

Auri cupiditas romanæ curiæ passim a Febronio exprobratur: iniqua ejusmodi accusatio gravissimis momentis depellitur. 1130

Legitimæ ecclesiarum libertati Roma non adversatur: sed num legitima libertas sit, ad quam Febronius Germaniam excitat, dubitari merito potest. Gallicarum libertatum consectionibus, itemque quam semper experti sunt, romanorum pontificum indulgentia Germani a Febroniana amplectenda libertate avocantur. 1142

Religiosorum cœtuum ab episcopali auctoritate immunitas, aliaque ejusmodi privilegia, quæ inter romanæ curiæ abusus a Febronio percensentur, nec æquitatis fines prætergrediuntur, et multis nominibus in publicam universalis Ecclesiæ utilitatem colunt. 1164

Alia a Febronio romanæ curiæ objecta vitia percensentur, de illisque judicium fertur. Ubique sui similis auctor deprehenditur, malevolus scilicet, ac fallax summorum pontificum obtrectator. 1195

De subsidiis ad vindicandam ecclesiasticam libertatem episcopali cœtui a Febronio propositis, 1201. — *Vid.* Febronius.

De præcipuis consectariis primatus Romani pontificis. — Ad quinque capita S. pontificis jura reducuntur. Primum est jus cogendi ac moderandi synodos. Alterum ad legislativam papæ potestatem pertinet. Tertium munus judicis complectitur. Quartum jus revisionis, et appellationum quoque ex auctoris sententia. Postremum est ipsa communionis necessitas cum romana cathedra, V, 829. — Romanus pontifex, romana Ecclesia, sedes apostolica, centrum est communionis catholicæ, IV, 901. — Ratione primatus potest S. Pontifex decreta condere quæ ad omnes pertineant Ecclesias, 905. — S. Pontifex immediate accipit ab ipso Christo, et ex vi institutionis ejus potestatem legislativam in universam Ecclesiam, XII, 749-395. — Et potest ferre leges sine consensu et sine consilio cardinalium, 751-394. — De jure leges condendi, V, 830 et seq. — Papa est ordinarius ordinariorum. De jure communi habet potestatem conferendi omnia beneficia Ecclesiastica totius mundi, XVIII, 697. — Ratione primatus potest S. Pontifex synodos generales convocare, eisdem præesse sive per semetipsum, sive per legatos, IV, 908. — De jure cogendi et moderandi synodos, V, 829 et seq. — Imperatores synodos cogebant, sed non auctoritative et ut Ecclesiæ capita supremique judices, 840. — Multiplex utilitas ex Augustorum consortio præter splendorem in Ecclesiam provenit, 849. — Potest S. Pontifex dispensare, ubi legitimus locus est dispensationi, a legibus generalis ipsius synodi, IV, 907. — De causis majoribus ad sedem apostolicam ratione primatus referendis, 909. — De auctoritate judicandi episcopos, fideique ac morum causas. V, 863-891

De jure revisionis et appellationis. Appellatio integram causæ cognitionem ad superiorem judicem transfert. Revisio definitivum judicium apud primævam jurisdictionem co-

loquit, 892 et seq — De appellationibus, 903-924. — A papæ sententia appellatio non potest institui. Romani pontificis nullus judex esse potest, 922. — De appellationibus, IV, 914. — Vi primatus, ac proinde jure divino, appellationes episcopales admittere et dijudicare potest pontifex. Primo, id postulat æquitas naturalis, 916. — Secundo, ex natura primatus necessario colligitur Ecclesiæ regimen esse vere monarchicum, licet aristocratia temperatum, 917. — Tertio, potest summus pontifex leges disciplinæ condere, quæ vim obligandi universa in Ecclesia obtinent, 918. — Quarto, majoribus de causis summus pontifex, interjecta præsertim appellatione, ipsius vi primatus judicare potest, 919. — Jus appellationum episcopalium ad sedem Apostolicam a synodo Sardicensi institutum non fuit, 921. — Solv. objecta. 923

1° Ex concilio Niceno primo, 923. — 2° Ex synodo Sardicensi, 928. — 3° Ex concilio Antiocheni anno 341, 932. — 4° Ex contentione episcoporum Africanorum cum romanis pontificibus Zosimo, Bonifacio, Celestino, 933. — 5° Ex concilio Chalcedonensi, 948. — 6° Ex ipso summo pontifice Siricio, 950. — 7° Epistola Innocentii primi ad episcopos Macedoniæ, 952. — 8° Ex S. Cypriano, 953. — 9° Ex eodem S. Cypriano, 956. — 10° Ex causa Cæciliani Carthaginensis episcopi. 958

Defenduntur celeberrima quædam facta quæ ad appellationes episcopales pertinent. De facto S. Athanasii. IV, 959

Ex facto S. Athanasii adstru. potest jus appellationum Romano pontifici divinitus collatum. 960

De facto S. Chrysostomi, 963. — Semel et iterum ad apostolicam sedem appellavit damnatus inique S. Chrysostomus, semelque et iterum juridice et honorifice absolutus est. Alterum pariter judicium, quod in Chrysostomum instigante Theophilo a conjuratis quibusdam episcopis prolatum est, a romano pontifice excussum ac reprobatum est, 964. — De facto S. Flaviani patriarchæ Constantinopolitani. S. Leonem, tanquam legitimum auctoritate apostolica judicem, appellavit S. Flavianus, et eam appellationem judicandam excepit summus pontifex, 967. — Solv. objecta. 970

De facto Theodoreti. Ad romanum pontificem appellavit Theodoretus a sententia pseudo-Ephesinæ synodi, et ab illo fuit sedi suæ restitutus, 974. — Solv. objecta. 975

De auctoritate et infallibilitate summorum pontificum, IV, 1141. — Sententia quæ summorum pontificum infallibilitati favet, magis fundata et majori in Ecclesia auctoritate niti auctori (Petit-Didier) videtur, quam opposita sententia, 1143. — Præjudicia quædam adversus opinionem illorum qui summos pontifices fallibiles esse contendunt, 1144. — Primo hæc opinio quæ tenet decisiones summorum pontificum in materia fidei ad universam Ecclesiam directas errori obnoxias esse, et revisione egere, primum decimo quinto sæculo enata est, 1144. — Secundo, ante schisma Occidentis, sententiam quæ papæ infallibilitati favet omnes theologi unanimiter receperunt et docuerunt, 1145. — Tertium præjudicium : auctores catholici nono et sequentibus sæculis S. pontificum ad concilia superioritatem et in decernendis rebus fidei infallibilitatem velut doctrinam ab Ecclesia semper receptam propugnarunt, 1146. — Quartum præjudicium : nullam unquam fidei definitionem romani pontifices ediderunt, quam non illico cum debita veneratione universa susceperit ac amplexa fuerit Ecclesia. 1145

Quintum præjudicium : opinio quæ S. Pontifices synodis subjicit, moderno tempore in solo Franciæ regno viget. 1147

In judicio quod ex cathedra emittit hoc est universalis magistri suscepta persona, in definiendis fidei controversiis errare non potest. V, 1225

Privilegium infallibilitatis summorum Pontificum supra S. Scripturam fundatur. Nullus catholicorum dubitat quin Salvator noster divo Petro primatum in Ecclesia tradiderit. IV, 1148

Doctor Launoius impugnatur, 1149. — Qualem ideam primis Ecclesiæ sæculis de auctoritate romanorum pontificum in quæstionibus fidei habuerint fideles, 1151. — Qualem ideam historia quarti et quinti sæculi de auctoritate Romanorum pontificum nobis ob oculos ponat, 1153-1171. — Qualem ideam Patres græci et aliis auctores ecclesiastici primis quinque sæculis de auctoritate summorum pontificum in materia fidei habuerint, 1171 et seq. — Qualem ideam Patres latini quinque primorum sæculorum de auctoritate papæ in materia fidei habuerint, 1178 et seq. — Testimonia romanorum pontificum super privilegiis sanctæ sedis, 1199 et seq. — Quid concilia œcumenica et alia de auctoritate sum. pontificum in materia fidei censuerint. Et quomodo Romani pontifices se gesserint respectu conciliorum œcumenicorum, 1206-1250. — Quid auctores ecclesiastici a sæculo quinto usque ad græcorum schisma, de auctoritate summorum pontificum in materia fidei censuerint, 1250. — Quæ a tempore schismatis lis fuerit inter græcos et latinos de auctoritate summorum pontificum, 1251. — De mente patrum et auctorum ecclesiasticorum super auctoritate romanorum pontificum et eorum in materia fidei infallibilitate, a sæculo nono ad scholasticorum usque tempora. 1262

De sententia theologorum scholasticorum super auctoritate romanorum pontificum in Ecclesia et eorum infallibilitate in fidei quæstionibus a sæculo duodecimo usque ad concilii Constantiensis tempus. 1274 et seq.

Reflexiones quædam super iis quæ in præcedentibus capitibus dicta sunt, IV, 1280 et seq. — Examinatur articulus quartus conventus cleri Gallicani anni 1682, 1283 et seq. — Respondetur objectionibus quæ adversus infallibilitatem summorum pontificum formari solent, 1294. — Respondetur objectioni ex necessitate conciliorum deductæ, 1296. — Respondetur objectioni ex sacrorum canonum observatione depromptæ, 1300. — Respondetur iis quæ de quibusdam summis pontificibus objiciuntur, 1302. — Respondetur objectioni quod claves Ecclesiæ non immediate a divo Petro traditæ fuerint, 1303. — Respondetur objectioni ex concilio Constantiensi adductæ. 1307

Quod concilia generalia a confirmatione summorum pontificum auctoritatem suam acceperint. 1313 et seq.

De primatu S. Petri ejusque successoris, juxta catholicos et protestantes. V, 950 et seq.

Liber de vi ac ratione primatus romanorum pontificum, ac de istorum infallibilitate in definiendis controversiis fidei. Præfatio, III, 899 et seq. — Tota disputatio reducitur ad duas quæstiones : prima, quale sit romanorum pontificum in definiendis controversiis fidei; secunda, quænam sit eorumdem potestas collata cum potestate concilii œcumenici, 901. — Necessaria cum sede romana romanisque pontificibus unitas communionis et fidei ratione primatus, 902. — Sententia pro suprema romanorum pontificum potestate apud ipsos theologos Gallos fere communis etiam post anni 1682 comitia. 904

*Propositio prima.* Sanctus Petrus inter Apostolos primatum habuit, qui in Romanos pontifices ejus successores transivit. 905

Per se Petri primatus particularem sedem episcopalem non exigebat, sed requirebat certa illius in primatu successio. 907

Vicarius Petri, idem est ac Petri successor. 908

*Propositio secunda.* S. Petri et romanorum pontificum primatus non est primatus meri ordinis, sed præcipue auctoritatis, seu jurisdictionis, ex quo præcipua ipsis jura et facultates competant necesse est. 909 et seq.

*Propositio tertia.* Hic præcipuæ jurisdictionis et non meri ordinis primatus S. Petri et romanorum pontificum ejus successorum personalis est, seu ipsorum personæ obligatus; ac proinde jus quoddam præcipuum ipsorum personale, id est, nulli alii commune, in eo primatu contineri debet, 913. — Hæc propositio : *S. Petrus et S. Paulus* sunt duo Ecclesiæ capita, unum caput constituentes in congregatione S. Officii hæreseos notata fuit ab Innocentio, X, 915. — Testimonium Quesnelli. 917

*Propositio quarta.* Hic primatus præcipuæ jurisdictionis et personalis sancti Petri ac romanorum pontificum jure divino constitutus est, non autem apostolica institutione aut ecclesiastica. Testimonia protestantium et aliorum, 920 et seq.

*Propositio quinta.* Divinum illud jus, quo primatus præcipuæ jurisdictionis et personalis S. Petri ac summorum pontificum constituitur, præcipua habet fundamenta in iis evangelicis testimoniis, quæ de S. Petro primo romano pontifice totius Ecclesiæ primate passim recitantur, nimirum : Tu es Petrus, et super hanc petram, etc. Pasce oves meas, etc. Confirma fratres tuos, etc. 925 et seq.

*Propositio sexta.* Cum primatus peculiaris jurisdictionis et personalis S. Petri et romanorum pontificum laudatis evangelicis testimoniis potissimum incumbat; in iisdem interpretandis non omnia aliis apostolis eorumque successoribus, id est, episcopis debent esse et censeri communia, ac personalis Petri in ipsis testimoniis contineri debet, quod in Romanos pontifices ejus successores transiens, primatum peculiaris et personalis jurisdictionis divino jure institutum constituat. III, 929

*Propositio septima.* Hoc præcipuum et personale S. Petri jus primatus proprium, quod in laudatis evangelicis testimoniis continetur (ne quid confingamus ex arbitrio) ex traditione iisdem testimoniis cohærente eruendum est. 932

*Propositio octava.* Ex Patrum traditione liquet, pontificii primatus instituendi rationem seu finem fuisse totius Ecclesiæ unitatem, ob quam componendam et conservandam

idem primatus utilis ac necessarius, a Christo institutus fuit. 935 et seq.

*Propositio nona.* Memoratam totius unitatis catholicæ a Petro componendæ et conservandæ rationem ne sibi Christus frustra proposuisse dicatur in instituendo ejus primatu, vim et potestatem ipsi primati ad eum finem obtinendum idoneam dedisse credendus est : jus scilicet coactivum unitati componendæ et conservandæ necessarium, non vero merum officium repræsentandæ unitatis, 940 et seq.—Ecclesiæ salus in summi sacerdotis dignitate pendet, cui si non *exors* quædam et ab omnibus *eminens detur potestas*, tot in Ecclesiis efficientur schismata, quot sacerdotes. S. Hier. 943

Summus pontifex Ecclesiam ut unam repræsentat, concilia vero generalia ut catholicam. 944 in *nota*.

*Propositio decima.* Ecclesiæ unitas nunc consideranda duplex est, alia fidei, qua omnes Christi fideles in unius fidei professione debent convenire ; alia charitatis, qua omnia Ecclesiæ membra inter se eodem pacis et communionis vinculo debent copulari : sed potior est illa prior unitas fidei, cui potissimum conservandæ posterior est Ecclesiæ maxime necessaria. 947

*Propositio undecima.* Primatus S. Petri et successorum ejus adeo præditus est vi cogente ad utramque charitatis seu communionis et fidei unitatem, ut necesse omnino sit omnes catholicos cum successoribus S. Petri unitatem tenere non solum charitatis et communionis, sed præsertim fidei. —De necessaria unitate communionis omnium fidelium cum summis pontificibus ratione primatus. Oppositio a nonnullis ingesta ex schismatibus Meletii Antiocheni et Acacii Constantinopolitani diluitur, 952 et seq. — Ubi Petrus ibi Ecclesia, 955. — Romani pontificis persona a Romana sede frustra distinguitur, ubi agitur de unitate et communione catholica, 957.—Necessitas unitatis fidei cum fide Romanæ sedis seu Romanorum pontificum, ex præstituta necessitate unitatis cum iisdem colligitur, 975 et seq.

*Propositio duodecima.* Unitatem præsertim in fide cum fide S. Petri ac successorum ejus romanorum pontificum omnibus christianis necessariam evincunt ex sacra scriptura illa evangelica testimonia, quæ de primatu S. Petri insigniora sunt, 980. — Illa Christi : Tu es Petrus, et super hanc petram, etc., necessitatem unitatis fidei cum fide S. Petri et successorum ejus romanorum pontificum manifestissime evincunt, 983. —Petræ nomine fidem Petri significari Patrum traditione ostenditur, III, 984 et seq. — In hanc Petræ interpretationem, quomodo Ecclesia super Petrum ædificata commode intelligatur. Aliæ interpretationes conciliatæ. Non singularis illa fides, qua S. Petrus Christum Dei Filium professus est, sed universa fides christiana, quam in ædificanda Ecclesia prædicavit, Petræ nomine accipienda monstratur, 990. — Quatenus ex hac interpretatione laudati textus evangelici unitas præsertim fidei omnium Christi fidelium cum fide S. Petri, seu prædicatæ a S. Petro necessaria probetur. Eadem unitas fidei quatenus ab aliis apostolis servata in fundandis Ecclesiis, 995. —Eadem fidei unitas cum fide Romanorum pontificum successorum S. Petri eodem primatus jure necessaria ostenditur. Pauca adduntur de clavium potestate, quæ eodem textu evangelico promissa S. Petro, æquali jure in successores ejus transivit, 998.—Confirmatur eadem necessitas unitatis fidei ex illis Lucæ, cap. XXII, 32 : Simon, Simon, ecce satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos, 1002.—Illud quoque Joannis Petro specialiter dictum : Pasce agnos meos, pasce oves meas, eamdem necessitatem unitatis fidei demonstrat.

*Propositio tredecima.* Eadem necessitas unitatis, communionis et præsertim fidei omnium christianorum cum S. Petri sede et successoribus ejus romanis pontificibus, traditione Patrum luculenter statuitur, III, 1011.—Insignis locus S. Irenæi, quo unitatem fidei cum romanæ Ecclesiæ, seu romanorum pontificum fide, ex primatus jure cunctis christianis necessariam expresse affirmat, 1014. — Tertulliani testimonium ductum ex necessitate conveniendi cum fide Ecclesiarum apostolicarum, quæ necessitatem evincit conveniendi cum fide præsertim Romanæ et apostolicæ Ecclesiæ, 1019.—Loca S. Cypriani quæ unitatem communionis et fidei cum S. Petri cathedra, seu summo pontifice, necessariam adstruunt, 1021.—Difficultas ex quæstione de baptismo ab eo habita cum S. Stephano papa excutitur, 1027 et seq. ; 1072-1085 et 1127.—Firmiliani, Paciani et Optati testimonia. Donatistarum aliorumque veterum schismaticorum et hæreticorum sententiæ expensæ, 1031.—Testimonia Eusebii Vercellensis, Gregorii Nazianzeni, Satyri, Ambrosii et concilii Aquileiensis, cui idem S. Ambrosius præfuit. Quomodo jus communionis e Romana sede dimanet, 1037.—Damasi papæ, Theodosii imperatoris, et Flaviani presbyteri Antiocheni et postea episcopi testimonia. Additur testimonium concinens ex Aureliano Augusto ab Eusebio et Rufino laudatum. Prudentii poetæ versus, 1041.—Hieronymi testimonia. Argumentum ductum ex necessaria unitate cum Petri cathedra, quo cathedræ vocabulo fidem Romanæ sedis a S. Petro ejusque successoribus traditam significari ostenditur. Ecclesia catholica et fides catholicæ Ecclesiæ dicta est Romana ob unitatem præsertim fidei cum Romana catholico cuique necessariam, 1050. — S. Augustini testimonia expenduntur, illa præsertim quæ in libris contra Donatistas scriptis inveniuntur. Argumentum sumptum ex nota Ecclesiæ uti apostolica dicitur, quatenus necessariam adstruit unitatem fidei cum Romana apostolica sede; aliaque aliorum Patrum in eamdem rem proferuntur, 1056.—Alia ejusdem Augustini testimonia ex scriptis contra Pelagianos pro unitate fidei cum Romana. Validissimum argumentum ductum ex antiquissimo more referendi causas fidei ad romanam sedem. Innocentii primi, trium conciliorum Africæ et aliorum Patrum auctoritates, 1064.—Loca Augustini ex libris de baptismo explicantur, ubi inter alia disquiritur num in quæstione de baptismo extra Ecclesiam percepto Stephanus ediderit proprie dictam definitionem fidei, 1072.—Pelagii Cœlestiique textus. Argumentum ductum ex antiquo more subjiciendi opera præsertim dogmatica romanæ sedis judicio, 1085.—Testimonia S. Cyrilli episcopi Alexandrini, synodi Ephesinæ œcumenicæ, Cœlestini primi, auctoris capitulorum de gratia, et Xysti, 1088.—Testimonia S. Leonis magni, 1090.—De gestis circa dogmaticam Leonis epistolam ad Flavianum præsertim in concilio Chalcedonensi. Quale examen ejusdem epistolæ in eo institutum, et quæ concessa libertas examinis, pontificiæ auctoritati nihil præjudicans, 1094.—Testimonium Anatolii episcopi Constantinopolitani, 1011.—Testimonium S. Petri Chrysologi. Argumentum ductum ex obedientia quam romano pontifici deberi etiam adversarii fatentur, 1104. — De synodicis episcoporum Galliæ et Italiæ ad S. Leonem pontificem contra Eutychis hæresim. De Theodoreto episcopo Cyrensi, et Maximo Antiocheno. Testimonium vetustissimi sacramentorum libri Ecclesiæ Romanæ, 1110.—Testimonia S. Gelasii papæ, ex libello fidei a S. Hormisda ad Orientales misso, et tota Ecclesia recepto, ex Justiniano imperatore, Avito Viennensi, Epiphanio Constantinopolitano, Stephano Larissæ, Menna Constantinopolitano et Profuturo Aracarensi, 1114. — Testimonia ex summis pontificibus Gregorio I et II, ex venerabili Beda, ex auctore operis Carolini, Adriano I, Alcuino, S. Nicephoro Constantinopolitano, Theodoro Studita, Nicolao I, et Hincmaro Rhemensi, 1120.—Ex his antiquis traditionis argumentum concluditur, subjecta animadversione, qua uno ictu plures objectiones ex antiquis perperam ingestæ diluuntur. 1126

Adversariorum catholicorum testimonia quibus utriusque unitatis cum romana sede necessitatem professi sunt, 1129. — Communis adversariorum formula, qua centrum unitatis in romana sede positum agnoscunt, explicata præsertim ex Gallicanis anni 1682 comitiis, 1130. — Testimonia Gersonis, cardinalis Cusani, Joannis de Parisiis, Alphonsi Tostati, et Petri de Marca, 1134. — Testimonia ex comitiis Cleri Gallicani (annorum 1579, 1650, 1653 et 1595), 1138.— Testimonia Jacobi Benigni Bossuetii, episcopi Meldensis, 1142. — Refellitur distinctio inter sedem, cathedram, vel Ecclesiam Romanam et Romanos pontifices ab adversariis ingesta, eaque inepta ostenditur in præsenti argumento, ubi de vi coactiva primatus propria et personali eorumdem pontificum agitur, 1151.—Refelluntur quoque duo alia adversariorum effugia, seu conditiones duæ, quas illi in pontificiis decretis dogmaticis requirunt, ut cogant omnes ad fidei unitatem, nimirum si hujusmodi decreta ex cathedræ romanæ doctrina, ac traditione communi Ecclesiæ catholicæ edita sint, vel si ipsis accedat Ecclesiæ tacitus saltem consensus, 1156 et seq.-1159 et seq. — Corollarium quo constituitur quid ex præstitutis principiis sequatur in ea quæstione num dogmatice romanorum pontificum definitiones fidei infallibiles sint et haberi debeant. — Synopsis principiorum quæ præmisimus et consequens proximum ex ipsis legitime deductum quoad infallibilitatem romanorum pontificum in definiendis fidei controversiis. Adversariorum incohærentia qui, concessis laudatis principiis, pontificiarum definitionum infallibilitatem ex iisdem legitime sequentem inficiantur, 1169. — Antiquorum traditio Christi promissionibus innixa, eamdem infallibilitatem et inerrantiam satis declarat. Patrum testimonia deducta ex illa Christi promissione. Portæ inferi non prævalebunt adversus eam, 1173.—De altera Christi promissione Petro facta : Oravi pro te, ut non deficiat fides tua, etc., quid Patres tradiderint, unde adstruenda est Romanorum inerrantia, 1177.—Traditio Patrum de indefectibilitate et integritate constanti fidei in romana cathedra, 1182.—Effugia episcopi Meldensis, quibus memoratas Christi promissiones antiquo

rumque traditionem aliorsum distrahere et interpretari studuit, rejiciuntur, 1185.—Potissimum adversariorum objectum ex præsumptis Romanorum pontificum erroribus circa fidem expugnitur, eo quod ea quæ obtruduntur facta, non sint errores definitionum fidei. Præmittitur explicatio. Quænam sint proprie dictæ definitiones fidei, seu, ut aiunt, ex cathedra editæ, quibus ex Christi promissis et Patrum traditione inerrantia et infallibilitas tribuenda est, 1192. — Quatenus præsumpti et objecti errores pontificum non pertinent ad definitiones fidei. Duo vel tria molestiora, quæ præcipue tanquam evidentiora opponuntur errorum facta, expresse solvenda. Primum de lapsu S. Petri explosum, 1199.—Lapsus item Liberii non fuit lapsus definitionis fidei, 1202.—Lapsus qui Honorio tribuitur, quantum abest a definitione fidei, 1208.—De lapsibus qui aliis pontificibus tribuuntur, et de nonnullis antiquorum testimoniis, quæ errores pontificum indicant, 1216.—Quædam attinguntur, ex quibus pateat nullos pertinere ad definitiones fidei, 1221.—Tria ab adversariis præstanda sunt, ut erratum probent in definitione fidei. Primo decretum quod opponunt certum esse debet, non supposititium aut dubium. Secundo error qui objicitur debet esse error non facti sed fidei, et hic quidem ita evidens, ut verba nequeant æqua interpretatione explicari. Tertio ex documenti verbis patere debet erratum proponi et decerni tanquam credendum ex fide, 1221, 1222, 1249 et seq.—*Conclusio*, 1227. — In ipsis decretis fidei semper Petrus loquitur, 1194.—De mente Honorii, et judicio quod de eo tulit synodus sexta, IX, 634, 635-902, 523.—Sedes Apostolica non secernitur a Romano præsule, I, 444-548.—In summo pontifice error personalis seu privatus esse potest, non vero judicalis seu publicus, 445-548, 349.—Summus pontifex sæpe dat suam opinionem, non fert sententiam, 449, 434-552, 556.—Numerantur pontifices qui errasse traduntur, 459, 460-560.—Ut homo papa hæreticus esse potest, non ut Petri successor, 461-561.—De summi pontificis infallibilitate opiniones, 1521 et seq.-1042; 1527 et seq.-1047. — Appendix de infallibilitate pontificia in definitionibus, qua brevius explicatur et statuitur, quænam et qualis auctoritas summis pontificibus tribuenda sit, quando definiunt controversias dogmaticas, III, 1231.

*Propositio prima*. Pontificia auctoritas, instituta ob finem conservandæ unitatis maxime in fide esse debet per se sufficiens ad hunc finem obtinendum. 1252

*Secunda propositio*. Ut auctoritas summorum pontificum sit per se sufficiens ad conservandam in tota Ecclesia unitatem fidei, debet esse non meri ordinis et honoris prærogativa, sed jurisdictionem aliquam peculiarem sibi competentem requirit, quæ per se exigat et obliget ad fidei unitatem. 1253

*Tertia propositio*. Auctoritas, quæ in definiendis fidei controversiis sit per se sufficiens ad exigendam et conservandam fidei unitatem, ita per se sola debet obligare et sufficere, ut alius auctoritatis præsidio non indigeat, ac propterea pontificia auctoritas quæ per se sufficiens est ac dici debet ad conservandam et exigendam fidei unitatem, ad hunc finem obtinendum nequit egere consensu Ecclesiæ. 1254

*Quarta propositio*. Auctoritas quæ sit per se sufficiens ad exigendam et conservandam fidei unitatem in tota Ecclesia, ea vi prædita esse debet, qua ad unitatem obliget non aliquot tantum, sed omnes christianos, non tam distributive quam collective sumptos, ex quibus sumptis collective constat ipsa catholica Ecclesia. 1238

*Quinta propositio*. Auctoritas, quæ in conservationem unitatis fidei definitiones dogmaticas edit, his definitionibus dogmaticis, ut in conservandam fidei unitatem sufficiant, obligare debet omnes, non ad meram exteriorem observantiam, sed ad assensum et obsequium mentis; quod cum fidei necessarium sit, sine eo fidei unitas servari non posset. 1239

*Propositio sexta*. Pontificia auctoritas, quæ ab omnibus christianis etiam episcopis exigit obsequium et assensum interuum proprium fidei erga definitiones a summis pontificibus editas, omnem dubitationem debet excludere, ita ut dubitare non liceat, non illi, cum fidei controversias definiunt, in ipsa definitione errent. 1241

*Propositio septima*. Auctoritas pontificia, cujus definitiones dogmaticæ in conservationem unitatis fidei editæ obligant totam Ecclesiam ad assensum fidei ipsis definitionibus præstandum, omni dubitatione exclusa, in definiendo, infallibilis dicenda est, ut ipsa Ecclesia ex promissis Christi est infallibilis. 1243

*Propositio octava*. Eadem pontificum infallibilitas evincitur vel maxime ex promissis Christi S. Petro, et ex traditione Patrum, 1245.—Effugium Bossuetii distinguentis inter seriem et personas pontificum, quam inane et repugnans, 1248. — Errores pontificum, qui ab adversariis opponuntur, ut in rem præsentem probarent aliquid, duo probanda essent: 1° errorem, qui opponitur, ita esse certum errorem fidei ut nulla possit apta interpretatione purgari; 2° esse præterea errorem definitionis dogmaticæ. Unus ejusmodi error congrue probatus ad evertendam thesim propositam sufficeret. Nullus vero adversariis prodest, cum ex omnibus qui objiciuntur erroribus nullus sit error fidei certus, vel non sit error definitionis dogmaticæ, 1249, 1221.— Sententia quæ infallibilitatem pontificiis definitionibus in materia fidei tribuit, antiquis nota fuit. Apud antiquos invenitur non expresse infallibilitatis vocabulo, sed æquivalentibus verbis, 1256. — Quam sera contrariæ sententiæ initia, et quatenus inter catholicos recipi atque in scholas induci et propagari cœperit, veteri sententia ac traditione non omnino exclusa. 1258

De potestate ecclesiastica summorum pontificum et conciliorum generalium. Prœmium, III, 1264. — De auctoritate summi pontificis in definiendis quæ ad fidem et mores pertinent, XI, 42; I, 58-46.— Jurisdictio ecclesiastica Petro immediate collata fuit a Christo, III, 1267.—Eadem jurisdictio Petro immediate tradita in bonum Ecclesiæ non debebat cum Petro extingui, 1270.— Jurisdictio propria S. Petri ratione primatus ipsius singularis ac personalis ea fuit, ut cæteris omnibus etiam apostolis potestate cæteroquin æqualibus præesset non mera ordinis et honoris, sed peculiaris in ipsos juris prærogativa bono unitatis, jusque ipsi esset in omnes non distributive solum, sed etiam collective sumptos ad custodiam unitatis. Idem omnino jus competit similiter Romanis pontificibus successoribus S. Petri, ad quos idem primatus ob idem unitatis bonum jure successionis pervenit, 1271.— In solo Petro jus in universam Ecclesiam fuit ordinarium ratione primatus, et idcirco competit Romanis pontificibus ejusdem primatus hæredibus jure ordinario, 1274.— Episcoporum jurisdictio subest juri Romanorum pontificum, 1280.—Suprema in Ecclesia potestas in Romano pontifice Petri successore residet, ejusque auctoritati omnium episcoporum jurisdictio subjecta est, XIX, 1071. — Definimus, ait Florentina synodus, Græcis etiam consentientibus sanctam apostolicam fidem, et Romanum pontificem in universum orbem primatum tenere, et ipsum Romanum pontificem successorem esse B. Petri principis apostolorum et verum Christi vicarium, 1072. — Papæ primatus ex liturgiis propugnatur, V, 289.— De jure Romanorum pontificum et generalis concilii. Num alterum alteri præstet in materia fidei.— Romani pontificis definitio, quæ præcessit ipsum concilium generale, cogit Patres concilii, ita ut non possint ab ea dissentire, III, 1288.—Quid dicendum cum generali concilio nulla præcessit pontificia definitio. In definiendo nunquam factum est, et nunquam fiet ut concilii generalis Patres aliter circa fidem definiant, aliter papa, 1294.—Judicium œcumenici concilii proprie dictum ex concordi episcoporum et capitis judicio coalescit. 1295

De jure summorum pontificum et generalium conciliorum in materiis disciplinæ canones in generali concilio constituti, quibus ipsius pontificis assensus vel confirmatio accessit, obligant ipsum papam, non jure humano, sed altiori naturali ac divino, quibus ipsi summi pontifices obstringuntur, III, 1300. — Ad observantiam canonum disciplinæ, quandiu vigent, ita obligantur summi pontifices, ut licet pro suprema sua potestate possint in ipsis dispensare vel eosdem etiam aliquando restringere vel mutare, non tamen debeant, nec licite id possint absque legitima causa, 1301. —Criminatio, quæ multorum odio et invidiæ apostolicam auctoritatem exposuit, disjecta. 1304

De canonibus disciplinæ in generali concilio editis, qui pontificis consensu seu confirmatione carent. — Canones hujusmodi non approbati auctoritate summi pontificis ipsum non obligant, 1306. — De necessitate approbationis pontificiæ in canonibus disciplinæ, ut generalis concilii vim et auctoritatem obtineant, 1309. — Ubi nec Petrus, nec Petri successores adsunt, quæcumque sit episcoporum congregatio, ibi generale concilium nec erit, nec esse poterit, 1310, *in nota*. — De jure summi pontificis in omnes episcopos etiam collectos in generali synodo, ex quo omnibus superior, conciliaribus ipsorum decretis in materia disciplinæ ejus approbatione carentibus cogi non potest. — Distinctio inter episcopos distributive aut collective sumptos ab adversariis ingesta, quam sit inanis et rationi primatus repugnans. — Episcopis ne collective quidem sumptis jus coactivum competit in papam. 1313

De sera origine et novitate opinionis quæ conciliis generalibus auctoritatem et jus tribuit coactivum in summos pontifices, 1321.—De gestis conciliorum generalium usque ad octavam synodum œcumenicam, 1322.—De gestis synodorum particularium, ac de aliquot insignioribus testimoniis quæ præiverunt schismati sæculi XIV, conciliisque Pisano et Constantiensi, 1328.—De schismate cujus occasione

adversariorum sententia orta est paulo ante synodos Pisanam et Constantiensem, 1337. — Potestas deponendi summum pontificem collegio cardinalium non competit, 1336, in nota. De jure et qualitate suffragii episcoporum et papæ in synodis generalibus. 1343

De jure et qualitate suffragii episcoporum et papæ in synodis generalibus, III, 1343.—Animadversio de appellationibus a papa ad concilium generale, 1383.— Principia et summa totius ratiocinii, quo generalibus conciliis negandum est jus supra Romanos pontifices. 1384

*Primum principium.* Certum est papam ratione primatus ea jurisdictione potiri, qua jure divino superior est tota Ecclesia etiam collective sumpta, et quocumque etiam generali concilio. 1385

*Secundum principium.* Certum quoque est nulli inferiori competere jus coactivum in superiorem suum, nisi hoc jus inferiori certis documentis probetur ab eo collatum, qui eidem superiori jurisdictione præsit. 1385, 1386

*Tertium principium.* Cum ex dictis certum sit summum pontificem esse superiorem, et jus superioris habere in totam Ecclesiam et in ipsa generalia concilia, solus autem Deus ipsius summi pontificis superior sit, nec Ecclesia, nec universum concilium, seu nec episcopi ex tota Ecclesia in generali concilio adunati, qui papa inferiores sunt jure divino, poterunt, in hunc superiorem suum jurisdictionem exercere, nisi hæc jurisdictio ipsis a Deo tributa certis documentis probetur. 1386

*Quartum principium.* Ut jurisdictio in papam inferiori, cui per se non competit, a Deo collata certo aliquo monumento probaretur; afferendum esset aliquod exploratum testimonium vel sacræ Scripturæ, vel traditionis sanctorum Patrum, vel aliqua generalis concilii ac summorum pontificum definitio, ex quibus fontibus erui potest institutio aut delegatio divina. 1387

Plurima quæ de auctoritate ac infallibilitate papæ infra asseruntur, non omnibus theologis probantur. Sententia opposita superius luculenter exposita, auctoritate, antiquitate, argumento et Patrum auctorumque consensione potior est. Integram semper fuisse fidem Romanorum pontificum traditio docet. IV, 1000, 1001, 1003

Fide non deficiet, I, 377, 378-293, 296. — Summi pontifices ita infallibiles non sunt in definiendis opinionibus, ut in fidei definitionibus, III, 1106, in nota.— Utrum in causis fidei et morum definiendis errare possit summus pontifex, IV, 979.—Ipsis in quæstionibus fidei irreformabile non est summi pontificis decretum, nisi accesserit expressus vel tacitus Ecclesiæ consensus. *Argumentum primum.* Scripturis proposita consonat assertio, 980. — *Arg. secundum.* Generalibus in conciliis examini subjecta sunt dogmatica summi pontificis judicia, 983. — *Arg. tertium.* In consensione ordinis episcopalis, posita est vis maxima decretorum ecclesiasticorum, 984. — *Arg. quartum.* Ex ratione theologica, 985. — Solv. objecta, 987. — Objectio ex eo desumpta quod Romana Ecclesia sit necessarium communionis ecclesiasticæ centrum, 995. — Solv. objecta ex conciliis, 1003. — Solv. objecta ex summis pontificibus, 1006. — Solv. objecta ex SS. Patribus, 1007. — Solv. objecta ex testimoniis gallicanorum episcoporum, 1009. — Solv. objecta ex momentis theologicis, 1012. — Utrum summo pontifici auctoritate præstet synodus œcumenica, 1016. — Concilio generali subjectus est summus ipse pontifex, ac proinde auctoritatis primatum non gerit universam in Ecclesiam, quamvis in omnes et singulas gerat ecclesias, 1017.—Solvuntur quæ objici solent ad infirmanda concilii Constantiensis decreta, 1020. — Solv. objecta ex Florentini concilii decretis, 1026. — Solv. objecta ex concilio Lateranensi quinto, 1031. — Solv. objecta ex eo quod a summo pontifice confirmantur ipsa concilia generalia, 1033.— Solvitur quod ex illo pronuntiatio solet objici : A nemine sedes apostolica judicatur, 1036. — Solv. objecta ex prohibitione appellationum a sententia Romanæ sedis ad concilium œcumenicum, 1038. — Solv. objecta ex ipsa auctoritatis episcopalis origine desumpta. 1043 et seq.

Utrum in gubernanda Ecclesia summus pontifex obtineat jure divino immediatam jurisdictionem et qua ratione exercere illam valeat, 1050. — Auctoritas ipsa Petro et ejus successoribus divinitus collata distinguenda est ab ipsius auctoritatis usu et moderamine, 1051, 1052, 1060 — Omnes et singulas Ecclesiæ partes Petro ejusque successoribus traditas Christum omnes confitentur catholici, 1052. — Romanus pontifex, Petri successor in munere pastorali, immediatam procul dubio jurisdictionem divinitus collatam obtinet in omnes cujuscumque conditionis et totius orbis christianos, 1053. — Solv. objectiones. 1055 et seq.

De controversiis inter catholicos agitatis circa auctoritatem summi pontificis. Monitum, V, 1137, 1139 et seq.—De infallibilitate S. pontificis, 1143. — Ultramontani hæc duo admittere debent. 1° Pontificem ut doctorem privatum errare posse; perfectam et ultimam fidei regulam non in solius pontificis etiam ex cathedra docentis decretis reponendam, sed in consensu episcoporum cum pontifice Romano, 1144. — Gallicani admittere debent hæc tria : primum, sanctam sedem esse indefectibilem in fide; secundum, gravissimam auctoritatem S. pontificis aliquid circa fidem determinantis, et illius decreta ad omnes et singulas ecclesias pertinere; tertium, hæc eadem decreta per se omnes fideles obligare ad aliquem consensum internum seu mentis obsequium, 1145 et seq. — Dans le quatrième article de 1682, il ne s'agit que d'appliquer aux décisions pontificales *ex cathedra*, ce qui est vrai des conciles œcuméniques, 1151, 1152, in nota.

De superioritate S. pontificis in concilia, 1154 et seq. — Quidquid statuatur de illa quæstione, papa non delegatam, sed ordinariam habet potestatem dispensandi a legibus concilio œcumenico latis ; potestatem igitur independentem a concilio et voluntate tacita episcoporum : porro actus potestatis in suo ordine summæ ac independentis suam habent validitatem, abstrahendo a legitimitate motivorum quibus superior inducitur, 1158.— De potestate indirecta Romani pontificis in principum temporalia, 1159. — Ecclesia habet spiritualem jurisdictionem tum directivam, tum etiam coactivam in principes, adeo ut quoad ipsam regiam dignitatem illius auctoritati subjiciantur, 1159. —Sedes apostolica nullo decreto dogmatico declaravit, sibi competere jure divino jurisdictionem sive directam, sive indirectam in temporalia regum vi cujus posset illos e suo statu dejicere, 1161. — Facta summorum pontificum et conciliorum quæ, vel tulerunt sententias depositionis in principes, vel has sententias suæ adhæsione firmaverunt, explicari possunt independenter a doctrinis theologorum circa dependentiam aut independentiam principum ab auctoritate ecclesiastica, si ad quorumdam regnorum constitutionem attendatur, et ad jus commune quod in aliis vigebat, V, 1162 et seq. — Summa totius discussionis. 1167

Quid de summo pontifice sit necessario credendum, VI, 798, 809, 994 in nota. — Papa caput Ecclesiæ si quid summo pontifici competit jure divino, illud immutabile est, 809. — Privilegia papæ sunt duplicis generis : alia Romanæ sedi ab imperatoribus concessa; alia sunt imperii, dignitatis, et amplitudinis humanæ insignia, 810. — Actus speciales jurisdictionis papalis non sunt juris divini.—Cyprianus restitit Stephano papæ. — Summi pontifices possunt errare. — Papa conciliorum caput, sed non magister, 810. — In quo consistit specialis papæ auctoritas, 811. — Pontifex Romanus non est episcopus universalis, 812. — Calumniantur hæretici catholicorum doctrinam, 812. — Catholicorum dependentia a summo pontifice nihil officit obsequio civili magistratui, jure divino et naturali debito, 1173

Ordines (religiosi) vel probare, vel refellere, quoniam non e scientia solum, sed etiam e prudentia pendet, non ad ea pertinet in quibus summus pontifex errare nequit, I, 392, 393-307, 398. —Cur Ecclesia Romana, seu summus pontifex quintum locum theologicum obtineat; cur non ante concilia, 416, 417-328. — Argumenta quibus S. pontificis auctoritas impugnatur, 411 et seq.-325. —Eadem argumenta confutantur. 443 ad 463-348, 364

Mortuo summo pontifice, veritas tunc etiam in Ecclesia est; at si controversiæ fidei et religionis oriantur, Ecclesiæ judicia sine capite in terris non adeo certa erunt, 334-162. — Deficiente persona pontificis, non deficit pontificia dignitas et auctoritas, IV, 36 et seq. — Nulla difficultas in hæreseos et schismatis casu. 37

Omnis canonice electus in Romanum pontificem est Christi vicarius et Petri successor, IV, 709. — De statu Romani pontificis electi non confirmati, XXIV, 1413 et seq. — Ubi quis in Romanum pontificem electus est, confirmatione insuper opus non est ad status ipsius firmitatem, nec ulla exceptione ipsius consecratio impediri potest, 1413, 1414. — De ordinatione summi pontificis, 1214. *Vid.* Ordo. — Papæ consecrationis minister, 1214 et seq. — De jure et consortudine Romani pontificis in consecrationibus archiepiscoporum et episcoporum, 1129 ad 1193. — Spectari potest Romanus pontifex, 1° tanquam archiepiscopus; 2° tanquam primas Italiæ et adjacentium regionum; 3° tanquam patriarcha totius Occidentis; 4° tanquam supremus totius orbis christiani moderator, et episcopus episcoporum omnium, 1129 et seq. *Vid.* Ordo.

De vestibus et colore quibus utitur summus pontifex, XIX, 464 et seq. — Index summorum pontificum alphabeticus, V, 182 et seq. — Index chronologicus 38 antipaparum, 204 et seq. — Non una est apud omnes numerandi pontifices ratio, 201. — Quot et qui pontifices colantur ut sancti in Ecclesia?—Quot et qui inviti electi sunt?—Quot et qui laicorum ad papatum assumpti? V, 199. — Quot et

qui optimæ notæ? Quot et qui notæ non ita bonæ? Undecim recensentur, 200

Causæ justæ, ut papa possit dispensare in matrimonio rato, etc., etc., XXV, 549

Portæ frequentatio. *Vid.* Violatio sanctitatis clericalis, XXII, 837

Populus est cœtus multitudinis, juris consensu, et utilitatis communione sociatus, XV, 295

Possessi. *Vid.* Dæmoniaci. VII, 893

Possessio in genere est detentio alicujus rei vel exercitium alicujus juris, XV, 863. — Possessio dicitur a pedum positione. Tribuitur hoc nomen interdum ipsis rebus possessis, 471. — Una est facti, alia juris. Actus possidendi dicitur possessio; jus possidendi, possessio juris. — Possessio facti est detentio rei, corporis et animi et juris adminiculo. 471. — Possessio juris est jus insistendi alicui rei, tanquam suæ, non prohibitæ possideri, 472; XIV, 850-635, 636. — Inter varias possessionis divisiones, usitatissima est in civilem, naturalem et civilissimam. Civilis est quæ solo animo retinetur, et quæ parit effectus civiles, XV, 472. — Naturalis est quæ corpore simul et animo retinetur, 473. — Civilissima ea est, quæ sola legis ordinatione constat, 473; XIV, 851-636. — Tribus modis acquiritur possessio: apprehensione vera, apprehensione ficta, legis dispositione, XV, 473. — Possessio jurium et servitutum apprehenditur dupliciter, 474. — Possessio rerum mobilium civilis et naturalis amittitur: 1° sola voluntate possessoris nolentis amplius rem possidere. 2° per furtum aut rapinam alterius; 3° si alterius custodiæ subsit; 4° per amissionem rei, v. g., bursæ, vel per fugam, si sint animalia, 475. — Multiplici modo amittitur rerum immobilium possessio civilis et naturalis, 475. — Quid privilegii conferat possessio, 475, 476. — Possessio, si sit bonæ fidei, parit præscriptionem, 475.— Non est possessoris probare quod res sua sit, sed oppugnantis probare quod non sit, 475

Omnis possessio facti non est justa. Nulla possessio facti secundum se creat jus in re possessa, sed illud supponit, XI, 201

Bonæ fidei possessio in materia justitiæ circa temporalia bona prodesse potest ad formandam conscientiam, 203. — Ex convenientia, seu ex æquitate, non ex præcepto juris naturæ, jure positivo in materia justitiæ melior est conditio possidentis, 207. — In materia justitiæ humanæ potestati subjecta melior est conditio possidentis, 203. — Favor competens possessori in materia justitiæ, non extenditur ad alias materias, 204, 205. — An et qualis possessio stat pro libertate, qualis pro lege, in æquali utrinque dubio ex æqualitate rationum contrariarum orto? 205. — Sive in dubio, an detur lex qualiscumque, dicatur possessio stare pro libertate physica hominis, sive non; possessio non facit meliorem conditionem possidentis contra legem, 207. — Quamvis possessio sit quid indifferens ad jus vel non jus, possessio tamen causat quandoque titulum. Ubi est possessio, est aliqua præsumptio antecedentis tituli, sive juris, ideoque formari potest conscientia de licita retentione rei possessæ, 207. — Extra materiam justitiæ nunquam possessio stat pro libertate morali, in casu dubii, an detur lex, vel non detur, 208. — Casus ponuntur, 211 et seq.

Possessor bonæ fidei est qui habet rem alienam sincere credens esse suam, alias nollet eam retinere, XIV, 910-718. — Possessor est bonæ fidei, si post adhibitam sufficientem diligentiam prudenter judicet et credat rem quam possidet esse suam, XV, 884. — Obligationes possessoris bonæ fidei ratione rei quam possidet vel possedit, 884 et seq. — Possessor qui ante legitimam præscriptionem animadvertit rem quam possidet esse alterius, et rem adhuc retinet, eam statim restituere tenetur, 885. — Quicumque habet rem alienam, quamvis optima fide illam hactenus tenuerit, putans esse suam, ubi tamen cognoverit esse alienam, tenetur ad ejus restitutionem prima opportunitate, idque tantum modo ratione rei acceptæ. Neque pretium, quod pro ea dedisti, exigere a domino potes, 767, 1027, 1028. — Si is qui rem alienam bona fide possidebat, eam interim consumpsit vel alienavit, solum tenetur restituere id quo inde factus est locupletior, 768, 1028. — Objectiones, 1030. — Si rem consumpsit, vel inde ditior factus est vel non. Si rem donavit, vel res adhuc existit, vel non. Si rem vendidit, vel res adhuc exstat, vel non, 885. — An ille qui bona fide rem emit a fure pretium solutum exigere possit a domino cui eam ipse restituit, 886. — An qui bona fide rem emit a fure possit, comperto furto, eam furi reddere ut pecuniam suam recuperet, 887. — De obligationibus possessoris bonæ fidei ratione fructuum, 888, 889. — Tenetur restituere omnes fructus qui apud illum exstant, modo non sint fructus meræ industriæ, 768.—Si fructus non exstent, et illis factus sit locupletior, tenetur quatenus locupletior, sive illi fructus fuerint mere naturales, sive mixti, id est, ex re, mediante industria, provenientes, 769.—Possessor bonæ fidei non tenetur ad restitutionem fructuum quos ratione negligentiæ suæ non percepit, sicut tenetur possessor malæ fidei, 769. — De obligationibus possessoris bonæ fidei ratione impensarum. Regula pro impensis ordinariis. Regula pro impensis extraordinariis, 890, 891; XIV, 911-719. — Qui bona fide rem usu consumptibilem dono accepit a latrone ad restituendum non impotente adhuc tenetur eam cum fructibus restituere vero domino, si latro satisfacere noluerit, 911-719. — Qui rem furtivam bona fide a latrone emptam postea cum eadem bona fide vendidit alteri, quando deinde cognoscit fuisse alienam, tenetur rescindere contractum et rem domino, pretium vero emptori in conscientia restituere. Hæc sententia probabilior est et tutior, 911-720; XV, 775 et seq. — An qui bona fide emit equum furtivum, postquam hoc scit, possit cum fure, a quo emit, rescindere contractum, recuperando suum pretium, et reddendo illi equum, etiamsi, sciat nunquam dominum habiturum. Sententia affirmans est tuta etiam in praxi, XIV, 913 et seq.-721. — Qui rem in foro publico, vel ab homine res hujusmodi publice vendente emerit, eam domino restituere non tenetur, nisi pretio ejus sibi soluto, XV, 887. — Si gratis rem alienam accepisti, teneris, ubi cognoveris alienam, domino restituere; nec potes reddere furi, nisi moraliter sis certus furem restituturum, 770. — Si bona fide eam emisti, ubi intellexeris esse alienam, poteris rescindere contractum et reddere furi a quo accepisti, ut pretium recuperes; nec teneris tum domino restituere, 770. — Si mala fide emisti, ut tibi retinere, sciens vel dubitans esse furtivam, teneris eam domino restituere. 771

Possessor est malæ fidei si advertat aut advertere possit rem quam detinet esse alienam, XV, 884. — Rem, si extet, semper tenetur vero domino restituere, sive eam acceperit per donationem, sive per emptionem et contractum, XIV, 918 et seq.-724. — Possessor malæ fidei tenetur restituere ratione rei alienæ detentæ, et ratione injustæ damnificationis, XV, 891. — Generatim loquendo, tenetur restituere rem alienam si exstet in natura, vel ejus æquivalens si jam non existat, etsi casu fortuito perierit, adeo ut dominus sit omnino indemnis, 891. — Possessor malæ fidei non tenetur, attento jure naturali, ad restitutionem rei quæ apud ipsum fortuito casu periit, si eodem modo et eodem tempore apud dominum certo periisset. 892

Sed attento jure civili ad restitutionem tenetur, sed non ante sententiam judicis, 893, 894. — Ad quid teneatur si res varium habuit valorem tempore detentionis, 894. — Possessor malæ fidei tenetur restituere omnes fructus, exceptis industrialibus sive adhuc existant, sive jam consumantur, 895. — Possessor malæ fidei easdem impensas ac possessor bonæ fidei, attento jure naturali, repetere potest, 896. — Possessor malæ fidei tenetur restituere non solum rem alienam, sed etiam fructus ex ea perceptos; nempe fructus rei, non autem industriæ, 732. — Non solum fructus perceptos, sed etiam non perceptos, quos tamen dominus singulari sua diligentia percepisset, tenetur sarcire, 733. — Tenetur etiam restituere fructus rei quos ipse sua singulari industria percepit, deductis impensis, quamvis dominus, eos percepturus non fuisset. 733

Possessor est dubiæ fidei, si graves sibi adsint rationes dubitandi an res sit sua vel aliena, XV, 884. — De dubio præcedente possessionem. Tenetur possessor sufficientem adhibere diligentiam ad tollendum dubium, 896. — De dubio possessioni bonæ fidei superveniente, 897; XIV, 915 et seq.-725. — In dubio melior est conditio possidentis non solum in materia justitiæ, sed etiam in aliis virtutibus a justitia, XXV, 487. — Possidens bona fide, et non dubitans an sit sua, non tenetur restituere, quando facta diligentia adhuc dubius est, etc., 487, 772. — Sed præmissa debita diligentia, manens dubius potius credens rem esse alienam, tenetur partem restituere pro ratione illius majoris propensionis, 488. — Qui rem accepit dubia fide, titulo emptionis vel quovis alio, tenetur restituere plus vel minus pro dubii qualitate quo rem illam assecutus est, 488. — Qui dubitat an res sit aliena potest eam accipere titulo donationis, emptionis, etc., eo animo ut eam domino, si post diligentem inquisitionem invenerit, restituat. XV, 773

Possibilitas rei nihil aliud est, quam attributorum ejus consensio, id enim possibile, quod nullam contradictionem involvit, IX, 13-14. — Possibilitas rei dicitur positive demonstrari, ubi ex medio evidenter cognito, cum ipsa re intrinsece connexo, rite deducitur eam non repugnare. Negative demonstratur quando solvuntur argumenta adversus illam proposita, seu, quod idem, est cum

ostenditur objectiones quibus rei possibilitas impugnatur, non esse veras demonstrationes. 16-14

Posteriori. A posteriori seu per effectus demonstratio illa est, in qua proceditur a notis effectibus ad ignotæ causæ investigationem. II, 172

Postulatio unus ex modis est quibus potestas jurisdictionis et ecclesiastica beneficia acquiruntur, V, 1250. — Postulatio est petitio, a collegio electorum apud majorem potestatem facta, ejus, qui ob aliquod canonicum impedimentum eligi non potest, 1256. — Differt ab electione postulatio, quod hæc gratiæ innititur, illa juri, etc. 1256

Potentia generatim est vis efficiendi, et potentia infinita est vis efficiendi omnia possibilia. Deus habet potentiam infinitam et illimitatam. II, 998

Potentia generatim est capacitas ad aliquid, IX, 769-698. — Potentia proxima et immediata ea est qua homo bonum illud opus agere, aut urgentem hic et nunc tentationem vincere potest proxime, sive independenter ab omni alio auxilio. Remota et mediata ea quæ dat proxime id agere posse, quod impetretur gratia dans proxime posse facere illud vel illud bonum opus, vel urgens hic et nunc præceptum implere. X, 1184-953

De potentia absoluta et relativa in mente Jansenii, 524-412. — In mente Jansenii, potentia absoluta est ea quæ inest delectationi ex ipsius natura, et non consideratis gradibus contra rebellantis delectationis; semper est sine actu, 1261-994. — Existit in pugna duorum delectationum æqualium, sicut duo pondera æqualia in libra, 1262-994. — Potentia relativa ea est quæ inest delectationi etiam consideratis ex adverso dimicantis delectationis gradibus, sive viribus, 1261-994. — Semper et necessario cum actu unitur. Semper supponit delectationem superiorem, quæ inferiorem necessario domat, 1262, 1184, 1185,-994, 955. — Potentia quam dat gratia parva et inefficax, est potentia mere absoluta et abstrahens a præsentibus subjecti circumstantiis sive ab opposita fortiori concupiscentia, non relativa ad præsentes subjecti circumstantias, sive ad oppositam fortiorum delectationem terrestrem. 1185-952.

Potentiale totum, id est totum quod habet non in se sed sub se partes subjectivas. Partibus subjectivis essentialiter constat totum potentiale, I, 1459-1155. — Partes potentiales sunt virtutes accessoriæ, sive adjunctæ. XI, 1238.

Potestas coercitiva dicitur, qua pro diverso delictorum genere violatores legum puniuntur et coercentur, IV, 767. — Potestas spiritualis est immediate a Deo. — Potestas pure temporalis est immediate ab ipsis hominibus, et datur propter bonum communitatis, non propter principis utilitatem, XII, 158-127. — Potestas legitima alia est ordinaria, alia delegata. Prima est ea quæ alicui directe, immediate per se primo principaliter ex dignitate et officio sive ecclesiastico, sive sæculari competit. — Delegata est ea quæ competit alicui ex commissione seu delegatione alicujus judicis superioris, XIV, 1155. — Potestas suprema non ex pactione nascitur, sed a Deo ordinata subditos etiam invitos obligat, et in Deum solum refunditur, VI, 864 in nota. — Omnis justæ superioritatis vera potestas ex pacto principium habet, 864. — Omnis potestas creata habet limites, 865. — Prima omnis creatæ potestatis limitatio, 867. — Secunda potestatis civilis limitatio. — Tertia limitatio. Ad quid constituta est omnis potestas civilis, 867. Possunt subditi non obedire imo obsistere imperanti injusta, 873 et seq. — Quod negatur in nota, 873. — Potestas civilis institutiones divinas non attingit, 1175. — Iis superiorum decretis obtemperandum non est, quæ sanctas naturæ leges, divinaque instituta, communi hominum sententia et consensu, evertunt. 1176.

Potestas civilis, quoties in uno homine vel principe reperitur, legitimo ac ordinario jure, a populo et communitate manavit vel proxime vel remote, nec potest aliter haberi ut justa sit. Hæc est sententia communis jurisperitorum, XII, 451-358. — Hæc potestas est immediate in communitate. Hinc primus potestatis regiæ titulus est communitatis consensus, 451-358. — Secundus titulus est successio hæreditaria, quæ non potest esse prima radix hujus potestatis in rege, 451, 452-359. — Tertius titulus regiæ potestatis est bellum justum, 452-359. — Potestas dominandi seu regendi politice hominis, nulli homini in particulari data est immediate; a Deo vi solius juris naturæ hæc potestas est in hominum communitate. 443-352.

Potestas ad leges ferendas requisita est potestas jurisdictionis quæ per se primo respicit communitatem perfectam et non sufficit potestas dominativa, quæ est circa privatas personas, vel ex jure naturæ tantum, ut patris in filium, vel ex jure gentium, etc., XV, 397. — Non omnis potestas jurisdictionis sufficit ad leges ferendas, 398. — Potestas condendi leges ex sola rei natura in nullo singulari homine existit, sed in hominum collectione. Conclusio est communis et certa, XII, 442-351. — De potestate civili circa matrimonium. XXV, 693 et seq.

Potestas spiritualis non sita est communitate fidelium, tanquam in subjecto, neque eam ab illa communitate mutuantur pastores Ecclesiæ, IV, 825. — Probatur constanti traditione, 826. — Probatur momentis quibusdam theologicis, 828. — Notabile consectarium. Non est necessarius populi christiani consensus expressus vel tacitus, ut valeant auctoritatis et jurisdictionis ecclesiasticæ statuta, 830. — Solvuntur objecta, 831. — Quæ apostolis, ut apostolis, eorumdem successoribus Christus promisit, non fidelibus.
I, 482, 433-354, 355.

Potestas ferendi leges canonicas nunquam fuit in populo, sed in prælatis. Potestas ferendi leges civiles primario fuit in communitate, sed postquam illam transtulit in principem, jam non habet illam in se. XIII, 108, 109-87.

Potestatem directam in temporalia non habet summus Ecclesiæ pontifex, XII, 466 et seq.-370. — Indirectam habet, 469 et seq.-373. — Nobilior quidem est temporali spiritualis potestas; verum suo in ordine utraque suprema est ac independens, IV, 721. — Potestas Ecclesiæ in temporalia directa vel indirecta non admittenda est. 714 et seq. 719. *Vid.* Lex.

De ecclesiastica potestate in constituenda sanciendaque disciplina, 767 et seq. *Vid.* Ecclesia.

De potestate ecclesiastica summorum pontificum et conciliorum generalium, III, 1267 et seq. *Vid.* Pontifex.

Potestas ordinis alia est, alia jurisdictionis, I, 1199-946, XXVII, 657. — Potestatem ordinis scholastici vocant eam quæ datur ex vi sacramenti et potestatem jurisdictionis eam quæ datur extra sacramentum per hominis concessionem nudam, XII, 738, 739-600. — Potestas ordinis acquiritur consecratione pro episcopis, ordinatione pro presbyteris et aliis clericis, V, 1244 et seq. — Potestas jurisdictionis acquiritur electione, postulatione, collatione et institutione, 1250 et seq. — Potestas jurisdictionis quæ tota pendet ex imperio in subditos, amittitur renuntiatione, translatione, permutatione, depositione et degradatione, 1272. — Potestas ordinis respicit sacramenta, potestas jurisdictionis respicit judicia, XVIII, 25. — Potestas jurisdictionis duplex est: alia fori interni, alia fori externi. Potestas fori interni est gratiosa seu voluntaria, vel contentiosa; vel de lege communi, vel de lege speciali. Utriusque fori jurisdictio est vel ordinaria, vel delegata, vel subdelegata, 25. — Potestas ligandi et solvendi, idem est ac jurisdictio. III, 1267

Præadamitæ alios ante Adam homines a Deo procreatos fuisse censent. Eorum systema nullo probabili fundamento nititur. VII, 1380 et seq.

Præceptor. Præceptorum officia, XIV, 530 et seq.-319. — Præceptor in regendis et erudiendis filiis est patris vicarius, 530-419; XVI, 1250, 1251.

Præceptum dividitur in affirmativum et negativum, XII, 214-171. — Præceptum affirmativum quod inducit ad actus virtutum, obligat semper, sed non pro semper. Negativum quod prohibet actus peccatorum obligat semper et pro semper, 214-172; XIII, 1162-918; XI, 692. — Peccatum omissionis est contra præceptum affirmativum; peccatum commissionis est contra præceptum negativum, 692; XII, 215-172. — In quolibet præcepto affirmativo includitur præceptum negativum de actu contrario non eliciendo, XIII, 1009-796. — Substantia præcepti ab ejus circumstantiis secerni debet, IX, 962-761. — Substantia præcepti sub præceptum cadit, non vero circumstantiæ. Substantia præcepti illud est quod imperatur, 962-761. — Finis præcepti non cadit sub præceptum, XII, 348-277. — Aliquæ sunt præcepta quibus satisfieri potest ante obligationem, XXIII, 645. — Præcepta moralia moraliter sunt interpretanda in executione, XIV, 1350-1047. — In nullum præceptum naturale, quod ex intrinseca materia virtutis vel vitii nascitur, potest cadere propria dispensatio, XVII, 342, 343. — Nullum est præceptum juris divini in lege evangelica quin sit etiam juris naturæ, demptis præceptis fidei et sacramentorum, XXV, 535. — Inferior in præcepti violatores novas pœnas imponere potest, 535. — Præceptum importat necessitatem; consilium autem in optione ponitur ejus, cui datur, XI, 28. — Cavendum est ne illud quod in Scriptura tanquam veri nominis præceptum omnibus præscribitur, loco solius consilii habeatur. 29

De præceptis Ecclesiæ. Præceptum de die festo colendo et de Missæ auditione, XIV, 1227-965. *Vid.* Missa. — De Jejunio, 1257-989. — De abstinentia a carnibus, ovis et lacticiniis, 1295-1019. — De sacramentis Pœnitentiæ et Eucharistiæ. *Vid.* Eucharistia, Pœnitentia.

De præceptis decalogi. *Vid.* Decalogus.

De præceptis judicialibus legis mosaicæ, XV, 247, 250. *Vid.* Judex.

Præcipitatio, filia luxuriæ, peccatum est, quo quis subitaneo impetu abreptus, sine consilio et deliberatione in ac-

tum exteriorem prosilit, XI, 1015. — Cavenda est præcipitatio in sententiis proferendis; in dubiis, quæ conscientiam spectant, solvendis; in revelandis arcanis, 1016. — Præcipitatio in agendis vitium et peccatum est sub imprudentia contentum. 433

Prædestinati, non omnes, non soli versantur in Ecclesia Christi. IV, 1065

Prædestinatiani, ab impio dogmate sic dicti, docuerunt ex hominibus alios antecedente Dei voluntate absoluta efficace destinatos esse ad gratiam; alios ad pœnam æternam, V, 63.—Asserebant neque bona opera quidquam prodesse reprobis, neque mala obesse prædestinatis. 64, VII, 423

De prædestinatianis quinti sæculi. In oppositum Pelagii errorem lapsi, libertatem arbitrii interemerunt, XI, 195. — Varii eorum errores, 195, 196. — Prædestinatianæ hæreseos auctores vel præformatores non fuere adrumetini monachi, sed potius Pelagiana labe infecti, 195 et seq., 197. — Prædestinatiana hæresis non emersit in Galliis, Cœlestino I summo pontifice; neque adversus eam SS. Augustini aut Cœlestini opem imploravere Prosper et Hilarius, 197. — Prædestinatiana hæresis non est figmentum, neque mera calumnia, qua Massilienses S. Augustinum et ejus discipulos infamare studuerunt, uti placet Jansenio et ejus apologistis; sed vera et realis hæresis in Galliis, quinto sæculo a Lucido quodam presbytero, Monimo, et aliis nonnullis propugnata, 198. — Solvuntur objectiones, 200. — Synodus Arelatensis quæ Fausti epistolam approbavit, fuit tertia Arelatensis, 209. — Synodus ad quam Lucidus suam scripsit epistolam revocatoriam præcedentium errorum habita fuit Lugduni paulo post synodum Arelatensem. 209

De prædestinatianis noni sæculi. Contracta historiæ Gotescalci delineatio, 210.— Gotescalcus diu sopitam prædestinatianorum hæresim sæculo nono, in Galliis regnante Carolo Calvo exsuscitavit, 212 et seq.— Gotescalcus in erroribus pertinax obiit, 218. — De scriptoribus noni sæculi in causa Gotescalci, 218. — De sex auctoribus qui errore facti non nihil patrocinati sunt personæ Gotescalci, 218. — De sex auctoribus qui erroribus Gotescalci nequaquam faventi, 219 et seq. — Ecclesia Lugdunensis nec reipsa adversatur capitulis Carisiacis, nec Gotescalci et aliorum Prædestinatianorum erroribus adhæsit, 224. — Solvuntur objectiones, 230. — Synodus Valentina favit personæ Gotescalci, non autem ipsius doctrinæ, 244. — Synodus valentina non in rei substantia, sed in quibusdam duntaxat loquendi modis recessit a doctrina capitulorum Carisiensium, 245 et seq. — De aliis synodis in causa Gotescalci habitis. 249

Prædestinatio recte definitur a S. Aug.: Præscientia et præparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur: a S. Thoma: Ratio transmissionis creaturæ rationalis in vitam æternam, et ratio ordinis aliquorum in vitam æternam; a Scoto: Præordinatio alicujus ad gloriam principaliter, et ad alia in ordine ad gloriam, VII, 556. — Accurate definitur: æternum decretum quo Deus efficaciter providet quibusdam de gratiis largiendis, in hac vita, et de assecutione regni cœlorum in altera. Unde duplex prædestinatio: una ad gratiam, altera ad gloriam, 557. — Prædestinatio ad primam gratiam est gratuita, 557. — Omnes gratiæ efficaces sunt objectum gratuitæ prædestinationis, 558. — Gratia efficax perseverantiæ, quatenus importat conjunctionem mortis cum statu gratiæ habitualis, est peculiari modo objectum gratuitæ prædestinationis, 559. — Utrum prædestinatio ad gloriam fiat ex prævisis meritis, 560. — Tres sunt theologorum opiniones de hac quæstione, 561. — Aliud est, prædestinationem ad gloriam esse gratuitam seu fieri ante prævisa merita: aliud prædestinationem ad gloriam esse decretum dandi gloriam gratuito, 563. — Admittendum non est duplex illud prædestinatorum genus a Catharino excogitatum, quorum alii ante, alii post prævisa merita ad gloriam electi sunt, 564.— Admittenda est prædestinatio ad gloriam gratuita, et antecedens merita prævisa, 564; VI, 952 et seq. — Probatur ex scriptura, VII, 565. — Ex S. Augustino, 567. — Ex ratione, 570. — Solv. objectiones. 574

De effectibus et proprietatibus prædestinationis. Tres requiruntur conditiones ut aliquid sit effectus prædestinationis: 1° debet esse a Deo, unde peccatum non potest esse effectus prædestinationis; 2° debet esse ex meritis Christi, sine quo nulla nobis salus; 3° debet conducere ad assecutionem beatitudinis, 584. — Tres sunt præcipui effectus prædestinationis: vocatio, justificatio et glorificatio. — Multa bona naturalia, et quædam mala tum pœnæ, tum naturæ, sunt effectus prædestinationis. Permissio etiam peccati, quia potest aliquando conferre ad salutem, et ad hunc finem nonnunquam a Deo ordinatur.— Prædestinatio est certissima secundum se, idque sine libertatis læsione, 585. — Ut absolute certa sit prædestinatio ad salutem per hæc vel illa media determinata, necessarius videtur usus scientiæ conditionatorum, quæ scientia nullo modo impedit prædestinationis gratuitatem, 586.—Ex parte hominis nulla datur absoluta prædestinationis certitudo sine speciali revelatione, 586; VI, 109, 951. — Dantur tamen quædam prædestinationis signa quæ prope accedunt ad certitudinem; scilicet, sincera conversio, timorata conscientia, consiliorum observatio, gustus divinorum, humilitas, etc., VII, 586. — Omnes prædestinatos distincte novit Deus, 587. — De certitudine prædestinationis juxta catholicos et protestantes, V, 1064. — Reformati in puncto prædestinationis et reprobationis hoc tempore communiter sequuntur Thomistas et Bellarminum, 1045. — Quid de prædestinatione sentiendum, VI, 97 et seq. — Æterna electio sine meritis, salus ex meritis, 99 et seq. — Quamvis certa prædestinatio sit, sua tamen cuique salus cum metu et sollicitudine procuranda est, 102. — Prædestinatio ad gloriam est dogma fidei. 951

Quid sentiant Thomistæ de prædestinatione, VII, 262 et seq. — Doctrina Molinæ de prædestinatione, 284.—Undenam ex eodem certitudo prædestinationis oritur, 284. — Prædestinationem ad gratiam et prædestinationem adæquate sumptam plane gratuitam profitetur, 285. — Prædestinatio abyssus inscrutabilis divini consilii ex Molina, 285. — Prædestinationem ad gloriam solitarie sumptam statuit fieri post prævisa merita. — Ordo decretorum in systemate Molinæ, 286. — Quomodo certitudo prædestinationis cum libero arbitrio in systemate Molinæ concilietur. 287

Eadem causa est prædestinationis et reprobationis adultorum quæ parvulorum, Dei scilicet voluntas alios misericors ex massa educens, alios justa et severa non educens, X, 1251. — *Vid.* Reprobatio.

Prædicationis ministerium Deus instituit tanquam medium salvandi homines utilissimum, et juxta ordinariam suæ providentiæ dispositionem ut plurimum etiam necessarium. — Per prædicationem orbis ad fidem conversus est: et per eam fides fovenda est et morum integritas conservanda aut restauranda, XXV, 143. — *Vid.* Parochus.

Prædicator. — *Vid.* Parochus.

Prædictiones astrologorum sunt fallaces, VII, 670 et seq.

Prædium urbanum in jure vocatur omne habitaculum etiamsi in villa sit, et hortus annexus, causa amœnitatis. Prædium rusticum quod vis aliud, ut stabulum, horreum, ager. XV, 468

Præexistentia animorum damnatur ut fabulosa et impia. VI, 965

Prælati inferiores, seu antistites qui expertes ordinis episcopalis in sibi subjectas ecclesias et personas jurisdictionem exercent, medium inter episcopos et presbyteros locum tenent. Non idem omnium eorum gradus, non eadem ratio est, V, 1223. — Prælatis omnibus qui habent jurisdictionem in foro externo, vel privilegium, potestas dispensandi in voto convenit. XXII, 977 et seq.

Præmia sanctorum inæqualia sunt, VI, 847. — Æqualis non est in omnibus beatis visio Dei intuitiva. Est de fide. VII, 821

Præmotio seu prædeterminatio physica essentiam Thomismi constituit, VII, 250. — Præmotio physica in genere est influxus quo Deus applicat ad actum, et determinat causas secundas. Dicitur etiam concursus prævius, 251. — Necessitas illius motionis tanta est juxta Thomistas, ut ipsa creatoris et entis creati essentia innitatur. — Natura præmotionis in genere amplius explicatur, 251. — Præmotio physica generatim describi potest: aliquid creatum seu productum, se habens per modum actus et motionis transeuntis cum actu creaturæ, quo Deus ad actus virtutem agendi creaturarum applicat. 252

Præmotionis physicæ prima divisio in spiritualem, quæ vim activam spirituum, et materialem quæ vim activam corporum ad actum applicat, 252. — Secunda præmotionis divisio, qua præmotio spiritualis dividitur in præmotionem ad actus intellectus et ad actus voluntatis, 253. — Tertia divisio qua præmotio voluntatis contingens dividatur in generalem et specialem. Generalis est impulsus seu determinatio voluntatis versus bonum in genere, 253. — Particularis ea est quæ ad bonum particulare seu determinatum et individuale prosequendum, aut ad malum aliquod ejusdem rationis fugiendum impellit et applicat. Duplex est: alia ad actus indeliberatos, alia ad actus deliberatos et liberos, 254. — Præmotio physica ad actus indeliberatos amoris, odii, timoris, etc., est ea qua voluntas applicatur ad ejusmodi actus indeliberatos producendos, 254. — Præmotio alia ad actus indeliberatos supernaturales, alia ad actus indeliberatos naturales, alia ad ejusmodi actus bonos, alia ad materiale tentationum. 255

De præmotione physica ad consensum seu ad actus deliberatos et liberos, tota controversia est, 253. — Illa præmotio est influxus prævius quo Deus physice applicat voluntatem creatam ad actum liberum eliciendum, 253. — Præmotio ad actus liberos alia naturalis, alia supernaturalis ordinis, 255. — Natura præmotionis physicæ ad actus supernaturales liberos explicatur, 256. — Definiri potest : creatum quoddam, instar motionis se habens, voluntati a Deo impressum, quo ipsa in ordine ad ejusmodi actus ultimate completur, seu ad illos actus producendos prædeterminatur et applicatur. 257

Præmotionis physicæ necessitas, 257. — In quo virtus seu efficacia præmotionis supernaturalis sita sit, 257. — Tria notanda sunt. Primum ipsam efficaciam in eo tantum consistere, quod producat actum secundum seu actionem supernaturalem, ad quam eliciendam applicat. Supponit, non confert potentiam agendi completam in genere potentiæ et expeditam ; sed ea potentia ad actus supernaturales voluntati per auxilium sufficiens juxta Thomistas tribuitur, 258. — Secundum istud est : Actio præmotionis supernaturalis separanda non est ab actione Dei ea utentis, id est, ut instrumentum Dei agit ejusmodi motio, 258. — Tertium physicam præmotionem se tenere tantum ex parte actus secundi, non ex parte actus primi. Sensus est hanc præmotionem non conferre, sed supponere actum primum, seu influere duntaxat in existentiam et productionem actus secundi ; præmotionem applicare voluntatem, esse nexum actus primi et secundi indissolubilem, 259. — Quod attinet ad modum agendi præmotionis supernaturalis : absolutus est, infallibilis, insensibilis, liber, 259. —Præter physicam præmotionem plures admittunt concursum simultaneum et ad actus naturales et ad supernaturales, 259. — *Vid.* Thomismus.

Præparatio sacerdotis ad missam. De manuum ablutione XXIII, 920. —De psalmis et orationibus quæ sacerdoti sunt recitandæ antequam sacras induat vestes. 922

Præscientia proprie loquendo in Deo non datur, sed tantum rerum omnium perfectissima scientia, VI. 930

Præscriptio generaliter dicitur quælibet exceptio, removens actionem, et possessoris securitati consulens. Strictiore significatione præscriptio est quasi temporis præfixio et præfinitio, I. 1169-925. —Præscriptionis nomen tripliciter accipitur. Primo, generatim, idem est quod exceptio, quæ opponitur ad excludendam actionem intentam ab actore, et quæ est vel dilatoria, vel peremptoria, XV, 528. — Et tunc nihil aliud est quam exceptio, seu oppositio adversus actionem actoris, 529. — Secundo accipitur specialius pro exceptione peremptoria contra priorem dominum, quæ ex tempore legibus definito vim habet, 528-529. —Tertio, accipitur pro dominii acquisitione, vel juris alieni elisione, ex tempore legibus definito proveniente, 528. — Est dominii acquisitio vel alieni juris, sive realis, sive personalis peremptio, per continuationem temporis lege definiti, 529. —Ab usucapione differt. Omnis usucapio est præscriptio, non contra, 529. —Præscriptio ex usucapione oritur. 529.

De præscriptionibus catholicis. De natura præscriptionis, I, 1169 et seq.-925. — Præscriptio apud Tertullianum accipitur pro exceptione nascente ex vitio actoris, 1169, 1170-925. — Præscriptiones in Tertulliano sunt generales Ecclesiæ defensiones et exceptiones, quibus frustrantur hæreticorum impetus, 1170-925. — Præscriptionis argumentum suam vim ex morali hominum constitutione mutuatur. — Dicitur præscriptio quia ex actuali et antiqua possessione petitur, 1175, 1176-927, 928. —Præscriptio adversus protestantes quia sunt actores inimici, 1170-925. Quia sunt actores excommunicati, 1172-925. — Præscriptio catholica adversus protestantes, quia sunt actores rerum ignari, 1173-925. —Quia sunt actores illegitimi, 1174-926. — Præscriptio adversus protestantes ex parte instrumentorum abolitorum. Rejiciunt quasdam Scripturas, 1175-927. —Ex mutatione instrumentorum. Prave intelligunt quas receperunt Scripturas, 1176-928. — Ex instrumentis auctoritate destitutis. Apud eos non constat de authenticitate Scripturarum, 1177-929. —Ex rejectione judicis ecclesiastici. Apud eos nullus judex, 1179-930. — Ex defectu judicis exhibiti. Apud eos judex sine auctoritate, 1181-932. — Præscriptio æque fundamentalis, probativa religionis catholicæ adversus protestantes. Status quæstionis. Possessio apud catholicos, 1182, 1183-933. — Resolvitur quæstio pro catholicis, contra protestantes. — Apud catholicos ab apostolis possessio venit, 1183 et seq.-933. — Urgetur resoluta quæstio adversus protestantes, 1185-935. —Quid incumbat protestantibus, præscriptionem catholicam impugnaturis, 1187-937. —Ulterior declaratio præscriptionis catholicæ, ex prioritate possessionis, 1188-938. —Ulterior declaratio ejusdem præscriptionis adversus protestantes, ex ratione posterioritatis, 1189-939. — Illud dominicum et verum quod prius traditum; illud extraneum et falsum quod posterius immissum, 1190-939. — De præscriptionibus adversus hæreticos. Tertullianus, I, 971-763.

Præscriptio est modus acquirendi dominium, vel se liberandi ab aliqua obligatione per certum temporis lapsum, sub conditionibus a lege præfixis, XV, 862. —Bono publico introducta est præscriptio, ne diu et fere semper incerta essent rerum dominia, 506. — Duplex est præscriptionis effectus : unus est acquisitio dominii, alter est liberatio seu exemptio a quadam servitute et obligatione, 862. — Præscriptio est modus in conscientia legitimus acquirendi dominium, vel se liberandi ab aliqua obligatione sub conditionibus a lege præfixis, 863. —Hinc 1° non teneris rem legitime præscriptam restituere, etiamsi, completa præscriptione, noveris eam esse alienam. Hinc 2° qui ignorans præscriptionem esse modum legitimum acquirendi dominium, rem a se sic acquisitam priori domino reddidisset, posset eamdem ab ipso repetere, 863. —Non solum quando domini prioris intercessit negligentia, sed etiam quando constat nullam intercessisse, res legitime præscriptæ, transeunt in dominium novi possessoris, ita ut non teneatur eas restituere, nisi prior dominus per judicem restituatur in integrum, 503. —Præscriptio non solum transfert dominium utile, sed etiam directum, idque tam in bonis immobilibus, quam in mobilibus, 567 ; XIV, 847, 849, 859-669 et seq.

Conditiones ad præscriptionem requisitæ sunt : Res præscriptibilis, possessio, titulus, bona fides, continuatio possessionis cum bona fide, tempus lege statutum, XV, 530, 864. —Conditiones quinque ad legitimam præscriptionem requisitæ, XIV, 847, 848-669. —1° De rebus præscriptibilibus. Ea omnia et sola præscriptibilia sunt quæ objectum dominii esse possunt, XV, 864. —Quæ res non possunt præscribi, 565 et seq. —Quænam in jure dicuntur non posse præscribi, quia ordinario tempore non usucapiuntur. Idem dicendum de iis quorum alienatio est prohibita ; de bonis adventitiis filiifamilias ; de iis quæ alieno nomine possidentur, ut precarium, etc., 565. — Denique, quando jus commune vel præsumptio malæ fidei obstat præscribenti, 564. —Impræscriptibilia sunt natura sua ea pro quorum acquisitione non supponitur titulus legitimus, 864. — Impræscriptibilia sunt dispositionibus legum ea quæ lege vel expresse, vel implicite a præscriptione excluduntur, 863. — 2° Requiritur possessio. Sine possessione præscriptio non procedit, 530. 865. —Illa possessio quæ ad præscriptionem sufficit, debet esse, 1° titulo proprietatis; 2° pacifica ; 3° publica; 4° certa; 5° continuata tempore lege præscripto, 865, 866. —Quæ præscribi non possunt ob defectum hujus conditionis, 250. —3° Requiritur titulus probabiliter præsumptus, id est, qui bona fide putetur validus, 531. — Ille titulus sufficit ad præscriptionem 30 annorum. 866. — Non vero pro præscriptionibus 10 et 20 annorum, 867. —Titulus coloratus seu invalidus sufficit pro præscriptionibus 30 annorum, quia in illis nullus requiritur titulus. Quoad cæteras præscriptiones diversa est decisio pro diversa invaliditatis origine. 867

Titulus vitiosus cuilibet præscriptioni semper obstat, 867. —4° Requiritur bona fides. Possessor malæ fidei non præscribit, 531. — Bona fides, in hac materia, est sincera existimatio, qua quis prudenter sibi persuadet rem quam possidet esse suam, vel se non teneri ad implendam obligationem quæ præscriptionibus liberativis extinguitur, 867. —Bona fides theologica requiritur ad præscribendum. Bona fides theologica non sufficit in præscriptionibus 10 et 20 annorum. Sed sufficit in præscriptionibus 30 annorum, 868.

Tria potissimum bonæ fidei obstare possunt : 1° dubium; 2° error; 3° mala fides auctoris cui aliquis succedit, 868, 869. — Qui dubitat, non censetur habere bonam fidem ad inchoandam possessionem, quamdiu manet dubitatio, 532, 869. — Dubium præcedens possessionem impedit bonam fidem ad præscribendum requisitam, 869. — Dubium possessioni bona fide inchoatæ superveniens non impedit bonam fidem in præscriptione requisitam, 869-532. — Qui dubitans an res sit sua simul dubitat an liceat eam retinere, et tamen retinet, mala fide continuat possessionem : unde non procedit ei præscriptio, 533. — Juris clari ignorantia non sufficit ad præscriptionem rei etiamsi sit omnino inculpata. Juris clari ignorantia seu error inculpatus sufficit ad præscribendos fructus ex re illa perceptos, 534. — Ignorantia vel error juris valde dubii, et etiam vere dubii, sufficit ad præscriptionem ipsius rei, 535 et seq. — Error inducens bonam fidem omnino sufficientem ad usucapionem, regulariter est error facti, 539. — Error invincibilis juris impedit bonam fidem requisitam præscriptionibus 10 et 20 annorum. Non impedit in præscriptionibus 30 annorum. 870

Proprie loquendo nunquam procedit præscriptio cum mala fide, 539. — Attamen non est improbabile cum mala fide posse præscribi contra actionem personalem, 540. —

An mala fides auctoris ita noceat successori, ut qui bona fide succedit possessori malæ fidei, in conscientia præscribere nequeat, 870. — Probabilius est possessorem bonæ fidei titulo universali succedentem auctori malæ fidei, per 30 annos posse præscribere, 871. — 5° De tempore ad præscribendum statuto. Aliud est in præscriptionibus ad acquirendum, aliud in præscriptionibus ad se liberandum ab aliqua obligatione, 871. — In præscriptionibus ad acquirendum, res præscribendæ possunt esse vel immobiles vel mobiles, 871. — Ad præscriptionem rerum mobilium privati hominis, vel etiam Ecclesiæ, cum titulo requiritur et sufficit possessio per triennium bona fide continuata, 542. — Tituli hujus præscriptionis numerantur decem : primus est, *pro soluto*; ut si putans me tibi debere, solvam, et tu bona fide recipias. Idem dicendum cum quid per errorem solvitur secundo, 542. — Secundus, *pro emptore*; ut si emas rem bona fide a furioso quem putabas sanæ mentis; secus si a prodigo vel aleatore. — Tertius, *pro transacto*; ut cum aliquid bona fide est traditum et acceptum causa transactionis, ut a lite recedatur. — Quartus, *pro hærede*; ut cum quis vere ut hæres, aut bona fide se hæredem putat. — Quintus, *pro donato*, ut cum quis bona fide donavit rem alienam ignoranti. — Sextus, *pro derelicto*; ut cum quis cœpit bona fide possidere rem quæ a domino putabatur habita pro derelicto. — Septimus, *pro legato*; ut si testator credebatur sanæ mentis, non tamen erat, 542. — Octavus, *pro dote*; ut si res aliena bona fide pro dote data sit. — Nonus, *pro suo*; hic titulus valde generalis oritur ex omnibus iis quibus putamus nobis acquiri dominium, remque possidemus ut nostram. — Decimus, *pro judicato*; ut cum res est judicata, et spatio decem dierum non est appellatum, 543. — Ad præscriptionem rerum mobilium sine titulo requiruntur anni 30, sive privati eæ sint, sive Ecclesiæ. Est communis doctorum sententia, 544. — Quid temporis requiratur ad præscribendas res mobiles, 871. — Ad præscribenda bona immobilia privatorum cum titulo, requiritur spatium 10 annorum inter præsentes; 20 inter absentes, sine titulo requiruntur anni 30. Est communis sententia, 544, 872. — Si privatus fuerit pupillus, nulla contra eum, quandiu est in ea ætate, datur præscriptio, sive mobilium, sive immobilium : si non sit pupillus, sed minor, id est nondum habens 25 annos, requiruntur 30 anni, 545. — Ad præscribenda bona immobilia contra Ecclesiam Romanam requiruntur anni 100; contra aliam Ecclesiam, vel hospitale, vel monasterium, vel contra pias causas, requiruntur anni 40. Est communis doctorum. 545

Præscriptiones ad se liberandum ab aliqua obligatione complentur, 1° longo tempore quæ fiunt lapsu 30 annorum. Motiva hujus præscriptionis. 2° brevi tempore illæ quæ fiunt spatio 5 annorum, 872. — Motiva hujus præscriptionis, 873. — Brevissimo tempore illæ quæ fiunt minori spatio. Motivum unicum aut saltem principale est præsumptio solutionis debiti, 873. — Quanto tempore præscribantur servitutes, et quanto tempore amittantur. Primo, servitus mere personalis, quæ debetur personæ a persona, nullo tempore præscribi potest; secundo, servus tamen præscribit libertatem contra dominum, si per 20 annos, bona fide putaverit se liberum, etiamsi titulum libertatis non habeat; tertio, servitus mixta, quæ a re debetur personæ, ut est ususfructus, præscribitur cum titulo 10 annis inter præsentes, 20 inter absentes, et sine titulo annis 30, 546. — Quarto, servitus mere realis, si sit continua, vel quasi continua sive discontinua cum titulo et bona fide præscribitur 10 annis, præsente eo contra quem agitur; 20 vero eo absente, 547. — Quinto, servitus mere realis, si sit continua, vel quasi continua, sine titulo, cum scientia et patientia adversarii præscribitur decennio inter præsentes, viceunio inter absentes; discontinua vero sine titulo, non præscribitur nisi tempore immemorabili, id est, cujus initii non exitat memoria, 547. — Sexto, ususfructus et omnis servitus, quæ non usu amittitur, extinguitur 10 annis inter præsentes, et 20 inter absentes. Differentia est inter servitutes rusticas et urbanas. 548

Quanto tempore præscribatur jus patronatus, id est jus præsentandi ad beneficium, et beneficium ipsum. Primo, si constet Ecclesiam olim fuisse liberam, jus patronatus a laico præscribi nequit. Est sententia communis, XV, 548. — Secundo, juspatronatus etiam in ecclesia parochiali, de qua dubium est an olim libera fuerit, potest præscribi a parochianis 40 annis, 549. — Tertio, jus nominandi rectorem aut prælatum in ecclesia collegiata vel cathedrali, præscribi non potest a laico contra ipsam ecclesiam, nisi annis 40 cum titulo, aut tempore immemorabili sine titulo, 549. — Quarto, in ecclesia non libera, jus patronatus a laico contra verum patronum præscribi potest cum titulo colorato decem annis inter præsentes, 20 inter absentes, sine titulo annis 30. Quinto, beneficium ecclesiasticum cum titulo colorato præscribi potest contra alium ad quem vere pertinebat, decennio inter præsentes, viceunio inter absentes; sine titulo non potest præscribi, 549. — Sexto qui aliquod beneficium sine simoniaco ingressu triennium possedit, præscribit contra actionem cujusvis impetitoris. 549, 550

Quanto tempore præscribantur debita, actiones, hypothecæ, legata, fideicommissa, et majoratus. Primo, debita rerum mobilium et immobilium præscribuntur cum bona fide annis 30 contra creditores, et excluditur actio ad ea petenda, 550. — Secundo, si res hypothecata possideatur a debitore vel hæredibus, non extinguitur actio hypothecaria, quam creditor habet, nisi 40 annis, etc., 552. — Tertio, quando bona alicujus ob non solutum vectigal, vel ob similem causam ipso facto sunt commissa, id est fisco addicta, præscribuntur a reo et ab hæredibus ejus contra actionem fisci quinquennio, 552. — Quarto, quando ob aliud crimen sunt commissa, reus quandiu puniri potest non potest ea præscribere; alii ad quos devenuint, præscribunt ea quinquennio contra fiscum, præterquam in casu hæresis, 552. — Quinto, legata et fideicommissa non præscribuntur contra legatarium et fideicommissarium nisi spatio 30 annorum, 553. — Quanto tempore possit præscribi adversus principem. Quinque genera bonorum principis possunt considerari. In primo sunt ea quæ per sententiam fisco sunt tradita : hæc non nisi 40 annorum spatio præscribuntur. Sed res nondum fisco incorporata præscribitur quinquennio, 553. — In secundo sunt ea quæ debentur principi in recognitionem subjectionis, ut sunt census et tributa : horum exemptionem et immunitatem nemo præscribere potest, 553. — In tertio sunt ea quæ dignitati principis non sunt intrinseca ut posse indicere vectigal, etc., hæc acquiri possunt præscriptione ab inferiore, spatio 40 annorum cum titulo; sine titulo per tempus cujus initii non exstet memoria, 554. — In quarto sunt bona principatus, ut prata, saltus, etc., quæ præscribi non possunt contra principem nisi 100 annis, 554. — In quinto sunt ea quæ princeps possidet ut privatus. In his quivis præscribit contra principem, sicut contra privatum, 554. — Quanto tempore præscribat, qui rem accepit a possessore malæ fidei, vel ab eo qui mala fide tradidit. Primo, qui accepit eam ut hæres immediatus, nullo tempore potest eam præscribere, etiamsi bona fide acceperit ac possederit, 555. — Hæres mediatus, id est, hæres hæredis, potest eam tempore ordinario præscribere, si bona fide vera prior hæres possederit, 556. — Secundo, qui bona fide accepit eam alio titulo, ut legati, donati, etc., ab auctore malæ fidei, potest eam præscribere tempore ordinario, nisi res sit immobilis, et is contra quem præscribitur, ignoret eam ab alio possideri, aut sit *furtiva*, vel vi possessa, 558. — Quantum temporis requiratur ut consuetudo præscribat contra legem, 559 et seq. — Primo, si consuetudo vigeat sciente et tolerante principe, verius est non requiri certum tempus ut possit legem tollere, 561. — Secundo, si vigeat consuetudo, ignorante principe, ut censeatur legitime præscripta, ita ut possit legem tollere requiruntur decem anni, quibus ea consuetudo bona fide a subditis promiscue sit servata, et eos decem annos sufficere probabile est, 562. — Tertio, si consuetudo sit aliquo modo contra jus Ecclesiæ, requiruntur anni 40, 563, 544 et seq.

Quando præscriptio dicatur non procedere, dormire, interrumpi. Primo, dicitur *non procedere*, quando ob aliquam causam non incipit, vel non potest incipere, XV, 563. — Secundo, præscriptio dicitur *dormire*, quando jam inchoata aliquanto tempore cessat; ita tamen ut illo exacto, rursus vim habeat, et continuetur cum tempore priore. Tertio, dicitur *interrumpi*, quando inchoata cessat, ut si rursus reviviscat, non continuetur cum tempore priore, sed de novo debeat inchoari. Hæc interruptio generatim fit dupliciter, naturaliter *et civiliter*, 565. — Ad complendam præscriptionem conjungi possunt tempora possessoris et auctoris. Præscriptio computatur a die ad diem. Nemini licet præscriptioni renuntiare antequam adimpleta sit. Lex de præscriptione, sola conditionis impletione et lapsu temporis requisito, ante quemlibet judicis sententiam suum operatur effectum, 873. — Quibusnam adversus præscriptionem restitutio in integrum concedatur. 568

Præsentatio B. Mariæ in templo, die 21 novembris, XV, 364; XXVI, 628. — De præsentatione B. Mariæ quid vulgo traditum est. Triennem præsentatam in templo habet vetus collecta missæ; quod expunctum a Sixto quinto, 629. — Præsentatam esse non dubitandum. Cætera quæ traduntur de ea re, omnia incerta, 630. — Jussi sunt Judæi masculos non fœminas præsentare in templo, 630. — B. Maria præsentata in templo, ut sancte ibi educaretur. Exempla similia in veteri Testamento, 630. — Vetus est in Ecclesia orientali hæc festivitas. In Occidentali initium

festivitatis ad annum 1374 refertur, 631. — Pius II instante Saxoniæ duce, et Paulus II eam celebrari jusserunt, sublatam a Pio V Sixtus V restituit, 631. — Restituta Ecclesiæ festis hæc solemnitas opera Francisci Turriani soc. Jesu. 632

Præsentatus Jesus in templo, 541. — *Vid.* Purificatio.

Præsentia localis seu ubi qua Petrus est hic vel illic, non est extrinsece denominans, sed forma intrinseca in ipso Petro, XXIII, 173. — Explicatur essentia præsentiæ localis, 187 et seq. — *Vid.* Ubicatio. — De reali Christi præsentia in Eucharistia, XXVI, 857. — *Vid.* Eucharistia.

Præstigium, divinationis species, ex quibusdam præstigiosis apparitionibus. XIV, 89-72

Præstimonium est illud stipendium ab ecclesiasticis reditibus abstractum, quod datur clericis in vitæ subsidium, præsertim dùm studiis operam impendunt, XVIII, 694. — Regulariter non est beneficium, 694. — An præstimonia quæ sunt in usu in Hispania, in ordine pensionum annumeranda, 173. — Probabilior sententia est eum qui habet præstimonium teneri ad dicendum officium canonicum. Præstimonium propriissime dici videtur pensio intitulata. 174

Præsumptio definiri potest temeraria expectatio beatitudinis mediorumve ad illam. — Est peccatum per excessum contra spem, XIII, 1063, 1070-839, 845. — Timori etiam opponitur, 1071-846. — Præsumptio de se est peccatum mortale, nisi excusetur ex indeliberatione, minus tamen quam desperatio, 1071-846. — Duplex est præsumptio : prima inordinate nititur propriæ virtuti, et dicitur pelagiana, aut illi vicina. Altera de Dei bonitate et misericordia nimium confidit, et dicitur lutherana, vel ei affinis, XXII, 1341. — Præsumptio utraque est peccatum in Spiritum sanctum. Præsumptio est interdum cum infidelitate, interdum cum fide, 1341. — Præsumptionis rei sunt qui vitam in melius mutare nolentes secure sperant salutem, et qui occasionibus proximis peccandi temere se ingerunt, 1342. — Assignantur remedia, 1342. — Præsumptio novitatum septima inanis gloriæ filia, vitium est, quo quis inanis gloriæ studio, ut scilicet nomen sibi faciat, hominumque admirationem sibi conciliet, nova excogitare præsumit, 796. — Præsumptio novitatum lethale peccatum est, cum nova doctrina contra fidei veritatem aut morum integritatem excogitatur et asseritur, 796. — Præsumptio novitatum in ritibus et disciplina Ecclesiæ, cum scilicet in rebus magni momenti fit innovatio absque causa, etc., grave peccatum est, 797, 798. — Præsumptio novitatum, qua antiquæ consuetudines charitati Dei et proximi non repugnantes sine justa causa et spe majoris boni immutantur et avertuntur, non est sine peccato. 798, 799

Lex fundata in præsumptione ratione solius moralis periculi obligat in conscientia, XII, 615-487. — Lex fundata in præsumptione definitiva seu facti, non obligat non subsistente præsumptione seu veritate facti, 616-488. — Utrum lex irritans interdum privetur suo effectu, quia in præsumptione fundatur. Multi affirmant, 1110-877. — Regula contraria generaliter constituitur, 1112 et seq.-879. — Omnis præsumptio fundatur motivis ex facto vel jure desumptis quæ conducunt ad elucidandum dubium, et interpretandum in uno sensu magis quam in alio, XI, 1501. — Præsumptio triplex est. XXV, 533

Precarium est contractus quo res primo usu non consumptibilis alicui gratis conceditur ad solum usum, donec a concedente repetatur. Differt a locatione, a mutuo, a deposito. XVI, 629

Preces primæ. *Vide* Primariæ.

Presbyter græce idem est ac latine senior, quod aliquando ætatis, quandoque honoris et dignitatis nomen est, XIX, 1068. — Sacerdotes vocantur presbyteri, latine seniores, magis sapientiæ, quam ætatis gratia, V, 1215. — Presbyteri seu presbyterii vox ab initio usurpabatur ad designandos tum episcopos, tum presbyteros proprie dictos, XXV, 14. — In novo Testamento non solum sacerdotes, sed etiam episcopi nuncupantur presbyteri, IV, 596. — Alii episcopis et simplicibus sacerdotibus nomen *presbyteri*, non vero nomen *episcopi* ; alii episcopis et presbyteris nomen episcopi inditum fuisse censent, 599. — Omnis eorum potestas vel ex ordine, vel ex jurisdictione procedit. Ex jurisdictione trahitur actus ipse et jus exercendi potestatem quæ ex ordine procedit, V, 1216. — Eorum munera sic describuntur : sacerdotem oportet offerre, benedicere, præesse, prædicare et baptizare. Sed non hæc omnia a quolibet sacerdote fieri possunt, 1216. — Presbyteros episcopis dignitate inferiores ex liturgiis evincitur, 290. — Presbyteris judicandi potestas non competit, IV, 586. — Solv. objectiones, 593—606. — Alia diluuntur objecta 607 et seq. — Cur simplices sacerdotes judicis auctoritate non valeant, 608. — In quo posita sit vox deliberativa quam presbyteris concessit Ecclesia? Vere judicant ipsis in causis fidei, sed non eadem auctoritate qua episcopi, 609. — Quibusnam presbyteris jure ecclesiastico vel consuetudine subministretur ferendi potestas definitivi suffragii, 609. — In consortium gubernationis Ecclesiæ jure divino vocati non sunt presbyteri, 834 et seq. — Solv. objecta. 839

Presbyteratus est sacramentum, XXIV, 710. — Quænam ordinationis presbyteralis materia apud Græcos, 745. — De materia presbyteratus apud Latinos, 755. — Vasa seu instrumenta quæ presbyteris porriguntur consecrata esse non debent, 764. — Idea ordinationis presbyterorum, 1447. — De traditione libri presbytero apud Græcos, 1505. — Quo ritu presbyteri unguntur, 1532. — Cur sacerdotes unguntur, 1533. — Cur in sacerdotibus iteretur unctio, 1537. — Cur presbyteri solum oleo, et eis solæ manus, ungantur, 1539 et seq.

Pretium rerum venditarum est pecunia earum valori commensurata. Duplex est venale pretium, legale et vulgare, XXI, 643. — Triplex vulgare distinguitur, aliud supremum seu rigorosum, supra quod res juste vendi non potest : aliud infimum, infra quod res emi non potest ; aliud medium seu moderatum, supra quod assurgere et infra quod descendere licitum est, 643. — Pretium principis aut magistratus auctoritate sancitum dicitur *legitimum* aut *legale* ; communi hominum peritorum æstimatione constitutum dicitur *naturale et vulgare*, XI, 873, XIV, 1034-816. — Quidam addunt aliud pretium taxatum ex conventione facta inter emptorem et venditorem, et vocatur *conventionale*, 1034-816. — Pretium legitimum in indivisibili positum est, nec latitudinem admittit. Ita ut qui illud prætergreditur mortaliter peccet, et quod ultra illud accepit, restituere teneatur. Pretium naturale et vulgare non consistit in indivisibili, sed pro circumstantiarum varietate mutatur, 1034-816, 817 ; XI, 873. — Pretium conventionale seu arbitrarium juxta aliquos tantam habet latitudinem quantam voluerint contrahentes. Alii negant, XIV, 1035-817. — Tres justi pretii gradus distingui solent : summum seu rigidum, medium seu moderatum et infimum, XI, 873. — Summum est extremum in magnitudine ultra quod venditor licite non potest ascendere. Inter duo extrema versatur medium, ultra quod licet descendere et ascendere, XIV, 1035-817. — Infimum est extremum in parvitate, infra quod emptor sine injustitia descendere nequit, *ibid.* — Justum pretium est infra summum et infimum. Ex communi hominum æstimatione determinari debet. XVI, 609

Primariæ, seu preces imperatoris primæ, quarum originem ad sæculum XV referunt, XVIII, 776. — Imperatori legitime electo competit jus nominandi idoneam personam ad quamlibet ecclesiam Germaniæ, et sic præsentandi ei ad quem collatio pertinet. Hæc nominatio nomen primarum precum nacta est, 701, 777. — De antiquitate primarum precum, 777 et seq. — Jus primarum precum non competit imperatori tanquam regale, majestati Cæsareæ annexum, contra a catholicos scriptores, 779. — Jus primarum precum non fundatur in jure patronatus et advocatitiæ, nec debetur imperatori tanquam naturali patrono et advocato Ecclesiæ, contra eosdem, 781. — Jus illud non ex sola perpetua consuetudine inductum est, 783 et seq. — Communis est catholicorum sententia competere quidem imperatori noviter electo jus ad præsentandum clericum idoneum ad beneficium primo vacaturum in ecclesiis ; non tamen independenter a concessione Ecclesiæ, 786. — Responsiones ad alias objectiones, 791. — Ad quæ beneficia se extendant primæ preces, 792. — Regulæ generalis instar hic est, preces primarias imperatoris habere locum in omnibus beneficiis ecclesiasticis, sæcularibus ac regularibus, curatis et non curatis, simplicibus et duplicibus, dignitatibus videlicet, personatibus, administrationibus et officiis, 793. — Ad quæ beneficia se non extendant primæ preces, 792, 793. — An preces cæsareæ etiam extendantur ad beneficium secundum vacaturum, quando precista beneficium primitus vacans non fuit adeptus, 796. — Quædam adhuc notanda. Primo clericus qui preces cæsareas obtinuit debet intra mensem beneficium, ad quod nominatus est, acceptare, et declarare quod illud vi primarum precum petat. Secundo precista intra mensem debet nominationem ad beneficium præsentare ordinario ejus collatori. Tertio interponendæ sunt eæ preces in quavis ecclesia pro uno tantum beneficio, et semel tantum. Quarto imperator jus suum primariarum precum potest alteri cedere. 797

Primates post Patriarchas proximum locum tenent. Omnibus præsunt metropolitis et provinciis regni aut nationis, ubi primatum habent, V, 1229. — Primates nihil amplius quam episcopi, vel intra vel extra suas diœceses possunt nisi privilegio speciali eis concessum sit, XII, 774-612. — Des primats en Orient, XX, 943 et seq. — De l'origine des divers primats dans l'Église d'Occident ; de ce qui y a donné lieu. Ancienne forme du gouvernement des églises occidentales, 949. — A l'exception d'un ou de deux (celui de Bourges et celui de Lyon), tous les autres sont récents, 951. — De primatum quorumdam in ordinationibus clericorum auctoritate, XXIV, 1032, 1033. — De primatum

quorumdam prærogativa in ordinationibus episcoporum, 1098, 1211 et seq. — De consecratoribus quorumdam primatum. 1220

PRIMATUS res est quæ uni tantum convenit, nec alteri potest communicari, III, 915 — De primatu romanæ ecclesiæ contra schismaticos orientales, V, 711 et seq. — De primatu romani pontificis, III, 905 et seq.; XXVII, 465, 668. — Ad calcem. *Vid.* PONTIFEX.

PRIMITIÆ sunt primi fructus agrorum, vinearum, hortorum et arborum, Deo ut largitori omnium bonorum in signum gratitudinis oblati, XVIII, 744, 745. — In lege mosaica exstabat præceptum offerendi primitias, 745. — Olim ex præcepto juris ecclesiastici aderat obligatio solvendi primitias. 745

PRIMOGENITA vocantur primitiæ de animalibus, XVIII, 745

PRINCEPS supremus in pacto publico, fraude, errore, aut metu injusto graviter læsus sive ab exteris, sive a subditis, suo modo seipsum in integrum restituere potest, XVI, 62 et seq. — Quin posset etiam princeps si pactum hoc jurejurando confirmasset, sibi ipse juramentum indirecte relaxare, 76. — De potestate quæ competit principi circa contractus. Prohibere potest quosdam contractus, et eosdem irritare, 541. — Princeps irritare potest contractus in conscientia, etiam ante judicis sententiam, 541 et seq.—De modo quo princeps in Galliis usus fuerit potestate irritandi contractus, 543. — De regulis ad discernendum quando princeps in Galliis usus est facultate irritandi contractus, 544. *Vid.* CONTRACTUS. — Principi communitatis tria debet homo : primo, fidelitatem ; secundo, reverentiam ; tertio, famulatum. XIII, 914-722 ; XV, 45

PRINCIPIUM est propositio immediata, qua non est altera prior, I, 1015 799. — Prima philosophiæ principia non nisi absurdissime in quæstionem vocarentur, 107 et seq.-82. — Absurdum est, ait Aristoteles, de cujusque disciplinæ principiis velle cum quovis homine disserere, 107 82. — In aliis disciplinis, et in Evangelii doctrina maxime discipulum addiscentem credere oportet. 107 82

Principia naturaliter nota, quorum habitus est *synderesis*, sunt fines virtutum moralium. Non in principiis perfecta quæruntur, ait S. Ambr., sed de principiis, ad ea, quæ perfecta sunt, pervenitur, VI, 881. — Principium, quod est ipsum suppositum seu persona per facultatem agens, seu cujus juris est natura aut facultas qua actio elicitur. Principium quo est natura aut facultas qua persona agit. IX, 907-717

Principia reflexa suam certitudinem reflectunt in honestatem actionis. Si standum solummodo foret principiis directis petit a re ipsa in se considerata, dubium practicum sponte resultaret a dubio speculativo. Sed si attendatur ad principia reflexa, non semel eveniet quod non obstante dubio speculativo nullum sit dubium practicum, XI, 1490.—Licitum est operari cum dubio speculativo, quoties agens per alias rationes seu principia reflexa prudenter judicat in praxi, actionem fore certe moraliter honestam, 1493. — Theoria principiorum reflexorum originem dedit controversiæ de probabilismo. Tutioristæ explodunt principia reflexa, et requirunt ut sit conscientia directe certa, 1193.—Tria sunt principia generalia reflexa : 1° Prudenter agit qui probabiliter agit, sed sequitur opinionem vere probabilem ; 2° in dubio melior est conditio possidentis ; 3° lex dubia non obligat, 1495. — Nomine principii cognoscitivi juris naturalis intelligitur propositio sub qua et ex qua reliqua præcepta comprehendantur et inferantur. Illud erit optimum juris naturæ cognoscitivum principium, ad quod consequendum omnia dirigantur naturalia præcepta, et a quo certo quodam modo dependeant, XV, 412. — Principium cognoscitivum legis naturalis habens rationem finis seu regulæ actuum humanorum, 411. — Principium juris naturalissimum, ad quod omnia humana in actu secundo referantur, illud est : Felicitas naturalis sive in particulari, sive in communi obtinenda, 418. — Principium proxime cognoscitivum honestatis moralis est actuale judicium mentis dictans objecti convenientiam cum natura rationali, vel disconvenientiam modo dicto, 411. — Principium proxime cognoscitivum legis naturalis est actuale judicium mentis repræsentans objectum vel ut præceptum, vel ut vetitum, a supremo Auctore et Gubernatore naturæ rationalis, 411, 413. *Vid.* JUS.

PRIORI. A priori seu per causam demonstratio illa est, in qua proceditur a causa cognita ad investigationem effectus, vel a ratione aliqua antecedente ad consequentem ex illa rei alicujus existentiam, sive in qua existentia rei alicujus colligitur vel ex causa ejus efficiente, vel ex causa formali, quæ per mentem concipitur ut antecedens rei existentiam et determinans modum existendi. I, 174

PRISCILLIANISTÆ, hæretici quarti sæculi, V, 49.— Eorum errores. 50

PRISIO. Dissertation sur le mot *prisio*. XXVII, 85 *in nota*.

PRIVATUS sensus errori obnoxius est, I, 479 et seq., 488, 491-376, 383, 385. — Sensu privato interpretatio non fit, 1094, 1095-863. — Privatus spiritus non est judex controversiarum, sed dissensionum causa, IV, 69, 73, 78. — Incommoda quæ ex sensu privato judice nascuntur, 78 et seq. — Privatæ revelationis incommoda, 87. — Privatum seu proprium cujusvis judicium non potest esse fidei communis et catholicæ sufficiens regula, VI, 1169. — Non est membri alicujus privati et particularis totum corrigere, toto reclamante, 1172 et seq. — Quod privatum est, ait Plato, dividit et dissolvit ; quod commune et publicum, id conjungit et consociat. II, 450

PRIVILEGIUM dicitur lex favorabilis quæ specialem favorem aliquibus concedit, XIII, 183-143 —In Galliis, eversa antiqua regni constitutione, perierunt omnia privilegia. Quoad privilegia ecclesiastica, remanet solum immunitas a militia 184, *in nota*.-146

Privilegium duo includit, jus ipsum seu gratiam concessam, et mandatum ipsum, quod interdum vocatur rescriptum, etc., 184-146. — Privilegium non videtur excludendum a propria ratione legis, XII, 162-130. — Privilegium perpetuum proprium rationem legis habet, 210-168. — Quod perpetuum non est non est proprie lex, XIII, 184-146. — Privilegium definiri potest : privata lex aliquid speciale concedens. 185-147 et seq.

Scriptura non est de substantia privilegii, 190-151 — Non est confundendum cum rescripto beneficiali, 192-152. — Quomodo a rescripto differat, 193-153. — A dispensatione differt, 195-154. — Differt a beneficio. 196-153

Privilegium dividitur in divinum et humanum, 197-156. — Humanum dividitur :

1° In reale, quod conceditur directe alicui rei, muneri, vel conditioni distinctæ a persona ; et personale, quod immediate fertur in personam ratione sui, 198-157. — Quomodo dignoscatur an privilegium adhæreat personæ vel rei, 199 et seq.-158. — In dubio, privilegium præsumendum esse reale dicunt interdum auctores. Alii communiter dicunt præsumi personale, 205-162, 163. — In dubio, privilegium favorabile, seu quod est purum beneficium judicandum est reale ; privilegium odiosum, quod sit contra jus commune, vel cedat in aliorum præjudicium, censendum est personale. 207-164

2° Dividitur privilegium in gratiosum, quod gratis conceditur ; et remuneratıvum quod propter merita conceditur. An reale sit, vel personale, 208-165. — Privilegium remunerativum per se et ab intrinseco non habet quod sit personale, sed de se indifferens est, ut sit etiam reale. 213-169

3° Privilegium dividitur in conventionale, et purum, seu absque pacto, 214-169. — Privilegium reale non postulat per se et intrinsece, ut sit conventionale, nec conventionale postulat ut sit reale, sed de se est indifferens ad personale, et reale. 215-170

4° Privilegium dividitur in perpetuum et temporale, 216-171. — Temporale multis modis contingit, 217-172. — Ad perpetuum duo sunt necessaria et sufficiunt, 218 et seq.-172

5° Dividitur in illud quod datur propter privatum bonum, et illud quod datur intuitu boni communis, 221-175.— Privilegia concessa intuitu alicujus boni communis rationem legis habent : illis privatæ personæ renuntiare non possunt. Concessa intuitu privati commodi, respectu illius cui conceduntur, rationem legis non habent ; sed veram habent respectu aliorum. XII, 210, 211-168, 169

6° Dividitur privilegium in favorabile et odiosum. Pure favorabile ita uni prodest, ut nemini noceat. Aliud dicitur odiosum, quatenus ex favore uni concesso alteri sequitur incommodum. XIII, 224-178

7° Dividitur in affirmativum quod concedit facultatem agendi, et negativum quod dat licentiam aliquid omittendi. 226-179

8° Notari potest alia divisio privilegii ad praxim utilis : Aliud dicitur dari pro foro externo, aliud pro interno 227 et seq.-180

9° Dividitur in scriptum et non scriptum, 232-184. — Scriptum subdividitur in simplex et multiplex ; in illud quod in jure communi scriptum seu incorporatum est, et illud quod est extra jus in privatis bullis, vel aliis similibus instrumentis, aut codicibus, 233-184. — Privilegium non scriptum duplici modo tale esse potest, vel per accidens, vel per se. An sine expressa principis concessione, possit privilegium consuetudine comparari, 234-185. — Quando consuetudo talis est, ut ratione illius liceat quod liceret per privilegium, tunc inducit verum et proprium privilegium, 237-187. — Quod sit majus seu potentius privilegium, an illud quod est ab homine, an quod est a consuetudine præsertim immemoriali, 239 et seq.-189. — Quam antiqua consuetudo sufficiat ad conferendum privilegium. 243 193

Quis possit privilegium concedere. Duæ regulæ generales assignari possunt. Prior est : quicumque potest legem condere potest etiam privilegium concedere. Altera est : nullus potest privilegium concedere, qui legem condere non potest, 245 et seq.-194 — Summus pontifex maxime potest concedere privilegia, 249-197. — Episcopi et omnes superiores prælati Ecclesiæ possunt respective, seu cum proportione privilegia concedere, 250-198. — Imperatores, reges et alii principes temporales supremi possunt in sua materia et ditione privilegia concedere. 251-199

De materiali causa, seu subjecto privilegii, seu cui possit concedi, 252-199.—Omnis homo alteri subditus. vel aliquo modo inferior est capax privilegii, et nullus alius, 253-200. — Quodnam sit de facto subjectum privilegii, quoad personam cui conceditur, 258-201. — Subjectum actuale privilegii, seu persona vel res cui actu conceditur privilegium, illa tantum est quæ in ipso privilegio exprimitur, vel ex vi vocis, aut actionis, seu materiæ, vel ex aliqua juris dispositione sub illa comprehenditur, 260-203. — Privilegium concessum uni, et propter rationem in illo solo existentem, non transit ad alios quantumvis correlativos, nec illis communicatur ex vi correlationis, nisi aliunde ex materia, usu, aut verbis privilegii, vel ex alia juris dispositione talis extensio habeatur. Verbi gratia, uxor non gaudet privilegio mariti per se loquendo, 263-208. — Privilegium eos comprehendit sine quibus inutile esset ei cui principaliter conceditur. 268-212

De communi et ordinaria forma privilegii, 269-213. — Substantia hujus formæ consistit in verbis, quæ sufficienter significant concessionem alicujus gratiæ, etc., 270-214. — Tres partes in privilegio considerandæ sunt, 271-214. — Privilegium conceditur vel motu proprio concedentis, vel ad alicujus instantiam, 272-215 et seq. — Quæ sit substantialis forma privilegii, sive absolute, sive sub conditione, aut alio modo concedatur. 280 et seq.-221

An de ratione privilegii sit, ut per formalia verba juri communi deroget, 284 et seq.-224.— Privilegium concessum contra prius privilegium insertum in corpore juris prævalet contra illud, etiamsi specialem illius mentionem non faciat, dummodo in privilegio priori non sit specialis clausula resistens contrariis privilegiis 289-228

De forma privilegii quod vocatur *ad instar*, 290-229. — Privilegium ad instar concedit omnem favorem et gratiam formaliter contentam in suo exemplari, et in eodem sensu, etc. 291 et seq. 230

De communicatione privilegiorum, et eorum collatione cum privilegiis ad instar, 299-237 et seq. — Utrum, communicato privilegio, etiam restrictio ejus communicetur. 310-245 et seq.

An confirmatio privilegii sit nova illius concessio, vel quid sit, et an una ab alia differat, 316-250. — Confirmatio privilegii in forma communi est pura et simplex confirmatio, 319, 321-252, 254. — Confirmatio privilegii in forma communi nullum jus novum confert, nec dat valorem privilegio, si erat invalidum, et ita non potest dici concessio privilegii, sed pura roboratio, 322-255. — Confirmatio privilegii ex certa scientia habet vim novæ concessionis talis privilegii. 325-257

Nonnulla dubia circa confirmationem privilegiorum expediuntur. Primum dubium, 329-260. — Secundum dubium. 331-264

An per innovationem privilegii confirmetur, vel denuo gratia concedatur. — Quando innovatio est in forma communi non restituit privilegia revocata, vel quomodolibet amissa, nec dat novum jus, sed solum antiquum innovat, 339-268. — Innovatio ex certa scientia confert jus novum de se; et æquivalet concessioni, ideoque restituere potest privilegium perditum. 344-272

Utrum ad esse, seu ad valorem, vel fructum privilegii aliqua justa causa concessionis necessaria sit. — Ut privilegii concessio licite fiat, necessaria est honesta et proportionata causa, quæ principem ad illam faciendam inducat, 348 273. — Privilegium sine subsistente causa concessum validum est, quando princeps voluntarie illud concedit. 350-277

Quos effectus habere possit privilegium ut privilegium est, 352-278. — Respectu privilegiarii habet effectum concedendi aliquid; respectu aliorum habet effectum obligandi; respectu repugnantis juris habet vim derogandi. 353 et seq.-279

Quem effectum possit habere privilegium ut lex est, 362-286. — Æquiparatio in privilegiis propter solam similitudinem aut æqualitatem non obstat quominus et privilegiatus uti possit suo privilegio contra pariter privilegiatum, ex hic teneatur illud servare, 363-287. — Quando privilegiati concurrunt in privilegiis secundum oppositionem respectivam, tunc privilegiatus non gaudet suo privilegio contra pariter privilegiatum, et consequenter hic non tenetur alteri suum privilegium servare. 364-288

Utrum ad privilegium, ut lex est, et ad effectum ejus sit necessaria promulgatio, vel quæ notitia sufficiat, 367-290. — Non est eadem necessitas promulgationis in privilegio, quæ in lege communi et propria esse solet, 368-291. — In privilegio non requiritur propria promulgatio ad quamcumque obligationem, quæ respectu aliorum ex illo potest oriri, 371-293. — Quæ notitia vel probatio requiratur in privilegiis, ut, etc. 372-294

Utrum privilegium nondum privilegiario notum, nec ab illo acceptatum conferre illi possit aliquod jus, 373-295.— Prima et communis sententia est, necessariam esse notitiam privilegii ad consequendum effectum illius.—Secunda sententia est, privilegium habere suum effectum statim ac perfecte concessum est, etiamsi ab eo, cui conceditur, ignoretur, 374-295, 296. — Tertia sententia distinguit de privilegio concesso per statutum, seu legem, aut per rescriptum, vel privatam concessionem, 375-297. — Quarta sententia cogitari potest cum distinctione alia, etiam ex parte privilegii, 377-298. — Quinta opinio distinguit aliter ex parte effectus privilegii, 378-299. — Sexta sententia distinguit aliter ex parte modi concedendi privilegium, 380-301. — In principe supremo concedente privilegium non deest potestas ad conferendum illud cum tanta amplitudine et efficacia, ut statim operetur suum effectum in privilegiario nondum habente notitiam privilegii, 382 302. — Privilegia non ita regulariter conceduntur, ut effectum privilegiario directe conferant ante notitiam vel acceptationem, saltem per procuratorem, vel epistolam, 385-304

An ubique possit quis licite suo privilegio uti, et præsertim extra territorium concedentis. — Privilegium a pontifice concessum sine determinatione ad certum locum ubique valet, et licitum est ubique illo uti, nisi aliud constet de mente concedentis. Assertio admittit limitationes, 396-313. — Privilegium datum ab uno episcopo, et respective a quocumque particulari principe, dispensando in aliquo speciali jure sui territorii, vel regni, non potest valere ad operandum in alieno aliquid in eo prohibitum per simile speciale statutum, illius loci, 400-316. — Potest aliquis privilegio sibi concesso a suo particulari principe, aut prælato, licite uti in alieno territorio, quando actus de se est indifferens, et neque jure communi, neque particulari talis loci est prohibitus, nec pendens a speciali licentia superioris talis loci, 402-318. — Quando actus est prohibitus jure communi, et non particulari statuto alterius territorii, dispensatus a suo episcopo circa talem actum per particulare privilegium potest licite uti tali privilegio extra territorium, nisi ex speciali ratione contingat dispensationem ad locum limitari. 404-319

Quando privilegium quoad suos effectus restringendum sit ut odiosum, vel ut favorabile ampliandum, 408 323. — Privilegium, quod est purum beneficium, est favorabile in ordine ad interpretationem, id est, ample est interpretandum, quantum recta ratio et prudentia permiserit, 409-324. — Privilegium derogans juri communi regulariter est reputandum odiosum in ordine ad interpretationem et ita restringendum est potiusquam extendendum, 411-325. — Privilegium inferens præjudicium tertiæ personæ contra jus quod jam habet acquisitum sub ea ratione est odiosum, et restringi debet quoad fieri potest, quia non est mens principis auferre alteri jus suum, nisi id expresse declaret. 413-326

Quæ sint in restringendis, vel extendendis privilegiis observanda. — *Prima regula :* Restrictio privilegii nunquam debet esse tanta, ut reddat illud inutile, quamtum vis grave et odiosum appareat, nisi eo perveniat, ut sit etiam injustum, 414-327. — *Secunda regula :* Verba privilegii secundum proprietatem tenenda et observanda sunt, et extra illam trahenda non sunt ad restringendum privilegium, nisi vel ratio justitiæ cogat, vel aliunde talis voluntas, concedentis rationabiliter præsumatur, 415-328. — *Regula tertia:* Privilegium nunquam est extendendum ad alias personas, vel alios actus propter similitudinem rationis, 420 332. — *Quarta regula :* Interpretatio ampla privilegii semper est intra verborum proprietatem facienda, nisi major omnino necessaria sit, ut privilegium aliquid operetur. 423-334

Quibus modis privilegium per se finiatur, seu quasi ab intrinseco amittatur, 426-337. — Primus modus amissionis privilegii ex parte formæ sumitur, et est per temporis lapsum, 428-338. — Secundus modus, quo finitur privilegium quasi ab intrinseco, est, cessante causa finali ejus, 432-341. — Privilegium ex vera et subsistente causa obtentum non amittitur per solam cessationem causæ negativam, 436-344. — Dupliciter cessare potest privilegium, cessante causa finali, scilicet ipso facto, vel media actione

hominis, 446-352. — Si cessatio causæ, etiam contraria, non sit perpetua, sed solum ad tempus, non extinguitur privilegium, sed solum suspenditur ejus effectus, 447-353. — Tertius modus amissionis privilegii, de quo dubitatur an verus sit, est mors concedentis. *Regula generalis :* Privilegium non amittitur propter mortem concedentis, nisi concessio illius in sua forma illam limitationem contineat.—Hæc regula multis modis explicanda est, et quando amplietur vel limitetur, 448, 463-354, 366. — Ratione formæ concessionis, duratio privilegii limitatur ad vitam concedentis, si expresse concedens dixerit : quandiu vixero, vel quid simile. 463 et seq.-366

De amissione privilegii per renuntiationem expressam. Privilegium proprie sumptum de se renuntiabile est ab ipso privilegiario, 472 et seq. 373. — Duplex distinguitur renuntiatio privilegii, una impropria, alia propria, 473-374. — Distinguitur etiam in tacitam et expressam, 473-375. — Necessarium est ut voluntas renuntiandi privilegium exterius se prodat. 484-383

Utrum per non usum perdatur privilegium propter tacitam renuntiationem, vel propter alium titulum, 487-383. — De quo usu sit sermo, 488-385. — Quomodo intelligi valeat amissio privilegii per non usum, 489-387. — Privilegia quæ redundant in gravamen aliorum, eatenus possunt præscriptione amitti per non usum privilegiarii, quatenus alii possunt contra privilegiarium præscribere, 496-392. — Privilegia quæ non cedunt in aliorum gravamen, non amittuntur per non usum, vel aliorum præscriptionem, sed possunt per tacitam renuntiationem amitti, si interpretatio talis voluntatis sufficienter ex jure constet, 497-393. — Quanti temporis non usus necessarius sit et sufficiat, ut per illum privilegium amittatur, 499-394. — An hæc amissio privilegii per solum non usum intelligatur esse in foro exteriori tantum, vel etiam in foro conscientiæ, etiamsi revera privilegiarius non habuerit animum renuntiandi privilegio. 504 et seq. 398

Quando et quomodo amittatur privilegium per contrarium usum, 506-400. — Privilegium amittitur per contrarium usum, si circumstantiæ necessariæ concurrant, 507-400. — Per usum contrarium privilegio amittitur privilegium, vel potius fructus privilegii quoad præsentem actum seu causam de qua tractatur, propter tacitam renuntiationem absque titulo contrariæ prescriptionis, 511-404. — Per usum privilegio contrarium nunquam amittitur privilegium quoad usum futuri temporis, seu quoad totam facultatem et substantiam privilegii per solam tacitam renuntiationem; sed necesse est ut legitima præscriptio contra privilegiatum intercedat, 512-404. — Quot actus contrarii usus sufficiant, vel necessarii sint, ut privilegium amittatur, 513-405. — Non amittitur simpliciter per unam contraventionem, sed secundum quid quoad talem actum, si ab ipso privilegiario, vel ejus auctoritate, scientia et voluntate fiat, 516-407. — Quot actus sufficiant, 518 et seq.-409. — Quantum tempus necessarium sit, ut amittatur privilegium per contrarium usum. 520-410, 411

Quando et quomodo amittatur privilegium per illius abusum, 524-414. — De quocumque abusu privilegii sermo est, 525 et seq.-414. — Aliquando amittitur privilegium quoad jus ipsum, et ipsum futurum usum privilegii, interdum adæquate, et in tota materia; interdum inadæquate, seu in parte materiæ; aliquando amittitur tantum quoad præsentaneum effectum, 527-416. — De modo quo amittitur privilegium. 528-417

Privilegium concessum non subdito, et ab eo acceptatum, irrevocabile est a concedente, 531-419. — Privilegium concessum subdito revocabile est a concedente. — Limitatur hæc assertio, 533 et seq.-421. — An privilegium concessum ab inferiori possit a superiori revocari. 541-427

Quibus modis soleat privilegium revocari. Revocatio in expressam et tacitam dividitur, 541-427. — Quando censetur princeps tacite revocare privilegium contra illud operando. — *Prima regula:* Per legem universalem non derogantem privilegia expresse, non derogantur tacite privilegia in corpore juris non contenta. — *Secunda regula :* Per particulare mandatum hominis non derogatur tacite privilegium, si expressa clausula derogationis in eo non addatur, 545-430, 431 — *Tertia regula:* Per sententiam non revocatur privilegium, sed interdum reprobatur, 546-432 — *Quarta regula :* Privilegium prius nunquam tollitur omnino per subsequens privilegium per tacitam revocationem, diminui autem interdum potest, seu ex parte derogari. 547-432

Quando incipiat revocatio privilegii suum effectum sortiri. Revocatio facta per publicam legem non habet effectum donec lex illa sufficienter promulgata sit, 549-434. — Lex revocans privilegium, effectum hunc sortitur post promulgationem statim ac elapsum est tempus sufficiens ad communiter obligandum, etiamsi in particulari invincibiliter ignoretur, 551-435. — Revocatio privilegii ab homine, seu privatim facta non habet effectum, antequam privilegiato specialiter intimetur, seu ad ejus notitiam perveniat. 552-436

Probabile est quod est simile vero, XI, 151. — Probabile duplici sensu accipitur : 1° idem est ac approbabile per prudentem assensum ; et in hoc sensu ea pars contradictionis manet solum absolute et simpliciter probabilis, quæ omnibus inspectis manet verisimilior quam ejus opposita, 328, 329. — 2° Idem est ac verisimile ; et in hoc sensu, quia ex duabus partibus contradictionis una potest esse verisimilior alia, una potest esse altera probabilior, 331, 332. — *Vid.* Opinio. — In concursu opinionum contradictoriarum, quarum una est simpliciter altera probabilior, minus probabilis respectu opinantis non est vere probabilis, seu non est probabilis comparative, sed solum adversative, 154 et seq. Dum utraque pars contradictionis omnibus diligenter examinatis apparet æque probabilis, neutra in talibus circumstantiis est simpliciter et absolute probabilis. 156

Motiva opposita in vi movendi æqualia non retinent vim trahendi intellectum ad unam contradictionis partem; multo minus motiva minus solida in concursu solidiorum, 158 et seq.

In concursu duarum opinionum contradictoriarum, quarum una probabilior stat pro lege, alia minus probabilis stat pro hominis libertate, intellectus a voluntate determinari non potest, ut assensu prudenti in minus probabilem feratur, 164, 177. — Casus ponuntur, 171 et seq. — Exemplo judicis externi probatur non licere in operando sequi sententiam minus probabilem faventem libertati, relicta probabiliore stante pro lege, 250. —An ex hac propositione : *Licitum est sequi sententiam minus probabilem faventem libertati in concursu magis probabilis stantis pro lege*, tanquam ex una præmissa possit formari dictamen practicum moraliter certum, vi cujus, in praxi tuto celebrari potest contractus probabilius injustus? Non licet, 256.— Sententia benigna probabilistarum, quæ asserit licitum esse sequi opinionem minus probabilem et minus tutam in concursu probabilioris et magis tutæ, non est moraliter certa, 257. — Aliquis non potest sequi sententiam minus tutam seu faventem libertati adversus legem, quin prius judicet esse veram, 177. — Qui dubitat ob contrarietatem rationum probabilium, periculose se determinaret ; ergo, si operaretur cum tali determinatione, peccaret, 179. — An ex eo quod in pari utrinque probabilitate de licito et illicito, lex prohibens seu de illicito non sit certa, recte inferatur posse quempiam sequi in praxi opinionem faventem libertati? Affirmant probabilistæ. Negat unice tuta antiprobabilistarum sententia, 182. — Si agatur de lege naturali positiva, dubius in æquali hinc inde probabilitate, actionem dubiæ honestatis ponere nequit, sub prætextu quod lex eam prohibens, si detur, non sit sufficienter promulgata, 188. — *Vid.* Dubium. — Si probabilius alicui sit dari legem, v. g., prohibitivam contractus, quæ revera datur, respectu illius lex est sufficienter promulgata. 192

Probabile judicium in rebus moralibus, ubi certitudo haberi non potest, sufficit ad prudenter agendum, 1305.— Ad suadendum probabilibus argumentis uti potest theologus, I, 694-346. — Probabilia sunt illa juxta Aristotelem, quæ videntur vera sapientibus vel omnibus, vel plerisque, vel maxime notis, XI, 329, 1327, 1401, 1421, 1434. — Probabilis opinio est judicium prudens conjunctum tamen cum aliqua formidine, ne res ita non sit, 1336. — Opinio probabilior ea est quæ una ex parte firmioribus nititur fundamentis, 1337. — Probabilis propositio illa dicitur quæ ob unam vel plures rationes graviores, sive graves, videtur vera, non tamen omni erroris periculo, ac metu libera, 1319. — Improbabilis propositio est quæ nullo motivo gravi, et ad prudentem assensum sufficiente nititur, 1320. —

Probabiliorismus. *Vid.* Probabilismus

Probabiliorista docet licitum esse sequi opinionem minus tutam, modo sit probabilior, XI, 1493 et seq. — Ejus argumenta, 1270. — *Vid.* Probabilismus.

Probabilismus impugnatur. De recto usu opinionum probabilium, XI, 1397, 1475. — Proponitur status controversiæ, 1397. — Quid sit opinio probabilis, 1399. — Opinio favens libertati minus tuta, sæpe est positive intuta, 1400. — Sententia benigna de usu licito opinionis minus probabilis et minus tutæ disputari potest in duplici sensu inter se valde diverso, 1400. — Argumentum libri propositi generalis de recto usu opinionum probabilium, ex quo constat illum tenere viam mediam inter rigorem et laxitatem, et in delectu opinionum non quærere severitatem, sed veritatem, 1402. — Duo extrema nimiæ indulgentiæ et nimiæ severitatis cavenda in delectu opinionum faventium li-

bertati, jam damnata a summis pontificibus Innocentio XI et Alexandro VIII, 1402. — Nimis benigna sententia affirmans omnem opinionem probabilem de honestate vel licentia actionis, sufficere ad securitatem conscientiæ. Nimis rigida, affirmans nullam opinionem mere probabilem de honestate vel licentia actionis sufficere ad securitatem conscientiæ, 1402. — Proponitur sententia moderata probabilistarum recentium declinans a nimia indulgentia. Falso supponitur sententiam minus tutam manere certo probabilem apud eum cui opinio tutior apparet æque verisimilis; a fortiori falso id supponitur, quando illi apparet absolute et simpliciter verisimilior, 1404. — Sententia moderata antiprobabilistarum fugiens nimium rigorem et nimiam benignitatem, quam sequitur præpositus generalis, 1407. — Efficere id quod incertum est an sit peccatum, certum peccatum est, 1410. — Sententia præpositi generalis duplici nititur principio solidissimo, 1411. — Primum principium, quod nemo possit licite sequi sententiam minus tutam, faventem suæ libertati adversus legem quin prius prudenter judicet esse veram et legi divinæ conformem. Secundum principium, quod nemo possit prudenter assentire sententiæ minus tutæ, ut veræ, quin post diligentem veritatis inquisitionem sine passione et culpa, illi antecedenter appareat magis verisimilis quam opposita, 1412. — Fundamentum a priori, quo probabilistæ probant licitum esse sequi sententiam minus probabilem et minus tutam, desumptum ex eo quod opinio illa est absolute probabilis, ac proinde nititur fundamento gravi et prudenti, et per consequens qui operatur ex illa, operatur prudenter, enervatum fuit per decretum Innocentii, 1412. — Fallax ostenditur et sophisticum fundamentum a priori recentium probabilistarum, 1414. — Fundamentum a posteriori desumptum ex eo quod videtur onus intolerabile obligare homines ad sequendum opiniones probabiliores, non militat contra sententiam moderatam, 1415. — Ex eo quod opinio minus tuta sit certo probabilis, solum sequitur esse securam regulam pro iis quibus illa merito probatur, seu qui prudenter judicant esse veram, non autem pro iis qui judicant esse falsam, vel prudenter judicare possunt falsam esse, 1417. — Praxis eligendi opiniones secure. Ad usum licitum opinionis minus tutæ non sufficit quod operans sciat eam esse absolute probabilem, sed requiritur quod sciat esse probabilem etiam comparative ad oppositam tutiorem, 1419. — Non est facile explicare quid sit opinionem esse certo probabilem, 1420. — In rebus moralibus opinio erit certo probabilis, quando habuerit pro se plerosque ex auctoribus gravibus qui rem illam examinarunt, vel saltem maxime notos, 1421. — Ut opinio aliqua practica sit certo probabilis mihi, opus est ut nitatur fundamento, quod apud me sit magni momenti; opus est ut post diligentem veritatis inquisitionem sine passione et culpa, opinio illa mihi proponatur ut unice verisimilis, vel ut clare et notabiliter verisimilior, quam opposita, 1422. — Explicatur magis in particulari praxis eligendi opiniones probabiles juxta sententiam moderatam præpositi generalis, 1423. — Non sufficit ad recte operandum, quod quis judicet opinionem esse probabilem; sed requiritur ut judicet esse veram, 1425. — Non licet viro docto respondere consulentibus secundum sententiam aliorum minus tutam, quam ipse falsam esse censet, 1426. — Plane falsa est regula illa sine limitatione sumpta, quam ut certissimam assumit auctor benignus gravis, videlicet : quod in dubiis quæstionibus circa mores quisque operari possit secundum sententiam quam viri docti ut probabilem et in praxi tutam defendunt, 1428. — Fundamenta adducta a magistro Bartholomæo de Medina anno 1577, pro sententia benigna, inefficacia sunt ad probandum licitum esse cuique sequi opinionem probabilem minus tutam in occursu tutioris et probabilioris, atque operanti ipsi verisimilioris, 1429. — Possumus sequi opinionem minus probabilem, etiamsi sit minus tuta seu favens libertati adversus legem, et non tenemur sequi probabiliorem relicta probabili. 1434

Prima ratio Medinæ : opinio probabilis in practicis ea est quam possumus sequi sine periculo peccandi, 1431. — Secunda ratio : opinio probabilis, ex eo dicitur probabilis, quod possumus eam sequi sine reprehensione et vituperatione, 1434. — Tertia ratio Medinæ : opinio probabilis est conformis rectæ rationi et existimationi virorum sapientum et prudentum, ergo eam sequi non est peccatum, 1435. — Solvitur quarta ratio Medinæ : licitum est opinionem probabilem in scolis docere et proponere ; ergo licitum est eam consulere, 1437. — Solvitur quinta ratio Medinæ : non potest confessarius cogere pœnitentem ad sequendam opinionem probabiliorem ; ergo... 1437. — Solvuntur ex dictis fundamenta quæ P. Thomas Sanchez, anno 1611, pro sententia benigna addidit, 1440. — Fundamenta quæ anno 1623, P. Antonius Terillus adduxit pro sententia benigna probabilistarum, 1444. — Proponitur præcipuum fundamentum quo Terillus probat sententiam benignam, quia alioqui gravissime peccassent doctores hujus sæculi, qui docuerunt licitum esse sequi sententiam probabilem minus tutam, relicta probabiliore et tutiore, 1445. — Occasione argumenti Terilli valide probatur sententiam probabilistarum esse falsam, 1446. — Solvitur argumentum Terilli, 1448. — Quomodo hæc duo inter se cohæreant, nempe quod non peccaverint auctores asserentes licitum esse sequi opinionem minus probabilem et minus tutam; et tamen peccent ii qui in operando sequuntur minus probabilem et minus tutam, relicta probabiliore et tutiore, 1449. — Redditur ratio quasi a priori cur probabilista reflexe judicans licitum esse sequi opinionem minus probabilem et minus tutam, nihilominus formaliter peccet, si in operando sequatur opinionem probabilem minus tutam, relicta tutiore quam ipse magis probabilem reputat, et magis verisimilem experitur. Variis exemplis res illustratur, 1451 et seq. — Infertur ex dictis esse aperte falsam hanc Terilli propositionem : Omnis opinio quæ sine peccato docetur in scolis, et libris, est sufficiens conscientiæ regula ad eam sectantes a peccato excusandos, 1458. — Solvitur aliud capitale fundamentum Terilli desumptum ex eo quod lex prohibens actum non sit sufficienter promulgata, ubi datur opinio probabilis quod actus sit licitus, 1457. — Ostenditur sententiam Terilli asserentis legem prohibitivam alicujus actionis non esse sufficienter promulgatam, hoc ipso quod detur opinio probabilis de honestate et licentia illius actionis, esse contra communem sententiam theologorum omnium, non solum antiprobabilistarum, sed ipsorum probabilistarum, 1464. — Novis confirmationibus detegitur falsitas doctrinæ Terilli, 1466. — Principia reflexa ad quæ recurrit P. Terillus sunt : 1° insufficiens legis promulgatio ubi datur opinio probabilis de honestate et licentia actionis ; 2° ignorantia legis; 3° possessio libertatis quam vult prævalere contra legem in omni materia ubi non est certum legem existere. Breviter rejiciuntur hæc argumenta ad quæ recurrit ut probet licitum esse sequi opinionem minus probabilem et minus tutam, 1468. — Infertur ex dictis auctoritatem tot doctorum quot in hoc sæculo docuerunt licitum esse sequi opinionem minus probabilem et minus tutam relicta probabiliore et tutiore, non esse sufficientem, ut propter illam possit quis licite in operando sequi opinionem minus tutam, quando omnibus hinc inde rite consideratis habet majus fundamentum ad judicandum illam esse falsam et legi divinæ contrariam, quam ad judicandum esse veram et legi divinæ conformem, præsertim ubi illud majus fundamentum non est solius rationis, sed rationis et auctoritatis simul, quia nemo non agnoscit opinionem tutiorem habere pro se plures et graviores auctores et urgentiora fundamenta rationis, 1472 et seq.

Logistica probabilistarum cum adjuncta difficultatis potissimæ explanatione ubi paucis dicuntur multa, clarissime dilucidantur obscura, controversa modestissime tractantur; auctore P. Estrice; XI, 1475. — Definitio prima : momenta veri intelligo, quæ sunt apta inclinare intellectum ad judicandum ; momenta boni, quæ sunt apta inclinare voluntatem ad volendum, 1476. — Definitio secunda : ad praxim, illud intelligo judicium prudens quod, mature libratis momentis veri hinc et inde, procedit ex momentis notabiliter præponderantibus apud intellectum judicantis, 1477. — Definitio tertia : opinionem probabilem intelligo judicium prudens, neque tamen omnino certum, 1477. — Definitio quarta : judicium directum de honestate et inhonestate actionis, intelligo judicium de honestate et inhonestate actionis secundum se, absolutum, et ex principiis directis seu directe suadentibus honestatem actionis, 1477. Definitio quinta : judicium reflexum de honestate actionis, intelligo judicium de honestate actionis reflexum supra probabilitatem alienam et in ea fundatum, ultra vires rationum directe suadentium honestatem actionis, quibus niti præsumitur probabilitas aliena seu probabilis opinio aliena. Definitio sexta : formalem honestatem et inhonestatem actionis ut differt a mere objectiva, illam intelligo qua proxime constituimur laude et vituperio digni in materia morum. — Definitio septima : judicium seu dictamen practicum de honestate actionum, intelligo judicium cui conformatæ actiones nostræ constituuntur formaliter honestæ, 1478. — Axioma : honestas aut inhonestas objectiva, seu ipsarum in se actionum non dependet ab humanis opinionibus de honestate aut inhonestate objectiva, 1478. — Hypothesis : mature libratis momentis veri hinc et hinc, notabiliter præponderant apud meum intellectum momenta veri pro vitio usuræ in certo contractu, ita ut judicio directo prudenter judicem, vel possim prudenter judicare, contractum esse in se usurarium. Assertio prima : cum judicio meo directo, quale descripsi definitione quarta, quo judico prudenter certum contractum esse in se usurarium, non potest componi judicium reflexum quale descripsi definitione quinta, quo judicem contractum eumdem non esse in se

usurarium. Assertio secunda. Cum judicio meo directo, quo judico certum contractum esse in se usurarium componi non potest judicium reflexum quo judicem contractum eumdem esse in se honestum, aut non inhonestum licitumve, 1479. — Porisma, Judicium seu dictamen practicum de honestate actionis, non attingit honestatem formalem, sed solam objectivam, 1479. — Assertio tertia. Cum judicio meo directo, quo judico certum contractum esse in se usurarium, componi non potest judicium practicum, quamvis reflexum, quo judicem contractum eumdem esse honestum, aut non inhonestum seu licitum, 1479. — Assertio quarta. Probabilitas aliena de contractus puritate ab usura, non potest me movere ita ut prudenter deponam hujus gratia judicium directum quo judico prudenter certum contractum esse in se usurarium, 1480. — Assertio quinta. Præponderantibus apud meum intellectum momentis veri pro usura contractus (ut explicui in hypothesi), nihil me juvabit voluntaria et despotica suspensio judicii directi de usura contractus ut pervenire possim ad prudens, serium et sincerum judicium practicum, seu conscientiæ dictamen, quamvis reflexum, quo judicem contractum mihi esse honestum, aut non inhonestum licitumve, 1480. — Assertio sexta. Rem nihilo faciliorem efficiet voluntaria suspensio judicii de illa præponderatione momentorum, ac multo minus voluntaria aversio intellectus a consideratione momentorum quæ præponderant, 1480. — Assertio septima. Extra hypothesim præponderantium momentorum veri pro usura contractus, probabilitas aliena tantum me juvare potest ad judicium practicum et quidem directum de honestate contractus, quanti apud me sunt rationes, saltem præsumptæ probabilitatis alienæ, directe suadentes contractum non esse in se usurarium. Plus me juvare non potest probabilitas aliena ad illud judicium practicum, 1480, 1481. —Assertio octava. Præponderantibus apud meum intellectum momentis veri pro usura contractus, impossibile est ut mihi formem prudens, serium et sincerum judicium practicum, seu conscientiæ dictamen, quamvis reflexum, quo judicem contractum mihi esse honestum aut non inhonestum licitumve, 1481.—Porisma. Dictamen practicum conscientiæ de honestate actionis quo est opus ad non peccandum formaliter, non attingit honestatem formalem actionis, sed solum objectivam —Assertio prima. Peccas formaliter, sequens in praxi opinionem minus tibi probabilem de honestate certi contractus, quem judicas aut judicare prudenter potes esse usurarium, notabiliter præponderantibus motivis in hanc partem apud tuum intellectum, 1482. —Assertio secunda. — Non sequitur ex assertione prima, quod formaliter pecces, docens licere mihi sequi opinionem tibi et mihi minus probabilem de honestate contractus quem judicamus aut judicare prudenter possumus esse usurarium notabiliter præponderantibus motivis in hanc partem apud nostrum intellectum, 1483 — Idem P. Ægidius Extrix ut persuaderet non satis consultum esse puritati doctrinæ de moribus si invalescat doctrina asserentium licitum esse cuilibet sequi opinionem probabilem minus tutam, faventem libertati adversus legem, quamvis agnoscat sententiam tutiorem, stantem pro lege adversus libertatem, esse auctoritate et ratione magis verisimilem, seu magis communem inter sapientes, magisque fundatam; illam ex suo sensu expressam et descriptam reliquit, ut sequitur, 1484. — Appendix in qua solvitur argumentum probabilistarum petitum ab obligatione obediendi superiori præcipienti, 1485.

Veteres doctores non ex probabilistarum principiis dubia circa mores resolverunt, XI, 220-243. — Circa universalissimam morum regulam de conscientia doctores antiqui longe præferendi sunt junioribus, 221. — Mens S. Augustini discutitur. Probabilistas impugnat, 222. — Examinatur mens S. Thomæ. In eligendis, inquit, opinionibus oportet nos suaderi a certioribus, id est sequi opinionem eorum qui certius ad veritatem pervenerunt, 226. — S. Bonaventura doctrinæ probabilistarum adversatur, 229. — Ex auctoritate et doctrina S. Antonini sana circa hic agitatam universalem morum regulam documenta eruuntur, 230. — Qualiter in dubiis procedendum docuerint veteres doctores scholastici, 232. — Colligendum est probabilistarum opinionem esse novam eo sensu quod opponatur antiquorum doctorum opinioni, 240. — Quibus potissimum motivis innitatur sententia probabilioristarum sustinens in concursu duarum opinionum, quarum una est æque vel magis probabilis stans pro lege, altera minus æque probabilis favens libertati, sequendam in praxi sententiam tutiorem. Primo, ut licita et honesta sit operantis actio requiritur, ut operans saltem possit formare judicium prudens de actionis honestate. Secundo, ad honeste operandum debet dictamen ultimum et practicum esse moraliter certum, 244. — Tertio, nulli licet agere, de quo dubitat an sit mortale peccatum, si certus sit quod oppositum agendo, non peccabit, 246. — Quarto, probatur auctoritate cleri Gallicani, 247. — Probatur quinto ratione, 248. — Exemplo judicis externi probatur non licere in operando sequi sententiam minus probabilem faventem libertati relicta probabiliore stante pro lege, 250 — Ex hac propositione : *Licitum est sequi sententiam minus probabilem faventem libertati in concursu magis probabilis stantis pro lege*, tanquam ex una præmissa non potest formari dictamen practicum moraliter certum, vi cujus, in praxi tuto celebrare quis potest contractum probabilius injustum. Dictamen ultimum non debet esse necessario metaphysice aut physice certum. Est sententia communissima, 256. — Sententia benigna probabilistarum, quæ asserit : licitum est sequi opinionem minus probabilem et minus tutam in concursu probabilioris et magis tutæ, non est moraliter certa, 257. — Communiter prudenter præsumi potest quod adsit probabilitas intrinseca ubi multi auctores etiam nunc aliquam opinionem tenent; hi enim non asserent temere sed ob rationes inventas, 263. — Solvuntur objectiones probabilistarum, 268. — Licet sequi sententiam probabilem non impeditam ac evidenter probabiliorem concursu minus probabilis, sed magis tutæ, 279. — Licitum est sequi opinionem probabilem minus tutam, si non sit impedita, 280.—Qui post adhibitam diligentiam qualem exigit rei qualitas, ut assequatur veritatem, sequitur opinionem probabilem non impeditam seu pacificam in materia sive juris positivi humani, sive divini aut naturalis, nec peccat contra conscientiam nec contra Dei legem, quanquam probabilitas illa reipsa falsa foret, 283. — Licitum est sequi opinionem evidenter probabiliorem faventem libertati, relicta minus probabili stante pro lege, 286, 289 et seq — Major probabilitas non potest semper deservire ad fundandum principium certum, quo dirigatur operans, 287. — Quando una pars est simul tutior, et verisimilior, eam sequi necesse est necessitate præcepti. — Tutiorem, quando opposita est clare probabilior, sequi consilium est, non præceptum, 294.— Indoctus ex consilio parochi, confessarii, vel alicujus pietate ac eruditione præstantis operans conscientiam moraliter certam de honestate suæ operationis formare valet, 294, 295. — Conditiones requisitæ ut auctoritas unius doctoris probi et docti possit reddere opinionem probabilem et in praxi tutam, 297, 298.—Ex quibus dignosci valeat quænam sententia sit probabilior cum probabilitas fundetur in rationibus et auctoritate, hinc videndum a qua parte stet majus rationum et auctoritatis pondus, 300. — Quid faciendum in casu quo motivis omnibus consideratis discerni non potest pro qua parte stet major probabilitas? Recurrendum ad principia probabilitati extrinseca quorum primum est : *Ex duobus malis minus est eligendum*, 304. — Secundum principium est : *Usus piorum et timoratorum*. 305 — Tertio, in dubio de sensu legis sequentia attendi debere monent doctores communiter, 308. — Benigna interpretatio in sano sensu intellecta generaliter est præferenda, 308. — Opinio benigna a laxa differt, 308.—Opinio pia. 310

Nemo tenetur sequi opinionem hoc ipso solum quod securior est, 329. — Potest aliquis sequi tuto opinionem solide probabilem, licet non habeat omnimodam certitudinem de operationis suæ honestate, modo opinio illa cum contrariis opinionibus æque vel magis probabilibus non concurrat. Potest similiter aliquis tuta conscientia sequi opinionem contra legem, quam omnibus rite examinatis evidenter probabiliorem judicat, 329.—Prudenter non agit qui sequitur opinionem probabilem etiam minus tutam in concursu probabilioris et tutioris, 330. — Continua semper Ecclesiæ praxis fuit, ex opinionibus concurrentibus, probabiliores et securiores eligere, 330. — Constat ex innumeris Scripturæ locis quasdam esse ignorantias, quæ a peccato non excusant. 331

Probabilismus defenditur. Morale systema pro delectu opinionum quas licite sequi possumus. Auctore Liguori, XI, 337 et seq. — Si opinio quæ stat pro lege videatur certe probabilior, ipsam omnino sectari tenemur ; nec possumus tuto oppositam, quæ stat pro libertate amplecti. — Si opinio quæ stat pro libertate, est tantum probabilis, vel æque probabilis, ac altera quæ stat pro lege, nec etiam ipsam quis sequi potest, *eo quod sit probabilis*, 337. — Duabus æque probabilibus opinionibus concurrentibus, opinio minus tuta teneri non potest ; illa tamen opinio, quæ stat pro libertate, grave immittit dubium, an existat lex et in eo casu lex non obligat, 337. — Lex, ut obliget, non tantum promulganda est, sed etiam promulganda ut certa. 339

Moraliter certum est, quod ubi duæ opiniones æqualis ponderis concurrunt, non est obligatio sequendi tutiorem, 344. — Ubi opinio pro lege videtur certe probabilior eam sequi tenemur ; secus vero si est æque probabilis ac opinio pro libertate, 345. — Corollarium primum. Lex dubia non obligat, 348. —Promulgatio est necessaria omnino ad obligandum nedum in humanis legibus, sed etiam in divi-

periculis, 1521. — Cum aliter fieri nequit quin subeatur periculum gravius quam foret materialis violatio legis, 1522. — Secundo conflictus legum, 1522. — Regula proposita in opere cui titulus : Le prêtre sanctifié par la pratique charitable et directe du sacrement de pénitence, 1524. — Tertio persuasio prudens agentis, 1526. — Casus proponuntur in quibus pronuntiari debet in favorem legis seu partis tutioris, 1528. — Scholium. 1528

Probabilista dicitur ille qui in conflictu opinionum probabilium sequitur minus tutam faventem libertati relicta tutiori, XI, 1333, 1493. — Ejus argumenta, 1270 et seq. — *Vid.* Probabilismus.

Probabilitas est fallibilis et magna apparentia veritatis circa aliquod objectum. Probabilitas est tantum verisimilitudo, XI, 151. — Probabilitas duplex est : una non impedita, quam alii quietam vocant, nulla ratione partis oppositæ vellicatur; alia impedita, seu inquieta, agitatur rationibus partis contrariæ, 153. — Probabilitas seu verisimilitudo propositionis est relativa, quoties una propositio uni probabiliter vera est, non alteri. Verisimilitudo propositionis est intrinseca et absoluta, quoties probabilis est omnibus, vel fere omnibus, 1520. — Improbabilitas est absoluta quando improbabilis propositio opponitur communi meliorum sententiæ; quando improbabilis est solum aliquibus, improbabilitas est relativa, 1520. — Probabilitas sola non sufficit ad licite operandum; sed requiritur moralis certitudo de honestate actionis, 337. — Probabilitatum logistica, 1476 et seq. — *Vid.* Probabilismus.

Probari aliquid potest duobus modis positive et negative. VIII, 55

Probatio est testimonium vel instrumentum, quo fides veri constat. — Probatio testibus et fide tabularum conficitur. Probatio fidei per testes distinguitur a probatione per instrumenta, I, 1121-883.— Probatio ad dissolvendum matrimonium exigit duos testes omni exceptione majores, XXV, 556 — Fama per se sola non sufficit ad probandam mortem, nisi cum sex conditionibus. 557

Procedere ut vulgo sumitur, est ab uno loco in alium migrare. Sensu translatitio hoc verbum significat rei alicujus ex altera emanationem seu productionem; quæ est duplex, una transiens, altera immanens. Posterior duplex est, physica seu imperfecta et metaphysica seu perfecta. VIII, 521. — Metaphysica dicitur prolatio, 521 et seq. — *Vid.* Trinitas.

Processio generatim spectata est origo unius rei ab alia. Unde in divinis significat unam personam ab alia tanquam a principio originem ducere. Generatio est species quædam processionis, VIII, 14. — De processione Spiritus sancti. V, 406 et seq.

Proclamatio bannorum ante ordinationem. XXIV, 1456

Procurator. Idem de procuratore dicendum est ac de advocato. XIV, 1181, 1182-932; XVI, 189.

Prodigalitas peccatum est avaritiæ oppositum, et cum liberalitatis virtute pariter pugnans, XI, 948. — Prodigalitas veniale tantum peccatum est ex genere suo, quatenus cum sola liberalitate pugnat; lethale tamen peccatum est, cum aliquis res suas prodigit contra regulas charitatis et justitiæ, seu ob finem utrique illi virtuti oppositum, 949. — Lethalis est ut plurimum clericorum prodigalitas qui reditus ecclesiasticos in sumptus inanes profundunt. 950

Prodigus ex eo dictus est quod sua prodigat ac disperdat. Alius ethice talis est, qui nec tempus, nec finem aut modum habet in expensis faciendis, sed bona sua furiose dissipat. Alius juridice est prodigus, cui a prætore vel magistratu adempta est bonorum administratio, XVI, 183.— Prodigus ethice talis ex contractibus a se initis omni jure obligatur, 184. — Prodigus juridice talis valide init contractus evidenter sibi utiles, 184.— Prodigus juridice talis sine curatore invalide init contractum in quibus rem suam deteriorem facere potest, et consequenter nec naturaliter obligatur quoad effectus sibi nocivos, 185. — Contractu oneroso, sine curatore inito, non obligatur, etiamsi promissionem suam juramento confirmasset, 185, 186.— Prodigus ad frugem reversus invalide celebrat contractus onerosos antequam a magistratu ei bonorum administratio fuerit restituta. 186

Proditio avaritiæ filia, est manifestatio illicita rei alicujus vel personæ in proximi detrimentum vergens, et explendæ avaritiæ causa. Quadrupliciter exerceri potest : respectu personarum, locorum, rerum mobilium, arcanorum, XI, 867, 868 — Proditio lethale crimen est, cum quis proximum simulata specie amicitiæ occidit, vel in hostium manus tradit, aut factum aliquod manifestat, cujus denuntiatione grave damnum proximo procuratur, 869. — Traditio perduellium legitimo principi contra quem conjurarunt sive seditionem moverunt, non est peccatum, sed officium, 869 — Lethalis criminis reus est qui regnum, urbem, etc., aut aliquem locum seu fidei suæ, seu alienæ commissum, et a legitimo domino possessum tradit hostibus, 870. — Lethalis proditionis reus est, qui fidem non solum amico, sed hosti datam violat in re gravi, 870. — Lethalis proditionis rei sunt qui adversus legitimum principem suum quocumque modo conjurant, aut ab eo deficiunt, et juratam ipsi vel debitam fidem violant, 870 — Lethalis proditionis reus est qui subditos sollicitat ut a legitimo suo principe deficiant, et per occultas machinationes ad regni fastigium arrepit, 870. — Lethalis proditionis rei sunt qui casus principum exquirunt, et vivente principe de successore eligendo consilia agitant, et alios in partes trahunt, 870. — Lethalis proditionis rei sunt clerici et laici adversus episcopos suos conjurantes, et consilia ineuntes, et chartas conscribentes, 871. — Lethalis proditionis reus est qui absconditas alicujus pecunias, vestes, etc., codices magni momenti et similia indicat latroni ut ea rapiat, 871. — Lethalis proditionis reus est qui alterius arcanum in ejus detrimentum aperit et divulgat, 871. — Qui alienis litteris res levis duntaxat momenti contineri certus est venialis peccati tantum reus est. Nullus vero si litteras vel in proprium vel in tertii cujuspiam damnum conscriptas esse non temere sed probabiliter judicet, 872. — Nec proditionis, nec mortalis peccati reus est qui arcanum a quopiam etsi amicissimo, sibi creditum revelat, cum vergit in grave damnum tertii, præsertim ecclesiæ, regis, etc.; a contrario lethale crimen incurreret nisi arcanum hujusmodi revelaret iis quorum interest, 873. — Profectitium peculium est quod ex bonis patris vel eorum occasione, vel intuitu patris, filius acquirit; hæc quoad dominium et quoad usumfructum regulariter sunt patris a quo proficiscuntur et solum filius in illa habet jus. XIV, 872-689

Professio fidei catholicæ adversus protestantes. Credo : 1° Deum non esse auctorem peccati ; 2° Deum non facere iniquitatem ; 3° Deum non tentare ad malum, I, 1263-997;—4° Filium Dei esse a Patre; 5° Christum esse omniscium;6°Christum esse legislatorem, 1264-997-998;—7° Christum ingressum esse ad discipulos januis clausis; 8° Christum voluntarie esse passum ; 9° Christum non desperasse, 1265-998, 999;—10° Christum etiam pro impiis esse mortuum;—11° Christum per passionem suam acquisivisse gloriam; 12° Christi animam descendisse ad inferos post mortem, 1266-999;—13° prædicationem Evangelii esse perpetuam, 1268-1001; — 14° administrationem sacramentorum esse perpetuam ; 15° confessionem fidei esse perpetuam, 1269-1001, 1002;—16° Ecclesiam semper esse visibilem ; 17° Ecclesiæ promissum esse ut non erret, 1270-1002, 1003;—18° doctoribus Ecclesiæ, sive conciliis generalibus promissum est ut non errent, 1272-1004 ;—19° unitas est nota veræ Ecclesiæ, 1273-1004; —20° miracula esse notas veræ Ecclesiæ, 1274-1006;—21° diffusionem esse notam veræ Ecclesiæ, 1275-1006;—22° perpetuam doctorum successionem esse notam veræ Ecclesiæ, 1276-1007;—23° Baptismum ab hæreticis collatum esse validum, 1277-1008; — 24° Baptismum conferri in remissionem peccatorum; 25° sanctos nunc esse in beatitudine, 1278-1009;—26° traditiones apostolicas esse admittendas, 1279-1010;—27° leges Ecclesiæ obligare conscientiam, 1281-1011 ; 28° Scripturam esse intelligendam juxta sensum Ecclesiæ, 1282-1012;—29° Ecclesiæ competere judicium de vero sensu et interpretatione Scripturæ, 1283-1013;—30° S. Scripturam esse interpretandam juxta unanimem consensum Patrum, 1284-1013 ; — 31° non esse liberum credere, quot sint sacramenta; 32° Baptismum esse necessarium ad salutem, 1287-1015, 1016;— 33° administrationem baptismi a laicis factam, esse validam, 1288-1016.—34° confirmationem esse sacramentum, 1288-1016;—35° confessionem peccatorum esse faciendam, 1289-1017 ;—36° sacerdotes vere remittere peccata ; 37° extremam unctionem esse sacramentum, 1290-1018;— 38° ordinem esse sacramentum, 1291-1019, 39° Matrimonium esse sacramentum; 40° sacramenta gratiam conferre, 1292-1019, 1040. — 41° ritus Ecclesiæ esse observandos ; 42° in Baptismo tolli peccatum originale, 1293-1021; — 43° homines justificari justitia inhærente, 1296-1022 ; —44° fideles vere mereri coronam gloriæ, 1297-1023 ;—45° missam fundari in S. Scriptura et antiquitate, 1299-1025 —46° in missa offerri Deo verum, proprium et propitiatorium sacrificium pro vivis et defunctis, 1300-1026 ; —47° Christum in SS. Eucharistiæ sacramento esse vere, realiter et substantialiter, 1302-1027 ;— 48° Christum esse præsentem in SS. Eucharistia per transsubstantiationem, 1303-1028;— 49° purgatorium esse, 1304-1029;— 50° animas in purgatorio fidelium suffragiis juvari, 1305-1030; — 51° sanctis cum Christo regnantibus licite impendi venerationem, 1306-1031 ; — 52° sanctos licite a nobis invocari ; 53° sanctorum reliquias esse venerandas, 1307-1031, 1032 ; — 54° licitas esse in Ecclesiis imagines Christi, Deiparæ virginis et sanctorum, 1308-1032 ; — 55° venerationem imaginibus Christi et sanctorum licite deferri ; 56° indulgentiarum potestatem a Christo in

Ecclesiæ relictam, 1309-1033; — 57° S. Petrum fuisse apostolorum principem, 1310-1034; — 58° romanum pontificem esse B. Petri successorem. 1311-1035

Professio religiosa non est simplex promissio, ut in voto simplici, sed est simul sui traditio ad cultum divinum, seu ad vivendum caste, sine proprio et sub obedientia, in religione approbata et simul traditionem acceptante, XVI, 1339. — Duplex distinguitur professio : expressa quæ verbis, et tacita, quæ factis exprimitur, 1339. — Non est professio religiosa, nisi acceptata a religione, 1339-1340. — Primus effectus professionis validæ est, quod professus non sit amplius sui juris sed quod transeat sub potestate et dominio religionis, 1340. — Secundus effectus est remissio omnium pœnarum peccatis debitarum, modo professio fiat in statu gratiæ, 1340, 1341. — Tertius effectus est extinctio omnium votorum professionem præcedentium, sive sint reservata sive non, sive realia, sive personalia, sive in sæculo, sive in novitiatu emissa, 1341. — Quartus effectus est dissolvere præcedens Matrimonium ratum non consummatum et dirimere subsequens contractum, 1342. — Quintus effectus est tollere irregularitatem ortam ex defectu natalium in ordine ad sacros ordines suscipiendos non tamen in ordine ad prælaturas et dignitates; item tollere inhabilitatem, ad testificandum, 1342. — Sextus effectus est eximere professum a patria potestate; a jurisdictione laicali; a jurisdictione ordinarii, 1342. — Professio regulæ, vel tacita, vel expressa facit aliquem regularem, V, 1283. — Ut professio vim habeat, fieri debet post sextum decimum annum, etc. 1284 et seq.

De professione invalida. Probabilius videtur professionem quovis jure invalidam, nullum habere effectum, 1343. — Reclamare contra professionem invalidam est petere facultatem dimittendi habitum et statum religiosum, allegando causas nullitatis professionis. — De ista reclamatione speciale decretum concilii Trid. 1344. — Quos istud decretum comprehendat? 1344. — A quo temporis puncto incipiat quinquennium in decreto expressum? 1346. — De quo superiore et de quo ordinario intelligendum sit decretum? 1347. — Utrum in hoc judicio citandi sint parentes vel hæredes aut alii interesse habentes? 1347. — Quæ bona dimissus, probata nullitate professionis secum deferat? 1348. — De professione ficta, etc., etc., XXV, 537 et seq.

Prohibitio est effectus sub obligatione legis comprehensus, XII, 214-171. — Prohibitio legis etiam dicitur, per quam prior lex incipit esse non solum mortua, sed etiam mortifera; per eam legem prohibetur id quod per aliam præcipiebatur. 255-205

Prolatio, seu processio, VIII, 521 et seq.

Prolegomena latine præfationes, complectuntur notiones in antecessum præmitti solitas, I, 10-10. — Prolegomena in cursum theologiæ completum in duplici parte absolvuntur : prima quæstiones præambulas complectitur, altera locos theologicos. 10-10

Proles animari anima rationali videtur simul atque fœtus formatus fuerit. Hippocrates docet masculum, ut longissime, 30 diebus formari; feminam ut longissime 42 diebus, XV, 616. — Prolis oppressio quæ culpæ negligentiæ, aut ignorantiæ vincibili ipsius operantis tribuenda est, est casus reservatus, XVIII, 1181 et seq. — Corollaria, 1185.

Promissio est rationis actus quo homo se obligat ad aliquid faciendum. Incipit deliberatio, sequitur propositum, supervenit promissio, VI, 860. — Conditiones promissionis hæc sunt : promissum ex parte promittentis debet esse rationale deliberatum, et voluntarium seu liberum. Quod spondetur debet esse possibile, gratum et licitum, 860. — Tenetur homo lege naturæ stare promissis, 859. — Promissio duplex est, alia onerosa qua contrahentes sibi mutuo onus imponunt; alia gratuita qua nullum onus alteri imponitur. XVI, 587

Promissio gratuita est contractus quo quis gratuito et libere fidem suam alteri obligat ad præstandam rem licitam et possibilem, 587. — Promissio differt a donatione, a simplici proposito, a mera pollicitatione, 588. — Promissiones sæpius non obligant ex justitia nec ex fidelitate; sæpe obligant ex fidelitate; aliquando obligant ex justitia, 588. — Quandonam promittentes intendant se obligare ex justitia, 589. — Quandonam promissio acceptata et valida desinat obligare. 590

Promissio nuda, seu quæ non firmatur juramento, neque vestitur stipulatione, neque est de re alias debita, definitur : Datio fidei deliberata et spontanea de re licita, XIV, 197-137. — Promissio mere interna, homini facta sine ulla externa manifestatione non obligat de se, 198-138. — Promissio debet acceptari a promissario nec ante acceptationem obligat, sed potest a promittente revocari, 198-138. — In promissione simplici promittentis obligatio ex ipsius intentione pendet, 199 et seq.-139. — In juramento promissorio et comminatorio involvitur aliqua promissio homini facta; et in omni voto promissio facta Deo, 197-137. — De promissione quoad matrimonium, XXV, 609 et seq. — Quis sensus promissionum quæ Abrahæ et aliis patriarchis factæ sunt, II, 571 et seq., in nota.

Promissum differt a pacto. Fit promissum vel pure et nude, vel cum juramento, VI, 860. — Vid. Promissio.

Promulgatio est de ratione legis, XII, 194, 195-155, 151. — Promulgatio est omnino necessaria ad obligandum nedum in humanis, sed etiam in divinis et naturalibus, XI, 555. — Lex non adhuc promulgata habet in se vim obligandi in actu primo, scilicet, ut ipsa actualiter deinde obliget, cum promulgata fuerit, sed ut in actu secundo nempe actualiter obliget requiritur indispensabiliter ejus promulgatio subditis facta, 555. — Promulgatio dicit publicationem legis, per quam possit a subditis cognosci, XII, 195-156. — Aliter in naturali lege, aliter in lege positiva requiritur promulgatio. 196-157

De naturalis legis promulgatione, XI, 557, 561. — Quæ promulgatio necessaria sit ad perfectam constitutionem legis civilis, XII, 555-440. — Ex natura rei non est positive determinata certa solemnitas, vel promulgatio publica, 558 et seq.-442. — De promulgatione legis in Gallia, 557, in nota — 441. — Eadem solemnitas servanda est in legibus canonicis ferendis quam in lege civili, 840-671. — Modus promulgationis legis ecclesiasticæ non est determinatus. 818 678

Propagatio religionis christianæ citissima et lata eam divinam esse demonstrat, III, 644 et seq. — Huic propagationi adversabantur religio ethnicorum, 652. — Adversabantur persecutiones, 658. — Propagationi humani mali favere non valebant, 655. — Ergo Evangelii propagatio non fuit opus humanum sed divinum, 667. — Religio Christi late per orbem et velocissime propagata est, IX, 485-385. — Ope quorumdam hominum simplicium omni auxilio humano destitutorum christiana religio sic propagata est, 485-386. — Religio Christi eorum quibus nuntiabatur affectibus erat contraria, 486 386. — Omni genere hostium impugnabatur, 487-387. — Ergo fuit opus divinum. 488-387

Prophetarum varia nomina apud Hebræos, II, 544. — Apud Græcos et apud Latinos. 548

Prophetia est præsensio et prædictio futurorum eventuum, qui in causis naturalibus non sunt prævisi, III, 427; II, 540 et seq. — Eodem redit divinationis definitio apud Ciceronem, juxta quem est earum rerum quæ fortuitæ putantur, prædictio et præsensio, 543, 544. — Prophetia est certa prædictio eventus futuri, qui arte naturali prævisus non sit, 1083. — Cum medium cognitionis aut non est, aut finitam intelligentiam superat, prophetia est proprie dicta, seu primi generis et definiri potest : Prædictio eventus qui in causis naturalibus neque prævisus est neque prævideri potuit, 1083. — Si detur medium cognitionis facultati angelicæ, v. g., proportionatum, prophetia est improprie dicta seu secundi ordinis, 1083. — Prophetia improprie dicta, est prædictio effectuum quorum cum naturalibus causis connexio certa est, sed remotior quam ut ab humana mente possit intelligi, 1087. — Prophetia, vero et proprio sensu accepta, definiri potest : Rei futuræ contingentis et liberæ prædictio infallibilis, ubi nihil quod eo pertineat, nullam proclivitatem præviam mens detegit, IX, 488-387, 388. — Possibilem esse prophetiam nemo sanus negaverit, II, 1083. — Quadruplici modo apud veri Dei cultores prophetiæ donum infundebatur, 1084. — Prophetia clara, vel obscura, sub variis respectibus dici potest, 1084. — Deus solus esse potest auctor prophetiæ proprie dictæ, 1085. — Angelus aut dæmon potest esse causa efficiens prophetiæ improprie dictæ. 1087

Propheticum apud Judæos munus, II, 548. — Varii modi prophetandi, seu futura præsentiendi, 550. — Notæ veræ et falsæ prophetiæ, 551, 1085. — Finis et usus prophetiæ nullus alius est quam veræ religionis conservatio et hominum per eam salus ac felicitas, 553 et seq.

De claritate et obscuritate prophetiæ, 553. — Cur obscura, III, 81, 82, 777 et seq. — Diversa genera prophetiarum : aliæ verbis et sententiis, aliæ rebus, nempe figuris, continentur, II, 556. — Varia prophetiarum interpretatio. Prophetiarum sensus duplex, litteralis et mysticus, 558; IX, 490-389. — In prophetia sensus primarius et proximus, sensus secundarius allegoricus, mysticus et remotus, etc., III, 84 et seq., in nota. — Hæ sunt de interpretatione prophetiarum variæ, seu veterum hæreticorum, seu recentiorum interpretum et theologorum opiniones, 80, in nota. — Prophetæ usi sunt metaphorica oratione, et hoc orationis genus non tantum apud eos familiare fuit, sed etiam ad suum institutum aptissimum, 87. — Non solum metapho-

ris utebantur, sed etiam parabolis ad eas adumbrandas, 89. — Apud ethnicos seu theologi seu philosophi ad suam tradendam doctrinam metaphorico sensu utebantur, 90. — Auctores librorum sacrorum utuntur meditata confusione, 91. — Expositio christiana prophetiarum vanitatis argui non potest, 92. — Prophetæ ad significandas res evangelicas usurparunt prophetias duplicem habentes sensum. 94

De auctoritate prophetiæ. Prophetia proprie dicta per se probandi vim habet, nec fieri potest in confirmationem erroris : item prophetia improprie dicta, si debitis vestiatur circumstantiis, II, 1088 et seq. — Neque præsciri, neque etiam casu prædici a creaturis possunt, 1° ea omnia quæ præter naturæ ordinem divina et supernaturali virtute contingunt, et miracula et divinorum decretorum manifestationes : 2° futuri post longa intervalla temporum mundi physici successivi status ; 3° futura hominum consilia et fata imperiorum. Probatur ab experientia ex ratione, 559. — Probatur ex auctoritate. Futurorum præcognitionem certam ad Deum solum pertinere constans et perpetua omnium vox ac sententia semper fuit. 1° Hæc sacrorum apud Judæos scriptorum doctrina fuit, 561. — 2° Ab hac doctrina non deviarunt Ecclesiæ christianæ doctores, 562. — 3° Neque vates ipsi paganorum, augures, aruspices, astrologi, aliunde quam a Deo ipso futurorum cognitionem ad se pervenire gloriabantur, 563. — Prophetæ naturali sagacitate futura non previderunt. Vaticinia non casu et fortuito eventu sortita sunt, 724. — Objectiones Spinosæ refelluntur, 726 — Prophetæ rebus civilibus haud temere se miscuerunt, 727. — Prophetarum actiones symbolicæ, nec ridiculæ, nec indecoræ, 728. — Actiones symbolicæ prophetarum non abhorrebant a moribus illorum temporum. 730.

Prophetiæ Adamo factæ sensus. Cur insolite et ænigmatice facta sit, III, 343 et seq. — Châteaubriand, de serpente, 346, *in nota*. — Prophetia Balaam, II, 577, *in nota*.

Oraculis et vaticiniis constat Deum speciali providentia Judæos olim rexisse, 703. — Vaticinia de reipublicæ fatis, 706. — Vaticinia de imperiorum externorum fatis, 714. — Interitus Ninives et imperii Assyriorum, 714. — Interitus Tyri, 715. — Ægyptiaci imperii fortuna, 716. — Babylonici imperii interitus, 717. — Imperiorum subsequentium Persici, Græci et Romani fata a Daniele prænuntiata, 720 et seq. — Prænuntiata a Daniele quatuor regna explicantur, 721. — Alterius vaticinii explicatio, 724 — Prophetiis adstruitur Christi missionem esse divinam, IX, 488 et seq.-387. — Prophetiæ, sexta nota doctrinæ christianæ. III, 737, 779.

Prænuntiata fuerunt 1° gentium conversio, 738, et seq. ; — 2° reprobatio judaismi, et oblatio sancta ab ortu solis usque ad occasum sacrificanda, 740. — Messiæ expectationis, præcipue ætate Christi, testes sunt Josephus, Suetonius, Tacitus, Eusebius. 743, 744

De Christo seu Messia, prophetia Jacobi, 114 et seq., 749. — Prophetia Aggæi, 751. — Prophetia Danielis, 152, 752. — Prophetia Christi de templo, 756. — Prophetia Michææ, 758. — Prophetia Isaiæ, 759. — Prophetia Isaiæ de morte Christi, 762. — Prædicitur etiam gloria Christi, 767. — Confutatur Spinosa. 771, — Confutatur Voltarius. 774 et seq.

PROPORTIO arithmetica spectat proprie proportionem numerorum et quantitatum, geometrica proportionem proportionum. XV, 457

PROPOSITIO dividitur in certam, probabilem, improbabilem et dubiam, XI, 1319. — Propositio certa ea est cujus veritati sic adhæret intellectus, ut de ea saltem prudenter dubitare nequeat. Triplex est propositionis certitudo, scilicet metaphysica, physica et moralis. — Proprie loquendo non propositio certa, sed mens potius de veritate propositionis certa dicenda est. — Quoties una propositio mihi certa est et non alteri, certitudo propositionis est intrinseca et absoluta, 1319. — Probabilis propositio illa dicitur, quæ ob unam vel plures rationes graviores, sive graves, videtur vera, non tamen omni erroris periculo ac metu libera. Propositio probabilis nomine opinionis enuntiatio est. Idem est ac propositio probabiliter vera, 1319 — Quæ ex duabus oppositis propositionibus probabilior apparet, non ideo vera est, sed dumtaxat verisimilior, 1319. — Improbabilis propositio est, quæ nullo motivo gravi et ad prudentem assensum sufficiente nititur, 1320. — Improbabilitas, quæ opponitur communi meliorum sententiæ est absoluta ; quæ solum aliquibus est relativa, 1320. — Propositio *dubia* est, cui mens nec assentire, nec dissentire audet. Quoties utrinque paria sunt veritatis indicia, propositio est positive dubia ; quoties nulla sunt indicia, est negative dubia, 1320. — Propositionum et terminorum sensus ex triplici potissimum capite colligitur : 1° ex usu constanti et universali ; 2° ex antecedentibus et consequentibus ; 3° ex intentione auctoris nota et constanti, I, 1538-1214. — Duplex distingui potest propositionis cujuslibet sensus : grammaticalis seu rigorosus, et proprius seu naturalis, 1538-1215. — In propositionibus modalibus duo sedulo sunt distinguenda, dictum et modus, 1539-1215. — Censura theologica non cadit in ipsos præcise propositionis terminos ipsaque verba, quorum usum mere removeat ; sed afficit potissimum propositionum sensum et doctrinam verbis expressam quam confligit ac diffamat, 1529, 1530-1207, 1208. — Damnari non debet propositio verbo ad verbum ex Scripturis expressa, 1531-1208. — Damnari non debent propositiones seu termini quos ad nos usque velut tesseram fidei transmisit veneranda Patrum traditio, 1531 et seq.-1209. — Nu latenus potest damnari propositio in sensu proprio et naturali vera, nec ullo affecta vitio intrinseco, 1538 et seq.-1214 ; IV, 625 et seq. — Propositiones æquivocæ damnari possunt, I, 1543-1219. — Triplici modo damnari possunt dogmaticæ propositiones. Primus est cum propositiones sigillatim referuntur, itaque singulis debita opponitur censura. Secundus modus est cum nulla relata propositione integer damnatur liber ut venenosus et christianis noxius, 1544-1219. — Tertius modus propositiones quidem sigillatim refert, at notas singulis non applicat, sed in unum congestis propositionibus respective convenire asserit. 1544, 1545-1219

Hic modus propositiones profligandi eo frequentior est, quo facilior, dum scopum damnationis attingit, 1545-1220. — Particula *respective* quæ reperitur in decretis in quibus propositiones in globo damnantur, duo significat : primo, nullam esse notam ex assignatis quæ non alicui saltem competat propositioni ; secundo, nullam esse ex propositionibus quæ aliquam non mereatur notam, 1545-1220. — Quæ autem nota singulis competat propositionibus obscurum est. 1546-1220

De auctoritate necessaria ad ferendam censuram theologicam. Duplex distinguitur sententia theologicam censuram ferens, una quæ doctrinalis dicitur, et a doctoribus theologicis profertur. Altera quæ propositionibus theologicas notas inurit sententia, judicialis appellatur, et ab episcopis fertur, 1546-1220 et seq. — Censura digna est propositio quæ inique aliam notaret, 1466-1157. — Reprehensione pariter digna est propositio quæ affirmat de fide esse, quod de fide non est. 1467-1157

Monitum ad Ecclesiæ pastores et confessarios circa eorum vitium ac detestandum peccatum, qui orthodoxas scholas, et theologos catholicos invidioso Baianismi ac Jansenianismi nomine traducunt, VI, 665 et seq. — Ea declarantur quæ ad explicanda Lutheri, Baii, Jansenii et Quesnellii systemata, et ad vindicandas ab omni nota catholicorum opiniones necessaria videntur. 677

Notarum quæ a conciliis, SS. Pontificibus et a theologicis facultatibus fuerunt usurpatæ, index alphabeticus : 1° abrogata ; 2° acerba ; 3° æquivoca ; 4° ambigua ; 5° amphibologica ; 6° antiquata : 7° apocrypha ; 8° arrogans ; 9° aspera ; 10° aversiva a fide, a suscipienda religione christiana ; 11° anxia ; 12° blasphema ; 13° captiosa ; 14° contumeliosa ; 15° damnata ; 16° decolorativa candoris Ecclesiæ ; 17° deducta ex censuralibus ; 18° denigrativa puritatis fidei ; 19° derogativa pietatis divinæ ; 20° detractiva ; 21° diversiva a suscepta religione christiana ; 22° dubia ; 23° erronea ; 24° eversiva regnorum ; 25° falsa ; 26° hæretica ; 27° idololatrica ; 28° illusoria jurisdictioni ecclesiasticæ ; 29° impia ; 30° improbabilis, 31° imprudens ; 32° infidelis ; 33° infideliter allegans verba sacræ Scripturæ ; 34° insana ; 35° injuriosa ; 36° irreverens : 37° magica ; 38° maledica ; 39° malesonans ; 40° minus probabilis ; 41° miscens sacra profanis ; 42° nova ; 43° obscura ; 44° offensiva piarum aurium ; 45° periculosa in fide ; 46° periculosa in moribus ; 47° perniciosa ; 48° præsumptuosa ; 49° prava ; 50° proxima hæresi ; 51° rebellis ; 52° restrictiva mentaliter ; 53° sapiens hæresim ; 54° satyrica ; 55° scandalosa ; 56° schismatica ; 57° scrupulosa ; 58° seditiosa ; 59° seductiva ; 60° simulativa sacramentorum ; 61° sortilega ; 62° stulta ; 63° subsannativa religionis christianæ ; 64° superstitiosa ; 65° suspecta de hæresi ; 66° suspensiva gravis resolutionis ; 67° temeraria ; 68° tentativa Dei ; 69° verbo Dei contraria. I, 1528-1206, 1207

Propositio blasphema ea est quæ convicium et irreverentiam contra Deum continet, fusius, ea est quæ contra Deum, aut sanctos, aut res sacras convicium continet illis debitas detrahendo perfectiones, vel affigendo nævos, aut ipsis desiderando aut imprecando malum aliquod vel carentiam alicujus boni, I, 1522-1201. — Propositio blasphema alia hæreticalis, alia simplex. 1522 et seq.-1202

Propositio captiosa est propositio quæ sub specie quadam veritatis aut pietatis in errorem inducit, 1529-1205. — Propositio damnabilis ea est, quæ prohiberi debet, abstrahendo a speciali censuræ nota qua affici potest. Tribus de causis dici potest damnabilis, 1528-1206. — Propositio erronea ea dicitur quæ conclusionem proprie theologicam directe et immediate impugnat, seu proxime opponitur veritati quæ non sit in se immediate revelata, sed ex uno fidei placito, et altero naturali certo et evidenter colligitur. IV, 620,

Propositio *erronea* in fide est illa quæ veritati solum mediate et consequenter tantum a Deo revelatæ evidenter et immediate opponitur, XIII, 1056-818. — De propositione erronea, I, 1471 et seq. 781 et seq.-1161 et seq. 613. — Propositio erronea opponitur directe et immediate conclusioni theologicæ, id est veritati mediate dumtaxat revelatæ, 1474-1163. — Solv. objectæ, 1474-1163. — Tres conditiones ad propositionem erroneam requiruntur. Prima, ut directe opponatur veritati mediate revelatæ, seu conclusioni theologicæ; secunda, ut propositio cui opponitur sit certe et indubitanter mediate revelata; tertia, ut huic certissime et indubitanter adversetur, 1484-1171. — Tribus modis constare potest propositionem directe adversari alteri mediate revelatæ: 1º evidentia; 2º concordi theologorum consensu; 3º Ecclesiæ definitione, 1485, 1486-1172. — Propositio erronea accedente Ecclesiæ definitione, non fit hæretica, 1486-1173. — Propositio potest esse simul hæretica et erronea, 1486-1173. — Eadem propositio sub diverso respectu potest esse simul fidei placitum et conclusio theologica, 1487-1173. — Propositio errori proxima est quæ opponitur veritati deductæ ex principio fidei mediante discursu intellectus per consequentiam non evidentem, sed tantum moraliter certam, XIII, 1056-818. — De propositionibus proximis errori, sapiente errorem, suspecta de errore, I, 1497-1182. — Quid erroneum. VI, 851

Propositio falsa a nonnullis dicitur illa quæ est objecto non dissentiens, sed dissentione fidei nociva. Aliter definitur: quæ identitatem, propinquitatem aut necessariam connexionem dicit cum propositione expresse damnata, quæcumque tandem sit censura qua inuritur dicta propositio, I, 1527-1205. — Quid falsum. VI, 851

Propositio hæretica est ea quæ doctrinam contradicit divinitus revelatam quam fide tenendam Ecclesia proponeret, IV, 618. — De propositione hæretica, I, 1420-1120. — Propositio hæretica ea est, quæ directe et immediate adversatur doctrinæ a Deo revelatæ et per Ecclesiam propositæ, 1421 et seq.-1121; XIII, 1056-818. — Propositio hæretica stricte et proprie sumpta est error fidei divinæ et catholicæ certo et indubitanter repugnans, pertinaciter assertus ab eo qui fidem Christi professus est, I, 1471-

Propositio fidei repugnans semper hæresis est juxta quosdam, juxta alios non semper, 748-751. 289-292. — Tres ad propositionem hæreticam requiruntur conditiones. Prima, ut directe ac immediate adversetur veritati revelatæ. Secunda, ut veritas cui opponitur ipsa sit in se directe ac immediate revelata. Tertia, ut eadem veritas fidelibus ab Ecclesia fide credenda proponatur, 1423, 1424, 1430-1122, 1123. 1131. Solv. objectiones, 1424-1123. — Doctrina quam fide tenendam Ecclesia non proponit, theologica quidem fide, non vere catholica, divinitus revelata credi potest, IV, 618. — Non omnis propositio vera, etiam in materia religionis, spectat ad fidem catholicam: non omnis falsa, etiam in materia religionis et morum, est hæretica, I, 1422-1122. — Variis modis propositio aliqua dici potest revelata: 1º implicite quoad se; 2º implicite quoad nos dumtaxat seu melius explicite quoad se, implicite quoad nos; 3º explicite tum quoad se tum quoad nos, 1429-1127. — Propositio in altera revelata contineri potest potissimum his tribus modis: 1º identice; 2º formaliter; 3º, virtualiter, seu causaliter et æquivalenter, 1453 et seq.-1152. — Propositiones universales et singulares revelatæ, 1447-1153. 1142-1146. — Contigere potest ut hæresis sit asserere aliquid esse de fide, aut contra hæreticum esse quod reipsa nec de fide est, nec hæreticum, 1466 et seq.-1157. — Propositio opposita alteri quæ non certo, sed probabiliter dumtaxat est revelata, non potest dici proprie in rigore hæretica, 1468 et seq.-1158. — Nota hæresis est species infima seu non habens sub se plures gradus specie diversos. 1470-1160.

Propositio illusoria ea est quæ potestatem et auctoritatem Ecclesiæ propriam infringit vel imminuit, in laicas personas sub artificiosis prætextibus eam transferens vel ipsis communem efficiens, 1522-1201. — Propositio impia ea est quæ pietatis opera deprimit, 1524 et seq.-1203. — Quid impium. VI, 853. — Propositio improbabilis est ea quæ nullo Scripturæ aut traditionis testimonio, aut nulla theologica ratione nititur. I, 1526-1205.

Propositio injuriosa seu contumeliosa, ea est quæ alicui vel personæ vel statui injuriam infert, 1526-1205. — Propositio malesonans est illa quæ habet quidem sensum fidei congruentem, sed peccat in abusu et inconcinnitate verborum, XIII, 1057-819. — Ad hanc reduci potest propositio piarum aurium offensiva, quæ ulterius significat aliquid indecens et indignum Deo ac sanctis, 1057-819; IV, 622; I, 787 et seq., 1498-620, 1183. — De utriusque notione et natura variæ sunt sententiæ, 1499 et seq.-1183.

De propositione hæresi proxima, 1480-1492. 1175-1177. — Haberi potest ea quæ in eo fere posita est malignitatis gradu, ut tanquam hæretica damnari mereatur, IV, 621. — Quid hæresim sapere aut hæresi proximum esse, VI, 853. — Propositio hæresim sapiens ea est quæ pravum sic prævalentem legerit sensum, ut gravis, non tamen certa subsit causa judicandi eam esse hæreticam, IV, 621; I, 1489, 1492 et seq., 785 et seq.,1175,1177. 617.

Propositio scandalosa ea est quæ dat occasionem ruinæ spiritualis, inclinando ad peccata, vel avertendo a virtutum exercitio, 1509-1191; XIII, 1057-819. — Alia est scandalosa per se, alia per accidens, IV, 622; I, 1510. — Propositiones possunt esse scandalosæ active et passive, 1510 et seq. 791, 792-1192, 624. — Quid scandalosum et piarum aurium offensivum, VI, 852. — Quædam non sunt scandalosa, licet ita videantur. 852.

Propositio schismatica ea est quæ viam scissioni unitatis ecclesiasticæ aperit, vel quæ aliquid docet contra Ecclesiæ unitatem servandam inter ejus membra, XIII, 1058-820; I, 1517-1198. — De propositione schismatica, 1512-1518-1194-1199. — Propositio seditiosa est ea quæ ab obedientia principibus civilibus debita retrahit, aut ad tumultus in republica excitandos conducit, 1519 et seq.-1199. — Nonnihil discriminis est inter rebellem et seditiosam propositionem, 1521-1200, 1201. — Quid seditiosum, VI, 853. — Propositio de hæresi suspecta ea est quæ ex sese utriusque sensus, catholici et heterodoxi, capax est, et de qua suspicio est eamdem esse hæreticam, I, 1497-1182; IV, 621, XIII, 1056-819. — Propositio *temeraria* est ea quæ circa fidei, aut morum, aut theologiæ doctrinam, aliquid sine sufficiente fundamento affirmat aut negat, contra communem sensum Patrum et doctorum, 1058-820; I, 1502-1185. — Alia est positive temeraria, alia privative, 1503-1186; IV, 622. — Omnis propositio hæretica aut erronea est temeraria, I, 1503, 1504-1187. — Omnis propositio temeraria non est hæretica aut erronea, 1504 et seq.-1187. — Difficillimum videtur dari posse propositionem cui sola competat nota temeritatis, 1506-1189. — Quælibet propositio temeraria semper in se vitiosa est ac falsa, 1506-1189. — Propositio temeraria mere privative et ratione subjecti potest quandoque esse vera. Positive et in se seu ratione objecti temeraria nunquam potest evadere vera, 1507-1190. — Positive temeraria quandoque potest esse vera ratione dicti, seu præcise spectando id quod enuntiat; non autem ratione dicti simul et modi, 1507 et seq.-1190. — Propositio temeraria duobus modis usurpari solet, communiter et proprie, 789 et seq.-622. — Quid temerarium. VI, 850.

Propositio verbo Dei contraria est quæ opponitur veritati revelatæ quidem, sed nondum ut tali supremo Ecclesiæ judicio definitæ. I, 1526-1205.

Des qualifications de l'erreur et des propositions, XXVI, 1501-1505

Propositiones respective, ut sonat, et in globo damnare potest Ecclesia, IV, 629. — Decretis Ecclesiæ, quibus damnantur propositiones in globo, debetur internum etiam et absolutum obsequium. 628 et seq.

De propositionibus ab Ecclesia damnatis. Decreta nonnulla ad disciplinam pertinentia recensentur, VI, 651. — Referuntur propositiones anno 411 et item anno 416 damnatæ, 653. — Refertur propositio abbatis Joachim de unione divinæ Trinitatis in natura, in concilio Lateranensi IV, anno 1215 damnata, 654. — Referuntur propositiones anno 1276 a Joanne XXII contra doctrinas D. Joan. de Poliaco doctoris Parisiensis, damnatæ in extravaganti: *Cum inter nonnullos*; se etiam alia propositio ab eodem damnata in concilio Lugdunensi, 654. — Recensentur propositiones damnatæ anno 1311, in concilio generali Viennensi sub Clemente V, et sunt errores mulierculorum quarumdam, quæ Beguinæ vocabantur, et in illusionibus vitæ spiritualis miserrime jacebant. Referuntur deinde aliæ propositiones in eodem concilio damnatæ. 655

Refertur propositio circa occisionem tyrannorum, damnata anno 1418, in concilio Constantiensi œcumenico sub Joanne XXIV, tempore schismatis ante creationem Martini V, qui hujus propositionis damnationem approbavit, 655. — Referuntur propositiones damnatæ anno 1418, sub Joanne XXIV, ante creationem Martini V, in concilio Constantiensi, sessione 15, contra Joannem Wicleffum, 656. — Recensentur propositiones Joannis Hus, damnatæ veluti errores contra fidem eodem anno. Recensentur propositiones damnatæ in concilio Basileensi sub Eugenio IV, antequam concilium esset acephalum anno 1435, decerptæ a libro Augustini Romani archiepiscopi Nazareni, 661. — Nonnullæ propositiones magistri Oxoniensis damnatæ in congregatione Complutensi; quarum damnationem Sixtus IV, anno 1489, confirmavit, 661. — Duæ propositiones circa hominis animam rationalem, quas Leo X, in concilio Lateranensi, sess. 8, anno 1513, damnavit, 662. — Propositiones XLI

rationis secundum ductum Scripturæ, 1025-808. — Reformati non stant promissis de interpretatione Scripturæ per Scripturam. — Declaratio sententiæ lutheranorum, 1026-809. — Quæ sit difficultas cum lutheranis, de interpretatione S. Scripturæ, et consequentiis, 1027-810. — Quas probationes admittant controversiæ terminis negativis propositæ, 1028-810. — Quas probationes promiserint protestantes pro suis articulis negativis, 1029-811. — Ulterior declaratio ex sententiis protestantium. 1033-816

De principio catholico : verbum Dei ab Ecclesia propositum. — De verbo Dei. — De verbo Dei scripto, 1029-811. — De consequentiis ex Scriptura deductis. — De verbo Dei non scripto. — De Ecclesia quæ proponit verbum Dei, 1031-813. — Fideles ante et post concil. Trident. habuere eamdem fidem, 1032-813. — De propositione Ecclesiæ, 1033-814. — De articulis morum, ab Ecclesia catholica propositis. 1034-815

De distinctione articulorum necessariorum. — Quinam articuli sunt omnibus et singulis necessarii, 1037-817, 818. — Quot sint præcepta fidei. — De assensu catholico et resolutione fidei, 1039-819. — De iis quæ requiruntur ad probandum articulum fidei. — De fide implicita, 1041-821.

De principio communi : doctrina christiana primorum sæculorum, quæ in libris SS. Patrum et antiquorum conciliorum reperitur, est incorrupta, saltem quoad articulos saluti necessarios. — Sententiæ partium, 1043-822. — De consensu SS. Patrum in explicatione Scripturæ. — In rebus fidei et morum, 1044-823, 824. — Conclusio, 1046-824.

**Methodus Augustiniana tribus absolvitur partibus : 1º** proponit et supponit principia probationum; 2º defendit; 3º probat. — Principia probandi fidem vel sunt protestantium, vel catholicorum, vel utrique parti communia, 1045 et seq.-825. — Defensiva methodus absolvitur quatuor observationibus. — 1º Status quæstionis utrinque proponendus terminis professionis fidei catechismi, aut libri publice recepti, 1147-825. — 2º Protestantibus in omni controversia, sive affirment, sive negent, saltem primo loco incumbit onus probandi : incipiendo a probatione suæ fidei, deinde pergendo ad improbationem catholicæ, 1048-826. — 3º Prior protestantium probatio debet esse per terminos expressos, æquivalentes, S. Scripturæ, sine additione, detractione, aut mutatione, 1049-827. — 4º Posterior protestantium probatio debet esse per interpretationem, explicationem, glosam vel consequentiam sufficientem ad articulum fidei. Primo, protestantes nulla auctoritate formant suam interpretationem vel consequentiam, 1052-829. — Secundo, protestantium interpretatio seu consequentia non legitur in Scriptura. — Tertio, Scriptura non judicat de bonitate hujus interpretationis vel consequentiæ, 1053-830. — Quarto, protestantes possunt errare in formanda interpretatione vel consequentia. — Quinto, nullus SS. Patrum vidit particularem protestantium interpretationem vel consequentiam. — Sexto, altera præmissarum est solius rationis, 1054-831. — Septimo, Scriptura non judicat hanc conclusionem esse fidei, quæ deducta est ex antecedente, cujus altera propositio est solius rationis. — Octavo, syllogismus peccat vel in materia, vel in forma, 1055-831, 832. — Nono, non est formaliter revelata hæc particularis conclusio. 1056-832

Protestantes fateri coguntur se Ecclesiam catholicam deseruisse propter dogmata ad fidem non necessaria. 1051, 1052-829

Probativa methodus tribus observationibus perficitur : 1º Status quæstionis est tenendus. — 2º Catholicus est secundo loco probare, incipiendo a probatione fidei catholicæ, deinde pergendo ad improbationem doctrinæ contrariæ. — 3º Omnis catholica probatio debet esse per terminos expressos, seu æquivalentes, sine additione, detractione, aut mutatione. — Probatio prima desumitur ex conciliis generalibus, aut praxi universalis Ecclesiæ, 1057-833. — Probatio secunda desumitur ex S. Scriptura. — Probatio tertia, ex SS. Patribus S. Scripturam explicantibus, 1058-834. — Probatio quarta, ex SS. Patribus Scripturam non explicantibus. — Generales notationes circa usum SS. Patrum, 1059 et seq.-835. — Conclusio. 1061-836

De articulis necessariis in genere, I, 1061-837. — Agendum de necessariis ex necessitate præcepti. — Protestantes non possunt, ne invocato quidem Spiritu sancto, determinare articulos necessarios ex sola Scriptura, 1063-837, 838. — Absurde determinant quorum respectu necessaria in S. Bibliis sint clara, 1064-839. — Fundamenta protestantium. 1º Tollunt disciplinam ecclesiasticam. — 2º Absolvunt omnes schismaticos, 1066-840. — 3º Præcipui protestantium vergunt ad libertatem credendi, 1067-841. — 4º Nullus est modus terminandi schismata protestantium, 1069-842. — 5º Per eorum principia non potest veniri ad veram Ecclesiam, 1070-843. — 6º Universæ Ecclesiæ iis utentes principiis, sunt veræ, 1071-844. — 7º Juxta praxim protestantium, universæ Ecclesiæ, ea utentes, sunt falsæ, 1072-845. — Condemnationes mutuæ mutuos errores arguunt, 1073, 1074-846. — 8º Romana Ecclesia est vera, juxta prima protestantium fundamenta, 1074-847. — 9º Juxta eorum praxim, Ecclesia Romana est vera, 1075-848. — 10º Romana Ecclesia est vera, juxta protestantium doctrinam de articulis necessariis, 1077-849. — 11º Romana Ecclesia est vera ex comparatione errorum. 1079-850

De necessitate verbi Dei non scripti et Ecclesiæ testimonii, ad cognoscendos articulos necessarios. — Ecclesia catholica proponit omnia necessaria, 1080-851, 852. — Comparatio notitiæ catholicorum et protestantium circa articulos necessarios. Catechismus catholicis proponit omnia necessaria, 1081-852, 853. — Non omnes qui consentiunt in verbis symboli, conveniunt in sensu symboli, 1082-854. — De erroribus privantibus salute, juxta S. Scripturam, 10 5-854. — De erroribus privantibus salute, ex antiquitate, 1086-856. — De erroribus privantibus salute, ex doctrina reformatorum, 1090-860. — Resumptio 1091-861

De instrumentis probandæ fidei, seu discussio Bibliorum vulgatorum. Explicatio vocum, I, 1093-861. — Modus defensivus. Observationes generales, 1093-861. — De statu quæstionis. Catholici est priore loco defendere, 1095-863. — Protestantes nullum ex Scriptura vel antiquitate afferunt fundamentum mutationis, terminis expressis, 1096-864. — Nullam afferunt pro sua mutatione ex S. scripturibus vel antiquitate consequentiam sufficientem ad dogma fidei. — Communi populo persuadere non possunt rationabiliter versionem suam esse magis conformem originali textui, quam nostram, 1097-864, 865. — Occurritur effugio protestantium. 1098-865

Modus probativus et offensivus. Observationes generales, ut probetur versio vulgata catholicorum, 1099-866. — De statu quæstionis — Probatio editionis vulgatæ catholicæ quoad totum et partes, ex principio catholico probatio editionis vulgatæ, in locis controversis, per Scripturam ex principio communi, 1100-867. — De modo offensivo, 1101-868. — Praxis modi offensivi. — An protestantium Biblia sint magis conformia originali quam sint nostra. 1102-869

— Ratio ordinis servandi. — De mutationibus temerariis S. Scripturæ calvinianorum Germaniæ. — An sola fides justificet, 1103-869. — De sacerdotio Novi Testamenti, 1104-871. — De presbyteris Novi Testamenti, 1105-871. — De ignoranti mutatione lutheranorum Bibliis inserta. — An sola fides justificet? 1106-872. — An justificatio tollat peccata. An epistola S. Jacobi sit canonica, 1107-873. — De erroribus Hollandorum Bibliis insertis. An sanguis Domini sit in calice? 1108-874. — An in Eucharistia maneat substantia panis? 1109-875. — An traditiones sint utiles? 1110-876.

De falsificationibus Bibliorum Gallo-calvinistarum. An sola fides justificet? 1111-876. — An sit vetitum facere imagines, ut serviatur Deo? 1112-877. — An quis possit excidere a fide? 1113-878

Destruuntur omnia protestantium Biblia vulgaris versionis, simul et separatim sumpta, 1113-877. — De insufficientia Bibliorum protestantium, 1114-879. — Protestantes non possunt provocare ad textum græcum, tanquam authenticum, 1115-879. — Nec ad textum hebræum, 1117-881. — Communis consideratio ex præcedentibus. Populus nescit cui Scripturæ sit credendum. 1119-883

De perpetua probatione fidei per testes, I, 1121, 1134-883, 910. *Vid.* Fides. — Homines investiri non possunt, quibus sit credendum, 1133-894. — Primo quærenda est veritas apud Romanos catholicos, 1134-895. — Comparatio concilii Tridentini et synodorum protestantium, 1141-900. — Frustra culpantur catholici, quod fidant Ecclesiæ testimonio, 1144-903. — Apud protestantes non Scripturæ, sed illis qui eam proferunt, creditur. Qui S. Scripturam admittit, secure adhæret testimonio Ecclesiæ, 1146-904. — Necessario admittenda est auctoritas docentis infallibilis 1148-906. — Adhortatio ex præcedentibus. 1150 et seq.-907

De testimoniis seu traditionibus non scriptis. Explicatio vocum, I, 1153-911. Status quæstionis, 1155-912. — Doctrina catholica de traditionibus non est justa causa schismatis. 1158-914

Probationes protestantium, 1º ex Scriptura, 1157-915 — Ex SS. Patribus. 1160-916

Probationes catholicorum, 1161-917. *Vid.* Traditio

De præscriptionibus catholicis adversus protestantes, 1169-925. *Vid.* Præscriptio.

Resolvitur quæstio pro catholicis adversus protestantes, 1183-933. — Urgetur resoluta quæstio adversus protes-

tantes, 1185-935 — Quid incumbat protestantibus præscriptionem catholicam impugnatoris, 1187-937. — Ulterior declaratio præscriptionis catholicæ, ex prioritate possessionis, 1188-938 — Ex ratione posterioritatis, 1189-939. — Conclusio, 1190-940.

Protestantes schismatis convincuntur, nec ullam possunt præscindendæ unitatis causam obtendere, IV, 599 et seq. — Unitate carent, V, 945 et seq. — Lutherus a Luthero, Calvinus a Calvino dissentit, IV, 418. — Nulla est protestantium societas quæ in ea, quam semel assumpsit, doctrina permansit, VI, 1184. — Sanctitate carent, V, 947. Argumentum primum. Ex assertionibus ad probandam Ecclesiæ Romanæ sanctitatem adductis, IV, 405. — Argumentum secundum. Ex indole ac moribus auctorum prætensæ reformationis, 406. — Argumentum tertium. Ex protestantium dogmatibus ac disciplina, 409. — Protestantibus *quidlibet audendi semper fuit æqua potestas*, VI, 1263. — Docent in omnibus suis operibus hominem peccare; inutilia esse opera bona, III, 791. — Perversa sua doctrina, portam ad omnem peccandi licentiam aperiunt, 794 et seq., 882 et seq., 894 et seq. — Lutheri, Zwinglii, etc., mores corrupti et doctrina libidinosa, 791, 898. — Probabile est Calvinum sodomiæ fuisse convictum, 889 et seq. — Vitia protestantium religioni quam profitentur imputanda, 801. — Argumentum quartum. — Ex miraculorum defectu et fructibus prætensæ reformationis, IV, 412. — Singulare Calvini miraculum, 413; III, 805. — Frustra Lutherus miraculum operari tentat, 804. — Catholicitate caret societas protestantium, IV, 414; V, 948. — Nulla secta catholica dici potest, III, 809. — Apostolicitate caret, V, 949; IV, 416. — Protestantium Ecclesiæ non sunt apostolicæ, nec episcoporum successione, nec doctrina, IV, 417, 418, I, 1186-936. —; III, 910, 911. — Quomodo doctrinæ apostolicitas probatur, I, 1187-937. — Solv. obj. — Missionis necessitas, IV, 419 et seq. — Obj. secunda. Ex reformationis propagatione, 423, 425. — De martyribus protestantium, 424. — Consectaria, 426

Instituitur comparatio inter Ecclesiam Romanam et protestantium Ecclesias, III, 790, 898. — Protestantium appropinquatio ad Ecclesiam catholico-romanam; ubi demonstratur, quam facillime conciliari possent adversantium placita ex sobria et pacifica discussione eorum dogmatum, de quibus tam acriter controvertitur, V, 925, 1066. *Vid.* Concordia.

De Maistre à une dame protestante, sur la maxime qu'un honnête homme ne change jamais de religion, V, 1187. — A une dame russe, sur la nature et les effets du schisme, et sur l'unité catholique, 1193 et suiv.

Reformationis causa fuit in Germania utilitas, in Anglia cupido, in Gallia novitas, II, 907

Providentia, secundum etymologiam, idem est ac prævidentia, seu antecedens rerum futurarum cognitio, vel procul videntia, quia per providentiam Deus a longe suis prospicit creaturis, VII, 549. — Dei providentia sub duplici respectu considerari potest, ut est in mente divina, et ut est in creaturis. Priori sensu, providentia est infinita et efficax mentis divinæ cogitatio omnia tempora, omnia entia, omnes eventus complectens, II, 306. — Posteriori sensu, est ipse universalis ordo rerum, seu ipsa natura, 306. — Priori sensu hic accipitur: tres habet partes: creationem, conservationem et gubernationem. — Creatio duplex est: prima est effectio rerum; secunda, materiæ primas induxit formas, 306. — Conservatio est perpetua creatio, seu operatio æquivalens perpetuæ creationi, 307. — Hic disputatio instituitur de tertia parte divinæ providentiæ, seu de administratione rerum. — Divina rerum administratio in tria generalia systemata distinguitur: unum pure spiritale, quod componitur ex spiritibus ab omni corporea mole segregatis, 308. — Aliud prorsus corporale, quod componitur ex variis corporibus; cujus natura gubernatrix est vis motrix certis legibus definita, 308, 309. — Tertium mixtum, seu corporeo-spirituale, quod illa entia complectitur, in quibus est animi et corporis conjunctio, 309. — Hæc Dei in homines providentia duabus partibus constat, una quæ naturalis, alia quæ supernaturalis dicitur, 309

Providentia in ordine naturali definitur: Ordinatio rerum ad debitum finem, per media apta ad illum finem assequendum, VII, 549. — Providentia supernaturalis est ordinatio creaturarum rationalium ad finem supernaturalem per media supernaturalia, 556. *Vid.* Prædestinatio et Reprobatio.

Est in Deo providentia perfectissima, et hæc ad omnia singularia, etiam vilissima, extenditur, et omnia per se regit et moderatur, 549 et seq.; II, 310 et seq. — Deo nihil præstantius, ait Cicero; ab eo igitur necesse est mundum regi, 312. — Solv. obj., 313; VII, 552 — Deus omnibus a se creatis rebus providet, eas perpetuo conservat, et sapientissime semper gubernat, VI, 967. — Providentia vindicatur, 90 — Providentiæ argumenta, 92. — Vis omnis religionis, ait Tullius, Dei providentia innixa fundatur, quam si sustuleris, omnis religio collabitur. II, 1072

Providentia videtur esse actus intellectus et voluntatis. Sex numerantur actus speciales ad divinam providentiam requisiti, VII, 554, 555. — Providentia non est æqualis respectu omnium. Actione sua nullam rebus imponit necessitatem. Non semper assequitur finem rerum specialem ad quem ordinat media. Semper assequitur finem communem, qui est manifestatio bonitatis, aut justitiæ, aut aliorum attributorum divinorum, 555. — Divinæ providentiæ attributa sunt sapientia, sanctitas, etc., II, 315

Objectiones contra providentiæ attributa, 322. — Systema divinæ providentiæ plane incomprehensibile est, 323. — Hæc incomprehensibilitas destruit omnes atheorum objectiones, 327, 329, *in nota*. — Secunda objectio, ex malo defectus. Non debuit Deus creare res perfectiores sine imperfectione, 330. — Nec omnes creaturas æqualiter perfectas, 331. — Tertia objectio, ex malo physico. 1° In omni universitate rerum nulla est pars inutilis, 333. — 2° Corruptiones rerum sequuntur ex naturali conditione hujus mundi, 334. — 3° Mors in se spectata malum non est, sed imperfectio ex materia et motu oriens. — 4° In fame, siti, labore elucet benigna Dei providentia, 335. — 5° Elucet etiam in dolore et ingratis sensationibus, quæ a primæva hominum conditione aberant, 336. — 6° Elucet in propagatione generis humani et in ætatibus variis vitæ, 338. — 7° Ignorantia rerum maximi momenti ad vitam bene instituendam et error, labes sunt et pœna peccati, 339 — 8° Naturæ nostræ depravatio est, non primæva ejus conditio, quod passiones nos perturbent et ad illicita rapiant 341

Objectio quarta, ex malo morali, 342. — Mala moralia sunt proprie mala defectus, 343. — Sublata libertate pejor futura fuisset mundi conditio respectu Dei, et respectu creaturæ, 344. — Non tenebatur Deus impedire mala moralia, vel tollendo libertatem, 344. — Vel interponendo omnipotentiam suam, 345. — Vel mutando præsentem humani generis statum, 346. — Deus potuit et noluit mala moralia tollere, 347 et seq. — Divinæ providentiæ non repugnant mala quæ sunt in mundo. Peccata Deus non efficit, sed permittit, ut ex eis bona eliciat. VI, 93

Objectio quinta, ex inæquali distributione præmiorum et pœnarum, 350. — Etiam in præsenti vita melior est sors justorum, II, 351, *in nota*. — Divinæ providentiæ non repugnant prosperitates impiorum et adversæ res justorum, VI, 94. — Peculiari quadam ac præcipua providentia Deus suos regit electos. 97

De motivo, finibus, perfectione et methodo Dei providentiæ, II, 352. — Nec gloriæ appetitio, nec bonitas creaturarum, nec inclinatio benevolentiæ erga creaturas Deum impulit ad agendum ad extra; sed divina voluntas libere se determinavit, 353 et seq. — Divinarum ad extra operationum finis est vel gloria Dei, vel bonitas divina creaturis communicanda; vel divinorum attributorum exercitatio; vel Dei perfectionum in creaturis expressio, 356; VII, 1368

An providentiæ divinæ systema dici possit perfectissimum, 1223 et seq.; II, 356 et seq. — Systema Leibnitzii, 358, 361 — Systema Mallebranchii, *ibid*. — Mundus est perfectissimus ratione finis quem Deus sibi proposuit, et ratione mediorum ad hunc finem, 358. — Necessitate morali tenetur Deus ad prosequendum finem optimum, nempe gloriam suam, sed non tenetur ad infinitam attributorum suorum manifestationem, 359. — Deus est liber circa optimum absolutum creandum, 362. — Ad optimum relativum tenetur, 363. — *Vid.* Optimum.

Quæstionem hanc ad fidem pertinere, revera Cyprianus cum suis collegis putavit, 1425 et seq. — Certe non putabat S. doctor quæstionem hanc ad fidem formaliter pertinere, 1425. — Objectio, 1427. — S. pontifex Stephanus sanctum Cyprianum eique conjunctos episcopos non revera excommunicavit, 1430. — Probabilius est Cyprianum, Firmilianum et alios Africæ et Orientis episcopos in falsa opinione perstitisse, 1433 et seq. — Objectio, 1435. — S. Stephanus agens adversus rebaptizantes in errorem oppositum lapsus non est, nec omnium promiscue hæreticorum baptisma approbavit, 1437. — Probabilius est Firmilianum, Cyprianum, eisque consociatos episcopos, Stephano resistendo peccavisse. 1438

Communiter docent theologi, post S. Augustinum, aliquid, ut probabilius, a Firmiliano et Cypriano peccatum esse, 1428, 1429. — Excusandus est S. Cyprianus cum suis, quia proprie dicta dogmatica definitio non prodierat, III, 1080 et seq.; IV, 330 et seq ; 527. — De facto S. Cypriani. 342 et seq.

An et quatenus S. Cyprianus cum suis valeat excusari? XX, 1459

Rebaptizantibus merito S. Stephanus contrariam opposuit consuetudinem, tanquam regulam quam sequi constanter oporteat, IV, 526 et seq. — Explicantur verba quibus in errorem rebaptizantium S. Augustinus impegisse videretur, III, 1072. — Explicantur etiam verba Firmiliani et S. Basilii. 1077

Habitum fuit aliquod plenarium concilium, in quo limata et solidata veritas est, post obitum S. Cypriani et ante natum S. Augustinum, 1440. — Quando et ubinam gentium celebratum sit, non constat. 1440

Celebrato, quod S. Augustinus tam sæpe laudat, plenario concilio, non statim ubique gentium Ecclesiæ pax reddita fuit, 1440. — An baptisma ab hæreticis nostri temporis collatum iterari possit sub conditione, XXI, 531. — Quæ sint pœnæ rebaptizantium. 531; VI, 1016

Receptans, receptator, receptor, gallice recéleur, ille est qui recursum, refugium, receptaculum et patrocinium præstat malefactori, quatenus malefactor est Semper ad restitutionem obligatur quando causa sunt cur damnum inferatur vel illatum non resarciatur, XIV, 933-757; XV, 752, 915, 1148. — Nonnunquam maleficis potest præstari recursus, 1148 — Plerumque non excusantur a restitutione caupones qui recipiunt filiosfamilias a quibus potu vel lusu consumitur pecunia paterna. 1149

Rechabitæ, Judæorum secta. Unde nomen suum sortiti sunt. XXVI, 137

Recidivi dicuntur qui post absolutionem vel semel relabuntur, ex quocumque capite relapsus proveniat, XXII, 1222, 1223. — Recidivi in eadem peccata venialia, non tantum semel, sed etiam bis vel ter singulis hebdomadis possunt absolvi, 914. — Neganda est absolutio his qui sine ulla emendatione confitentur venialia ex plena advertentia commissa, 915. — Ea de re brevis regula, 915 916. — Recidivi sunt qui post confessionem eodem vel quasi eodem modo sunt relapsi sine emendatione. Isti, ut communiter docetur, non sunt absolvendi, si sola signa ordinaria afferant, 1033 et seq. — Commune est apud doctores nullo modo expedire absolutionem differre, quando dilatio magis obfutura quam profutura censetur, 1036 *in nota*. — Plura signa dispositionis actualis pœnitentium recensentur, 1038. — Ordinandus habituatus? non sufficit quod sit dispositus ad sacramentum pœnitentiæ, sed oportet quod etiam dispositus sit ad recipiendum sacramentum ordinis, 1041. — De recidivis absolvendis tres sententiæ : communis sententia docet quod peccator recidivus rediens cum eodem habitu pravo non potest absolvi, nisi afferat extraordinaria signa suæ dispositionis, 1033 *in nota*. — Varii casus practici circa absolutionem recidivorum resolvuntur, 1231. — *Vid.* Consuetudinarius.

Recitative, seu materialiter dicuntur aliqua verba, quando proferens nihil intendit affirmare per illa, sed solum historice referre quid alius dixerit, XXIII, 429. — Enuntiative vero dicuntur quando intendis affirmare quod verba sonant, quod etiam dicitur significative, seu formaliter ea proferre. 430

Reconciliatio peccatoris, seu ratio qua peccator se cum Deo conciliet omnibus humanis investigationibus est adeo occulta, ut sine divina revelatione sciri non possit, II, 1009, 1018. — De la réconciliation des hérétiques, XVI, 208 et seq.

Recursus. *Vid.* Receptans.

Redemptio proprie definiri potest impendium a redimente exhibitum, quo accepto liberator redemptum ab incommodo alias ipsi infligendo eximit, IX, 867-686. — Christus vere ac proprie pro peccatis nostris divinæ justitiæ satisfecit, et nos deleto delictorum chirographo Deo reconciliavit, VI, 983. — Redemptio generis humani per filium Dei incarnatum est naturali rerum ordini valde analoga, II, 595. — In reparatione generis humani Deus summam erga homines misericordiam et charitatem demonstravit, III, 304. — *Vid.* Christus.

Reformatio prætensa in singulis doctrinæ suæ punctis erroris convincitur. Francisci Veronii methodus compendiarius sive brevis et perfacilis modus quo quilibet catholicus etiam scholis theologicis non exercitatus, potest solis bibliis sive genevensia illa sint, sive alia, et confessione fidei religionis prætensæ ministrum evidenter mutum reddere et religionario cuicumque quod in omnibus et singulis prætensæ reformationis suæ punctis errare teneatur demonstrare, V, 1065-1138. — Quomodo religionario demonstrari debeat, quod nullum purum verbum Scripturæ sanctæ habeat, quo articulus aliquis reformationis suæ prætensæ justificetur, 1065 et seq. — Scriptura non dicit quod ipsa sola sit *regula omnis veritatis*, 1067. — Hæc propositio : *Nihil credendum nisi quod in Scriptura habetur*, non continetur in puro verbo Dei, 1069, 1070. — Quomodo invalidandæ sint interpretationes quas afferunt religionarii in Scripturæ textibus, 1073. — Quomodo religionarius sit abducendus a consequentiis quas ex puro verbo scripto deducere conatur, 1075. — Quidquid sequitur per consequentiam evidentem et necessariam ex meis paginis, est fidei articulus; nullus est talis textus in Scriptura, 1079. — Articuli confessionis fidei ecclesiarum prætensarum reformatarum, collati cum puro verbo Scripturæ, ubi evidenter ostenditur loca bibliorum etiam Genevensium, citata in margine dictorum articulorum, nihil eorum continere quæ dicti articuli docent contra doctrinam catholicam 1087. — 1° de Scriptura sacra, 1089. — 2° de Ecclesia et hierarchia, 1092. — 3° de purgatorio, de confessione, de peregrinationibus et indulgentiis, etc., 1093. — 4° de sancta Cœna, 1095. — 5° de cælibatu et ciborum prohibitione, etc., 1101. — 6° de intercessione Sanctorum, 1102. — 7° de fide et bonis operibus, 1104. — 8° de traditionibus, 1105. — Consilium imprimis notandum, modum docens agendi cum religionariis, 1109. — Loca bibliorum genevensium contraria et opposita confessioni fidei religionis prætensæ. 1115

Biblia falsificata per ministros in sua Genevensi traductione, in omnibus præcipuis articulis fidei, qui magis atque magis in nundinis sibi succedentibus controvertuntur, 1117. — 1° Textus falsificati concernentes sanctorum intercessionem, 1119. — 2° Textus falsificati concernentes sacramenta, et primo sacramentum Ordinis, 1120. — 3° Textus corrupti de Eucharistia tractantes, 1121. — 4° Textus falsificatus tractans de Confessione, 1122. — 5° Textus falsificati de Matrimonio, 1123. — 6° Textus depravati concernentes Extremam Unctionem, 1124. — 7° Textus corrupti tractantes de libero arbitrio, 1124. — 8° Textus corrupti concernentes fidem et opera, 1125. — 9° Textus falsificati quantum ad Purgatorium, 1125. — 10° Textus depravati ad tollendas traditiones, 1127. — 11° Confessio ministrorum de falsificatis a se sanctis bibliis, 1127. — Conclusio disputationis hujus summam complectens, 1135. — *Vid.* Protestantes.

Regimen triplex, seu tria sunt rerum publicarum et gubernationum genera : monarchia, aristocratia et democratia. Regiminis ratio in monarchia sita est penes singularem personam, in aristocratia penes solos optimates, in democratia penes totam pro indiviso communitatem, IV, 828. — In omni regimine populari hæc quatuor inesse debent : 1° magistratus ab ipsa plebe constituuntur, cui acceptam referunt suam omnem auctoritatem; 2° a sententia magistratuum gravioribus in causis appellatur ad judicium populi; 3° leges quibus respublica gubernanda est, proponuntur quidem a magistratu, sed a populo probantur et temperantur; 4° accusari solent magistratus apud populum, dignitatibus privari et debitis ad nutum populi mulctari pœnis, 828. — In ecclesiastico regimine, quatuor illorum nihil populo christiano convenit, 829. — De forma

regiminis ecclesiastici a Christo constituta, XXVII, 541, 637. — *Vid.* ECCLESIA. — Sponsi matrimonium ineuntes, constitui possunt quoad bona vel sub regimine communitatis, vel sub regimine communitatis exclusivo, vel sub regimine dotali, XV, 833. — Regimen communitatis, illud est quo fit inter conjuges quædam bonorum societas : dicitur regimen communitatis legalis vel conventionalis, prout illa bonorum societas jure communi regitur vel modificatur stipulationibus conjugum. Sub utroque illo regimine bona sunt vel communia vel propria, 833, 834.— Regimen communitatis exclusivum locum habet, quando conjuges matrimonium ineunt sine communitate vel cum separatione bonorum, 834. — Regimen dotale nomen suum accipit a constitutione dotis. Ad hoc regimen requiritur expressa dotis declaratio (Art. 1392 Cod. civ.). 834, 833

REGULA moralium opinionum pro confessariis, XI, 1283, 1332. — Hæc regula debet esse tuta, 1285. — Certa. Universalis, 1286. — Ad praxim reducibilis, 1287. — Ita se habet : Hæc sententia amplectenda est quam ratio suadet ac firmat auctoritas. Benedictus XIV, 1288. — Quæ regula non differt ab opinione probabili, 1324. — Quo sensu intelligenda. 1331

REGULARES sunt qui, solemnibus emissis votis, regulare institutum amplexi sunt, V, 1278 et seq. —Regulares omnes, quatenus clerici sunt, habent ea quæ sunt clericis communia; quatenus vero sunt regulares, habent ea quæ sunt regularium propria. Eorum quædam peculiaria et propria cujusvis ordinis, quædam communia universis, 1283. Professio regulæ, vel tacita, vel expressa, facit aliquem regularem, 1284. — Ut professio vim habeat, fieri debet post sextum decimum annum, etc. 1284 et seq.

RELATIO definiri potest : Respectus unius rei ad aliam. Duplex est improprie et proprie dicta, VIII, 14. — Prior existit inter duos homines ejusdem formæ aut staturæ, vel inter diem et noctem ; posterior, inter Patrem et Filium, inter Dominum et servum, 15. — Entia sic inter se connexa, correlata dicuntur, et sibi invicem opposita, 15. — In omni relatione tria sunt sedulo distinguenda, subjectum, terminus et fundamentum. Subjectum est res quæ refertur ad aliam : terminus est alia illa res ad quam subjectum refertur ; fundamentum est ratio propter quam subjectum refertur ad terminum. Itaque in relatione quæ exisit inter causam et effectum, subjectum est effectus, terminus est causa, fundamentum est effectus productio per causam, 15. — Pro vario fundamenti genere relatio vocatur accidentalis vel essentialis, intrinseca vel extrinseca, transiens vel immanens, 15. — Relationes reales aliæ sunt tantum secundum esse in, id est, solum quatenus personis insunt; aliæ etiam secundum esse *ad*, id est, quatenus etiam alias respiciunt. 568, 574

RELAXATIO est legis humanæ dispensatio. Sed dispensatio latius patet, XII, 1286 et seq.-1016. — Relaxatio statuti revera est dispensatio ; et relaxatio juris communis dici potest indultum, 1286-1016. — Indulgentia ecclesiastica est relaxatio alicujus vinculi et reatus, 1287-1016, 1017. — Absolutio a censura est relaxatio vinculi per legem humanam introducti et impositi, 1287-1017. — Relaxationis nomine intelligitur actus ille quo superior relaxat subdito legis obligationem et effectum. Perinde est dicere dispensationem esse relaxationem ac dicere esse actum quo lex relaxatur. — Relaxatio dividitur in activam et passivam : activa est ipsa dispensatio ; passiva vero est dispensationis effectus. — Activa relaxatio nihil aliud est quam actus quo vinculum legis solvitur. 1290-1019

RELIGIO tripliciter sumitur : 1° pro virtute qua Deus ut supremus omnium Dominus colitur ; 2° pro quadam formula cultus divini omnibus communi, qualis nunc est religio christiana, et fuit olim judaica ; 3° pro quadam speciali formula cultus divini per quam homo ex libera sua electione totaliter mancipatur divino obsequio ; continet omnia ad quæ obligat religio christiana, et alia superaddit quæ maxime ad perfectionem conducunt. Unde dicitur antonomastice religio, et ejus professores religiosi vocabantur ab apostolis, XVI, 1280. — Religio in sensu generaliori est societas Deum inter et hominem, quorum mutuas complectitur relationes, ac proinde Dei jura et hominis officia. — Definiri potest : Legislatio divina societatis inter Deum et hominem, sua eorum relationes constitutione exprimens, suis legibus jura determinans et officia, II, 9, in nota. — Definitur etiam religio : Virtus moralis, per quam homines exhibent cultum et honorem Deo tanquam omnium creatori et supremo Domino debitum, XIV, 13-11. — Inter virtutes morales religio est præstantissima. — Virtus religionis directe et immediate respicit aliquid creatum tanquam objectum formale *quod*, nempe cultum quem offert Deo, 13-12. — Virtutis religionis duo sunt actus : primus ex parte voluntatis vocatur devotio ; secundus ex parte intellectus est oratio. 14-13

De religionis, seu agnitionis existentiæ et providentiæ Dei, utilitate et necessitate, II, 16.—Interest hominis esse Deum, 17. — Agnitio numinis societatis naturalis vinculum necessarium est, 20. — Agnitio numinis status civilis præcipuum fundamentum est, 43. — Religio falsa utilis est quia non omnino falsa, 17, 41. — Religio vera nunquam malorum causa fuit, sed religionis abusus, 26. — *Vid.* DEUS. — Religio vera complectitur omnem cultum, quem Deus nobis præscribit ut ipsi grati simus et vitam æternam consequamur, 10, 11. — Religio omnis in tribus continetur, rectis de Deo sententiis, piis in Deum affectibus, et actibus externis his sententiis affectibusque consentaneis. III, 320 et seq.

De religione naturali, seu rectius, de religione primitiva. — Pervulgata est apud theologos religionis divisio in naturalem et revelatam, II, 964 in nota. — Triplici sensu religio naturalis dici potest : 1°, ratione propensionis naturalis quæ homines sponte ad Deum colendum inclinat ; 2°, ratione objecti, quod esset dogmatum officiorumve complexio, captum naturalem non prætergrediens ; 3° ratione medii quo innotesceret, et quod non esset aliud quam naturale rationis lumen, 963. — Varii incredulorum errores, 965. — Existit religio naturalis, eo sensu, quod ratio dictitet cultum tum internum, tum externum Deo deberi. Probatur ex populorum consensu, 965. — Ille cultus admittendus est quem postulat nativa hominis conditio. Ratione animæ Deo debemus cultum internum, 966. — Ratione corporis cultum externum, 967. — Objectio prima, ex Dei incomprehensibilitate et magnitudine, 968. Secunda objectio : Deus non est orandus, 970. — Objectio tertia : Deus cultum mere spiritalem postulat, 971. — Cultus exterior solemnis esse debet ac publicus, id est nomine societatis exhibitus. Id postulat religionis dignitas, societatis gratitudo et utilitas ; confirmatque populorum consensus, 972 et seq. — Indifferentia religionum quæ triplici sensu intelligitur, cum vero Dei cultu consistere non potest, 974. — Omnes religiones Deo promiscue placere non possunt, 975 et seq. — De legis naturalis sanctione, 437 et seq. — Post mortem manent virtutem præmia, vitium vero supplicia a judice omnium hominum Deo certissime retribuenda, 446 et seq.—Religio naturalis minime sufficit. VI, 904.

Religio philosophorum, II, 986 et seq. — Nunquam de facto extitit religio mere naturalis, 963 *in nota*, 1095. — Existit religio naturalis, ratione objecti, quatenus scilicet existit essentialiter inter Deum et hominem relatio immediate fluens ex hominis natura ; et eadem religio naturalis revelata dici potest ratione medii quo primitus homini innotuit, 963 in nota. — Sola ergo sequens definitio genuina videtur : „Religio naturalis est complexio dogmatum et officiorum quæ recta et a præjudiciis, cupiditatibus libera ratio agnoscit in rerum natura fundari, et quæ tamen sola revelatione possunt innotescere. 964 in nota.

De religione primitiva. Religio initio revelata est, deinde traditione transmissa, 773 et seq. in nota. — 1° Originem nec ab ignorantia, nec a terrore, nec a cupiditatibus, nec ab arte politica duxit. — 2° Prima omnium religio non fuit idololatria et polytheismus, 1094. — 3° Religio primitiva non fuit mere naturalis hoc utroque sensu, primo quod non alio quam rationis auxilio sit hausta ; secundo quod non aliam quam rationis doctrinam contineret. — Primum hominem eo instanti quo a Deo conditus est „soli suæ rationis imperio derelictum fuisse nemo sanus crediderit. Ratio enim est mera facultas quam exercere nondum noverat, cujus non poterat fieri nisi per exercitium conscius ; ergo oportuit ut Deus ipse rationem actuosam redderet, versus objecta convenientia dirigeret ; ut dum oculos admirabili naturæ spectaculo percellebat, primam ei tum conditoris, tum sui ipsius cognitionem infunderet, et amoris, gratitudinis ac reverentiæ sensus cordi ejus imprimeret : et proinde vel ab initio sese per internam revelationem manifestaret, 1095. — 4° Exteriorem etiam revelationem Deus homini concessit, 1096. — 5° Hæc revelatio orali et domestica traditione transmissa est, 1096. — 6° Cum impietate hominum vel incuria obscuraretur vera religio, ipsi succurrit Dei benignitas, 1096. — 7° Primæva religio, sicut alia quævis, parte duplici constabat, alia dogmatica, alia practica, 1096. — 8° Dogmatibus conjuncti erant religiosi ritus, 1098. — 9° Hæc est igitur religionis forma, quam tenuere omnes justi, sive ante, sive post diluvium, 1099. — Qua ratione factum, ut ne religio vera penitus extirparetur. XV, 50.

De convenientia vetustissimarum apud ethnicos religionum cum religione patriarchali et judaica, III, 391.—Antiquissimæ omnium populorum religiones cum patriarchali et judaica consentiebant, et quædam obscura hujus vestigia in omnium gentium theologia et ritibus sacris deprehenduntur. Nam, 1°, religio mundo moralis necessario reve-

ista fuit : et falsa dogmata formant religionis revelatæ corruptiones, 393. —Justi non omnino defuere apud gentes. Verba. S. Aug., 394. — 2° Sacrificia ad eosdem usus ab ethnicis adhibita, ad quos adhibebantur a patriarchis, 393. — 3° In utraque religione, nempe patriarcharum et gentium, tres humanæ naturæ status, status innocentiæ et felicitatis; status naturæ lapsæ et probationis; status naturæ restitutæ, 395. — Horum trium vestigia deprehenduntur apud Sinenses, 396. — Apud Indos, 397. — Apud Persas, 398. — Et apud alias gentes, 403. — Admittebant Persæ corporum resurrectionem, supremum judicium, mundi dissolutionem, felicitatem æternam, tres in Deo personas, 400 et seq. — Ergo religio non est inventum humanum nec eventus a quolibet alio sejunctus : Religio est *factum*, seu melius *systema factorum*, ab ipsa rerum origine deductum, præ se ferens *antiquitatem*, *universalitatem*, *unitatem*. II, 1100.

Totius religionis christianæ veritas ad facta revocatur quæ testimoniis confirmari possint ac debeant, IV, 67, totum in testimoniis repositum est asserendæ religionis negotium; per testes invecta, per testes exposita, per testes propagata et servata est fides. 67

De religione revelata. *Vid.* Revelatio. — Revelatione et historia constat dogmata divina Adamo tradita fuisse suis omnibus posteris transmittenda, III, 407, 408, in notis, II, 751, 752. —Religio revelata, mundo æqualis, omnibus populis antiquioribus communis fuit, III, 393. —Specimen historiæ religionis, et hostium et bellorum adversus eam. Ab Adamo ad Christum, II, 868-871. — A Christo ad sæculum decimum octavum, 871-873. —Bellum impiorum. 873 et seq.

Religionis revelatæ summa, 567. — Ejusdem successiva evolutio, 569. — Præjudicationes pro religione revelata. Doctrinæ christianæ antiquitas, et in omni ætate uniformitas ac constantia, 579. — Singularis prophetarum virtus et integritas; doctrinæ puritas et excelsitas, 580. — Prætensæ adversus religionem revelatam præsumptiones. 1° lex naturalis sufficit, 581; — 2° revelatio est incredibilis, 582; — 3° revelationis œconomia lente evolvitur, 583; 4° revelatio non omnibus hominibus data est, 584; — 5° Defectus evidentiæ et certitudinis revelatæ religionis, 587; — 6° Male utuntur homines revelata religione, 590; — 7° Obscuritas revelationis, 590; — 8° Aliena est a sapientia doctrina revelata, 592; — Christiana doctrina plena dignitatis, plena sapientiæ. 1° Hominis conditio primitus felicior fuit; 2° Mutatio in humana conditione contigit ex culpa primorum parentum. Peccatum originale negari non potest, 593; — 3° Illud peccatum reparare non valebat homo, 594; — 4° Reparatio generis humani ordini rerum naturali analoga est, 595. — Homines ab inquisitione veritatis ad cæcam credulitatem non abducimus. 596.

Tractatus de vera religione. Prima pars. Theologia naturalis, II, 9, 566. —*Vid.* Atheismus, Deus, Providentia Dei, Lex naturalis, Revelatio, Miracula, Prophetia. Pars altera. De religionis revelatæ principiis. Pars prima. De legis judaicæ divina origine et natura, II, 597. — Disputatio quinque articulos comprehendit.

Articulus I. De antiquitate et integritate quinque librorum Moysis seu Pentateuchi, 597. — Codex legum judaicarum, qui Pentateuchus dicitur, coævus est reipublicæ Hebræorum, et ipsum est Moysis genuinum opus. Argumentum primum, ex fide publica. 1° Constans fuit semper et consentiens de hac re hominum vox ab hac nostra ætate ad remotissima Moysis tempora, 600. — 2° Antiquitas Pentateuchi constat ex rerum ipsarum fide, 604. — Hæc publica fides summæ est auctoritatis ob multiplicem causam, 605. — Objectio Spinosæ solvitur. 606

Arg. Secundum, ex manifesta contrariæ sententiæ vanitate, 609. — 1° Liber Moysis, seu legis authenticum exemplar nunquam interiit, 610. — Nec unquam interire potuit ob multiplicem causam, 612. — 2° Pentateuchus a nullo nisi a Moyse, neque alio tempore, nisi post exitum ex Ægypto vulgatus fuit aut vulgari potuit, 612. — Ex natura rei demonstratur nullo modo potuisse Esdram aut alium quemque Pentateuchum supponere post captivitatem Babylonicam, idque ob multiplicem causam, 613. — Solv. objectio, 616. — Certissimum est librum legis Moysis fuisse semper, stante republica, valde communem, 617. — Helcias summus pontifex invenit Moysis autographum, 622, 623. — Argumentum tertium, ex antiquissimæ ætatis notis internis, sex recensentur, 624. — Objectio prima : a Moyse scriptus non fuit Pentateuchus. Solvitur, 628. — Objectio secunda. Nomina locorum post Moysen imposita, eventus qui post Moysem contigere Moyses ipse non potuit scribere. Solvitur. 631. — Vera sunt quæcumque Moyses scripsit in libro Geneseos; non potuit velle decipere, 1100. — *Vid.* Scriptura sacra.

Articulus II. De notis externis divinæ originis legis judaicæ. 1° De divina Moysis legatione, 638. — Secundum Deistas Moysis prodigia dæmoni sunt tribuenda; et Pentateuchus est historia fictionibus ornata, 639. — Prima propositio. Moysem Dei legatum fuisse miracula evidentissime efficiunt, 641. — 1° Moyses prodigia in Pentateucho descripta non poetice, sed historice retulit, et fidem Israelitarum habuit, 642. — Testimonium Hecatæi, 644. — 2° Virtute divina patrata fuisse prodigia probant Moysis gravitas, 644. — Populi fides, 645. — Critices regulæ, 646. — Objectio prima. Plagæ Ægyptiacæ causis naturalibus tribuendæ sunt, 647. — Solvitur, 650. — Magi non patrabant eadem quæ Moyses miracula, 652, 653. — Objectio secunda, contra miraculum patratum ad mare Rubrum, 656. — Solvitur, 657. — Josephi testimonium, 659, 660. — Objectio tertia, contra prodigia patrata in deserto, 661. — Moyses Israelitas deludere non potuisset, 664. — Propositio secunda, Deus multis ante Moysen annis eventum omnem, cujus minister fuit, prænuntiavit, 664. — Objectio. Vaticinia a Moyse conficta fuere, et eventu caruere, 665. — Solvitur, 666. — Certissima est patriarcharum historia quæ 1° ab auctore fere coætaneo refertur, 2° stylo simplici et ingenuo; 3° illam invenire Moyses non potuit, 667; — 4° Tempore Moysis illa historia signis et monumentis publicis confirmata erat, 668; — 5° Vaticinia cum factis certissimis necessariam connexionem habent, 668. — Illa omnia vaticinia revera adimpleta fuerunt, 570. — De fertilitate Judææ varia testimonia, 673 in notis. — Propositio tertia. Plura edita a Moyse vaticinia prophetam fuisse divino spiritu afflatum ostendunt. Prima prophetia, 676. — Secunda prophetia, 677. — Tertia prophetia, 679. — Quarta et quinta prophetia. 680

Propositio quarta. Moyses in omni vita et sermone viri optimi speciem tulit, et dignus est propter præclaras suas virtutes cui fides habeatur, 681. — Objectio prima ex repugnantia Pentateuchi cum antiquissimis historiis, 682. —Solvitur. 1° Historici profani non sunt coævi, et vanissimam antiquitatem Ægyptiorum historiæ tribuunt, 683. — 2° In relationibus historicorum profanorum magna obscuritas, 686. — Propter contrarias rationes omnis Moysi debetur fides, 687. — Omnia ferme apud Moysem relata profani scriptores confirmant, 689. — Objectio secunda solvitur. 1° Israelitæ Ægyptios non injuste spoliaverunt, 689. — 2° Non crudeliter et sine causa Chananæos trucidarunt, 690. — Objectio tertia, 692. — Solvitur. 1° Ambitiosus non fuit Moyses, 693. — 2° Non omnem sacerdotibus tribuit auctoritatem, 695. — 3° Non immodicos reditus leviticis dedit, 696. — De extraordinaria et supernaturali Dei in rempublicam judaicam providentia, 697. — Deus fœderis mosaici conditiones semper servavit, et rexit rempublicam providentia extraordinaria et supernaturali. Argumentum primum, ex Judæorum sensu et persuasione, 698. — Non hyperbolica nec superstitiosa fuit Judæorum persuasio, 699, 700. — Arg. secundum, ex miraculis, 701. — Non ficta fuerunt; non explicantur per causas naturales, 702. — Arg. tertium, ex oraculis et prophetiis, 705. — Vaticinia pleraque clara et determinata fuere, 706. — Vaticinia de reipublicæ fatis, 706. — Vaticinia quædam particularia, 711. —*Vid.* Prophetia. — Argumentum quartum, ex extraordinariis præter spem eventibus, 732. — Prima populi judæi ætas ab Abrahami vocatione ad Jacobi descensum in Ægyptum subministrat specialis providentiæ exemplum primum, 734. Secunda ætas in Ægypto transacta secundum suppeditat exemplum in prodigiosa populi multiplicatione, 735. — Tertium exemplum, terræ Chanaan occupatio, 735. Judæorum infortunia confirmant specialem providentiam, 736.

Articulus III. De forma reipublicæ Hebræorum, fœderis in monte Sina initi sanctione ac notis internis divinæ originis in ipsa constitutione conspicuis. 738

Articulus IV. De legum mosaicarum finibus et sapientissima institutione, 794

Articulus V. De legum mosaicarum abrogatione, 851. *Vide* Judæi.

De religionis revelatæ principiis. Pars secunda. De legis christianæ divina origine et natura disputatio quinque articulos complectitur.

Articulus I. De antiquitate, authenticitate et integritate librorum Novi Testamenti, III, 9. — Libri Novi Testamenti, quibus continetur lex christiana, æquales sunt apostolicorum temporum, et ipsorum apostolorum vel primorum discipulorum, quorum nomina ferunt genuina opera. 1° Antiquitatem librorum Novi Testamenti adstruit fides publica, idque cum summa auctoritate, 11

Articulus II. De religionis christianæ divina origine, ex motivis quæ dicuntur externa, 28. — De divina Christi Domini missione et auctoritate, 29. *Vide* Christus. —De resurrectione Christi, 45. *Vide* Resurrectio. —Jesus Christus Messias Judæorum est ab omnibus prophetis prænuntiatus,

64. *Vide* Canones — De singulari Christi in tuenda Ecclesia sua providentia, 213. — De effusione donorum Spiritus sancti, et eorum in Ecclesia continuatione, 214. — Prædicta vaticinia adimpleta sunt, et clarissime simul enituit divina Christi virtus in effusione donorum Spiritus sancti et eorumdem in Ecclesia continuatione, 215. — De mirabili propagatione Evangelii, 224. —Religio christiana nequaquam erat ingeniis et propensionibus hominum accommodata, 226. — Nulla habuit præsidia in auctorum suorum, vel scientia, vel astutia, vel auctoritate, neque in hominum ignorantia, 227. — Ab initio plures nobiles christiani. Verba Arnobii et S. Hieronymi, 228, 229.— De singulari efficacia christianæ religionis ad inclinandos homines ad virtutem, 229. — Revera contigit stupenda mutatio in hominum moribus ex prædicatione Evangelii, 230. — Nulli causæ potest adscribi tam singularis conversio morum nisi divinæ virtuti cui illam adscribebant Apostoli, 233. — De constantia plus quam humana christianorum martyrum, 237. — De cessatione oraculorum apud paganos, 242. — De fortuna luctuosa populi judaici, 248. — De ultione Christi Domini in imperium Romanum et Cæsares Ecclesiæ suæ persecutores, 259. — De Ecclesiæ Christi stabilitate. 263

Articulus III. De regni Christi constitutione et natura, conditionibusque fœderis gratiæ, atque de notis divinæ originis in doctrina christiana elucentibus, 264. — De regni Christi constitutione et officii mediatoris. 263

De natura et conditionibus fœderis gratiæ. Sunt ex parte nostra tres conditiones, fides, pœnitentia et obedientia, 271. — Totidem ex parte Dei beneficia, peccatorum remissio, sanctificatio et post mortem glorificatio, 273. — De doctrinæ christianæ præcellentia et divinæ originis notis in ea elucentibus, 274. — De altitudine incomprehensibili doctrinæ christianæ, 275. — Doctrinæ christianæ inscrutabilis altitudo ejus divinam arguit originem, et evangelicum consilium homines ad religionem instituendi, non per rationem, sed per fidem, humanum esse nequit. Doctrina christiana longissime disjuncta est ab humanis cogitationibus, 276. — Habet tamen reconditam sapientiam et utilitates maximas, quatenus incomprehensibilis est, 278. — Incomprehensibilitas videtur appendix omnis veræ de Deo doctrinæ. 289

Objectio solvitur, 289. — Annotatio. 290

De doctrinæ christianæ sapientia, 297. —Doctrina christiana est ex omni parte sapientissima. Deo est dignissima propter excellentem quam nobis exhibet divinæ naturæ formam, 298. — Doctrina christiana ad tres partes revocari potest, in quibus maxime elucet divina constantia, 299. — Primo in his quæ religio docet de prima rerum constitutione, 300. — Secundo in his quæ de fœdere gratiæ et ejus conditionibus. Tertio in methodo redemptionis, 304. — Doctrina christiana est aptissime comparata ad promovendam virtutem. Nam illam vim habent tum beneficia fœderis gratiæ, tum ipsa christianæ doctrinæ dogmata, 306. — Objectio prima, 308. — Nec Deus debuit gratis peccata condonare, nec est per se pœnitentia sufficiens peccati expiatio, 309. — Objectio secunda, 310. — Prophetici muneris ratio a divina sapientia non abhorret, 311. — Sacerdotale Christi munus nulla ex parte repugnat, 314. — Regium Christi munus ex nulla parte repugnat. 318

Articulus IV. De legum omnium christianarum sapienti institutione et perfectione. De lege morali. Lex moralis contenta in Novo Testamento non solum in nulla re dissentiens est legi naturæ, sed est perfectissima vitæ regula, quacumque alia institutione multo præstantior, 319. — Præcipit officia in Deum, 320. — In societatem, 323. — In seipsum, 325. — Præcipiendi modus perfectissimus est, quia præcepta tradita sunt cum maxima auctoritate; claris et brevibus sententiis, et quia exemplis confirmata sunt, 329. — Christiana lex ad virtutem motivis accendit potentissimis. Motiva spei, 330. — Fides christiana unicum est firmum omnis pietatis fundamentum, 333. — Lex christiana perfectissimam præscribit disciplinam, 336. — Evangelio nihil deest ad homines, non modo docendos, sed etiam ad excitandos fingendosque ad omnem pietatem et virtutem. 339

Articulus V. De religionis christianæ quoad substantiam antiquitate et perpetuitate. Verba Ciceronis et Bossueti, 340.— Religio christiana quoad substantiam mundo æqualis est, et semper in omni ætate aliqui fuerunt, qui ad eam pertinuerunt. II, 751; III, 373.

Analogia doctrinæ christianæ cum religione patriarcharum: 1° quæ docet de prima constitutione mundi continentur in primis capitibus Genesis, III, 342.— 2° Circa conditiones fœderis gratiæ, nullo modo distat fides nostra a religione antiqua, 343. — 3° Quæ docet religio christiana de redemptione generis humani in Scripturis antiquissimis obscure continentur, 343.— Sensus prophetiæ primis parentibus factæ, 347.— Châteaubriand, de Serpente 346, in nota. —Religio christiana etiam in ritibus religionis primorum hominum et patriarcharum continetur: 1° in sacrificiis cruentis, 352.— Quæ positive a Deo præcepta sunt. Hoc probat antiquitas instituti; universalitas hujus consuetudinis; ipsa ratio temporis quo peracta sunt sacrificia; convenientia sacrificiorum cum dogmatibus, 354, et seq.; 2° in prærogativa sacerdotii primogenitorum. 359; — In abstinentia a sanguine, 360. — Objectio solvitur. 1° Certum est Christum Dominum nullum sibi titulum arrogasse qui Messiæ a prophetis non fuerit attributus, 361. — 2° In primis novæ legis temporibus Dei et Filii Dei appellationem, Messiæ Synagoga tribuebat, 363. — De speciali analogia dispensationis christianæ et mosaicæ, 372. — Ea est inter judaicam dispensationem et christianam analogia, ut manifestum sit hanc hujus fuisse apparatum. 1° Officia Dei apud Judæos respondent officiis Christi in Ecclesia, 374. — 2° Analogia inter Ecclesiæ constitutionem et reipublicæ judaicæ, 373. — 3° Gentis judaicæ facta novi sæculi fortunam exhibuerunt, 376.— 4° Cultus judaicus res evangelicas adumbrabat. Primo, tabernaculum, 376.— Secundo, sacerdotium, 379. — Tertio, sacrificia. 381

Lex christiana in omnibus suis partibus perfectior est lege mosaica, pluresque habet notas internas divinæ originis. 415.

Quæstiones subsidiariæ.—Confutatio religionum a christiana discrepantium.— Caput primum contra Judæos, III, 407.— Apud Judæos non est constans et certa magis traditio quam apud christianos, 409.—Miracula Christi cum majori vi et auctoritate conficiunt divinam ejus legationem, quam miracula Moysis illum legislatorem a Deo missum demonstrant, 410.—Miraculorum multitudine et præcellentia Christus Moysem superavit, 410, 411.— Divina Christi legatio majori vi efficitur ex vaticiniis prophetarum et suis, quam Moysis ex vaticiniis patriarcharum, aut iis quæ edidit ille legislator, 413. — Tanto major est auctoritas Christi quam Moysis quanto ille abfuit magis a voluntate et facultate fallendi, 413.— Enituit magis divina Christi virtus in Evangelio propagando et in tuenda Ecclesia christiana, quam fuerat conspicua Dei providentia in conservatione reipublicæ judaicæ, 413.— Lex christiana in omnibus suis partibus perfectior est lege mosaica, et plures habet notas internas divinæ originis. 415

Caput secundum. Contra paganos, 417. *Vid.* Pagani. — Caput tertium. Contra Mahumetanos, 467. *Vid.* Mahumetanus. — Momentum religionis christianæ contra indifferentes, 494.— Alii varios cultus approbant; alii religionem naturalem admittunt, 495.— Certitudo religionis christianæ contra dubitantes. In rebus humanis nusquam tanta auctoritas, 497. Origo divina revelationis christianæ certa est ex duplici probatione, altera negativa, altera positiva, seu complexione innumerabilium rationum, 498, 499. — Factorum evangelicorum veritas demonstratur, IX, 461-568.— 1° Possibilia sunt; 2° publica fuerunt, 462-567; — 3° Sunt magni momenti; 4° ab auctoribus coætaneis relata, 463, 464-568; — 5° Eorum testes non decepti fuere, 465-569;—6° Non deceptores, 466-570;—7° Unanimes sunt; 8° alii scriptores non contradicunt, 469-573. — 9° Facta evangelica necessarium cum factis posterioribus connexionem habent; 10° ad nos usque transmissa sunt sine ulla corruptione, 471-574. — Solv. objecta. 474-577. — Ponamus religionis christianæ veritatem esse solummodo probabilem, in re tanti momenti probabilitas eadem ferme imponit officia, ad quæ adstringit ipsa certitudo, 499. — Ponamus religionis christianæ veritatem plane incertam quibusdam videri, non ideo de ea licet loqui contumeliose, 500. — Incredulorum vanitas et temeritas. 501 et seq.

Appendices. 1° De veracitate auctorum Novi Testamenti, III, 505.— *Vid.* Scriptura sacra. — 2° De recta christianorum vivendi ratione in prioribus seculis, 580. — *Vid.* Christiani. 3° Argumentum ex restauratione templi Hierosolymitani frustra a Juliano tentata, 586. — Pagani factum istud testantur, 587. — Judæi et christiani sive coætanei, sive qui post eventum vixerunt, idem factum testati sunt, 588. —Factum de quo agitur est conspicuum, non obscurum, non in tenebris peractum.— Certum est et ingens miraculum, 589.— Solv. objectiones, 591. — 4° Solutio difficultatum quas increduli adversus moralem evangelicam movere solent. 594. — 5° de revelatione evangelica, 601. *Vid.* Revelatio.

Quæ religio sit capessenda, consultatio. Instituitur comparatio inter catholicam et protestantium religionem. Maximi momenti negotium, 787, 863, 866. — Religio vera est unica non multiplex; una est enim veritas, unus Deus; nec alia est religio vera quam christiana. II, 11, 12, in nota. III, 788 et seq. 865

Prima consideratio, ex studio perfectionis ad quod Christi religio inducit, 790.—Cæteræ religiones, præsertim lutherana, calviniana, et anabaptistica, nihil tale præstant. 790.

In Christo salus et vires ad merendum. 792 —Secunda consideratio ex eo quod licentiam peccandi excludat, 793. — Apud protestantes ad omnem peccandi licentiam janua patet, 794.— Tertia consideratio. Illa religio præferenda, in qua plurimi sanctitate conspicui, 797. — Religio vera sola sanctitatis fundamentum, 798 — Catholicorum vitia religioni non possunt imputari, 800. — Quarta consideratio. Illa religio, in qua plurima vera miracula omnibus sæculis edita, est præferenda aliis, quæ miraculis sunt destitutæ, 801.—Tentavit Lutherus diabolum ejicere, sed periculum adiit, ne ipse ab eo necaretur; tentavit Calvinus excitare ad vitam eum qui se mortuum simularat, sed ex vivo fecit mortuum, 804, 805 — Quinta consideratio. Illa est verà religio, ad quam semper facta est gentium conversio, 805. — Ad protestantium religiones, nulla est unquam facta gentium conversio, 807. — Sexta consideratio. Illa religio censenda est vera Christi religio, quæ semper habita et dicta fuit catholica, 808 — Nulla secta unquam catholica religio nuncupata est, 809.— Septima consideratio. Illa religio vera Christi religio censenda est, in qua non interrupta ab apostolis ministrorum successio, 809.— Verba S. Augustini, 810.— Nihil tale in sectis, 810 — Octava consideratio. Illa religio est cæteris omnibus præferenda, in qua est summa doctorum omnis ætatis et religionis circa fidei capita consensio, et omnium controversiarum facilis terminatio; a qua si recesseris, nihil certi habes quo te conferas, 811. — Nona consideratio. Religio catholica capessenda est quia omnes aliæ religiones variis ex causis sunt suspectæ et declinandæ. 814

Prima ratio, ex novitate vera religio latere non potest, 815. — Verba S. Hieronymi, 820.— Secunda ratio, ex defectu successionis, 820.— Tertia ratio, ex defectu missionis, 822.— Si uterque, Lutherus et Calvinus a Deo missus est, spiritus Dei sibi adversatur, 824. — Quarta ratio, ex defectu miraculorum, 827.— Erroris propagatio non divinæ virtuti, sed cordis humani corruptioni imputanda est, 830. — Quinta ratio, ex vita et morum conditione. Vita Lutheri; vita Calvini, 831.— Sexta ratio, ab erroribus et inconstantia doctrinæ, 834.— Septima ratio, ex dolo malo, et fraudibus quibus utuntur, 838. — Octava ratio, ex eversione bonorum operum, 844. — Nona ratio, ex licentia vitæ quam tribuunt, 846.—Decima ratio, ex eo quod hæreses antiquas renovent, 849.— Undecima ratio, ex defectu regulæ credendi, 851.— Duodecima ratio, ex absurdo, 856.— Damnati essent omnes sancti catholici. Verba Tertulliani, 857. — Consideratio decima et conclusio totius deliberationis, 838.— Illa religio amplectenda est in vita, quam in hora mortis nos tenuisse volemus, et cujus justam rationem cum ante tribunal Christi stabimus, reddere poterimus, 858, 859. — Qui aliam religionem sectatus fuerit, sui facti rationem reddere non poterit, 859.— Si aliqua nova religio est vera, ergo per tot sæcula adversus Ecclesiam Christi portæ inferi prævaluerunt. 861

Hæreses exorituras scimus; ergo nova doctrina suspecta habenda est, 861.— Hæresis maximum peccatum et maximum hujus peccati supplicium, 862, 863 —Monita ad errorum sectatores 863

Monita ad catholicos, 865.— Appendix. De religione capessenda. Multi sentiunt quemlibet in sua fide et religione salvari posse, modo simul honeste vivere studeat, 867. — Ergo Turca, vel Judæus, salvari potest in sua fide; ergo frustra Apostoli et sancti Patres tantopere in fide Christi asserenda laborarunt, etc., 868. — Non sufficit ad salutem credere in Christum; alia mysteria credere oportet, 871 et seq. 880. —Fides non restringitur ad symbolum, 875.—In omni fide non solum spectandum est quid credatur, sed etiam et imprimis, quo fundamento credatur, 876 — Fidei fundamentum, nec Lutheri auctoritas, nec judicium privatum,nec sacra Scriptura judicio privato intellecta, 877. — Si in fide sua singuli salvi esse possunt, cur tanta inter religiones dissensio? 880. — Hæc sententia est maxime periculosa in praxi. Et ejus sectatores ab omnibus damnantur, 881. — Utrum Calvinus docuerit Deum esse auctorem omnium scelerum. Calvinum clare docuisse omnia scelera, etc.,..... fuisse ab æterno a Deo decreta, etc., facile ex ipsius scriptis demonstrari potest, 882. — Utrum Calvinus fuerit convictus sodomiæ, et ob eam causam stigmate inustus, 889. — Si veri non erant quæ scripta sunt de crimine sodomitico et stigmate cur discipuli Calvini ea non refutarunt? 890. *Vid.* CALVINUS. — A une dame protestante, sur la maxime qu'un homme ne change jamais de religion De Maistre. 1187

Ordo statuendus in inquirenda religione vera. Primo, quærendum an rectæ rationi adversetur religio, quam quisque vult amplecti. Secundo, quærendum utrum divina, an humana auctoritate inducta sit illa religio. Tertio, inquirendum an quæ Deum tradidisse credimus, recte a nobis intelligantur et exponantur, VI, 897 — Hic gravissima exurgit quæstio: quænam sint regulæ ipsa ratione tutiores, et a Deo præscriptæ? Imprimis auctoritas, 897.— *Vid.* RATIO, AUCTORITAS. — Fundamentum inquirendi veram religionem, est anima. Animæ causa vera religio instituta est, I, 1127-889.—Modus inquirendi, 1128 890.— Primo quærenda est veritas apud romanos catholicos, 1134-895. — Principes sur lesquels la religion est établie. Moyens par lesquels on peut reconnaître les vérités qu'elle enseigne, XXVI, 1195 et suiv. *Vid.* THEOLOGIA. — Dissertation sur les différentes sortes d'erreurs sur la religion; de l'hérésie et du schisme; des qualifications de téméraire, d'erronée, etc., pour la censure des livres; et des causes des erreurs, 1295, 1308. *Vid.* REVELATIO, EVANGELIUM.

Religiones distinctæ sunt, XVI, 1315. *Vid.* STATUS RELIGIOSUS. — De religione et religioso XXV, 565

RELIGIOSUS dicitur qui studio evangelicæ perfectionis abstractus, et Deo per vota paupertatis castitatis et obedientiæ consecratus, in communitate stabiliter vivit juxta regulam ab Ecclesia approbatam, XVI, 166. — Religiosi improprie dicti ii sunt qui in statu religionis emiserunt tria vota simplicia, nempe castitatis, paupertatis, et obedientiæ, XV, 840. — Religiosi proprie dicti illi sunt qui in statu religionis ab Ecclesia rite approbato emiserunt tria solemnia vota, castitatis, etc. 840

Religiosi professi possunt in communi habere dominium bonorum temporalium, ita ut ipsa congregatio vero dominio illa possideat, 482.—Religiosi professi solemniter sunt in particulari omnino incapaces omnis dominii; ita ut nemo ex illis aliquid suo nomine, seu tanquam proprium tenere possit. Est certa et communis. 483

Quidam religiosi non professi, sed tamen per solum votum simplex acceptatum ab Ecclesia facti vere religiosi non sunt incapaces dominii, sed retinent illud quamdiu superiori videtur; non tamen possunt habere ullum usum suorum bonorum, vel aliorum, sine superioris consensu, 485.—Religiosi beneficiarii, ut abbates, priores,etc., et similes habentes beneficia regularia vel sæcularia, et si nullum habeant dominium, habent tamen jus administrandi et dispensandi fructus suorum beneficiorum ad sui status congruam sustentationem, et ad alias pias causas, 486. — Superiores religionum non possunt alicui regulari concedere ulla bona stabilia, ut sunt fundi, redditus, ædium locationes, etiam ad usum duntaxat vel administrationem, 486 — Possunt tamen superiores concedere aliqua mobilia suis subditis ad usus necessarios et etiam ad opera pia. Est communis sententia. 487

Communitates generatim loquendo habere possunt dominium rerum temporalium, XV, 339. — De dominio religiosorum improprie dictorum. De dominio religiosorum proprie dictorum, 840.— Religiosi in Galliis valide habere possunt dominium id est acquirere, possidere, etc; sed cum dependentia superioris, quia eorum votum ad minus valet ut simplex, 841. — Religiosus sive sit capax dominii sive incapax, valide etiam sine consensu superioris init pactum vel contractum, ex quo nascitur obligatio mere personalis, ut est obligatio orandi rosarium, legendi missam, etc.; et tenetur tam in foro interno quam externo satis acere, quamdiu prælatus eam obligationem non facit irritam. Conclusio est certa, XVI, 167. — Religiosus, sive dominii capax sit, sive non, si superior non contradicat, per se valide et licite celebrat contractus, in quibus alter tantum obligatur. 167

Religiosus dominii incapax sine consensu superioris contrahendo de rebus temporalibus, materiam paupertatis constituentibus invalide omnino agit, nec civiliter obligatur, 169. — Religiosus dominii capax sine consensu superioris illicite et invalide paciscendo aut contrahendo, disponit de rebus quorum dominium non habet, ita ut nec civiliter nec naturaliter obligetur. Idem dicendum, si sine consensu superioris per pactum vel contractum se obligare intendat, ad alienandas res proprias, quorum usus ei ob votum paupertatis illicitus est. Quamvis autem illa actu alienando illicite agat, probabilius tamen valeret alienatio, donec a superiore, quo inscio et invito facta est revocaretur. 172 et seq.

Consensus superioris in genere est facilitas vel licentia, qua superior negotium vel contractum a subdito celebrandum probat, seque subditi contrahentis consensui consentit. Consensus expressus est, quando superior negotium a subdito gerendum verbis, scripto aut signis probat. Tacitus est quando ex monasterii consuetudine, ex facto, vel patientia superioris, aut denique ex natura rei consensus hic colligitur. Præsumptus est, quando justa ex causa præsumitur superiorem; si sciret me hunc vel illum contractum celebrare, approbaturum esse, 176, 177. — Ut contractus a religioso celebratus sit validus et licitus, consensus superioris debet esse voluntarius et justus, 177. — Ut contractus religiosi validus et licitus sit, sufficit consensus taci-

tus, idque etiam si superior adiri possit pro licentia expressa petenda, 180. — Satis certum est sufficere consensum præsumptum casu quo superior adiri non potest, et necessitas ad aliquid accipiendum, expendendum, vel etiam ad paciscendum urget, 181. — Quoties licentia debita est, semper præsumi potest. Quando superior expresse negat licentiam debitam distinguendum est, 185. — De obligationibus religiosorum, 1205 et seq. *Vid.* STATUS RELIGIOSUS.

Religiosus qui ministrat clericis aut laicis sacramentum unctionis extremæ, etc., non habita parochialis presbyteri licentia, speciali; aut qui, etc., excommunicationis incurrit sententiam ipso facto, per sedem Apostolicam duntaxat absolvendus, XVIII, 1516 et seq. — Hic per religiosos intelliguntur qui in approbata per pontificem religione emiserunt vota obedientiæ, castitatis et paupertatis simplicia vel solemnia. 1517

Religiosi sacerdotes, præsertim mendicantes, in Gallia, Hispania, et Italia, vocantur *Patres*, XVI, 1280.—De religioso et religione, XXV, 565.

RELIQUIÆ sanctorum, seu ipsorum lipsana, ossa et corpora, inter sacra præcipuum locum sibi vindicant, XVI, 257.— Refellitur objectio, 259. — Sacrarum reliquiarum honor primo Decalogi præcepto non repugnat, XIV, 1204, 70-949, 57.— Sanctorum reliquiis cultus ac veneratio licite deferetur, VI, 991.—De reliquiis sanctorum et earum veneratione, I, 1373-1084. — Quid de sanctorum reliquiis sit necessario credendum? Doctrina catholica, VI, 839. — Duo cavenda circa reliquias, primum ut reliquiæ fidelibus ad honorandum expositæ, sint veræ. Secundum, ut omnis superstitio, et omnis abusus arceantur a reliquiarum expositione, veneratione et visitatione, 839.—Hæreticorum errores, 840. — Omnis abusus, omnisque superstitio in sacrarum reliquiarum expositione et cultu sedulo ab episcopis, extirpari debet, et caveri præsertim ne turpis lucri, sive quæstus gratia exponantur. Incertæ reliquiæ in atrio, aut sub parietibus templorum, aut circa ipsa sepeliendæ sunt, ne populus christianus indebiti cultus superstitione polluatur, XIV, 1219-960. — Reliquias unius sancti pro alterius reliquiis colendas ex industria præponere, ubi comperta falsitas, vel dubia res, lethale peccatum est indebiti cultus, 1220-961. — Nullius peccati rei sunt, qui reliquias unius sancti pro reliquiis alterius bona fide colunt, 1221-962 — Sacræ reliquiæ in vasculis honestis et decoris recondi debent, et religiose servari, nusquam vero extra capsam aut loculum ostendi; nec absque sacris ritibus, quibus fideles ad earum venerationem excitentur, 1221-962.

REMEDIA spiritualia alia sunt generalia, alia specialia. Generalia sunt quæ animabus a quibusvis morbis spiritualibus, seu liberandis, seu præservandis deserviunt, specialia quæ adversus particularem quamdam animi ægritudinem valent, XXII, 1266 et seq. — De primo remedio generali, quod est meditatio, sive consideratio interna, 1267 et seq. — De secundo remedio generali, quod est oratio, sive petitio divini auxilii, quæ fit vel solo corde, vel etiam ore, 1272 et seq.—De tertio remedio generali, quod est singularis devotio erga sacratissimam Domini nostri Jesu Christi humanitatem, et ejus sanctissimam matrem ac Virginem Mariam, necnon erga angelos tutelares, 1281 et seq. — De remedio quarto generali, quod est jejunium, et aliæ carnis castigationes, 1284. — De remedio quinto generali, quod sunt opera misericordiæ corporalia et spiritualia erga proximum, 1285. — De sexto remedio generali, quod est frequens ac legitimus sacramentorum Pœnitentiæ et Eucharistiæ usus, 1286.—De septimo remedio generali, quod est fuga occasionum, 1287 —Remedia adversus tentationes infirmi. Præcipua remedia sunt Jesus ac Mariæ SS. nomina invocare, et crucis signaculo se munire, 1128.—Remedia, 1° adversus fidei tentationes; 2° adversus tentationem desperationis, 1128;—3° Adversus tentationem vanæ gloriæ, 1129;—4° Adversus tentationem impatientiæ, 1130.— 5° Iis qui ægre ferunt mori tam immature, ob oculos ponantur præsentis vitæ miseria, infirmitates, animi angores, necnon peccandi et damnationis pericula, 1130. — De remediis quibus curari debet vitium superbiæ, et ei annexa ambitio, præsumptio, et vana gloria, 1288 et seq. — De remediis contra superfluum vanum et lascivum ornatum mulierum, 1291 et seq. —De remediis quibus curare oportet consuetudinem blasphemandi et indiscrete jurandi, 1295 et seq. — De remediis præscribendis adversus peccata luxuriæ, 1299 — De remediis quibus curandi sunt gulosi et ebriosi, 1304 et seq. —De remediis adversus peccata odii et invidiæ, 1307 et seq —De remediis contra dubitationes, et judicia temeraria injuriosa proximo, 1311 et seq. — De remediis adversus peccata linguæ, detractiones, contumeliam, susurrationem, etc., 1316 et seq. — De remediis adversus peccatum iræ, 1322 et seq — De remediis contra avaritiam, 1325. — De remediis quibus curandum vitium usuræ, 1328 et seq.—De remediis adversus duritiem, sive immisericordiam erga pauperes et miseros, quæ est una ex avaritiæ filiabus, 1331 et seq. — De remediis quibus curari debet peccatum acediæ, et ejus filia torpor, 1336 —De remediis adversus peccatum desperationis acediæ filiam, 1338 et seq.—De remediis præscribendis contra peccatum præsumptionis, 1341 et seq.—De remediis contra scrupulos, 1345 et seq.

REMISSIO. Remissionem peccatorum in symbolo post sanctæ Ecclesiæ commemorationem confitemur. — Remissio peccatorum Dei propria est, VI, 339.—Remissio peccatorum plenam et integram complectitur totius hominis redemptionem, quæ æterna salute, et corporum resurrectione complebitur, 340.— Plena peccatorum remissio perficienda est in die tantum judicii, et in iis solis, quibus in hac vita pœnitentiam agentibus in Ecclesia catholica peccata remissa fuerint, 341.—Peccata vere conversis duntaxat et sincere pœnitentibus dimittuntur, 342.—In sola Ecclesia catholica datur et accipitur remissio peccatorum, quam super petram Christus fundavit, cui claves regni cœlorum, cui potestatem ligandi et solvendi concessit, 342, — In hoc sæculo pœnitentibus peccata remittuntur a Deo, 343, 803. — Nec debuit Deus gratis peccata condonare, nec est per se pœnitentia sufficiens peccati expiatio, III, 502, 505, 509, 510. — Remissio debiti, vel expressa, vel tacita, obligationem tollit. XVI, 585

Remissio creditoris excusat a restitutione; æquivalet solutioni. Tres requiruntur conditiones : prima est, ut hæc remissio sit *libera omnino*. Secunda, *ut possit condonare remittens*. Tertia, *ut condonatio non fiat in casibus jure exceptis*, qui tres inveniuntur, XV, 809, 953, 1255. — De remissione debiti. XXV, 566

RENUNTIATIO, quæ et resignatio dicitur, definiri potest, Ecclesiastici magistratus et beneficii, ex auctoritate superioris sponte ac legitime facta abdicatio Vel tacita, vel expressa est, V, 1272. — Magistratibus et beneficiis se abdicare cuivis licet, sed nemo abdicatione sua beneficium amittit, nisi se abdicet auctore eo, a quo illud obtinuit, excepto summo pontifice, qui supra ex hominibus habet neminem, 1273.—Facta et probata renuntiatione, frustra renuntiantem pœnitet eorum quæ gessit, 1274 — Renuntiati beneficii dicitur abdicatio voluntaria, qua quis se libere spoliat beneficio suo, illudve dimittit, XVII, 635; XIV, 446-555.—An fieri possit absque simonia. — Renuntiatio contingere potest sine confidentia, et cum confidentia. 436-553

REPROBATIO generatim significat rei alicujus rejectionem. Sumitur pro rejectione a gloria æterna, et definitur : Præscientia impietatis quorumdam, et præparatio damnationis eorumdem, VII, 587 —Aliter definiri potest : Actus æternus quo Deus cognitis futuris sive hominum sive angelorum peccatis, et eorum impœnitentia finali, decernit eos a vita æterna arcere, et æternis addicere suppliciis, 588. —Dividitur in positivam et negativam. Positiva ea est quæ habet objectum positivum, nempe pœnam sensus in æternum infligendam. Negativæ respicit puram gloriæ negationem. 588, VI, 552

In systemate Thomistico, reprobatio negativa fundatur in sola divina voluntate, et ante ulla prævisa peccata; positiva autem in solo peccato, post et ob peccata prævisa, X, 1314-1036. — Reprobatio positiva fit ex demeritorum prævisione, VII, 249. — Dogma fidei est Deum homines nequaquam ad interitum prædestinare absque culpæ intuitu, et demeritorum scientia, VI, 922. — Stabilitur dogma fidei contra prædestinatianos, VII, 588.—Deus neminem decernit damnare ad pœnas æternas ex solo beneplacito suo, vel ex prævisione solius peccati originalis, ut contracti in nativitate, 589.—Opiniones scholæ de causis reprobationis, 591 — Admittenda est aliqua antecedens reprobatio negativa. Reprobatio antecedens negativa nullum importat actum voluntatis excludendi a gloria æterna, sed solam negationem voluntatis efficacis assumendi ad eamdem gloriam, 592.

Reprobatio non fit ob solum peccatum originale. Primo, illud peccatum non est verum motivum reprobationis negativæ. Secundo, supposito peccato originali, non alia est ex parte Dei ratio reprobationis negativæ, quam ipsius beneplacitum, 595. — Tertio, peccatum originale est respectu nostri ratio qua demonstrari queat æquitas reprobationis negativæ factæ pro Dei beneplacito, 596 —Quarto, peccatum originale, ut contractum, præcise non est ex parte Dei motivum reprobationis parvulorum sive negativæ, sive positivæ, 596. — Quinto, respectu parvulorum qui decedunt sine baptismo, peccatum originale ut non dimissum et conjunctum cum morte est motivum decreti positivi quo excluduntur a gloria, 596 — De effectibus reprobationis, 596. — Nullus in hac vita datur effectus proprie dictus reprobationis negativæ a gloria, 598. — Permissio peccati, præsertim finalis, et denegatio gratiæ efficacis ad illud vitandum, sunt effectus improprie dicti

reprobationis negativæ a gloria. Obduratio et excæcatio sunt effectus reprobationis consequentis et positivæ a gratia. 598

Reproborum perditio ex ipsis est, non ex Deo, VI, 109. — Fides, gratia sanctificans et charitas, plerisque reprobis a Deo tribuuntur, 107. — Fides et justitia semel accepta hominum cordibus extingui possunt, ac revera extinguuntur in iis qui a justitia sua conversi faciunt iniquitatem, 108. — Post mortem impiorum animæ statim ad infernum detruduntur, 1068. — Divina et catholica fide creditur pœnas damnatorum esse æternas, seu sine fine duraturas. 1066

Repudium. Debitor potest repudiare hæreditatem, etc., XXV, 566 —Uxor potest tuta conscientia renuntiare lucris constante matrimonio acquisitis ne cogatur partem debitorum solvere, etc., 566

Res accipi potest in sensu metaphysico, physico et civili seu juridico. In sensu metaphysico denotat ens, in quantum abstrahit a materia et motu physico sensibili; in hac consideratione nihil in rerum natura est quod non sit res. In sensu physico res significat corpus naturale, ut tale, prout est principium motus et quietis, et in hac acceptione objectum physicæ dici potest, XVI, 243. — In sensu civili et juridico res diversi modo, et jam minus, jam magis late accipitur: 1° enim complectitur omne quod non est persona vel actio; 2° denotat quidquid non est persona; 3° continet universa quæ sub pecunia non veniunt; 4° significat omne illud quod opponitur facto; 5° latissime accepta non modo personam et actionem, sed et pecuniam et quælibet facta includit, 243. — Hoc ultimo sensu accepta res est objectum adæquatum jurisprudentiæ et pactorum. Res ita late accepta est ens objective considerabile in ordine ad dispositionem humanam inter vivos, 244. — Res, prout a facto distinguitur, est ens objective considerabile in ordine ad traditionem humanam inter vivos faciendam, 244, 245. — Res omnes usibus humanis accommodatæ sunt objectum dominii. Respectu hominis sunt vel corporeæ, vel incorporeæ.— Corporeæ, quæ tangi possunt, sunt vel mobiles, vel immobiles, XV, 841.— Incorporeæ, quæ tangi non possunt, dicuntur etiam mobiles vel immobiles, 841, 842. — Interiores tres potissimum distinguuntur, vita, fama, libertas, 842 — Tres conditiones assignantur ut res objectum dominii proprie dictum censeatur: 1° ut res natura sua sit apprehensibilis, id est subjici possit hominis potestati; 2° ut res alicui usui nobis esse possit; 3° ut res possessionis exclusivæ sit capax; hinc frustra quis vellet totum Oceanum occupare. 842

Res dividitur: 1° in illam quæ est divini et quæ humani juris. — Res divini juris sunt quæ, quamdiu sunt tales, quodammodo in solius Dei jure ac potestate, nec humano commercio, obnoxiæ sunt; humani vero juris, quæ vel actu vel potentia in jure ac potestate hominis, ac humano commercio obnoxiæ sunt, XVI, 246. — Res divini juris alterius dividuntur in veræ et quasi tales veræ tales sunt vel sacræ, vel religiosæ. 246

Res sacra est quæ auctoritate legitima rite Deo aut cultui divino immediate consecrata est, 246 et seq. — Inter res sacras numerantur sacramenta et sacramentalia, 248. — Ecclesia et templa, 249. — Altaria, 251. — Vestimenta et paramenta ecclesiastica. Cœmeteria, 253. — Campanæ, 256 — Reliquiæ sanctorum. 257

Res religiosa aliter sumitur de jure civili, aliter de jure canonico ac moribus hodiernis. Secundum jus civile res religiosa illa tantum dicitur quæ per illationem legitimam corporis humani religioni, seu piæ cuidam reverentiæ est dicata. Nulla res de se est religiosa, sed de jure civili solum talis fit per illationem corporis humani, 267 et seq. 270. — An stando in jure civili, totus ille fundus religiosus fiat, quem cadaver humanum sepulturæ gratia illatum occupat, distinguendum, 267. — Ut res aliqua religiosa stricte talis evadat, requiritur 1° ut interveniat auctoritas ecclesiastica, et ea non qualiscumque, sed episcopi. Requiritur 2° ut destinata sit vel ad cultum divinum, ut sunt Ecclesiæ materialiter acceptæ, seu templa et oratoria publica in quibus fideles ad officia divina et sacra religionis exercitia conveniunt; vel alios pios usus et opera christianæ charitatis exercenda. Requiritur 3° ut res talis hunc in finem destinata sit sine consecratione. 268, 269

Res divini juris quasi tales vocantur sanctæ. Res sancta ea dicitur quæ a lege pro venerabili et inviolabili habetur ita ut in violatores pœna corporis afflictiva vel alia sit statuta, XVI, 270 — Res sanctæ quia sacræ; sancta quæ sacra non sunt, vel sunt personæ, vel res. Personæ: summus pontifex, imperator, etc., 270, 271.—Res: ecclesia romana, imperium romanum, etc, 271, 272. — Res humani juris dividuntur in eas quæ sunt extra patrimonium, et in eas quæ sunt in patrimonio Quæ sunt extra patrimonium aliæ sunt communes, aliæ publicæ, aliæ universitatis, aliæ nullius, 273. — Res communes sunt, aer, aqua profluens, mare, littora maris, lapilli, etc., feræ bestiæ, etc., 273. — Mare non minus quam terra capax est humani dominii, 274 et seq.— Littora hodie et mare alluens communia esse desierunt. 281

Res publica est quæ ad certum aliquem populum pertinet, usum tamen omnibus præbet et hominibus, 281 et seq.

Quid et quænam res universitatis sit? Quidam tres universitatis classes constituunt ut sunt provincia, civitas, pagus 287. — Res universitatis est illa quæ secundum proprietatem ad certam universitatem pertinet, usum tamen solis illis qui de universitate illa sunt præbet, 288. — Principes, prædia, agros, etc., universitati proprios, membris omnibus communes, coronæ suæ vindicare, aut aliis appropriare nullo jure potest, nisi gravis et publica causa id exigat, 289 et seq. — Pro debito universitatis capi non possunt personæ singulares, vel earum res, 292. — Quæ res sit nullius quæ singulorum. Multæ sunt res quæ nullius dicuntur, 293, 294.—Res nullius illa est quæ, nec quoad usum, nec quoad dominium ad alium actu pertinet, 284 — Res singulorum ea est quæ in patrimonio privatorum existit, 295. — Res prout est objectum pactorum et contractuum, dividitur primo in corporalem et incorporalem. Corporalis est quæ in sensus externos incurrit. Incorporalis est quæ sub sensum exteriorem non cadit, 296, 297. — Secundo, res dividitur in mobilem et immobilem. Res mobilis in sensu juridico est quæ de loco in locum integra et salva transferri potest. Immobilis est quæ integra et sine rei corruptione de loco in locum transferri nequit, 297. — Quæ de jure ad mobilia referenda sunt, 298 — Quid sentiendum de pecunia hæreditaria, 300. — Tertio, res dividitur in pretiosam et non pretiosam. Res pretiosa est quæ servando servari potest, et propter pretium suum, artem et antiquitatem, magnam utilitatem habet, etc.; non pretiosa est quæ servando servari non potest, ut vinum, oleum, 302. — Pecunia rebus pretiosis accensenda non est, 303. — Quæ res pretiosa aut magni momenti, quæ vero exigua aut modica sit, prudentis judicis arbitrio relinquendum, 303, 304. — Quarto, dividitur res in dividuam et individuam. Dividua dicitur, quæ dividi et per partes utiliter præstari potest, et hoc vel realiter, ut oleum, vinum, vel tantum per intellectum, ut equus. Res individua est quæ nec realiter, nec per intellectum divisionem recipit. 305

Quinto, res dividitur in temporalem et spiritualem, temporalis est quæ tota quanta a causa temporali producta, et ad finem temporalem proxime est ordinata, 305. — Res spiritualis est quæ simul aliquo modo est supernaturalis, et ad Dei honorem vel ad spiritualem animæ salutem immediate et proxime est ordinata, 305. — Res spiritualis proxime ordinatur ad finem supernaturalem, v. g., honorem Dei vel animæ salutem, dum res temporalis proxime ordinatur ad finem naturalem, v. g., cibus vestis, 642. — Res spiritualis alia est talis in se, alia per annexionem. In se spiritualis est vel *formaliter* talis, et quoad essentiam suam, ut gratia sanctificans; vel *causaliter*, quia gratiæ sanctificantis, etc., est causa; vel effective, quod sit effectus, seu actus causæ spiritualis, ut baptizare, etc., 305, 304, 642. — Res spiritualis per annexionem est quidem aliquid in se temporale, et non spirituale, quod tamen rei, jure vel officio spirituali Dei vel Ecclesiæ ordinatione est annexum, vel sibi conjunctum habet aliquid spirituale, quod fieri potest *antecedenter*, ut Ecclesiæ, altare vel *concomitanter*, ut labor in administratione sacramentorum vel *consequenter*, ut beneficium ecclesiasticum, 306, 642 — Qualis res sit objectum materiale pactorum et contractuum? 306 *Vid.* Contractus.

Res sacra et spiritualis, 339. — Res sacra, uti etiam spiritualis, potest esse objectum pactorum et contractuum unilateralium, in quibus ex altera parte nihil intervenit. Imo spectato jure naturæ et divino potest deduci etiam saltem per se in pacta bilateralia, in quibus utrinque datur aut promittitur res sacra vel spiritualis. Quod tamen, stando in jure ecclesiastico sæpius sine vitio simoniæ fieri non potest. 339. *Vid.* Venditio. — Res religiosa. Res communis, sancta, publica, 370 — Res communis sancta publica, 372 — Res religiosa, 388. — Res civitatis, 396 *Vid* Contractus. — An et quomodo res Ecclesiæ possit esse objectum materiale pactorum et contractuum, 397. *Vid.* Contractus.

De rebus in mari vel in fluminibus inventis. Quæ olim dicebantur *epaves*, XV, 848 — Cujus sunt ea quæ in fluminibus vel littore fluminum reperiuntur, 848, 849. — Cujus sunt ea quæ in mari vel in littore maris inveniuntur, 849. — Res superamissæ illæ sunt quas dominus involuntarie perdidit et adhuc retinere merito censetur, 853. — Inventor saltem ex charitate tenetur ad inquiren-

dum dominum cum diligentia pretio rei proportionata, quia in pari occasione idem sibi fieri unusquisque censetur velle. 855

Domino reperto, inventor ex justitia tenetur statim rem amissam restituere absque ullo onere, quia res clamat domino, 855, 856. — Optimo probabilior docet res inventas pauperibus erogandas esse, vel in pios usus impendendas, quando non reperitur dominus, 856. — Si inventor sit pauper, rem inventam ipse potest sibi applicare; sed prius a confessario aut viro gravi consilium petat, 857. — Solv. objecta, 857 et seq. — Quid agendum, si dominus compareat postquam in pios usus res inventa expensa fuerit, 859; XI, 1515 et seq.

De rebus derelictis quarum dominium conceditur primo occupanti. Pro derelicto habetur quod dominus ea mente objecit ut id in numero rerum suarum esse nolit, XV, 526. — Quæ in tempestate projiciuntur levandæ navis causa, non habentur pro derelicta, 527. — Pro derelicto etiam haberi videtur res ea, quæ fluctibus procul abrepta est, et dominus sciens ubi sit quærenda, non curat eam recuperare, vel quia essent magnæ expensæ faciendæ. 527

Reservationes aliæ juris corpore clausæ, et aliæ extra corpus juris esse dicuntur, V, 1257, 1258. — Extra corpus juris sunt reservationes extravagantibus, quæ bullis summorum pontificum, quæ cancellariæ regulis continentur, 1258, 1259. — Reservationes generales et speciales, ex constitutione Alexandri VII, XIX, 1013. — Reservatio cathedralium ecclesiarum et monasteriorum, ac de tempore vacationis episcopatuum, vacaturorum beneficiorum, 1015. — Extensio reservationis beneficiorum per assecutionem pacificam vacaturorum, 1015. — Reservatio dignitatum, nec non suorum, et S. R. E. cardinalium familiarum beneficiorum. Reservatio beneficiorum collectorum et subcollectorum. Reservatio beneficiorum curialium, dum curia transfertur, 1016. — Reservatio beneficiorum cubiculariorum et cursorum, 1017. — Reservatio beneficiorum ecclesiarum S. Joan. Lateran. et S. Petri ac B. Mariæ majoris in Urbe, et beneficiorum titulorum card. a curia absentium, 1017. — Reservatio mensium apostolicorum, et alternativa pro episcopis residentibus, 1017. — Declaratio reservationis ecclesiarum, et beneficiorum per prædecessores reservatorum, 1019. — Reservatio beneficiorum vacantium sede apostolica vacante, 1034. — Non reservantur nisi peccata mortalia, XVIII, 1252. *Vid.* Casus. — An reservatio tollatur per confessionem culpabiliter nullam? Longe communior est sententia affirmans, XXII, 1050, *in nota*.

Residentia est personalis præsentia in loco beneficii ad debitum officium ibi præstandum, XVI, 1200. — Praxis dispensationis super residentia et de percipiendis fructibus pro canonicis, XIX, 314 ad 344. — Praxis dispensationis super residentia pro curatis. Constitutio Pii V, 346. — Declarationes S. Congregationis concilii, 347 et seq.

Praxis dispensationis super residentia pro episcopis. 352

Resignatio. *Vid.* Renuntiatio.

Rescindibilitas est species nullitatis quæ contractum reddit invalidum, sed tantum post sententiam condemnatoriam, XVI, 543. — Locum habet quando contractus conditionibus essentialibus vestitus ob aliquem defectum dissolubilis est. Contractus rescindibilis valet donec rescindatur. 587

Rescissio, XVI, 587. — *Vid.* Rescindibilitas.

Rescriptum vocatur non quod scribatur iterum sed quasi responsum scriptum, per antonomasiam. Quod ad rem attinet, est constitutio specialis per epistolam; vel est principis concessio, per litteras authenticas legitime facta. Rescripta papæ interdum vocantur litteræ apostolicæ seu rescripta apostolica, XVIII, 1457. — Rescriptum ad lites, quod vocatur justitiæ, respicit jus aliquod explicandum vel dicendum ad partes. Rescriptum ad beneficia, quod vocatur gratiæ tendit seu impetratur ad obtinendum aliquod beneficium, 1457. — Rescriptum apostolicum ab excommunicato vitando impetratum, per se loquendo, est ipso jure irritum. 1457

Respective. Particula hæc, quam ex concilio Constantiensi mutuati sunt summi pontifices, significat, 1° nullam esse e recensitis in bulla notis quæ in aliquam saltem propositionem non cadat; 2° nullam pariter esse ex propositionibus quæ non mereatur aliquam ex illis notis. X 316, 317-274.

Restituere nihil aliud esse videtur, quam iterato aliquem statuere in possessione vel dominio rei suæ. XIV, 904-714

Restitutio proprie significat positionem rei in pristinum statum. Et quia, dum redditur res ablata, in priorem statum reponitur, ideo significat *redditionem rei ablatæ*, sive jure, sive injuria ablata sit, quod aliter latinis dicitur *redhibitio* et redhibere, XV, 574. — Restitutio latius et strictius accipitur; latius sumpta est: Rei acceptæ redditio, vel damni illati compensatio. Hæc definitio comprehendit redditionem mutui, commodati, etc. Restitutio est opus externum justitiæ commutativæ, 574, 1021. — Strictius sumpta restitutio: Est juris alieni redintegratio, vel actus justitiæ commutativæ quo res aliena redditur, vel reparatur damnum injuste illatum vel jus alterius materialiter aut formaliter læsum, 880. — Restitutio importat rationem debiti ex justitia violata, et est actus quo damnum proximo injuste illatum reparatur, XIV, 904-614. — Restitutio differt a solutione, a satispassione et a satisfactione. XV, 574, 575, 880, 1021, 1022

De restitutione in genere.—De necessitate restitutionis. Restitutio non est ad salutem necessaria necessitate medii, sed tantum necessitate præcepti, 1022. — Non ita requiritur ad salutem, ut anima defuncti detineatur in purgatorio donec restitutio fiat ab hæredibus, 1022.— Præceptum restitutionis rectius dicitur affirmativum quam negativum, 1025 —Solv. objectiones, 1025. — Restitutio vel in re, vel in voto necessaria est ad salutem, 586, 880. — Præceptum restituendi obligat *statim*, adeo ut quisque rem alienam, in toto vel in parte, prout ipsi possibilis est, quam primum *moraliter* reddere teneatur, 881. — Qui non restituit, cum potest et debet, peccat peccato continuato et tamdiu protracto quamdiu durat mora culpabilis. Illud peccatum numero multiplicatur, si expresse vel implicite renovetur intentio non restituendi. Ita communiter, 881, XXII, 1004, 1005 *in nota*. — Neganda est absolutio pœnitentibus restitutioni obnoxiis qui firmum non habent restituendi propositum, XV, 881. — Prima sententia: absolvi potest non solum prima, sed etiam secunda vice, si det vera signa doloris et propositi. Secunda sententia: regulariter non est absolvendus debitor, nisi prius restituat, quando ipsi restitutio est moraliter possibilis, XXII, 1004 *in nota*.

De radicibus et causis unde oriatur restitutionis obligatio sola læsio justitiæ commutativæ inducit obligationem restituendi, XIV, 905-714; XV, 882. — Essentialiter non repetibile est debitum justitiæ legalis, nec debitum justitiæ distributivæ, nec debitum justitiæ vindicativæ, 882, 883.—Per accidens aliquando restituendi obligatio oritur ex violatione justitiæ legalis, aut distributivæ, aut vindicativæ, 883.— Assignanda sunt tria capita omnis restitutionis: primum, ex injusta rei acceptione, seu damno illato; secundum, ex re accepta juste vel injuste; tertium ex contractu, 575; XIV, 907-716. — Quatuor vulgo recensentur radices restitutionis, injusta acceptio, injusta detentio, injusta damnificatio, contractus aut quasi-contractus. 882, 1026

De prima radice restitutionis, seu injusta acceptione. De possessore bonæ fidei, XIV, 910-718 et seq. — De obligationibus possessoris bonæ fidei ratione ipsius rei, XV, 884. — Ratione fructuum, 888. — Ratione impensarum, 890. — De possessore dubiæ fidei, 896; XIV, 915-723 — De possessore malæ fidei, 918-724. — De obligationibus possessoris malæ fidei, ratione rei, XV, 891. — Ratione fructuum, 893.— Ratione impensarum, 896. *Vid.* Possessor.

De secunda radice restitutionis, seu injusta damnificatione. Triplici modo aliquis damnum alteri inferre potest: 1° immediate; 2° mediate et per alios; 3° alterum a consecutione alicujus boni impediendo. Primus dicitur simpliciter damnificator, secundus cooperator, tertius impeditor, XV, 897, 898. — Ut actio, extra contractum et quasi contractum, vere sit damnificativa et ad restitutionem obligans, requiritur ut sit positiva, injusta, per se damni efficax, et theologici culpabilis, 898 et seq.; XIV, 925-729. — Non requiritur peccatum mortale, sed sufficit veniale, cum formalis est injustitia, 924-729. — Qui alteri damnum dedit voluntarie quidem, non tamen directe, sed tantum indirecte et interpretative, tenetur ad restitutionem, 924, 925-730. — Culpa mortalis sufficit ad fundandam obligationem reparandi quodcumque damnum, XV, 901. — Adest obligatio sub levi totum reparandi damnum per culpam venialem illatum si culpa venialis est levitate materiæ, et plenus sit consensus, 901.— Si culpa venialis sit levitate consensus, licet materia sit gravis, probabilius videtur nullam est obligationem restituendi, 901, 578 et seq. — Tripliciter fieri potest ut damnum alteri culpa mea obveniat. 1° si tenear ex officio impedire, et negligam; 2° si ex contractu; 3°, extra officium et contractum, 576. — Quando non intercessit aliquis contractus, non oritur obligatio restituendi ratione damni dati, saltem in foro conscientiæ, nisi ex culpa lata, non autem ex levi, vel levissima, 576. — Ordinarie quando damnum est grave, culpa seu negligentia, qua commissum est, censetur mortalis, nisi aliunde constet non esse, 578.

— De restitutione orta ex contractibus, XIV, 991-785. — Utrum nascatur obligatio restitutionis damni ex culpa levi, vel levissima, quando intercessit contractus commodati, conducti, depositi, pignoris, vel alterius similis, XV, 581. — Si res apud commodatarium vel conductorem pereat fortuito, ad nullam ipse restitutionem tenetur, nisi aliter expresse sit conventum, 582. — Jure naturæ, nemo tenetur de damno dato in re alterius, etiamsi apud ipsum sit ex contractu, nisi ob dolum aut latam culpam, 583. — Jure humano, si res alterius sit apud te per contractum, qui in tuam solius utilitatem tendat, teneris non solum ex lata culpa, sed etiam ex levi et levissima, 584. — Si contractus tantum cedat in commodum domini cujus ipsa res est, teneris solum ex dolo, vel lata culpa, non autem ex levissima vel levi, 584. — Si contractus cedat in utilitatem utriusque teneris ex lata culpa vel levi, non autem ex levissima, 584. — Non oritur obligatio restitutionis ex damno dato cum ignorantia comitante inculpata, 585. — Tenetur resarcire damnum qui uni intulit, volens illud alteri inferre, 902. — Ad quid teneatur ille qui aliquid dixit aut fecit ex quo, præter ejus opinionem, damnum alteri illatum est? 903. — Qui præter intentionem inculpabiliter posuit causam alteri damnificativam, probabilius tenetur ex justitia aut damnum impedire aut illud reparare, si, quantum in se erat, non impedierit, 904. — Quid sit agendum in dubio, an actio damnificativa fuerit nec ne, 904.

De cooperatoribus. Quænam personæ censeantur cooperari ad damnum injuste ab alio illatum, et una cum ipso ad restituendum teneri, XIV, 927 et seq.-731. — De cooperatoribus positivis. XV, 905. — *Vid.* Cooperator.

De jubente, 747, 906. *Vid.* Jubens. — De consulente, 909 et seq. *Vid.* Consulens.

Consentiens est hic qui suffragio, approbatione vel favore, excitat alterum ad injustum damnum, 913, 1146. — Consentiens duplicis est generis: alius consentit inefficaciter, quando scilicet externus de damno jam illato vel internus de damno inferendo gaudet; aut restitutionem non tenetur. Alius consentit efficaciter, quando scilicet ab illius consensu damnum pendet et determinatur, ad restitutionem tenetur, 913. — Consentiens censetur causa efficax et injusta damni, quoties ex officio tenetur non consentire, et damnum, quantum potest, impedire non consentiendo, 913. — An teneatur ad restitutionem qui suffragatur injustæ sententiæ, postquam jam præcessit suffragiorum numerus ad rem injustam decernendam sufficiens? 913, 914, 731, 1146; XIV, 931, 932-735. — Tenetur ad restitutionem consiliarius, quando dubitat an suffragium suum fuerit inter priora, vel inter posteriora, v. g. quando suffragia non palam et publice feruntur, sed causa secretis calculis deciditur, XV, 1146. — Consiliarii vel alia cœtus deliberantis membra peccant contra justitiam et tenentur ad restitutionem quando subterfugiunt, ubi tamen impedire possunt sententias injustas, 914, 1147. — Palpo qui in damnum influxit tenetur restituere ratione influxus, eodem modo quo consulens, 915. — Recursus, seu receptor, *recéleur* ad restitutionem tenetur quando causa est cur damnum inferatur, vel illatum non resarciatur, 915. — De participante, 916. *Vid.* Participans. — De cooperatione immediata, 916. De cooperatione mediata. 919.

De cooperatoribus negativis. Causæ negativæ seu non impedientes damnum impedibile non pariunt *vi propria* obligationem restituendi, sed obligant ad reparationem damni non impediti, *interveniente aliquo titulo strictæ justitiæ*, maxime contractu, vel quasi contractu, vel lege civili, 920. *Vid.* Cooperator.

An famuli teneantur ad restitutionem quando non impediunt damna quæ vel a domesticis vel ab aliis inferuntur domino? Quando cavere debent ex officio, tenentur ad restitutionem; secus, non tenentur, 1160; XIV, 937-740. — An paterfamilias teneatur compensare damna quæ per ejus negligentiam gravem aut culpam latam intulerunt domestici, XV, 1161. — An ministri publici qui tenentur alios ex officio defendere, teneantur etiam cum periculo vitæ? 1162. — Custodes saltuum, vinearum, lucorum, etc., tenentur resarcire damna quæ propter eorum dissimulationem sunt exorta, 1162. — Non tenentur ad restitutionem mulctarum quas alias certo solvissent ii quos manifestare neglexerunt, 1162. — Non peccant contra justitiam, nec etiam probabilius contra charitatem, si data opera se abscondunt, ut liberius postea delinquentes ex insidiis captent et ab eis pœnas exigant, 1163. — An præfecti gabellarum teneantur ad restitutionem, quando non exigunt gabellas, 1163. — Quid dicendum de apparitoribus qui noctu, v. g. deprehendunt gestantes arma prohibita, quæ per statutum applicanda sunt fisco, et ea non auferunt? 1164. — Quando teneatur ad restitutionem advocatus 1166

De iis qui alterum impediunt a consecutione alicujus boni. Ad restitutionem tenetur ille qui quovis modo, sive metu, fraude, vi, sive precibus, consiliis, suasionibus impedit alterum a consecutione boni ad quod iste jus strictum habet, XV, 921. — Sed non tenetur, si impediat alterum a consecutione boni ad quod iste jus strictum non habet et quod non potest consequi sine injustitia, 927. — Ad restitutionem non tenetur ille qui alterum quovis modo sive licito sive illicito impedit a consecutione boni quod iste quidem obtinere potest sine injustitia, sed non sine peccato, si peccatum cadat in substantiam rei, v. g., in meretricio, 927. — An impediens alterum a consecutione boni ad quod jus strictum non habet, sed quod legitime consequi potest, ad restitutionem teneatur. Impediens qui utitur viis injustis, ad restitutionem tenetur secundum proportionem spei, 928. — Non tenetur qui utitur viis justis, 928. — Quando bonum est alteri debitum ex justitia, sic, ut ei competat jus in re, non potest consecutio boni sine delicto injustitiæ impediri, et impediens tenetur ad restitutionem totius boni, 1181. — Quando competit alteri jus ad rem, v. g., ob promissionem, stipulationem, venditionem, traditione non secuta, præsentationem, concursum et alios similes titulos, ex quibus conceditur actio personalis ad rem, impediens peccat contra justitiam et tenetur ad restitutionem, non quidem quanti valet res et bonum impeditum, sed quanti valet spes boni vel jus ad rem impeditam, 1181. — Qui sine vi vel fraude impedit alterum a consecutione boni quod ei licite quidem conferri potest, at nullo justitiæ titulo debetur, non peccat contra justitiam et nihil restituere cogitur, 1181, 1182. — Qui sine vi vel fraude impedit dignum aut digniorem a consecutione boni, quod ei tantum ex justitia distributiva debetur, non peccat contra justitiam communicativam, nec tenetur ad restitutionem, 1182. — Qui sine legitima potestate adhibet vim aut incutit metum, et per hoc impedit alterum a consecutione boni licite et libere conferendi, peccat contra justitiam et tenetur ad restitutionem quanti valebat spes boni, 1182. — Qui fraudibus aut mendaciis impedit alterum a consecutione boni licite et libere conferendi, peccat contra justitiam et tenetur ad restitutionem quanti valebat spes boni, 1183. — Qui mendaciis, fraudibus aut illegitima vi proximum impedit a consecutione boni, quod hic juste non potest accipere, vel non potest facere suum, non tenetur ad restitutionem illius boni, 1183. — Non tenetur ad restitutionem, qui malis artibus alterum a consecutione boni quod sine peccato injustitiæ potest quidem accipi et conferri, non tamen acciperetur aut conferretur sine gravi peccato, 1184. — Inferendæ ex his assertionibus, 1184 et seq. — Objectiones, 1187 et seq. — An odium aut intentio prava nocendi variet obligationem restitutionis? 1191. — Qui non succurrit alteri, quando succurrere non tenetur ex justitia, non peccat contra justitiam, neque tenetur ad restitutionem, esto ducatur intentione prava nocendi, moveatur odio vel spiritu privato vindictæ, 1192. — Quando ponitur opus externum, quod est indifferens ut noceat vel non noceat alteri, sæpissime propter variationem intentionis variatur obligatio restitutionis, 1192. — Qui ponit opus externum, ad quod directe jus habet, et quod de se nocivum est alteri, non peccat contra justitiam, etiamsi ducatur spiritu privato vindictæ, vel alia pessima intentione, 1192, 1193. — Qui dignum aut digniorem sine vi vel fraudibus impedit a consecutione beneficii vel officii quod non est ipsi debitum ex justitia commutativa, non peccat contra justitiam, etiamsi moveatur invidia vel odio, 1193. — Universim loquendo, quoties opus externum est per se nocivum neque repugnat alterius juri, intentio prava non inducit malitiam injustitiæ vel obligationem restitutionis, 1193. — Objectiones. 1194 et seq.

Recensentur qui ad restitutionem tenentur et qui non tenentur. 929

De restitutione in specie. Quadruplicis generis sunt bona, nempe bona animi, bona corporis, bona famæ et bona fortunæ, XIV, 980-774; XV, 958. — De restitutione ob damnum in bonis animi illatum, 958. — Qui privat aliquem per injuriam aliquo sensu, vel usu rationis, philtro, veneno vel alio modo, videtur teneri ad restitutionem tantum pro damno temporali quod inde sequitur, 587. — Qui alterum metu vel fraude pertraxit in peccatum, tenetur ex justitia ipsum suæ libertati restituere, et vim ac fraudem tollere est communis sententia, 588. — Qui tamen alterum pertraxit ad peccatum, sive prece vel pretio, sive vi vel fraude, non tenetur ex justitia curare ut convertatur; sed tenetur ex lege charitatis, 589. — Si is qui fraude inductus est in errorem, faciat opus malum, priusquam veritatem cognoverit, imputatur consultori qui decepit; quamvis qui fecit, ob ignorantiam inculpatam non peccaverit, 590. — Qui vi, fraude, metu vel alio modo injusto alterum læsit in bonis spiritualibus, vel inducendo ad peccatum, vel

avocando a virtute, vel imbuendo falsa doctrina, tenetur ex justitia ad damnum reparandum, 958. 588. — Qui sine vi fraude, metu, aliove modo injusto, sed consiliis aut precibus aliquem ad malum induxit, tenetur juxta omnes ex charitate illum ad meliorem frugem reducere; utrum ad id teneatur ex justitia, non omnes consentiunt, 959. — Ad quid teneatur ille qui sine justa causa alium ab ingressu in religionem avertit. 959, 960, 590 et seq.

Restituere tenetur ille qui alium injuste læsit in bonis animi naturalibus. 960

De restitutione ob damnum illatum in bonis corporis, quæ sunt vita, membra, sanitas, virginitas ad quam accedit conjugalis castitas, XV, 961. *Vid.* Homicida.

De restitutione propter stuprum, 968. *Vid.* Stuprum.

De adulterio, seu commixtione carnali mulieris conjugatæ cum altero viro. In hoc adulterio duplex damnum, aliud naturale quod consistit in violatione fidei conjugalis; aliud reale quod consistit in eo quod proles inde suscepta ex bonis mariti cum filiis alatur, XV, 971. — Adulter, si partus non sit secutus, et si nullum aliud damnum secutum sit, non tenetur quidquam pro hac injuria marito illata rependere. Si maritus exigat satisfactionem pecuniariam, alter non tenetur eam præstare, 656. — Transactio tamen cum adulterio, secluso scandalo, videtur licita, 656. — Si secutus sit partus, adulter non tenetur ad ullam damni compensationem, nisi ei moraliter certum sit esse suam prolem, 656. — Si ullo modo suasit vel procuravit, ut adultera prolem susceptam marito supponeret, et fingeret esse ejus prolem, tenetur de damno secuto, nempe de alimentis et hæreditate, una cum adultera, 657. — Si adulter agnoscat esse suam prolem; vel certe nullam habeat justam rationem dubitandi, tenetur restituere saltem ea quæ impensa sunt in alimenta prolis, a tertio anno ætatis et deinceps, quamdiu parens tenetur filium alere, quamvis non suaserit suppositionem. Est communis. 657 et seq.

Adultera, si partus secutus sit, tenetur, quantum fieri potest, sine famæ dispendio et vitæ periculo, procurare ne legitimi hæredes ratione hujus illegitimæ prolis aliquid detrimenti capiant. Ita communiter, 659. — Etiamsi nullo modo possit mater compensare damnum, non tenetur tamen prodere suum crimen marito aut proli, nisi moraliter certa sit de damno avertendo, 659. — Quamvis certa spes esset per revelationem criminis, damnis hæredum occursum iri, non tamen tenetur crimen suum patefacere, si inde periculum vitæ vel famæ sibi impendere putaret, 660 et seq. — Si nulla nata sit proles et conjux mulieris adulterantis adulterium cognoverit, injuria illi conjugi illata reparanda est, 971. — Si nata sit proles, adulter et adultera, quando crimen ex mutuo consensu peractum est, tenentur in solidum et æqualiter pro sua parte ad compensanda omnia damna marito, vel filiis legitimis, vel hæredibus, 972. — Si dubium sit an proles sit mariti, an adulteri, tenentur adulter et adultera restituere marito, filiis legitimis aut aliis hæredibus ratione majoris vel minoris dubii, 972. — Quid restituendum sit pro enutritione et educatione prolis adulterinæ, 972. — Quid pro hæreditate quam loco filiorum legitimorum spurius accepit vel accepturus est, 973. — Quid restituendum sit pro iis quæ a consanguineis mariti vel adulteræ dantur aut legantur spurio quia reputatur legitimus, cum ea nec data nec legata fuissent si nota fuisset ejus illegitimitas, 973. — Quandonam adulter et adultera damnum reparare teneantur? 973. — Quomodo adulter et adultera damnum reparare possint? Adulter nullam experitur difficultatem. 974

De restitutione ob damnum illatum in bonis famæ, XV, 975 et seq.; XIV, 986 et seq.-778. — Causæ excusantes a restitutione famæ ablatæ, 990-781. *Vid.* Detractio, Contumelia, Fama, Honor, Judicium temerarium.

De restitutione ob damnum in bonis fortunæ illatum, XV, 990. *Vid.* Furtum

Præcipuæ restitutionis circumstantiæ spectant vel soliditatem et ordinem eorum qui restituere tenentur, vel personam cui restituendum est, vel locum, vel tempus et modum quibus fieri debet restitutio, XV, 929. — *De soliditate*, 929 — De ordine, 932. *Vid.* Solidaritas.

De personis quibus restitutio facienda est, et quo ordine, XIV, 940-742 — Cui facienda sit restitutio rei, quando ejus dominus est quidem certus, sed obiit, aut longe distat, 957-756. — Bona certa ordinarie illi a quo injuste accepta sunt, vel ei qui in istius jura successit, communiter sunt restituenda, *ibid*; XV, 934, 935. — Utrum debita certa sint priis solvenda quam incerta. 786

Quis ordo sit servandus inter personas quibus facienda est restitutio, XIV, 960 758. — Quis ordo sit servandus in solutione certorum debitorum. Primo, restituenda sunt ea quorum dominium non fuit translatum in debitorem: secundo, solvendum pro moderatis expensis funeris debitoris, 792. — Tertio, solvendum iis qui habent hypothecam, quantum ex se extendit, ante alios qui non habent, 792, 793. — Quarto, inter hypothecarios creditores, primo solvendum iis qui tempore sunt priores, 793. — Aliqui tamen sunt casus in quibus posterior tempore præfertur priori habenti hypothecam expressam vel tacitam, 793 et seq. — Quinto post eos qui habent hypothecam, si quid supersit, solvendum est creditoribus personalibus, id est, qui non habent ullam rem debitoris, sibi immediate in genere vel in specie obligatam, sed solam personam. 795

Utrum prius petenti liceat prius solvere. Si debitor vel ejus hæres solvat posteriori, omisso eo qui hypothecam priorem vel privilegiatam, sciens id fieri cum damno prioris, tenetur prioris de damno, et potest prior recuperare a posteriore quod solutum est, 796. — Si sint plures creditores personales, inter quos nullum sit privilegium prælationis, et aliquis ex illis exigat ante alios solutionem debiti, sive in judicio, sive extra, potest et tenetur debitor ei integre solvere, etiamsi tempore esset posterior, 796. — Quis ordo servandus inter creditores, XV, 1202. — *Primo, ex jure communi*, 1203. — Creditores reales, quorum res extant apud debitorem, præferendi sunt omnibus aliis creditoribus, 1204. — Creditores hypothecarii per se præferendi sunt omnibus personalibus, 1204. — Objectio, 1208. — Inter creditores hypothecarios præferendus est antiquior, nisi junior aut, posterior gaudeat speciali privilegio juris, 1204. — Creditores personales ob titulum onerosum præferendi sunt creditoribus personalibus ob titulum jure gratuitum, 1205. — Inter creditores personales præferendi sunt qui specialiter privilegium juris habent, 1205 — Inter creditores personales, æque vel nullo modo privilegiatos, non est præferendus qui prior est tempore, 1205. — Objectio, 1209. — Creditores personales magis indigentes, nisi laborent extrema vel valde gravi necessitate non gaudent privilegio prælationis, 1206 — Creditores certi communiter præferendi sunt incertis, 1206. — Creditores ex delicto debitoris per se non sunt præferendi creditoribus sine delicto debitoris, nec vicissim, 1207 — Objecta, 1211 — Creditori gaudenti jure prælationis debet integre solutio præstari, qu mvis parum aut nihil supersit pro cæteris creditoribus, 1207. — Quando plures sunt creditores ejusdem qualitatis, et nullus eorum habet jus prælationis, debitor qui non potest omnibus totum solvere, debet solvere quantum potest, secundum partes proportionales debiti, ita ut cui plus debet, proportionaliter etiam plus solvat, 1207. — Legata solvi debent post cætera debita testatoris. 1208

*Secundo ex jure civili.* Codicis civilis dispositiones, 1212. — Codicis commercii dispositiones, 1214. — De theologicis statutis pro ordine solvendo inter creditores. Triplex esse potest debitoris status ad respectum creditoris 1° In jus vocavit debitorem creditor; 2° rem suam creditor extra judicium repetit, 1217. — 3° Si nec juridice nec alio modo repetatur, distinguendum an sit exigibile debitum vel non. 1218

Quomodo facienda restitutio, si dominus rei sit incertus, XXII, 1006 *in nota* — Cui restituenda sit res, quando ejus dominus est ignotus, XIV, 953-752. — Bona incerta, id est, habentia dominum ignotum juste acquisita, post adhibitam diligentiam moralem ad dominum inveniendum, haberi possunt ut res inventæ quarum dominus non invenitur, XV, 935 — Tunc restitutio facienda est in pauperes, 819, 775-780. — Bona incerta injuste acquisita quorum dominus inveniri non potest, in pias causas impendenda sunt, 935. — Bona incerta, et incerta debita, sive ex contractu, sive ex delicto, restituenda sunt in pauperes, saltem jure positivo vel consuetudine, 775. — Quo jure pontifex potest de bonis incertis disponere? 777. — Si is qui hæc bona habet, vere pauper est, poterit ea tanquam unus e numero pauperum sibi retinere, 777. — Quid si dominus postea comparuerit. 778

Cui facienda restitutio inventorum, habentium dominum sed incertum, et an inventor possit ea sibi retinere. Sententia fere communis est, hæc pauperibus esse impendenda, 779. — Si res incertum habens dominum, in specie sua est aliena, primo loco est restituenda, non certis creditoribus, sed iis quibus incerta restitui solent, quamvis nihil aliud supersit quod certis creditoribus possit dari, 787. — Si res ipsæ non sint in sua specie alienæ, tunc ex iis prius facienda est restitutio certorum debitorum quam incertorum, 787. — Utrum inter creditores certos prius solvendum sit venditori, cui pretium nondum est solutum, re vendita extante, si res sit Ecclesiæ, vel fisci vel minoris, et adhuc extet inter bona debitoris, ante omnia solvendum est pro ea pretium justum, vel certe res ipsa est restituenda 788

Si res alterius vendita fuerit tali debitori, et ille nec pignus aut fidejussorem dederit, nec pretium in præsenti obtulerit, nec venditor illud pro soluto habuerit, fidens

emptori, tunc vel pretium ante omnia solvendum, vel res restituenda venditori. 788

Probabile est venditorem, si ab emptore fidejussorem vel pignus non accepit, et res adhuc apud emptorem exstet, in ea re cæteris esse præferendum, ita ut vel pretium ei solvendum sit, vel res ipsa restituenda, 789. — Cuinam facienda sit restitutio, quando debitor est impar ad omnia sua debita solvenda. Si res aliena existat in propria specie apud debitorem, domino reddenda est; ipsa domino clamat, 936. — Si res aliena non existat in propria specie, is ordo servandus est inter creditores. Primo loco solvendi sunt creditores privilegiati. — Secundo loco, solvendi sunt creditores hypothecarii. — Tertio loco, solvendi sunt creditores communes, seu qui nullum jus prælationis habent ut præ aliis solutionem accipiant, 936, 937

Plerique theologi sentiunt nullum ordinem temporis servandum esse inter priores et posteriores creditores, 937. — Verius videtur hanc regulam juris : qui prior est tempore, potior est jure, non posse extendi ad creditores personales, 797. — Opinio communior tenet nullum instituendum esse ordinem inter creditores ex contractu et creditores ex delicto, 937-791. — Tres sunt sententiæ, 790 et seq.

Creditores ob titulum onerosum anteponendi sunt creditoribus ob titulum gratuitum, 937. —Creditores pauperes solvendi non sunt ante creditores divites, nisi sint in extrema necessitate positi, 937,938-798. — An creditores certi incertis præferri debeant? Dubium potest cadere vel in debitum vel in creditorem, 938. — An debitor ad debita sua jam impar, integrum debitum uni præ aliis solvere, et creditor ab eo accipere sine injustitia possit? Si creditor jus prælationis habeat, debitor potest et debet illi integrum ante alios debitum solvere, etiamsi inde fiat impar cæteris debitis solvendis, 939. — Si creditor jus prælationis non habeat, et declarata fuerit bonorum cessio, gallice *faillite*, certum est neque debitorem uni creditori præ aliis solvere, neque creditorem solutionem oblatam accipere posse, 939. — Si bonorum cessio non fuit declarata, quæstio longe difficilior est. Pro praxi quædam breviter statuuntur sive quoad debitorem, sive quoad creditorem.

939 et seq.

De loco, tempore et modo quo restituendum est. Bona inferioris ordinis, v. g., pecuniæ, non necessario et præcise ex vi debiti justitiæ, sed solum per accidens, ratione alicujus adjuncti sunt restituenda cum jactura bonorum superioris ordinis, v. g., famæ, et fama cum jactura vitæ, XIV, 964, 965-762. — Ex lege justitiæ restitutio fieri potest vel publice, vel secreto, *ibid.* — Debitor per alium rite satisfacere potest, 966-763. — Si confessarius acceptam a pœnitente pecuniam non restituat domino, in praxi iste pœnitens tenetur ad denuo restituendum, salvo suo recursu ad confessarium, vel tertiam personam infidelem cui reddenda pecunia fuisset commissa, 966-763. — Peccat et absolutionis non est capax, qui cum posset statim totum restituere, successive et per partes vult restituere, sine creditoris consensu, 965-762. — Data opportunitate, debitor tenetur statim restituere, ac sine causa restitutionem differendo, peccat mortaliter ex ipso genere peccati, cum sit contra justitiam, 967 et seq.-764. — Quomodo se gerere debeat confessarius circa pœnitentes restitutioni obnoxios, eamque sine causa omittentes. 970 et seq.-766

Res quam quis hucusque bona fide possidebat, restituenda est in loco ubi est, quando possessor bonæ fidei advertit eam non esse suam. XV, 941

Restitutio debitorum ex delicto, regulariter in loco creditoris facienda est, debitoris impensis 1197

Restitutio debitorum ex re accepta, regulariter in loco debitoris facienda est creditoris impensis. 1197

Restitutio debitorum ex contractu facienda est in loco per contractum designato. Si vero nihil expresse vel tacite conventum, inspici debet natura contractus, 1198. — Res quam quis mala fide possidebat restituenda est expensis possessoris malæ fidei, in loco ubi Dominus possedisset, si ablata non fuisset, 941-798. — Quæ debentur solum ratione rei acceptæ, restituenda sunt in loco ubi habentur; nec teneris ea mittere domino expensis tuis, sed mittes expensis domini, ut si bona fide emeris rem a fure, 799. — Quæ debentur ex contractu, in quo res eadem numero est restituenda, si in alterius tantum partis utilitatem accepta sint, debent ejus expensis restitui : idque eo loco, ubi sunt tradita, nisi aliter justa aliqua pactione conventum sit, 800. — Quæ debentur ex contractu in quo pro re accepta est reddenda alia, restitutio ex natura contractus non quovis loco fieri potest, sed ibi facienda est, ubi res, pro qua datur, est accepta, secundum quem locum etiam res quæ datur est æstimanda, 800. — Quæ debentur ratione donationis, legationis, testamenti, reddenda sunt in loco ubi erant cum donarentur, nisi aliud in ipsa dispositione expressum fuerit, ac proinde expensis ejus cui donata sunt, 801.— Quo in loco et cujus impensis restituenda sit res ex contractu debita? 942

Si obligatio restituendi proveniat ex detentione rei alienæ, aut ex injusta læsione, adimpleri debet quam primum moraliter fieri potest, 942. — Si obligatio restituendi proveniat ex contractu, standum est conventioni, si tempus restitutionis fuerit præfixum; secus restituendum est cum dominus restitutionem rationabiliter exigit, vel consuetudo illud indicat, 943. — Debitor potest prævenire in restitutione facienda tempus ex contractu præfixum in suam gratiam, secus non potest. 943

Debitum ex contractu restituendum est die vel tempore per expressam aut tacitam pactionem signato, 1199. — Quando terminus solvendi condictus est in favorem debitoris, ut in mutuo commodato, potest debitor prævenire terminum; et, si creditor non acceptet, ac postea res pereat, interitus imputabitur ipsi saltem in casu quo debitor declarasset se nolle periculum rei suscipere. Quando terminus est in favorem creditoris, ut in locato, debitor terminum prævenire non potest. 1199

Debitum ex delicto, vel re accepta, per se statim est solvendum, 1200. — Non satisfacit debitor qui, cum possit simul restituere totum, vult tantum restituere per partes et successive, nisi forte dominus sponte consentiat, 1200 — Graviter peccant et sunt in maximo damnationis periculo, qui restitutionem ad mortem differunt, vel qui restitutionem aut dubium quod habent circa restitutionem bonorum rejiciunt in hæredes, 1200. Qui jam alias a confessario monitus, bis, ter, aut sæpius restitutionem promisit, et promisso non stetit, regulariter absolvi nec debet nec potest, nisi forte per accidens ob impotentiam aut aliam similem causam excusetur a restitutione statim facienda, 1200 — Si mora sit culpabilis in restituendo, lucrum cessans aut damnum emergens compensare tenetur debitor.

1200, 1201

Si debitum sit ex delicto, tenetur debitor compensare lucrum cessans aut damnum emergens, quod oritur etiam ex inculpabili mora restitutionis, 1201. — Si debitum non sit ex delicto, et mora sit inculpabilis in restitutione, regulariter aut per se compensari non debet lucrum cessans aut damnum emergens, 1201. — Objectio. 1201

• Eo modo restituendum est quo plane justitiæ violatæ satisfiat, 943. — Cujus periculo restitutio fieri debeat, 943. — Ex quacumque causa proveniat obligatio restituendi, debitor eximitur ab obligatione de novo restituendi, si res remittatur personæ a creditore designatæ. 944.

De causis a restitutione excusantibus. Regula generalis qua fundantur illa est : quotiescumque dominus rationabiliter consentire debet ut restitutio differatur aut omittatur, ea differri aut omitti potest, etsi de facto dominus sit invitus. Jus creditoris et debitoris obligatio sunt duo correlativa, XV, 944. — Aliæ suspendunt, aliæ tollunt restitutionis obligationem, 944.—An causæ obligationem restituendi suspendentes simul excusent a reparando damno emergente, vel lucro cessante quæ creditor passus est ex dilatione, 953, 1238.—Tres potissimum ab omnibus agnoscuntur causæ a restitutione omnino excusantes : 1° condonatio seu remissio a creditore facta; 2° compensatio legitima; 3° auctoritas publicæ potestatis, 955. — De causis excusantibus a restitutione statim facienda, XIV, 972-767

Joannes Medina enumerat duodecim causas a restitutione excusantes, XV, 801. — Duodecim iterum, inter quas aliæ quædam, numerantur. 1254

I. Prima causa est inopia debitoris, vel impotentia, 801. *Vid.* Impotentia.

II. Secunda, remissio creditoris Quæ vel expressa, vel tacita, restituendi obligationem tollit, XVI, 585. — Remissio creditoris æquivalet solutioni. Tres requiruntur conditiones : prima, ut hæc remissio sit libera omnino; secunda, ut creditor possit condonare; tertia, ut condonatio non fiat in casibus jure exceptis, qui tres inveniuntur, XV, 809, 953, 1255 — Sufficit ad omissionem restitutionis voluntas creditoris rationabiliter præsumpta, 1256. — De remissione debiti. XXV, 566

III. Tertia, cessio bonorum, XV, 810. *Vid.* Cessio.

IV. Quarta, damnum quod verisimiliter putatur creditori vel reipublicæ, vel alicui tertio obventurum. Tunc restitutio differi potest, et interdum debet, vel lege charitatis, vel etiam justitiæ, 812. — Si restitutio creditori tantum affert detrimentum temporale quod licite potest subire, non potes, creditore graviter invito differre restitutionem, 950, 1237. — Si restitutio creditori spirituale damnum afferat, v. g., quia graviter est peccaturus per abusum rei sibi debitæ, non solum potes, sed debes differre solutionem, si illud commode fieri possit, vel absque notabili tuo detrimento, 750, 1237 — Si creditor aut dominus abusurus est re sibi restituta in gravem alterius injuriam, v. g.,

si proximum esset occisurus, non solum ex charitate, sed etiam ex justitia, debes differre restitutionem, siquidem justa causa non excuset, 951, 1237.— Ad cavendum grave domini detrimentum in bonis animæ licitum est quandoque surripere domino rem suam ad tempus, 1238.— In casibus in quibus ob detrimentum creditoris debet aut potest differri restitutio, debitor non tenetur postea sarcire damnum interim emergens aut lucrum cessans, esto sit debitor ex delicto, 1238. — Objectiones, 1239. — An res quæ creditur nociva domino vel alteri, sit ipsi reddenda, si illam exigat. XIV, 941 et seq.-743

V. Quinta, est solutio facta creditori creditoris. Hæc solutio liberat in foro conscientiæ. XV, 814, 1260

VI. Sexta causa, est rei debitæ interitus Si res quam debes restituere, sit in specie aliena, excusaris ejus interitu, si non intercessit tua culpa, vel mora, vel pactum; secus vero, si aliquid horum intercessit, nisi similiter fuisset peritura apud dominum, 815. — Si rem alienam magni pretii in extrema necessitate tua consumpsisti, verius est te non excusari a restitutione, dum pinguior fortuna obtigerit, 815. — Si res non sit in specie aliena, sed tua, ejus interitus non te excusat, 815. — Si mittas pecuniam, vel rem tuam tradendam creditori, et non tradatur, tibi perit; nisi forte creditor miserit vel assignaverit hominem certum cui numeres, 815. — Si debitum sit tantum ex re accepta, et res pereat sine tua culpa vel injustitia, non teneris amplius ad restitutionem, nisi forte ditior sis factus, 1240.—Si debitum sit ex contractu, videndum an res quam debes, sit creditoris vel tua In posteriori casu non eximeris ab obligatione restitutionis, in priori communiter eximeris, si res pereat sine tua culpa vel injustitia. 1241

Si debitum ex delicto sit, et res casu pereat apud furem, non peritura similiter apud dominum, fur obligatur ad restitutionem, 1241. — Si res casu fortuito pereat apud furem, et periisset etiam apud dominum, eo quod alius fur superveniens eam consumpsisset, fur primus tenetur ad restitutionem, 1242 — Si fur destruat aut absumat rem, quando nondum prævidetur imminens periculum, de rigore juris tenetur restituere totum valorem rei, quamvis res apud dominum manens certissime periisset casu pure fortuito, 1242. — Si res fortuito pereat apud furem, et eodem vel simili casu fortuito periisset apud dominum, puta, propter naufragium, incendium, diluvium, fur non tenetur ad restitutionem, 1242. — Si rem alienam consumas, quando prævidetur inevitabile periculum interitus apud dominum, opus est multiplici distinctione, 1243. — Objectiones, 1243 — *Vid.* Fur.

VII. Septima causa, juris aut judicis auctoritas. — Auctoritas publica juris nihil aliud est quam potestas a Deo ordinata ad bonum regimen societatis, extinguere potest obligationem restituendi. Auctoritas publica judicis nihil aliud est quam sententia in judicio lata. qua judex absolvit aliquem a restitutione facienda. Auctoritas juris et judicis quibusdam casibus excusat a restitutione, 816, 956. — Si dubium est et litigiosum an debitum solutum fuerit, judicis sententiæ standum est, secus sententia in præsumptione solutionis fundata nullam vim habet, 956. — Sententiæ judicis, per modum pœnæ latæ, stare potest debitor, etiam in conscientia, quia leges quæ imponunt mulctam justæ sunt, 956. — De absolutoria judicis sententia. 1258

VIII. Octava, religionis ingressus. — Debitor religionem approbatam appetens, tenetur solvere ante ingressum, nisi ipsius, si in sæculo maneat, ruina spiritualis inevitabiliter prævideatur, 956, 957. — Tres sunt sententiæ. Prima vult debitorem non posse ingredi religionem, et ingredientem non liberari debito restitutionis, 816, 1246. — Secunda contendit debitorem ingredi posse religionem, et per hoc liberari debito restitutionis. Tertia media docet differendum ingressum, si debitor speret debita sua vel integre vel ex magna parte solvi posse intra breve tempus; secus autem, si necesse foret expectare per longum tempus, puta, per duos vel tres annos, 1246. –Primo, si debitor ingrediatur et profiteatur, omnino valebit professio, nec poterit reverti ad statum sæcularem, 816. — Secundo, qui debet aliquid extans in specie, non potest omissa restitutione religionem ingredi. Tertio, si debitor possit brevi tempore, ut paucis annis, et consuetis laboribus satisfacere creditoribus, tenetur aliquantisper differre ingressum, ut illis satisfaciat, 817. — Quarto, si opus esset longo tempore, ut multis annis, vel insolitis laboribus, non tenetur expectare, sed relinquendo omnia sua creditoribus poterit religionem ingredi, 817. — An per assumptionem et professionem status religiosi debitor ab obligatione restituendi liberetur. XIV, 974 et seq.-769

Debitor ex contractu pure gratuito, propter debita solvenda, communiter differre non tenetur ingressum religionis, esto postea non possit amplius illa solvere, XV, 1247. — Debitor ex contractu oneroso communiter ob debita solvenda non debet differre religionis ingressum ad longum tempus, puta, ultra duos vel tres annos, 1247. — Spectato jure naturali probabiliter debitor ex delicto non tenetur ob solvenda debita differre religionis ingressum ad longum tempus, 1247. — Objectio, 1270 et seq — Attento jure novo positivo, non potest debitor ex delicto religiosum statum amplecti, quando non potest aliter solvere debita, 1248. — Qui rationibus reddendis obstricti sunt, non possunt ingredi religionem ante rationes redditas, 1248. — Debitor ex contractu vel delicto, si potest intra breve tempus, id est, annum aut alterum annum gravia debita solvere, communiter ex justitia tenetur ingressum differre, si quidem illa non possint aliter solvi, nisi dilato religionis ingressu, 1249. — Religio vel monasterium non tenetur ex suis bonis solvere debita quæ religiosus contraxit ante licitum religionis ingressum, 1249. — Tenetur tamen religio vel monasterium solvere debita religiosi ex bonis quæ religiosus habuit ante religionis ingressum vel etiam ex bonis quæ religioso postea per hæreditatem, legata, donationem aut operam suam obvenerint, 1249.—Religiosus, quando non potest aliter solvere debita, tenetur ex justitia procurare media necessaria solutionis per suum laborem, modo labor non sit nimium difficilis aut contra decentiam sui status, ac prælatus det licentiam quam tamen hic ex justitia dare non tenetur. 1249, 1250

IX Nona causa, est excommunicatio creditoris Non est improbabile restitutionem posse differri, donec Ecclesiæ creditor reconcilietur, 818. — Verius tamen videtur, etiamsi creditor nominatim sit excommunicatus et vitandus, non ideo differri posse restitutionem, 818, 1255. — Si solus debitor est excommunicatus, differre non potest propterea restitutionem. 1254, 1255

X. Decima, incertitudo creditorum, non omnino excusat. Tunc enim restitutio facienda est in pauperes, 819. — *Vid.* supra, ubi de debitis incertis.

XI. Undecima, dispensatio vel compositio cum papa, 819, 1253. — *Vid.* Compositio.

XII. Duodecima, compensatio, 820, 954, 1260. — *Vid.* Compensatio.

De quibusdam aliis causis a restitutione excusantibus.

I. Prima, est donatio vel legatio rei æquivalentis. Non excusat a restitutione, nisi quod gratuito datur præstetur sub conditione ut satisfiat debito si quod sit, XV, 957, 958 — Si debitor est memor debiti, sed tamen habet animum vere donandi vel legandi, certum est non extingui debitum, 1257. — Si debitor est memor debiti et dat animo solvendi, satisfacit debito, quamvis externus simulet donationem, et creditor existimet rem sibi dari, 1257 — Si debitor donans aut legans est immemor debiti, non satisfacit debito, esto non donaret aut legaret, si sciret suum debitum, 1257 — An debitor aliquid donans suo creditori immemor debiti, excusetur a restitutione? Negat prima sententia et valde probabilis est. Altera sententia probabilitate non caret, XXII, 1008 et seq, *in nota.*

Secunda, juramentum decisorium. Debitor est tutus quoad forum externum, si jurato neget debitum, et iniquitas juramenti non possit ostendi. Imo, si accedat sententia judicis, extinguitur omnis obligatio civilis, 1258. — In foro tamen interno manet obligatio debitoris. Creditor sciens justitiam suæ causæ, prospicere sibi potest per compensationem occultam. 1259

Tertia, transactio. Liberat a restitutione, non quidem totaliter, sed quoad partem æquivalentem, æstimabilitati justæ defensionis adversus actorem. — Transactionis tempore debet res esse dubia. Si nosset actor jus alteri favere, irrita foret ejus actio. 1259

IV. Quarta, novatio.

V. Quinta, delegatio. 1259

VI. Sexta, præscriptio. *Vid.* Præscriptio.

An oriatur obligatio restitutionis ex violatione justitiæ distributivæ? Dignus aut dignior, ante collationem, electionem, præsentationem, nominationem, per se non habet jus stricte dictum ad beneficium spirituale vel officium sæculare publicum, XV, 1105. — Distributor ini juris officiorum aut beneficiorum per se nihil restituere tenetur omissæ personæ dignæ vel digniori, 1106.—Si tamen beneficia vel officia conferuntur per concursum, id est, si plures edicto convocantur ad examen, ut eorum dignitas exploretur, et eligatur dignissimus, fit injuria stricte dicta dignissimo si non eligatur, et elector ei ad restitutionem obligatur, 1107. — Objectiones, 1108 et seq.

Quomodo peccent eligentes indignum aut minus dignum ad beneficium aut officium, et an teneantur ad restitutionem Ecclesiæ vel reipublicæ, 1110. 1111. — Eligere vel promovere scienter indignum ad beneficium ecclesiasticum est peccatum mortale, 1112. — Electio indigni sæpius est irrita de jure, sæpius tantum irritanda, 1113. — Eligere minus dignum ad beneficium episcopale, mortiferum est

peccatum, 1113. Eligere minus dignum ad parœciam aut beneficium curatum, est per se peccatum mortale, 1114. — Non solum elector, sed et patronus peccat mortaliter, si minus dignum præsentet ad episcopatum aut beneficium curatum magni momenti, 1116. — Doctrina proposita de electione vel præsentatione magis digni patitur aliquot exceptiones quæ reduci possunt ad tria capita : parvitatem materiæ, necessitatem aut utilitatem reipublicæ, jus eorum qui minus sunt digni, 1117. — Qui semel iterumque vel raro minus dignum promovet ad beneficium simplex minoris momenti, non peccat mortaliter, 1119. — Videtur tamen mortale passim et communiter eligere minus dignum ad beneficium simplex, 1119.—De sæcularibus officiis eo fere modo discurrendum est ut de beneficiis ecclesiasticis, et peccant mortaliter eligentes indignos aut minus dignos ad officia majoris momenti, uti sunt prætoris, judicis, gubernatoris, quæstoris in ampla provincia, 1120. — Qui sciens et volens eligit ac promovet indignum ad beneficium ecclesiasticum aut officium sæculare publicum, in conscientia reficere debet omnia damna vel detrimenta quæ per electionem aut promotionem indigni subit Ecclesia vel respublica, modo saltem illa rationabiliter potuerint prævideri, vel in prudentem adduci suspicionem, 1121. Probabiliter iniquus elector aut promotor etiam sarcire debet damna quæ per electionem aut promotionem notabiliter minus digni subit Ecclesia vel respublica, 1121. — Videtur tamen etiam probabilis, et in praxi tuta sententia quæ tradit hoc non esse peccatum injustitiæ strictius sumptæ contra rempublicam aut Ecclesiam, et electores aut promotores qui scienter eligunt aut promovent notabiliter minus dignum, dummodo reipsa sit vel absolute dignus appareat, non teneri ad restitutionem reipublicæ vel Ecclesiæ faciendam, 1122. — Objectiones. 1123 et seq.

De quibusdam difficultatibus. Qui vi aut fraude impedit aliquem a consequendo aliquo beneficio vel officio, quo dignus erat, vel ne instituatur hæres, vel ne fiat ei donatio, etc., tenetur ad restitutionem quanti judicio prudentis ea spes ipsi valebat, XV, 735. — Qui sine vi aut fraude, precibus, blanditiis, muneribus impedit dignum vel digniorem ab officio, beneficio et similibus, peccat quidem, sed non tenetur ad ullam restitutionem, etiamsi illud malo animo et ex odio faciat, 737. — Si fraus vel injuria non censeatur vere causa damni secundum æstimationem moralem, sed solum occasio, non tenetur ad restitutionem, 738.— Qui secretum alterius, legendo litteras sibi commissas cognovit, si eo utatur in suum commodum cum incommodo alterius, v. g. ad impetrandum beneficium, et si litteras suppressit vel sero reddidit, ita ut alter non possit sollicitare, tenetur ad restitutionem, quanti spes alterius æstimabitur. Si litteras tempestive tradidit, sed illas antea artificio quodam apertas legit, et simul concurrens sibi beneficium impetravit, probabilius est non teneri ad restitutionem, 739, 1185, 1186. — Illa apertio et lectio litterarum est peccatum quod verius est mortiferum, 740. — Qui fraude aut mendaciis impedit ne sua bona propter crimen juste confiscentur, probabilius non tenetur ad restitutionem, 741. — Non teneri ad restitutionem videntur testes qui falso testimonio impediunt sententiam, et consequenter confiscationem vel rei suæ, vel alienæ, 743. — Qui damnum intulit in re adhuc crescente, non videtur tenere integre rependere perinde ac si adulta esset, 743. — Qui in tempestate ejicit merces alienas, si habet suas, tenetur pro sua parte ad restitutionem, 743. — Secus, si nullas habeat. 744

Utrum mors vel aliud damnum alicui tertio ex tuo maleficio obveniens tibi imputetur. Si nec ea intentione egisti ut inde tertio damnum eveniret, nec advertisti eventurum, non teneris ad restitutionem, 631. — Probabilius videtur, etiamsi putes inde damnum tertio obventurum, te nec peccare peccato injustitiæ in tertium nec teneri ad restitutionem, 631. — Etiamsi intendas damnum tertii, si tamen actio exterior cum circumstantiis talis sit, ut ex ea non sequatur damnum ut plurimum, seu ex conditione actionis, sed aliunde, non erit peccatum injustitiæ, 632. — Si actio exterior talis sit ut ex ea plerumque tale damnum tertio sequi soleat, erit peccatum injustitiæ, etiamsi illud damnum non intendas, nisi forte in ea actione jure tuo utaris. 632

Utrum homicidium vel aliud damnum irrogatum per mancipium tuum vel animal, tibi imputetur, et quid si per filium. 1° Si tua culpa lata id factum est, tibi imputatur, et teneris ad restitutionem totius damni, ut si jusseris, suaseris, impuleris, vel si negligens fuisti in præcavendo, 633. — 2° Si nulla tua culpa intervenerit, non teneris ad totum damnum, sed sufficit mancipium vel animal noxæ dedere : liberum tamen tibi est vel damnum compensare, vel rem quæ nocuit dedere, 633. — 3° Seposito jure positivo, non teneris dare corpora vel pretium damni, ante sententiam, 633. — 4° Probabile est neque jure positivo id teneri ante sententiam, 634. — 5° Parens non tenetur ex delicto filii vel damnum sarcire, vel filium noxæ cedere, si absque parentis culpa commissum, 634. — Utrum homicidia et damna quæ inferuntur per triremes Turcorum, imputentur remigibus christianis ibi captis, ita ut peccent contra justitiam vel saltem contra charitatem ; verius est non peccare, quando flagris et metu mortis ad id compelluntur. 635, 1151

Cui facienda est restitutio, quando rei datio aut acceptio est illicita de se, aut prohibita, XIV, 945 746. — An restituenda sit res ob turpem causam accepta ? Si res data fuit gratuito, ex justitia restituenda non est, XV, 994. — Idem dicendum est, si res data fuit in præmium operis accidentaliter mali. — Si res data fuit in præmium operis intrinsece mali, restituenda est res accepta, opere nondum patrato. — Videtur quod adhuc sit obligatio restituendi, opere patrato, 994. — Cui vero res illa restitui debeat? Domino clamat, 995, 780. — An qui recipit pretium ad perpetrandum opus de se intrinsece malum, contra justitiam et injuriosum ac nocivum proximo, illud in conscientia restituere teneatur, XIV, 947-748. — Si solum jus naturæ spectetur acceptam ob turpem causam, seu propter opus quod est peccatum, opere impleto non necessario est restituendum, sive illud opus sit contra justitiam, sive non, XV, 781 —Jus tamen positivum reprobat hujusmodi pactiones, XIV, 950-750. — Verius etiam videtur neque jure positivo id necessario restituendum. XV, 782

Etsi hæc sententia verior est, contraria tamen, quæ censet id quod acceptum fuerit ob crimen legibus punibile, nisi censeatur donatum, esse restituendum, non est improbabilis, 783.—Qui ab alio accipit pretium ad faciendum aut omittendum id ad quod ex justitia obligatur, eidem in conscientia restituere tenetur Ita communiter, 783 ; XIV, 945-746. — Si opus debitum sit proximo ex charitate, non potest pro eo pretium exigi, nisi forte sit laboriosum, vel sumptuosum, vel pretio æstimabile, XV, 785, 995 ; XIV, 947-747. — Quod tamen sponte et libere oblatum est, recipi et retineri potest, 947-748. — Meretrices aliquid tanquam mercedem pro copula a viro exigere et acceptum retinere valent, quibusdam casibus exceptis, 951 et seq.-751.—Quando aliquid datum est pro opere vel omissione, quæ solum cedit in commodum accipientis, vel in honorem Dei, non necessario est restituendum, sed potest retineri, XV, 786

An errans in persona læsi teneatur ad restitutionem ? 1136. — Qui furatur, consumit aut destruit rem Lucii, putans esse Cneii, tenetur ad restitutionem, quamvis inde non evaserit ditior, 1100 — Qui lethaliter vulnerat Titium amicum, putans invincibiliter esse Cneium inimicum, peccat opere suo contra justitiam, et tenetur ad restitutionem, 1101.—Qui prætereuntem fœminam graviter infamat, putans aliam esse quam sit, tenetur ad restitutionem, 1102. —Objectiones, 1102 et seq.

Ad quid teneantur qui in Gallia chartis (*assignats*) debita solverunt a prima die januarii 1791, ad mensem jul. 1796, XV, 797 et seq.

An ad restitutionem teneantur qui bona ecclesiastica temporibus Gallicanæ perturbationis acquisiverunt, 999 et seq —Sententia sacræ pœnitentiariæ. 1001

An restituere teneantur qui in eadem rerum Gallicarum eversione acquisiverunt bona quæ a republica in privatos usurpata fuerant, et ab ea inique vendita ? 1002 et seq.

An peccent et ad restitutionem teneantur conscripti desertores? 1004 et seq.

Ad quid teneantur juvenes qui ope aliena gratuitam acceperunt educationem sub spe quod futuri essent clerici, si postea hunc statum deserunt, aut illo sese indignos culpa sua reddunt. 1006

Quid sentiendum de casu quo creditor respectu unius debiti plura habuit chirographa, ac unum tantum debitori reddidit? Probabilius est hujus solius redditione debitum non esse remissum, XVI, 78 et seq.—De obligatione restituendi usuras, 723 et seq.; XIV, 997-787.

Si pœnitens sit in bona fide, et confessarius prævideat monitionem restitutionis minime esse profecturam, non debet eum monere, XXII, 1004, *in nota*.—De restitutione, XXV, 567

Resignatio, est mutua beneficiorum demissio, V, 1275. *Vid.* Permutatio. Illicita, simoniaca et irrita sunt pacta adjecta collationi aut resignationi beneficii, quibus vel ipsi, qui beneficium confert, resignat. vel alteri reservatur accessus, ingressus, regressus ad beneficium, XVI, 541. — Resignatio beneficii in favorem alterius facta coram episcopo aut prælato summo pontifice inferiore, de jure communi illicita, invalida et simoniaca est. 542

Restrictione mentali Deus unus est, VI, 563, 564.— De usu restrictionem mentalium, XIV, 1075 et seq -849.

*Vid.* ÆQUIVOCATIO.—Restrictio legis fieri potest ac debet ad vitandam injustitiam, vel aliam absurditatem in ipsa lege, XII, 1237-977. — Quando ratio legis non est adæquata verbis legis, restringenda est ad terminos suæ rationis, 1238-978. — Lex aliquando restringitur ex subjecta materia et præsertim per comparationem ad aliam legem. 1242-981

RESURRECTIO est corporis humani resuscitatio, seu ad vitam revocatio, VII, 1585 — Resurrectionis futuræ veritas, VI, 345, 1068. — Errores adversus resurrectionem, 803.—Eo magis credibilis est resurrectio mortuorum, quod plures a mortuis excitatos, Vetus ac Novum Testamentum et certissima historiæ ecclesiasticæ monumenta testentur. Hæc veritas similitudinibus et exemplis illustratur, quo minus incredibilis appareat. — Congruis præterea rationibus carnis resurrectio probatur, 346 et seq. — De futura corporum resurrectione, VII, 1553. — Datur futura universalis corporum nostrorum resurrectio, 1555 et seq.—Objectiones, 1558 et seq.—Dogma de futura corporum resurrectione rectæ rationi non adversatur, 1562 et seq. — Objectiones, 1566 et seq.

Cur carnis potius quam hominum resurrectionem in symbolo confiteamur? VI, 348. — Omnes homines resurgent cum eodem corpore et quidem integro, 349 et seq —VII, 1553, 1554, 1585, 1586.

Generalis resurrectio erit in fine mundi. Aliqui ex speciali privilegio jam resurrexerunt. Tales sunt qui cum Christo fuerunt resuscitati.—Omnes resurgent eodem tempore, 1586.

Causa finalis resurrectionis est Dei gloria et debita justis retributio; causa materialis sunt anima et corpus; formalis tandem utriusque reunio, 1587, VI, 346 et seq.

De conditionibus resurrectionis. Anima in resurrectione resumet idem numero corpus, quod in vita mortali habuit. Electi resurgent sine corporis defectu. Usus sensuum manebit. In carne Christi perseverant aperturæ quinque vulnerum. Idem in carne martyrum. VII, 1587

De qualitate resurgentium. Resurgent omnes in natura illius ætatis qua Christus resurrexit. Non omnes tamen in eadem natura, v. g. alius longior, alius crassior. Manebit diversitas sexus. Omnia corpora resurgent immortalia. Non tamen omnium resurgentium par erit conditio. Sola beatorum corpora erunt impassibilia. 1388; VI, 351

De dotibus corporis gloriosi. Prima est impassibilitas, munus scilicet et dos quæ efficiet ne molesti aliquid pati, ullove dolore aut incommodo affici possint, 351. — Dos altera est claritas qua sanctorum corpora tanquam sol fulgebunt, 352. — Dos tertia est agilitas, qua corpus ab onere quo nunc premitur, liberabitur, et facillime in quamcumque partem anima voluerit, ita moveri poterit, ut ea motione nihil celerius esse queat, 353.—Dos quarta subtilitas est, cujus virtute corpus animæ imperio omnino subjicietur, 354; VII, 1588, 1589.

Fructus ex hoc articulo fidei colligendi, VI, 354.—Primo, Deo gratias agere debemus qui nobis hoc mysterium revelavit. Secundo, fides resurrectionis consolari nos debet in morte propinquorum, etc., 355. — Eadem fides nobis doloris levamen affert in omnibus hujus vitæ ærumnis et calamitatibus —Satagere debemus ut vitæ innocentia et bonis operibus digni simus resurrectione vitæ. 356

De resurrectione Christi quæ est solemnitas solemnitatum, XV, 353. — Resurrectio Christi fuit pluries in Veteri Testamento prænuntiata verbis et factis, ut in Isaac, Joseph et Jona, VIII, 1447, 1448. — Necessarium fuit, non simpliciter, sed ex suppositione divinæ ordinationis, prophetiarum, meritorum Christi et nostræ utilitatis, Christum resurgere, propter quinque rationes in Scripturis fundatas, 1448. — 1° Ad divinæ commendationem justitiæ, 1448, VI, 246.—2° Ad fidem nostram confirmandam, 246; VIII, 1448.—3° Ad sustentationem spei nostræ, 1448, VI, 248 —4° Ad fidelium vitam informandam, 249, VIII, 1449. 5° Ut salutis et redemptionis nostræ mysterium compleretur, 1449; VI, 249. — Conveniens fuit Christum resurgere tertia die, VIII, 1449.—Tertia dies qua Christus resurrexit, fuit prima hebdomadæ, quæ apud nos est dies dominica, diluculo seu sub aurora, 1450.—Plures ante Christum resurrexerunt resurrectione imperfecta, qua est liberatio a morte actuali tantum; Christus primus omnium resurrexit resurrectione perfecta, 1451; VI, 244.—Qui cum Christo resurrexerunt, iterum mortui sunt et ad sua sepulcra redierunt, secundo resurrecturi in fine mundi, VIII, 1452 et seq. — Christus fuit suæ resurrectionis causa efficiens secundum divinitatem, instrumentalis secundum humanitatem, meritoria per suam passionem, 1454. — Christus resurrexit propria virtute, VI, 243. — Christus resurgendo verum et idem corpus resumpsit, 250; VIII, 1454.—Corpus Christi resurrexit integrum, 1453, VI, 250. — Non resumpsit præputium; sed resumpsit totum sanguinem in passione fusum, moraliter loquendo de sanguine necessario ad corporis integritatem, non physice loquendo de minimis periculis sanguinis, sine quibus stat integrum corpus, VIII, 1456. — Resurrexit gloriosum, nempe clarum, impassibile, seu incorruptibile, subtile et agile, 1456; VI, 251 et seq.; XXVI, 398, 599.—Christi corpus in resurrectione fuit palpabile. Christus manducavit et bibit realiter, VIII, 1457.—Christus convenientissime resurrexit cum cicatricibus: quod intelligendum est non de nudis signis et vestigiis vulnerum, sed de ipsis patentibus et apertis foraminibus, 1457. — Aperturæ vulnerum non contrariantur integritati corporis. 1458

Resurrectionis Christi testes sunt apostoli, III, 669-674. —Confutantur Wolstoni et Spinosæ argumenta contra Christi resurrectionem, 694 et seq. — Resurrectio Christi certa est. Si certa non esset, omnis historia et evidentia moralis corrueret. 698-702

Disseritur de resurrectione. Cur de ea sermo injiciatur. Totius sermonis distributio in quinque partes, XXVI, 387. — Rationes quinque ex D. Thoma, quamobrem opus fuit ut Christus reviisceret. De Christi resurrectione oracula ex sacris paginis, 387.—Testimonia D Pauli de Christi resurrectione. Huetii animadversio super fide testium de Christi resurrectione, 388.— Pilati testimonium de Christi resurrectione itemque historici Josephi testimonium agnovit Chrysostomus: locus ille est genuinus non subdititius. Spinosæ monstrosa et impia doctrina, 389 —De tempore et hora qua Christus resurrexit, 390. — Sententia, quæ statuit Paulo ante solis ortum Christum rediisse ad vitam, duabus obnoxia difficultatibus. Prima difficultas ab hora, qua venerunt sanctæ mulieres ad sepulchrum. Conciliantur evangelistæ de hora, qua mulieres venerunt ad monumentum. Altera difficultas ex Christi verbis, 392. — Solvitur difficultas. Qui dici possit Christi corpus jacuisse tribus noctibus, 393.—De triduo sepulturæ dominicæ et de tempore resurrectionis, VII, 967. — Ratio reperiendi tres dies et totidem noctes in temporis spatio inter Domini sepulturam et resurrectionem interjecto, XXVI, 393.—Confirmatur superior ratio numerandi dies et noctes ex loco libri Esther. 394

Judæi sepulcro apponi curant milites. Mos condiendorum cadaverum ab Egyptiis traductus ad Judæos. Nomina sanctarum mulierum. Inter eas non videtur fuisse B. Maria, 395. — Terra in Resurrectione contremuit. De angelo de cœlo delapso quid tradiderint Evangelistæ. Ratio ex Patribus, quamobrem angelus aperuerit sepulcrum. Discrepantes Evangelistæ conciliantur, 396.—Rursus conciliantur Evangelistæ in eo quod tradunt de Maria Magdalena. De qualitate corporis Christi resurgentis. Verum fuit, integrum et gloriosum, 398. — Corpus Christi fuit integrum. Ratio cur voluerit Christus, ut in suo corpore remanerent cicatrices.—Guttæ aliquot sanguinis Christi Mantuæ asservantur. Id non repugnat integritati corporis Christi reviviscentis. Qui cum Christo redierint ad vitam incertum. Sepulcra quidem in Christi morte aperta: mortui vero in ejus resurrectione revixerunt, 399.— Duplex quæstio proponitur. Quinam fuerint qui revixerunt cum Christo. Exponitur sententia quorumdam. — Duæ aliæ ea de re sententiæ. Nihil certi statui ea de re potest de qua sacer textus nihil indicat; an vero qui revixerunt, denuo mortem obierint, alii negant, alii affirmant; quæ ultima sententia confirmatur, 400. — In eam propensior videtur D. Thomas Maldonati sententia non probatur, 401.— An Christus ad mensam, ad quam accubuit cum duobus discipulis Emmauntem proficiscentibus, panem consecraverit. Eorum qui id affirmant, rationes, 404. Negant Estius, Jansenius, et Calmetus; Bellarminus et Natalis Alexander nihil certi statuunt, 405. — An in postrema apparitione, de qua supra, adfuerit Thomas. Conciliantur Lucas cum Joanne 406

Christi resurrectio est exemplar resurrectionis animarum nostrarum, VI, 254 et seq. — Spiritualis resurrectionis signa. Primum, resurrectionis a peccato signum est, ut in tumulto peccati non amplius inveniamur, 257. — Secundum, ut lapis offensionis et petra scandali removeatur. — Tertium, constantia in vitæ novitate. Resurrectio enim transitus est et transmigratio. — Quartum, cœlestia quærere, 257. — Quintum, cœlestia sapere.— Sextum, recessus a sæculari conversatione, a mundi moribus, qui totus est vanitas. 258

REUS qui legitime interrogatus crimen suum negavit, non tenetur solvere mulctam, ad quam certo alioquin fuisset damnatus, nisi imposita videatur in compensationem damnorum quæ reus intulit per se, vel per servos, vel per animalia, XV, 926. — An reus tenetur fateri veritatem? Si reus non interrogetur legitime seu juridice, non tenetur fateri suum crimen, sed potest judicem eludere, sine tamen mendacio, XVI, 1261.— Reus a legitimo judice juri-

dice interrogatus tenetur sub mortali aperire veritatem et crimen suum fateri, etiamsi morte plectendus sit, alioquin eam vitaturus, 1265. — Imo, juxta plures etiam post sententiam mortis tenetur. Sed alii negant, 1266. — Reus interrogatus tenetur etiam complices seu socios sui criminis patefacere, si contra eos stent indicia sufficientia, vel unius testimonium, aut infamia, vel si ejus crimen ex se sine sociis fieri nequeat, et bonum commune exigat ut detegantur : nam tunc legitime de illis interrogatur, 1266.— Reus qui ad vitanda tormenta falsum crimen sibi imponit, ob quod sit morte plectendus, peccat mortaliter, 1267. — Licet reo appellare, si prudenter judicet sententiam esse iniquam, vel quia est innocens, vel quia, si sit nocens, damnatus est ad pœnam justo graviorem nec est servatus ordo juris, 1267.—Reus juste damnatus ad mortem, quam vitare fugiendo nequit, ex communi sententia tenetur ad locum destinatum proficisci, collum parare, manus apponere, et facere ea, quæ a ministro justitiæ commode fieri nequeunt, 1268. — Reus ante vel post sententiam e carcere fugere potest ad vitandum, aut mutilationem, nisi se obligaverit ad permanendum, XIV, 1166-920; XVI, 1267.—Multi communiter censent reo licere vitandæ mortis causa carcerem effringere, 1268. — Reus damnatus ad sibi propinandum venenum, non tenetur ad illud sumendum, XIV, 1168-921. — Reo ad mortem juste damnato non licet resistere, nec se defendere contra judicem vel executores sententiæ, XVI, 1268. — Innocens damnatus per sententiam justam in foro exteriori, tenetur pœnam patienter tolerare, si non potest eam vitare sine resistentia publica et scandalo, 1269. — Reo ad mortem damnato licet non fugere ex amore justitiæ, 1269.— Ex communi sententia, damnatus ad exilium vel ad pœnam carceris, saltem non valde molesti, tenetur eo sese conferre et manere vel in exilio, vel in carcere. Reus tenetur per seipsum exequi pœnam justam non nimis acerbam, 1269.—Non pauci censent damnato ad triremes licere fugere, nisi data fuerit fides præsertim jurata remanendi. 1269

Revalidatio litterarum prædecessoris, gratiæ et justitiæ, infra annum concessarum. XIX, 1019

Revelatio est quasi remotio veli quo res occultabatur.— Revelatio seu locutio Dei ad extra sumitur pro manifestatione rei, prout est in mente divina, ad creaturas specialiter directa, VI, 522.— Revelatio stricte sumpta est veritatis prius ignotæ manifestatio divinitus facta, IV, 565; VI, 907, 908.—Est manifestatio a Deo palam facta quarumdam veritatum, quibus propter infallibilem Dei revelantis auctoritatem firmissimam fidem præstare tenemur, 881.—Veritates revelatæ ad duo genera reduci possunt; aliæ sunt naturales, aliæ supra naturam, II, 978. — Revelatio ea etiam quæ naturali lumine cognoscuntur, comprehendit. I, 709 538

Triplex est revelationis species : alia formalis, immediata, clara, distincta et explicita; alia formalis et immediata, sed confusa, obscura et quasi implicita; alia virtualis, mediata et vere implicita, 1431-1131.—Revelatio implicita sufficit ad fidem, 1429-1127.—Communiter dividitur in immediatam qua Deus per seipsum loquitur, et in mediatam, qua loquitur per angelos aut alios ministros — Immediata subdividitur in intellectualem, qua Deus loquitur per signa spiritualia solo intellectu perceptibilia; in imaginariam, qua loquitur per signa materialia phantasiæ propria et in sensitivam, qua loquitur per signa materialia propria, sensuum externorum, VI, 522. — Est alia revelationis divisio in activam seu internam, in passivam seu externam, et in completam seu ex utraque hac complexam. — Activa stat in Dei volitione nobis manifestandi in tempore divinum conceptum per signum creatum ad audientes directum, passiva stat in hoc signo creato ; completa, quæ rationalis ac propria locutio est, habetur per signum creatum externum, volitione saltem virtuali ad aliquid manifestandum directum 522

Revelatio virtualis seu mediata. — Revelatio confusa merito dici potest formalis et immediata, I, 1428-1127. — Propositio dici potest revelata : 1° implicite *quoad se*, quatenus in alia propositione in se immediate revelata continetur; 2° explicite *quoad se*, implicite vero *quoad nos*; 3° explicite tum *quoad se*, tum *quoad nos*, 1429-1127.— Propositiones explicite revelatæ *quoad se* et *quoad nos* de fide sunt, 1430-1128; VI, 442.—Illud dicitur formaliter revelatum quod ipsa locutione significatur. Formaliter explicite revelatum dicitur, quod ipsi locutionis termini clare et signanter exprimunt : formaliter implicite revelatum, quod formaliter continetur, seu formaliter idem est cum explicite revelato, 441. — Revelatio formalis solet dici immediata. Virtualis dicitur mediata; quæ duplex est, scilicet mediata ex parte subjecti, et mediata ex parte objecti, 452 — Dupliciter possunt revelari tam auctoritas quam locutio divina : 1° reflexe ac explicite ; 2° exercite ac implicite, 534. — Propositio una in altera revelata contineri potest tribus potissimum modis : 1° identice; 2° formaliter; 3° virtualiter, seu causaliter et æquivalenter, I, 1435-1152. —Propositio singularis formaliter et immediate continetur in universali revelata, tanquam pars in toto; est ergo de fide, et contradictoria et hæretica, 1439-1135, 1452-1146; VI, 890. —Fide divina credi non debet quod probabiliter duntaxat videtur revelatum. I, 1468-1158

De revelationis possibilitate. Prætensæ adversus religionem revelatam præsumptiones, II, 581, 596.— Revelatio considerata ut nova dispensatio et manifestatio mysterii supra rationis captum positi, possibilis est et exoptanda, 492.—Revelatio mysteriorum dari potest.— Deus revelare potest veritates humano intellectui impervias, 1026-1029. —Deus non proponit veritates rationi contrarias, 1029-1035. — Distinctio inter id quod excedit rationem, et id quod est rationi contrarium. 1031 et seq.

De imperfectione et obscuritate legis naturalis, et de revelationis possibilitate, utilitate et necessitate, 463. — Revelatio quatenus est externa promulgatio legis naturæ, utilissima est, 467. — Per legem naturalem sæpe intelligitur lex æterna, ad quam pertinet revelatio supernaturalis, 467 *in nota*. — Lex naturalis, quatenus per rationem cuique hominum innotescit, non est par et sufficiens ad eos instituendos perfecte ad religionem, et bonam vitam, ita ut inutilis censeri possit revelatio, 468.— Primo, ratio cujusque hominis propria non est perfecte præceptrix, 469. — Secundo, lex naturalis, sumpta pro ratione cujusque hominis propria, non habet sanctiones perfectissimas, 471.— Inefficaces sunt, quæ legi naturali sunt adjunctæ, sanctiones, 472 et seq. — Philosophia generis humani, in errorem et pravitatem prolapsi, reformationi præsidere non potuit, 478 et seq. — Legis naturalis externa per revelationem promulgatio aptissima via est ad homines erudiendos et ad virtutem excitandos, ac proinde hominibus utilissima, 483. — Solv. obj., 486, 491 *in nota* — Revelatio quatenus est positiva constitutio, seu complexio legum positivarum, non modo possibilis est, sed hominibus utilissima esse potest, 495.—Nam præcepta positiva multum conferre possunt : 1° ad decentiam et uniformitatem cultus externi; 2° ad fovendos internos rel gionis sensus; 3° ad imprimendum animis nostris vividum divinæ auctoritatis sensum, 495, 496. — Solv. obj. — Deus non agit arbitrarie et tyrannice injungendo hominibus præcepta positiva, 497 — Præcepta positiva sunt partes religionis non necessariæ, nec essentiales; sed tamen utilia, et cognita observanda sunt, 498.—Institutiones positivæ non pugnant cum bonitate divina, 498 —Non nocent veræ virtuti præcepta positiva Abusus rejiciendus; sed ritus utiles sunt. 500

Non tantum moraliter, sed et absolute in præsenti rerum ordine necessaria revelatio est, 501.— Necessaria fuit humano generi naturalium veritatum ad religionem spectantium revelatio, 978, 986, 923, 965 *in nota*. — On est redevable à la révélation sans s'en apercevoir, dit Locke, 985 *in nota* — Revelationis necessitatem probat philosophorum religio, 986, 998. — Cultus revelatio necessaria fuit. Philosophorum errores, 998 1009. — Reconciliatio peccatoris sine revelatione sciri non potest. Demonstratur his tribus propositionibus : 1° homo habet legem, quæ illi jubet sequi quod rectum est, et declinare ab eo quod est turpe, 1009. — 2° Hujus legis custos supremus Deus est; 3° homo sæpe legem hanc lædit, 1010. — Quæ autem pœnitentia Deo grata sit, nisi Deo revelante, incertum est, 1010-1018. — Ethnici piaculorum necessitatem agnoscunt. Eorum ea de re errores, 1011 et seq.—Homo sine revelatione enigma, 1019. — Enigmatis clavis peccatum originale, 1020. — Ad sanandam animam nihil valet ratio. 1021 et seq.

De revelationis necessitate in morum theologia, XI, 10. — Duplex datur lumen quo homines moraliter agunt, naturale alterum, naturæ debitum, seu ratio naturalis; alterum supernaturale, mere gratuitum, seu revelatio, XV, 584 et seq. — Revelationis necessitas et existentia, VI, 903 ; XX, 1214, *in nota*.

De revelationis existentia. Ab initio Deus hominibus loquebatur, XI, 14.—La religion révélée est aussi ancienne que le monde, elle prescrit par son antiquité contre toutes les autres religions, II, 1122. — Religio primitus Adamo revelata est, deinde semper traditione et successivis revelationibus transmissa, 751. — Primus homo a Deo ipso edoctus fuit ut esset aliorum omnium principium, non solum quoad corpoream propagationem, sed etiam quoad doctrinam et regimen, 784. — Revelatione et historia constat dogmata divina Adamo tradita fuisse suis omnibus posteris transmittenda, III, 407, 408, *in nota*; II, 1096. — Primæ revelationis vestigia apud omnes gentes, III, 393-406. — A divina revelatione Adamo facta gentium cognitio de veritatibus naturalibus dimanat, II, 784. — Veritates religiosæ quas olim gentiles tenuerunt, pleraque etiam cultus externi instituta revelationi refe-

rendi sunt, 586. — Multis gentilium facta fuit revelatio de Christo. IV, 45
Religionis revelatæ summa, II, 567. — *Vid.* Religio. — De veræ revelationis indagatione. Quando religio aliqua ut divinitus revelata proponitur, hominem non licet esse indifferentem, 501. — Optima veræ revelationis indagandæ ratio est examen auctoritatis, non philosophica rerum et veritatum, quæ revelatæ dicuntur, disquisitio, 502. — Disquisitio philosophica non convenit religioni, nec religionis indagatoribus, 502. — Non est tuta, nec facilis, 503. — Objectio, 504. — Via auctoritatis convenit religioni et religionis indagatoribus, quia tuta est et facilis, 505. — Objectio, 505. — Ad amplectendam religionem revelatam examinanda sunt credibilitatis motiva. 505
De fontibus revelationis qui sunt sacra Scriptura, traditio divina et Ecclesia, VI, 902, 903. — Veritates revelatæ potissimum in Scriptura sacra continentur, 905 et seq.-918. — De traditione divina, 918 et seq. — De Ecclesia, 931 et seq.
De notis divinæ apud homines legationis. Vera religio revelata necessario notis quibusdam prædita esse debet, ut rite agnosci ab impostorum fraudibus, et a revelationibus falsis distingui valeat, VI, 899, 900. — Primo, revelata doctrina cum ratione pugnare non potest. Secundo, nulla posterior revelatio priori opposita esse potest. Tertio, divina revelatione promoveatur Dei gloria et vera hominum felicitas. Quarto, eorum per quos fit revelatio pietas et virtus, II, 507, 508. — Notæ revelationis pertinent ad doctrinam, ad præcones et nuntios, ad promulgationis modum. Aliæ sunt negativæ, aliæ positivæ, 1035 et seq. — Legationis divinæ signa sunt potissimum miracula et prophetiæ, 1037, 508. — Revelatio est factum, seu systema factorum præ se ferens antiquitatem, universalitatem, unitatem. 1100
De revelatione evangelica, III, 601. — Revelatio privata seu singularis est illa quæ fit a Deo personæ privatæ de rebus sive ad se sive ad alios pertinentibus, quin tamen ab Ecclesia proponatur credenda. Publica seu universalis ac catholica communiter dicitur quæ ab Ecclesia proponitur ut credenda, VI, 529. — Ad assensum fidei divinæ sufficit revelatio privata sufficienter proposita, de quacumque materia, 529; I, 1477 et seq.-1165. — Circa revelationes privatas tres sunt potissimum theologorum sententiæ. 1477-1165
Revelationes privatæ ad fidem catholicam non spectant, 713, 714-561, 562 — Ad credendum fide theologica non requiritur revelatio privata seu singulis hominibus immediate a Deo facta, VI, 532. — Locutio seu revelatio divina constitutive pertinet ad motivum fidei, et est ejusdem objectum formale partiale, 522. — Locutio constitutive pertinens ad objectum formale fidei divinæ complectitur tam activam quam passivam locutionem, 523. — De revelationibus privatis, XXII, 1096 et seq. — *Vid.* Religio.
Revocatio unionum, XIX, 1019. — Revocatio facultatum quibusvis concessarum. Revocatio facultatum conferendi beneficia reservata. 1020
Ritus in materia legum esse potest vel quid facti, vel quid juris, XIII, 44-37. — Ritus est consuetudo solemnitatem præbens in aliquo actu exercendo, ita ut ubi usus disponit erga solemnitatem actus, ritus seu observantia dici possit, 44-36. Restrictius ritus significat mores in spiritualibus. Ritus est quædam solemnitas et forma specialiter in actu sacramentali. Juxta hoc solemnitas actus illa dicitur ritus, quæ in materia sacra, ut sacrificii, sacramentorum, sacramentalium, aut orationum, seu divinorum officiorum, et hic videtur communis ecclesiasticus usus illius vocis. 44-36, 37
De sacris christianorum ritibus. Sacrorum Rituum scientia, iis quibus animarum cura concredita est, non solum utilis, sed etiam necessaria est, XIX, 1035. — Ritus, sive cæremonia, signum sensibile est quod non natura sua, sed ex voluntate et arbitrio instituentis cogitationem in nobis excitare debeat, quæ de officio nos moneat, et in propositum finem dirigat, 1037. — Ratione finis quo nos dirigit, ritus vel civilis est vel sacer. Ritus cum sacri tum civiles, vel publici sunt, vel privati, 1038. — Ritus sacri ex parte instituentis, alii divini sunt, alii humani, 1038. — Humani ritus dividi possunt in legitimos et illegitimos, 1039. — Superstitiosi nominantur ritus qui inordinatum et vitiosum Dei cultum favent. Sunt triplicis generis, falsi, superflui sive vani, et idololatrici. Falsi ritus sunt, qui cogitationem in mente excitent, ex qua falsum judicium, vel falsus cultus sequatur, 1039. — Ritus falsi maximam Deo injuriam afferunt, 1040. — Superflui et vani ritus sunt qui nec a Deo vel Ecclesia sunt instituti, nec communi fidelium usu recepti, et inutiles prorsus sunt ad interiorem Dei cultum fovendum. Horum rituum usus, secluso scandalo et contemptu, venialis culpa est. 1040
Idololatrici ritus sunt quæ ad exteriorem idolorum cultum, sive idololatriæ usum pertinent, 1040. — Ritus quorum usu expressam vel tacitam dæmonis invocationem præ se ferunt, omnes superstitiosi sunt, et ad idololatriam imperfectam referuntur. Inter quos primo loco est divinatio, 1040 et seq. — Alii superstitiosi ritus, vel ad magiam spectant, vel ad vanam observantiam. 1043
Regulæ explicantur quibus facilius superstitiosi ritus cognosci queant, 1043. Regula I. Ritus seu actio quælibet, quæ in iis circumstantiis adhibeatur, in quibus certo constet nullam habere naturalem virtutem ad effectum producendum qui speratur, illicita et superstitiosa habenda est, 1044. — Regula II. Superstitiosa est et illicita quæcumque actio sive cæremonia, cujus effectus vel a natura, aut a Deo rationaliter expectari non possit, 1044. — Regula III. Superstitiosum est quidquid ad effectum producendum adhibeatur, quem expectare non possumus, nec a naturali rei applicatæ virtute, nec ab institutione divina, nec ex præscripto Ecclesiæ, quæ id ad effectum obtinendum ordinaverit. Regula ex variis conciliis deducta est, 1045 et seq.
De natura, origine, utilitate ac necessitate sacrorum rituum. Sacer ritus esse non potest actus illicitus, 1048. — Ritus sacri eadem, qua instituti sunt auctoritate, mutari possunt, 1049. — Si ritus hominum ex abusu ad superstitionem, vel hæresim fovendam adhibeatur, aut in Dei injuriam cedat, prudenti œconomia mutatur, et quandoque etiam abolatur. Ritus legitima auctoritate institutus vel comprobatus, si in Dei cultum et gloriam augendam referatur, licite et utiliter adhibetur, licet antea ritus fuerit falsæ religionis, et idololatriæ gentis, 1049. — Exterior Dei cultus et ritus sacri nonnisi a Deo originem habent, 1050. — Les rits essentiels de la religion remontent bien au-delà de l'économie mosaïque, II, 777, *in nota*. — Sacri ritus non solum sunt utiles, sed etiam necessarii, XIX, 1051. — Per ritus sensibiles mens in Deum elevatur, et interior vicissim accenditur pietas, III, 617. *Vid.* Cultus.
De Christianæ Ecclesiæ ritibus, ubi præcipui circa eosdem errores hæreticorum qui sunt in hac ætate nostra in Occidentali Ecclesia, recensentur et confutantur. Hic ritus nomine intelligitur disciplina Ecclesiæ auctoritate stabilita, vel usu et consuetudine eadem auctoritate comprobata, XIX, 1121. — Exterior catholicæ Ecclesiæ cultus christianæ religionis simplicitati non adversatur, 1052 — In Christi Ecclesia vera inest instituendorum rituum potestas, 1056. — Hujus modi Ecclesiæ potestas cum auctoritate conjuncta est ferendi leges, 1058. — Potestas circa sacra a Deo Ecclesiæ concessa non inest in sæculi principibus, 1060. — Potestas erga sacra, sive jus ferendi leges ad Dei cultum et Ecclesiæ disciplinam pertinentes a Christo Ecclesiæ suæ collatum in solis episcopis residet, qui jure divino presbyteris et aliis ministris superiores sunt, 1068 et seq. — Suprema in Ecclesia potestas in Romano pontifice Petri successore residet, ejusque auctoritati omnium episcoporum jurisdictio subjecta est. 1071
Romanæ atque catholicæ Ecclesiæ ritus a superstitionis nota vindicantur. Non merito vestes sacras damnant, 1073. — Nec psalmodiam et cantica quæ adhibemus, jure reprehendunt, 1074. — Cerei adhibiti in typum luminis spiritualis, 1075, 1076. — Thus est orationis symbolum et divini cultus, 1076. — Aspersio lustralis aquæ est interioris ablutionis symbolum, 1076 — Notæ sunt in antiqua disciplina *Eulogiæ*, seu panes benedicti, 1076. — Cinerum quoque, palmarum et cereorum benedictionem antiquæ Ecclesiæ commemorant, 1076. — Cerei benedicti qui vulgo *Agnus Dei* vocantur, 1077. — Præcipua novatorum argumenta ad quatuor capita facile revocantur. 1078 et seq.
De Ecclesiæ Orientalis ritibus et eorum varietate. Describitur generatim Orientalis Ecclesia, XIX, 1082 — De schismaticorum et hæreticorum sectis, quæ in Orientali Ecclesia sunt; et de præcipuis earum erroribus. 1090
Ritus et errores Ecclesiæ Alexandrinæ et nationis Cophtæ qui hac ætate grassantur, V, 542. — De natione et ritibus Abyssinorum, 548. — De variis Abyssinorum ritibus, 554. — De eorum ritibus circa confirmationis sacramentum, 705. — De ritibus Orientalium circa sacramentum Eucharistiæ, 706 et seq. — De sacramento ordinis — De Matrimonio 710
De propriis orientalis Ecclesiæ ritibus, et eorum varietate, XIX, 1094. — Dissident inter se Orientis Ecclesiæ ratione linguæ, quam in sacris celebrandis officiis usurpant, 1094 et seq. — Dissident etiam ob liturgias et rituales libros quos habent, 1096. — Ita inter se liturgiæ omnes conveniunt tum Orientales, tum Occidentales, ut ab uno fonte, apostolorum scilicet exemplo et præceptis, ad omnes Ecclesias promanasse certissime agnoscantur, 1097. — Tria notanda, quæ apostolica sedes circa ecclesiasticos Orientalium libros instituit, 1100. — A primis Ecclesiæ

temporibus altaria in quibus eucharistia celebrari debet, episcopi consecrari solent, et hujusmodi consecrationem necessariam, ut licite sacrum fiat, Ecclesiæ omnes tum Orientis, tum Occidentis unanimi consensu asserunt, 1101. — In more positum est apud Orientales, præsertim Græcos, ut in feriis Quadragesimæ, exceptis diebus sabbati et Dominicæ, non nisi præsanctificatorum missa celebretur, quæ ei similis est quam Latina Ecclesia semel in anno, feria sexta, in Parasceve celebrat, 1104. — Ægyptii seu Cophti Ecclesiam nonnisi sine calceis ingredi fas esse credunt, 1104. — Nestorianorum nonnulli quotidianas missas damnarunt, 1105. — Varia fuit etiam olim circa horam celebrandæ liturgiæ disciplina, nimirum nocturnum tempus, matutinum, etc., 1105. — Apud Orientales quisque tenetur juxta propriæ Ecclesiæ consuetudinem jejunare, 1106.

Syrorum Jacobitarum jejunia. 1106

Syri Nestoriani ab iis quos diximus, non multum dissident in jejunii disciplina, 1107. — Nestoriani et Orientales Jacobitæ, juxta morem a majoribus acceptum, jejunium ab occasu ad occasum solis perducunt, 1108. — Nestoriani non modo inchoant jejunium in die dominico, sed etiam omnibus dominicis et sabbatis Quadragesimæ jejunant, 1108. — Jejunium Ninivitarum et virginum ortum ducunt a supplicationibus quas episcopi, dum populi calamitatibus premerentur, indixerunt, 1108. — Cophtorum et OEthiopum jejunia, 1109. — Armeni non ubique eadem jejunia servant, 1109. — Armeni juxta proprium ritum missam quandoque ad vesperam usque protrahunt nonnullis jejunii diebus, 1110. — De delectu ciborum apud Orientales, 1112. — De cælibatu clericorum. 1114

De apostolicæ sedis œconomia in disciplinæ unitate tuenda ac procuranda, et in tolerandis diversis aliarum ecclesiarum, præsertim Orientalium, ritibus, XIX, 1115. — Sedis apostolicæ pontificum prima ac maxima cura fuit, ut stabilitam ab apostolis disciplinam in Ecclesiis omnibus custodirent, 1116. — Impedire non potuit quominus ac varii in diversis Ecclesiis ritus instituerentur, 1117. — In hac rituum varietate sustinenda maxime enituit apostolicæ sedis œconomia, 1118. — Orientalibus nonnullis aliquos Latinorum ritus servare permisit, ac nonnullos ex Orientalibus in proprium usum transtulit. 1120

De obligatione quam quisque habet in suscepto ritu permanendi, 1121. — De obligatione quam habent manendi in suscepto ritu Orientales, qui ejusdem ritus episcopis subsint, 1122. — De obligatione quam habent manendi in suscepto ritu Orientale, qui in Latinorum Ecclesiis degunt, 1124. — De obligatione qua Latini in proprio ritu permanere tenentur. 1128

De ritibus apostolicæ sedis auctoritate proscriptis, et de iis qui rejiciendi videntur, 1130. — De proscriptis ritibus Sinensibus et Malabaricis, 1130 et seq. — Recensentur ea quæ proscripta sunt in constitutione Benedicti XIV *Inter omnigenus* quæ est pro incolis regni Serviæ et finitimarum regionum, 1134. — De reliquis ritibus, qui vel proscripti sunt, vel rejiciendi videntur. 1136

Ritus Ecclesiæ sunt observandi, I, 1295. — De ritibus qui tolerari possunt in iis qui ex schismaticis, vel paganismo, aut alia secta ad fidem catholicam veniunt. V, 698

De ritu celebrandi festa. De festis suppressis, XV, 571. — De festis translatis, 572. — De festis patroni et titularis. 574

De ritibus sacræ ordinationis, XXIV, 1422 et seq. — *Vid.* Ordo.

Referuntur ritus quibus apud Judæos summus pontifex consecrabatur. XXIV, 1428 et seq.

De ritibus sacris dissertatio, XXVI, 697, 722. — Epistola pastoralis episcopi Suessionensis ad clerum suæ diœcesis, 723. — Præfatio primæ editionis, 729. — De vero Ecclesiæ sensu circa sacrarum cæremoniarum usum. Necessitas hujus operis, et justa indignatio, quæ concipitur ex lectione libri D. de Vert, 735. — Sententia D. de Vert clarissime e numero rationum propter quas institutæ sunt cæremoniæ, rejicit omnem sensum mysticum, 739. — Continuatio ejusdem materiæ. Nihil est, quod auctoris propositiones justo universaliores emolliat, 742. — Totius operis typus, 743. — Cæremoniæ cunctæ ex prima sua institutione symbolicæ. Argumentum ductum a lege naturali, 745. — Ejusdem argumenti continuatio. — Refutantur D. de Vert circa Jacobi sacrificium conjecturæ, 747. — Argumentum ad confirmandam rei hujus veritatem ex lege Mosaica deductum, 810. — Argumentum ad eamdem veritatem probandam a cultu idololatrium omniumque populorum consensu desumptum. 751

Continuatio ultimorum duorum argumentorum. Refutatio D. de Vert. Et vera suffituum origo, 753. — Responsio ad auctoritatem S. Thomæ, 755. — Alius a D. de Vert error prolatus confutatur. Prima luminum in cultu divino adhibitorum institutio; quæ ex universo symbolica asseritur, 757. — Consecutiones argumentorum præcedentium. Mens legis naturalis et mosaicæ prævium de mente Ecclesiæ judicium præstat. 759

Novum argumentum symbolicæ in cæremoniarum usu mentis; ductum a persona, moribus in vitæ ordine Jesu Christi, 761. — Confutatio novorum D. de Vert errorum, quem sanus mysteriorum in actionibus Jesu Christi cæremonialibus sensus latuit, 763. — Idem apostol. de mente symbolica et mystica senserunt, 767. — Ejusdem argumenti continuatio. Mens mystica sancti Pauli circa baptismatis cæremonias. Exotici D. de Vert errores, 769. — Confutatio præcedentium errorum D. de Vert circa baptismatis mysteria, 771. — Continuatio ejusdem refutationis. Baptismus minime a necessitate, tanquam ab origine sua repeti potest, 773. — Ulterior ejusdem rei prosecutio. Baptismus originem suam nequaquam ab Hebræorum consuetudine desumpsit, 775. — Novi domini de Vert errores circa Extremam Unctionem convulsi, 779. — Mens Ecclesiæ sæculis apostolos consecutis circa sacras cæremonias. Hæc mens est symbolica, et symbola sunt nutrimentum et effectus fidei, 781. — Mens Ecclesiæ circa cæremonias, traditione et omnium sanctorum Patrum suffragio confirmata, 783. — Demonstratur vera Ecclesiæ mens ad singulas descendendo cæremonias. Diversi errores D. de Vert convelluntur. Et de ritibus baptismi ac veste neophytorum candida disseritur, 785. — Ejusdem thematis prosecutio. De unctionibus in baptismate receptis pudenda D. de Vert sententia, 787. — Ejusdem rei prosecutio. De cereo accenso qui neophytis in baptismate datur, 789. — De usu cereorum in Ecclesia Jesu Christi. Confutatio D. de Vert et cæterorum qui originem ejus necessitati adjudicant, 791. — Continuatio ejusdem confutationis. Sententia D. de Vert suis ipsius armis oppugnatur; deinde de cereo paschali et institutione ejus pure mystica disseritur, 794. — Conjecturæ de prima cereorum in Ecclesia origine rationi multo conformiores iis quas D. de Vert attulit, 795. — Eadem principia ad thymiamatum in Ecclesia Jesu Christi usum traducta. Confutatio D. de Vert, 797. — Respondetur D. de Vert argumento, quantumvis de suo explicandi cæremonias systemate glorietur. Nulla tamen ex iis utilitas ad refellendos hæreticos enascitur, 799. — Ejusdem rei prosecutio. Explicationes litterales D. de Vert hæreticorum causam meliorem potius, quam deteriorem reddunt aliæ duæ propositiones, quæ probant mentem Ecclesiæ esse symbolicam. — *Prima propositio.* Ecclesia ob rationes mysticas eas etiam cæremonias retinuit, quæ originem suam necessitati debent, 803. — Ulterior ejusdem rei confirmatio. Error D. de Vert circa sacra sacerdotum ornamenta, 805. — Error D. de Vert circa manipulum, 809. — Error D. de Vert circa mitram episcoporum. Error D. de Vert circa pallium, 811. — *Secunda propositio.* Ecclesiæ mysteria et symbola iis etiam cæremoniis annectit, quæ necessitate suadente conservantur. Propositionis hujus probatio, 815. — Confirmatio præcedentis propositionis. Ecclesia eodem tempore duos principales in institutione et usu complurium suarum cæremoniarum respexit. Quod D. de Vert perperam inficiatur, 817. — Enumeratio et confutatio complurium errorum quos D. de Vert in suo opere passim disseminavit. Commentatio scandalosa, quam auctor supra sanationem evangelii illius a nativitate cæci instituit, 819. — Error D. de Vert circa consecrationem Eucharistiæ præsentiamque realem, 821. — Error D. de Vert circa modulationem vocis in precibus, et canone Missæ, 823. — Error D. de Vert de silentio religiosis a regula S. Benedicti præscripto, 827. — Error D. de Vert circa unctionem, quæ in consecratione episcoporum obtinet, 829. — Error D. de Vert circa unctionem regum, et sceptrorum originem. — Error D. de Vert circa varios vestitus diversarum Ecclesiæ dignitatum, 831. — Error D. de Vert circa ornamenta pontificalia episcoporum. Error D. de Vert circa religiosorum ordinum vestitum, 833. — Error D. de Vert circa velum sacrarum virginum, 835. — Respondetur argumentis quibus D. de Vert systema suum confirmat. Quidquid eruditi sententia: periculosum est omnia naturaliter ac simpliciter explicare, 839. — Secundum D. de Vert argumentum. Verisimilitudo suarum conjecturarum. Hæ conjecturæ quamcumque verisimilitudinis speciem præ se ferant, sæpius historiarum testimonio confutantur, 841. — Conjecturæ, quæcumque veri specie præditæ, nequaquam ad explicandas nostras cæremonias sufficiunt, 843. — Conjecturæ a D. de Vert allatæ nequaquam veri speciem, ut ille arbitratur, præ se ferunt. Quindecim selecta harum conjecturarum exempla, e quibus earum ridicula absurditas elucescit, 845. — Tertium fundamentum systematis Vertiani. Missalia et Ritualia a Vertio collecta, et consecutiones, quas ex illis deduxit, fundamentum hoc non sufficere ad sustinendum auctoris hujus systema, 851. — Conclusio hujus operis. Quantum systema D. de Vert ad enervandam fidelium erga Ecclesiæ cæremonias venerationem observationemque conferre valeat. 855

RIXA, iræ filia, privatum bellum et inordinata voluntate ab hominibus ira accensis temere susceptum, seu contradictio usque ad facta proveniens, dum unus alterum lædere molitur, XI, 1151. — Rixa est pugna unius ad unum, vel paucorum ad paucos, XIV, 672-531. — Rixa proprie est peccatum mortale ex genere suo, quia est nociva proximo. Aliquando est veniale, 669-328. — Rixæ, si modum non excedant, uti et leviculæ pugnæ, veniales sunt; secus, si progrediuntur ad seditiones, vulnera, cædes, XXII, 983, in nota. — Rixa in eo qui alterum invadit injuste, lethale peccatum est, XI, 1139. — Qui se moderate defendit, in rixam proprie non incurrit, nec peccat. Qui moderatam defensionem tantisper excedit, vel cum levi motu odii, vel vindictæ repellit aggressorem, venialis peccati reus est, 1139. — Qui obfirmato animo in impugnantem insurgit, et ipsum occidere vel graviter lædere nititur, peccatum lethale committit, 1139. — Ministri principis aut judicis, qui aliquos invadunt publica potestate, non rixantur, neque peccant, sed lethalis peccati rei sunt qui illis obsistunt, et ab illis vi illata se defendunt. 1140

ROSARIUM vel corona dicitur; celebris in Ecclesia orandi formula ex Dominica et Angelica orationibus composita, XVII, 1301. — Rosarium integrum centum quinquaginta salutationibus virginis constat. Corona constat septuaginta tribus *Ave*, et septem *Pater*; a piis hominibus inventa creditur in memoriam totidem annorum, quos in hac vita virginem vixisse probabile est, 1301. — Rosarium vocatum est psalterium Dominæ nostræ, 1301. — De hac forma orandi, quam pia et sancta sit, et ad omnes effectus orationis aptissima, ac denique sine macula, nullus catholicus dubitare potest, 1302. — Qui tenetur rosarium dicere, implet obligationem cum socio alternatim recitando, 1303. — Qui tenetur dicere semel in die, satisfacit dicendo per partes indistinctis horis diei, 1303. — Modus recitandi rosarium meditando mysteria vitæ, mortis et resurrectionis Domini, est pius, utilis, non tamen omnium optimus, nec omnibus accommodatum, 1304. — An qui tenetur pluribus titulis voti, præcepti, superioris et confessoris, vel ad indulgentiam lucrandam eodem die dicere rosarium, satisfaciat omnibus obligationibus semel dicendo? distinctione utendum est, 1304, 1305. — Festum Rosarii B. Virginis, dominica prima octobris, XV, 583. — De origine et progressu hujus festivitatis, XXVI, 623. — Victoria navalis christianorum ad Naupactum (Lepante), septima octobris die anni 1571. S. Pius quintus ob eam victoriam jussit fieri commemorationem S. Mariæ de victoria, 624. — Gregorius XIII primam octobris dominicam constituit celebrandæ festivitati Rosarii cum officio sub ritu duplici majori in templis, in quibus esset altare sub invocatione Rosarii. Clemens X officium recitari jussit per totam Hispaniam, 624. — Ab Innocentio XII postulavit Leopoldus imperator, ut officium recitaretur in universa Ecclesia. Id a Clemente XI cur tandem impetratum, 625. — Novæ lectiones et propriæ a Benedicto XIII editæ, 625. — Quid intelligatur Rosarii nomine. Ea precandi formula ab hæreticis vexata, XXVI, 619. — Quinam de Rosario scripserint, 620. — S. Dominico a Romanis pontificibus tribuitur; a nonnullis S. Benedicto; a quibusdam Bedæ. — S. Dominico vindicatur, 620. — Opinio quædam expenditur a Mabillonio de instituto a Petro Eremita Rosario, 621. — Mos recensendi ad globulos salutationes Angelicas S. Dominico vetustior, ut etiam earum iteratio, sed certus numerus et interea contemplatio mysteriorum Christi est Rosarium S. Dominico tribuendum, 622. — Vita S. Dominici Gallice nuper edita Rosarium tribuit S. Dominico ex spuriis documentis. 623

RUDIS homo sequendo consilium probi, prudentis et docti confessarii, sequitur sententiam quam auctoritas sibi suadet, et oratio reflexa firmat, ordine quidem quasi universo, sed qui unicus illi suppetit in obscuris rebus ad formandum rectum suæ conscientiæ dictamen, XI, 1289. — *Vid.* RUSTICUS.

RUSSI, seu Moscovitæ, quo tempore christiani facti sunt, catholici fuerunt. Eorum schisma, VI, 1179. — Habemus celebre statutum canonicum seu ecclesiasticum Petri Magni, quod monumentum est summe authenticum doctrinæ totius Russorum Ecclesiæ. In illo nihil continetur, quod non cum catholicis dogmatibus consentiat, excepto, quod primatum romani pontificis non recipiat, et quæstionem de Spiritus sancti processione silentio prætereat. 1180

De Athenis tempore Clementis papæ VIII ad sedis Apostolicæ communionem admissis, et de forma qua fuere recepti, V, 500. — Decretum deliberationis et conclusionis reverendissimorum dominorum archiepiscoporum et episcoporum Ruthenorum de recipienda et suscipienda communione sanctæ Romanæ Ecclesiæ, factum die secunda mensis decembris, anno Domini millesimoquingentesimo nonagesimo quarto, 504. — Litteræ Dominorum archiepiscopi Kioviensis et aliorum episcoporum Ruthenorum ad S. D. N. Clementem papam VIII, super eorum unione cum sancta Ecclesia Romana, datæ die 12 januarii, anno Domini 1595, latine versæ, 506. — Articuli sive conditiones, quas nos Adamus Wladimirensis et Cyrillus Luceoriensis Wladicæ, nostræ ac confratrum nostrorum nomine, a catholica Romana Ecclesia, priusquam de ipsius unione accedamus, requirimus, 508. — Articuli sive conditiones, quas a sacra regia majestate confirmari petimus. 511

Responsum datum a nuntio Apostolico supradictis articulis. 513

Sequitur censura sive judicium cujusdam viri docti de Ruthenorum religione. 514, 528

Rutheni. *Vid.* Russi sabbatum.

Rusticorum obligationes, XVI, 1277, 1278. — Rusticus quæ debeat implicite et explicite credere, I, 1081, 1082-835. — Facile quæ sunt de fide pro certo habere potest, 789-614, 615. — *Vid.* RUDIS.

Sabbatum multiplici ratione avocabat ab idololatria, II, 821. — Sabbatum vox hebraica quæ quietem significat, XXVI, 5. — Quot modis sumitur sabbatum in sacris litteris, 5. — Sabbati solemnitas apud Hebræos consistit in cessatione ab omni opere, etc. 7. — Quænam opera die sabbati Judæis prohibeantur, 8. — Quinam ritus et preces hoc die peraguntur, 10. — Ad quos pertinet lucernarum sabbatinarum accensio, 11. — Precatiuncula a muliere in accensione lucernarum recitanda. — Quare lucernarum accensio ad feminas pertinet, 12. — Die sabbati quid agunt Judæi in suis synagogis, 12. — Quomodo matrimonium apud Judæos confirmatur, 13. — Cur ventrem implendum esse die sabbati dicant, 14. — Qua diei hora sabbati solemnitas incipit, 15. — Sectiones Pentateuchi. — Quomodo dividantur, 16. — Quis harum sectionum Pentateuchi auctor fuit, 17. — Lectio sacræ Scripturæ singulis sabbatis estne antiqua, 17. — Aliis hebdomadæ diebus legem legere solent Hebræi præter sabbatum, 17. — Hæc verba: Jejuno bis in sabbato, pro duobus hebdomadæ diebus sunt intelligenda, 17. — De his verbis: Vespere sabbati, quæ lucescit in prima sabbati. 18. — Sabbato lectioni Pentateuchi alia lectio subjicitur. Lectio hæc prophetica quando incepit. 18, 19. — Ritus legendi lectionem legis et prophetarum manavit a synagoga in Ecclesiam christianam, 19. — Quænam opera die sabbati sine ejus violatione, juxta rabbinorum doctrinam Judæis licent, 20. — Quot passibus via sabbati apud Judæos permissa circumscribatur, 21. — Sabbati præceptum carnaliter Judæi celebrant, nos spiritualiter agnoscamus, XV, 43, 44

Sabbatum sanctum, sabbatum judaicum in festa paschalia incidens magnum valde dicebatur. Hoc sabbatum semper fuit celebre apud christianos, et dictum est sanctum, XV, 332. — Quod mysterium hoc die recolat Ecclesia. Cur sermo instituatur etiam de Christo reviviscente, XXVI. 379. — Vetus disciplina non recedendi ab Ecclesia ante mediam noctem in pervigilio Paschæ. — Mos celebrandæ missæ in nocte ante Pascha viguit usque ad ætatem Durandi et Valdensis, etsi jam tum cœpta est anticipatio ejus missæ, 379. — Non decuit corpus Christi putrescere in sepulchro. — Christi anima descendit ad inferos. — Locus epist. II. Petri explicatus, 380. — Communis consensus Patrum de Christi descensu ad inferos. Ex Ruffino fortasse hæretici impulsi sunt ad negandum ejusmodi descensum, 381. — Symbola non omnes, sed vel potiores, vel in controversia positos articulos continent, 381. — Corpus Christi quievit in sepulchro; anima descendit ad inferos; divinitas cum corpore et anima licet sejunctis, hypostatice fuit unita, 382. — Sanguis triduo illo, quo corpus Christi jacuit in sepulcro, unitus fuit hypostatice Verbo Dei, 383. — Anima Christi per essentiam suam descendit ad sinum Abrahæ, non tamen per essentiam suam, sed per suum effectum descendit ad infernum. Durandi rejecta opinio. Nihil acerbi sensit Christus in inferis, 383. — Quid contulerit justorum animabus descensus Christi ad inferos, 384. — An Christus liberaverit animas in purgatorio detentas, et pueros non expiatos a peccato originali, 385. — An Christus aliquos ex veteribus philosophis descendens ad inferos liberaverit. 383

Disseritur de resurrectione 387. *Vid.* RESURRECTIO.

De cæremoniis quibus hac die Ecclesia celebrat resurrectionis mysterium. Benedictio ignis, 406. — Benedictio quinque granorum incensi. Candelæ in trianguli formam arundini impositæ, 407. Unde usus hujus arundinis. — Pervetusta est hæc cæremonia accendendi tres candelas, 407. Benedictio cerei refertur ad Zozimum. Videtur introducta in majoribus basilicis ante illius pontificis ætatem, 408. — Benedictio cerei; significatio, 408. — De tabella quæ ad paschalem cereum olim appendebatur, in qua exhibebatur quotus ab incarnatione annus decurreret, 409. 410. — De consuetudine Roman. pontif. ceras consecrandi, quæ dicuntur *Agnus Dei*, 410. — De hymno *Exultet*. Ejus auctor videtur S. Augustinus. Lectio prophetiarum. Baptismus catechu-

menorum et infantium, 411. Pueris in baptismo olim præbebatur eucharistia sub specie vini Abusus conjungendi in calicem mel et lac, 411.— Parvulos baptizatos nonnisi accepta eucharistia salvos fieri, sententia est falso afficta S. Augustino. Ea communio fuit disciplinæ. Lac et mel benedici tantum, non injici in calicem jussit concilium Africanum, 412.— Disseritur de præsenti, qua nunc utimur, disciplina, 412.—Cæremoniæ in benedictione fontis.—Quando incipi debeant Litaniæ, 413.—Descriptio reliquæ cæremoniæ et missæ usque ad tractum.—Cur post alleluia dicatur tractus, 414. — Cur offertorium omittatur. — Cur in hac missa nec osculum pacis, nec Agnus Dei, nec Postcommunio fiat, 415.

Vetus ritus in hac nocte ante Matutinum cum iis verbis, surrexit Dominus, 415.— Agnus Dei jussit dici in missa Sergius I. Cur tertio dicatur . Dona nobis pacem : at in basilica Lateranensi dicatur tertio : Miserere nobis, 416. — Ritus ornandi septem altaria ex Joanne Diacono. Altum de eo silentium apud alios scriptores, 416.—Ritus peculiares aliarum ecclesiarum. 417

De festo B. Mariæ in sabbato, XV, 365. — Semper ab Ecclesiæ primordiis cultus exhibitus Deiparæ, sæculo X auctus est. Tum introductum officium parvum, et abstinentia carnium in sabbato, XXVI, 655. — Ratio hujus cultus exhibiti Deiparæ a nonnullis adducti non probatur Bellarmino, 656. — Urbanus II jussit officium fieri B. Mariæ in sabbato, 656. — Olim ecclesiastici ex præcepto recitabant cum officio divino officium B. Mariæ. — Controversia inter juris canonici peritos, an ecclesiastici teneantur recitare quotidie officium parvum, 657.— Eam diremit S. Pius V, qui sustulit obligationem recitandi officium parvum extra chorum; et componi jussit officium S. Mariæ in sabbato, quod emendavit Clemens VIII, 657. — Cur olim Romæ fideles jejunarent sabbato, nec illum diem ut festum celebrarent. Confutatur auctor tractatus de Devotione et Cultu in Deiparam. 658

Plerique populi sacrum habuerunt septimum diem, et die hoc mundi creationem absolutam existimarunt. XV, 25

Sabelliani, hæretici tertii sæculi, docebant unam duntaxat in Deo esse personam, tribus nominibus expressam, et Patrem in Christo passum fuisse. V, 57

Sacer idem quod venerabile et consecratum. Capitur nonnunquam pro execrando, scelesto. Antiquitus homo sacer dicebatur qui post diras execrationes, pestis alteriusve calamitatis expiandæ causa alicui deorum immolatur, XVIII, 1038 —Vox *sacré* apud Gallos æquivoca est significans, primo idem quod venerabile et consecratum ; secundo idem quod *scelestum* et *execrabile*, 1038. — Sacrum dicitur aliquid ex eo quod ad cultum divinum ordinatur. XIV, 741-585

Sacerdotes a sacris faciendis appellati sunt, V, 1215.— Sacerdos omnis in hoc paratur, ut sacrificium offerat, I, 825-651.—Fideles omnes non proprie dicendi sunt sacerdotes, 825, 826, 854 651, 652, 658 — Sacerdos verus qui sacramenta conficit, Christus est a quo solo pendet meritum et efficacia. Non suo nomine sacerdos hostiam præbet, sed Christi ; nec suum offert sanguinem, sed Christi, 852 et seq.-672.— Sacerdos, qui Deum sanguine placaret et reconciliaret Deo unus est Christus. Nos sacerdotes dicimur qui dispensatores sumus mysteriorum ejus. 833-657. — Sacerdotes vere remittunt peccata, 1290. — De vestibus sacerdotalibus, XV, 133. *Vid.* Vestis. — De consecratione sacerdotum veteris legis, III, 379, 380.—Consecratio sacerdotum veteris legis sacramentum erat, sacramentum ordinis in Ecclesia olim a Christo instituendum præfigurans, XV, 177.— In ministrorum inaugurationem tria peragebantur, purificatio, consecratio, applicatio ad sacri ministerii functiones, 177. — Purificatio ablutione et sacrificiis absolvebatur, 177. — Vitulus pro peccato oblatus Christi typus erat, 178.— Aries quoque prior Christi figura fuit, 178. — De ritu quo consecratio pontificis et sacerdotum peragebatur, 179. — De ritu quo fiebat applicatio sacerdotum ad sacri ministerii functiones 180.— De interrogationibus adhibendis cum sacerdote in sacro Pœnitentiæ tribunali, XXII, 1015.— Cum parocho, 1017. — Ignorantia , mater cunctorum vitiorum maxime in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Scripturas sacras legere et scrutari tenentur, XI, 18 et seq.—Sacerdotes, ait Mediolanense III concilium, quo die eorum unusquisque sacerdotio initiatus est, illum etiam quotannis recolant missæ sacrificio et precibus XXIV, 1402, 1405. — Nobilissimum est officium, et nobilissima potestas sacerdotum novæ legis, V, 1215.— Sacerdotem oportet offerre, benedicere, præesse, prædicare et baptizare, 1216 ; XXV, 19, *in nota.* — Magna est sacerdotalis dignitas, I, 823, 826-651.— Neque agricola, ait Aristoteles, neque artifex neque vilium exercitiorum quisque sacerdos est deputandus ; honos namque diis est a civibus impendendus, 826 — Idem non credidit alios fore ad sacerdotium idoneos nisi vel qui reges essent aut principes civitatis , 834. — On était soigneux dans la primitive Eglise que les païens ne discernassent point aisément parmi les chrétiens ceux qui étaient prêtres. XXI, 252 et seq.

Sacerdotium definiri potest · ordo sacer et sacramentum a divinitus institutum , quo tribuitur potestas consecrandi corpus et sanguinem Domini nec non remittendi ac retinendi peccata , XXV , 19. — Est in Novo Testamento sacerdotium visibile et externum a Christo Domino institutum , quod non est omnibus commune , sed apostolorum proprium externo ritu in Ecclesia propagandum, cui competit vera sacramenti ratio , 16 et seq ; I , 1104 et seq - 871 ; VI , 1018. — Objectiones, XXV, 19 et seq — Præter sacerdotium sunt in Ecclesia catholica alii ordines , et majores et minores, per quos voluit per gradus quosdam in sacerdotium tendi, 24. — Difficultates, 27. — Usque ad Moysis tempora sacerdotalis dignitas ad primogenitos cujusque familiæ pertinebat ; sed sub lege sacerdotale munus solis Aaronis posteris attributum est , III , 379. — Hæreditario jure Mosaicæ legis ministri assumebantur et ad officia divina obeunda vocabantur, XXIV, 157.—Novæ legis ministri non hæreditario jure designantur, sed a Deo per homines servatis præscriptis in Ecclesia formulis , et dii genti : habito examine, assumuntur , 158 — Hujus discriminis rationes exponuntur , 158 et seq. — Sacerdotium duplex est , unum quod summum sacerdotium passim vocitur, estque episcopatus ; alterum quod secundi ordinis sacerdotium dicitur , et communiter presbyteratus nominatur , 662. — Sacerdotium perfectus ordo est , et sacramenti ordinis perfectio. 671

Sacramentalia vocantur res quædam aut actiones ab Ecclesia institutæ et consecratæ ad quosdam effectus spirituales producendos. Sacramentalia dicuntur , quia sacramentis affinia sunt et cum eis analogiam habent, XX, 1550 *in nota* ; XVI , 248. — Sacramentalium nomine significari solent vel cæremoniæ quædam institutæ ab Ecclesia ad ornatum sacramentorum, vel generalius omnes cæremoniæ et benedictiones sacræ quæ in Ecclesia fiunt, XVIII, 428.— Sex hoc versu comprehensa communiter numerari solent :

*Orans, tinctus, edens, confessus, dans, benedicens,*

XVI, 248. — Sacramentalium effectus sunt : 1° spirituales quidam gratiæ actualis motus ; 2° remissio peccatorum ; 3° pœnæ temporalis peccatis debitæ relaxatio ; 4° dæmonis expulsio vel cohibitio ; 5° nonnulla ordinis temporalis commoda, XX, 1550, *in nota.* — Sacramentalia vim habent ex opere operantis , 1550 et seq. ; XVI , 248 — Duplex distinguitur sacramentalis actio : una, quæ non habet permanentem effectum per consecrationem alicujus rei , ut benedictio nuptialis , exorcismus ; alia, quæ habet talem effectum , ut benedictio aquæ, olei , calicis consecratio Prior dicitur sacramentale transiens ; res autem quæ sacra per benedictionem constituuntur , dicitur sacramentale permanens , XVII , 429. — Sacramentalia tam in actione, quam in termino , sunt propria materia simoniæ , 429 et seq. — *Vid.* Simonia.

Sacramentum. De re sacramentaria contra perduelles hæreticos. Præfatio , XX , 1155 et seq. — De essentia sacramentorum , 1161. — Exponitur dogma catholicum de vocis *sacramentum* significatione. Primo sacramentum Latinis idem est quod Græcis μυστήριον; dictum est mysterium , arcanum , res ad sacra aliqua pertinens, res nimirum secreta , paucis cognita, nec nisi initiatis communicanda , 1163. — Sæpe loco secreti accipitur , *ibid., in nota.* Secundo, latinis scriptoribus idem fuit sacramentum quod jusjurandum, 1164. — Tertio, sacramentum pecunia dicebatur a duobus contendentibus in loco deposita ea conditione, ut qui vicisset suam reciperet, victi ærario cederet, 1165.— Quarto, sacramentum generaliter dictum est , sicerum quodlibet , ritusve exterior , per quem homo divino cultui addicebatur, et initiabatur mysteriis, 1165.—Quinto, paulo strictius ab ecclesiasticis scriptoribus sacramenti nomen inditum est symbolis quibuslibet sacris, ad sanctificandos homines, tum in veteri, tum in nova lege divinitus institutis, 1165 — Sexto denique, vox *sacramentum* , jam pridem, a Patribus , et hodie communiter , de solis novæ legis sacramentis accipitur , 1165 , 1166. — De conditionibus, quæ ad essentiam sacramenti , theologorum judicio unanimi requiruntur. Prima est ut sit signum , 1166. — Secunda est ut sacramentum sit sensibile. — Tertia est ut sit signum divinitus institutum, 1167.—Quarta et proxima est , ut sacramenta aliquam habeant cum re significata convenientiam, sive habitudinis , sive proportionis , 1168. — Quinta est quod non ad quodlibet indifferenter significandum sacramentum ordinari possit , sed rei sacræ tantum et divinæ signum esse debeat , 1168. — Sexta est ut signum quod dicitur sacramentum non solum significet. verum etiam in præsenti quantum in ipso est , gratiam

conferat, 1169. — Septima est ut sacramenta novæ legis non tantum justitiam præsentem significent, sed etiam quæ ipsorum virtute in animam infundatur, ita ut, quantum quidem in ipsis est, conferendæ justificationis sint instrumenta, 1170. — Octava et ultima est, quod sacramenta sint signa publica, solemnia, permanentia, et immutabili lege constituta. 1170

De sacramenti definitione, XX, 1170. — Sacramentum est in quo sub tegumento rerum invisibilium divina virtus secretius humanam salutem operatur. S. Gregorius Magnus. Sacramentum, ait Hugo a S. Victore, materiale elementum est, foris sensibiliter propositum ex similitudine repræsentans, ex institutione significans, et sanctificatione continens invisibilem gratiam. Invisibilis gratiæ visibile signum, ad nostram justificationem institutum. Sacramentum est, quod ita signum est et forma invisibilis gratiæ, ut ipsius imaginem gerat et causa existat. Res sensibus subjecta, quæ ex institutione Dei, sanctitatis et justitiæ tum significandæ, tum efficiendæ vim habet, 1171. — Sacramentum in genere definiri potest : signum sensibile cui permanenter annexa est virtus externam saltem sanctificationem in homine producendi, significandi vero interiorem a Christo promerendam. Sacramentum veteris legis definitur signum sensibile cui permanenter annexa est virtus in homine producendi exteriorem sanctificationem, internam vero a Christo promerendam significandi. Novæ legis sacramentum est signum sensibile cui permanenter annexa est virtus significandi et producendi in homine internam sanctificationem, 1171 *in nota*. — Objectio, 1171 et seq.

De partibus sacramentorum, 1174. — Sacramenta tribus perficiuntur, rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, et persona ministri conferentis sacramentum, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia ; quorum si aliquod desit, non perficitur sacramentum. Hæ voces *materia* et *forma*, non nisi longo post institutam Ecclesiam intervallo introductæ sunt, 1175 et seq.; I, 521, 522.— Materiæ et formæ sacramentorum a Christo sunt determinatæ, adeoque immutabiles, 1179. — Quomodo materiæ et formæ a Christo sint determinatæ, an secundum speciem, aut vero secundum genus tantum celebris est controversia, 1355 et seq., *in nota*. — In quolibet sacramento tria sunt. Res solum, sacramentum solum et aliud quod est res et sacramentum. Res sola dicitur, quæ significatur et non significat ; sacramentum solum quod significat et non significatur ; res et sacramentum quod significatur et significat. XXIII, 18

Proponuntur et resolvuntur quædam quæstiones. I. Non omnia quæ in sacramentis observari solent ad eorum substantiam ex æquo pertinent.—Duplex in sacramentis distinguenda est materia, una essentialis a Christo præscripta ; altera accidentalis et accessoria, quam observari Ecclesia præcepit, 1180. — Idem de forma dicendum. *Vid.* Forma.

II. Hic ritus ad sacramenti substantiam pertinet, qui semper et ubique, summa consensione servatus est. 1180.

III. Non omnis quæ in materia et forma contingere potest mutatio, tollit veritatem sacramenti, et irritum facit. In materia sacramenti contingere potest duplex mutatio. Substantialis una, accidentalis altera. Sola substantialis irritum facit sacramentum, 1181 et seq.—Res potest esse alterius speciei physice et moraliter, 1181, *in nota*.

IV. Conveniunt Græci cum Latinis in substantia formarum sacramentalium, 1184 et seq.

V. Peccat mortaliter et sacrilegii reus fit, qui vel ex affectata negligentia vel ex culpabili ignorantia, vel ex contemptu substantialiter mutat materias et formas sacramentorum, 1186.—Peccat graviter qui aliquid quantumvis leve videri possit, in ritu sacramenti ex contemptu mutat, 1187.—Peccati lethalis reus est qui dubia forma aut materia utitur, præsertim si certa et indubitata haberi possit, 1187.—Quid agendum, si non habeatur nisi dubia materia ? 1187, *in nota*.

VI. Forma est absoluta, non conditionalis. 1187

VII. Non passim aut leviter, sed prudenter, conditionali forma utendum est, 1188. — Traité historique et dogmatique sur les paroles ou les formes des sept sacrements de l'Eglise, XXI, 121 ad 286 *Vid.* Forma.

Refelluntur pravæ hæreticorum de sacramentorum natura et definitione sententiæ. XX, 1190. — Sacramentum, aiunt Sociniani, est nudum et simplex signum, quo christianus a Judæo vel gentili distinguitur.— Definitio ab Anabaptistis inventa : Sacramenta sunt allegoriæ seu signa quædam vitæ spiritualis, morum ac bonorum operum, quibus admonemur bonis operibus nos exercere.—Sacramentum, ait Zuinglius, nihil aliud est, quam oppigneratio, qua se homines obligant Christo, et ejus militiæ nomen dant.— Sacramentum, inquit Lutherus, nihil aliud est quam promissio gratiæ signo externo annexa.—Sic habet Augustana confessio : Sacramentum est ritus qui habet mandatum Dei, et cui addita est promissio gratiæ. Sacramentum, ait Kemnitius, est signum materiale, præceptum in Novo Testamento, obsignans instar sigilli promissionem gratiæ, 1195. —Sacramentum, ait Calvinus, externum est symbolum quo benevolentiæ erga nos suæ promissiones conscientiis nostris Dominus obsignat, ad sustinendam fidei nostræ imbecillitatem, et nos vicissim pietatem erga eum nostram tam coram eo et angelis quam apud homines testamur, 1196.— Refelluntur hæ definitiones generalibus argumentis. Argum. I, ex Scriptura, 1196.—Arg. II, ex traditione, 1197. —Arg. III, ex consensione universalis Ecclesiæ, 1198. — Singulatim eædem definitiones refelluntur. Sociniani et anabaptistæ refutantur, 1201.—Zuinglius refutatur, 1202. — Lutherani refelluntur, 1203. — Calvini definitio expugnatur, 1206 et seq.— Canones conc. Trid. VI, 1008, 1009.

De sacramentis tum quoad statum innocentiæ, tum quoad statum legis naturæ ac Mosaicæ.—In statu innocentiæ quo Adam ante lapsum potitus est, nulla reapse exstitere veri nominis sacramenta, XX, 1209.—In statu innocentiæ etiamsi perdurasset, admitti non possent sacramenta ejusdem characteris et conditionis, ac illa quæ post peccatum instituta sunt, 1210. — Statui innocentiæ sacramenta quæ sint signa et instrumenta efficacia gratiæ sanctificantis in rebus sensibilibus constituta, non videntur absolute, ac simpliciter repugnare, sive positivam imperfectionem afferre, 1210.— Statui innocentiæ etiam duraturo sacramenta necessaria non fuissent, 1212.

In lege naturæ apud veræ religionis cultores signa aliqua sensibilia exstitere, quibus suam in Christum venturum fidem protestarentur, 1214. — Hujus modi signorum usus, oblatio victimarum, panum propositionis et aliorum consecratorum esus aut applicatio necessaria fuit in lege naturæ ad parvulos ab originaria labe expiandos, 1215. — Signis, quæ parvulis in lege naturæ expiandis adhibebantur, nihil defuit, quo ad sacramenti, saltem imperfecti, dignitatem pertingerent, 1217. — In statu legis naturæ aliqua fuisse sacramenta magna a plerisque theologis probabilitate defenditur. 1218

Plura sacramenta in lege Mosaica divinitus instituta extiterunt, 1219.—Omnia legis Mosaicæ sacramenta ad quatuor classes revocari commode possunt, nempe ad circumcisionem, ad immolationem et esum agni paschalis, ad sacerdotum ordinationem, et ad varias expiationes diversarum immunditiarum legalium, 1220; XV, 174.—Circumcisio, 175. — Consecratio sacerdotum, 177. — Paschalis agni manducatio, 180. — Purificationes, lustrationes, sacrificia piacularia, 182. — Expiatio generalis Israelitarum hircus emissarius, 200 —Nullum ex his Mosaicæ legis sacramentis invenitur, quod sacramentis nostris, Confirmationis, Extremæ Unctionis et Matrimonii responderet Cujus rei ratio datur, XX, 1220.—Sacramenta Mosaica solis Judæis necessaria fuerunt, et quidem necessitate præcepti potius quam medii. 1221

De existentia sacramentorum novæ legis, XX, 1221.— Sacramenta septem, tanquam totidem gratiarum fontes in vitam æternam salientes primum inter christiana et vera sacra locum tenent, XVI, 248.—Conveniens fuit in nova lege institui sacramenta.— Arg. I, ex conditione naturæ lapsæ. —Arg. II, ex divinæ providentiæ suavitate. — Arg. III, ab externis vinculis, religionis, XX, 1222.—Arg. IV, ex comparatione legis novæ cum veteri. — Arg. V, ex ipsa Dei voluntate, 1223. — Objectiones, 1223. — De numero sacramentorum. Non est liberum credere quot sint sacramenta, I, 1287-1015; V, 975. — Septem omnino sunt legis novæ sacramenta, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema-Unctio, Ordo, Matrimonium, XX, 1228; VI, 1006, 1007.— Argumentum I, De Præscriptione, XX, 1228.—Arg. II, ex Græcorum Eucologiis et ritualibus Latinorum, 1233.— Arg. III, ex auctoritate traditionis, 1234.—Arg. IV, ex Scripturis, 1236.—Proponuntur et resolvuntur adversariorum objectiones, 1238 et seq. —Resolvitur eorum objectio qui contendunt plura esse sacramenta quam septem. — Ablutio pedum non est verum novæ legis sacramentum, 1244 et seq. — Solvitur objectio altera. Aqua benedicta et alia id genus plurima, sunt sacramenta latiore quodam sensu, non stricte et proprie, 1250. Cur Christus septem instituerit sacramenta ? 1252. Sententia Græcorum, sententia Latinorum, 1253.—Decretum concilii Florentini. 1564

Omnia sacramenta non paris sunt dignitatis. 1254

Ad salutem necessaria sunt sacramenta, VI, 1008.—Omnia et singula non sunt ex æquo unicuique necessaria. Alia *necessitatis*, alia *voluntatis* dicuntur, XX, 1254. — Quæ dicuntur sacramenta vivorum, quæ mortuorum, 1255. — Penes effectum omnia sacramenta non æquiparantur,

1255. — In cœlo nulla erunt sacramenta, 1256. — Sacramenta gratiam conferunt, I, 1292-1020.
De efficacia et virtute sacramentorum novæ legis, V, 973. — Efficacia contra recentiores hæreticos vindicatur, XX, 1258. — Ostenditur sacramenta novæ legis gratiam sanctificantem ex opere operato producere. Opus operatum est actio ipsa sacramentalis a Christo instituta, seu applicatio materiæ et formæ. Opus operantis appellant actus bonos et meritorios quos elicit minister, vel sacramentum suscipiens. 1259
*Probatio prima*, ex auctoritate Scripturæ. 1260
*Probatio II*, ex traditione perpetua. 1260 et seq.
*Probatio III*, ex theologica ratione, 1264. — Objectiones, 1266 et seq.— Canon con. Trid., VI, 1009. Ostenditur verba sacramentorum nec concionalia, nec mere promissoria, sed vere consecratoria esse, seu gratiæ productiva, 1271. — Quo sensu verba sacramentalia dici possunt promissoria et concionalia, sunt etiam consecratoria, 1272, 1273, *in nota*. — Nec ad validam, nec absolute ad licitam sacramentorum administrationem necesse est ut præmittatur aut adhibeatur concio, qua eorum institutio et effectus exponantur, 1273 et seq., *in nota*.
Verba sacramentorum non sunt concionalia, 1273. — Non sunt promissoria, 1275. — Consecratoria sunt, 1276. — Objectiones, 1276 et seq. — Quæ causa hæreticis fuerit negandi sacramenta effectus suos ex opere operato producere et verbis consecratoriis confici. 1281
Thomistarum de physica sacramentorum efficacitate sententia propugnatur, XX, 1281. — Tutior et certior Thomistarum doctrina est affirmantium sacramenta esse instrumenta Dei non moraliter tantum, sed et physice gratiam efficientia. 1284
*Probatio prima*, ex suprema Dei potestate. 1290
*Probatio II*, ex sanctorum Patrum sententiis. 1296
*Probatio III*, ex sacris Scripturis. 1298
*Probatio IV*, ex natura sacramentorum, 1299. — Objectiones. 1301 et seq.
Alterius opinionis rationes exponuntur. Status quæstionis, 1283, *in nota*. — Varii modi explicandi causalitatem physicam sacramentorum. Varii modi explicandi causalitatem moralem sacramentorum, 1284 *in nota*. — Sacramenta gratiam non producunt physice, 1285, *in nota*, et seq. — Sacramenta gratiam moraliter operantur, 1293, *in nota* — De effectibus sacramentorum, XX, 1306. — De gratia sacramentali, 1307. — Ea gratia est divina qualitas in anima inhærens, ac veluti splendor quidam et lux, quæ animarum nostrarum maculas omnes delet, et ipsas animas pulchriores et splendidiores reddit, 1309. — Gratia sacramentalis intrinsecum aliquid superaddit gratiæ habituali generatim sumptæ. 1310
Gratia sacramentalis non est habitus realiter distinctus a gratia communiter dicta virtutum et donorum, neque solum auxilium speciale transiens, sed novus modus intrinsecus perfectionis seu specialis vigor gratiæ communiter dictæ superadditus, cum ordine seu exigentia et jure ad auxilium actuale suo tempore conferendum, 1311, *in nota*, et seq.
Sint duo pluresve homines qui ad baptismum sine fictione accedant, quæritur utrum æqualiter gratiam sanctificantem recipiant, 1312 et seq. — Regula universalis est, quod gradus gratiæ qui correspondet sacramento nunquam confertur nisi eo re suscepto. 1314
Votum sacramenti non confert gratiam sacramentalem, quasi actu et de facto susceptum esset sacramentum, adeoque justificat solum ex opere operantis, 1315 *in nota*. — Quo sensu dicant theologi quædam sacramenta primam, alia secundam gratiam producere, 1315 et seq. — Distinguenda est triplex ratio, qua peccatum mortale remittitur in sacramentis. Prima per se ex primaria intentione propriæ institutionis, et hæc est propria baptismi ac pœnitentiæ. Secunda per se ex secundaria intentione propriæ institutionis; et hæc est peculiaris unctionis infirmorum. Tertia est per accidens quæ convenit cæteris quatuor sacramentis, XXIV, 100.— De charactere sacramentali. Canon. conc. Trid. VI, 1009.
Tria novæ legis sacramenta, Baptismus, Confirmatio, et Ordo, rite semel data, in uno eodemque homine iterari nec debent nec possunt, quia perpetuum et indelebilem effectum habent; Deoque consecrant in æternum, quisquis ea susceperit. Hic effectus dicitur character, XX, 1317. — Definitio characteris, 1318. — Catholicum dogma vindicatur. Probatio prima, ex præscriptione. 1321
Probatio II, ex traditione Patrum, 1322. — Characteris nomen Patribus usitatum, 1323. — Baptismum, Confirmationem et Ordinem iterari nefas, 1324. — Ideo tria hæc iterari vetitum, quia imprimunt indelebilem characterem, 1327 — Hoc ipso signo sive charactere vera homini confertur potestas, 1329. — Objectiones, 1329 ad 1341. — Qui fieri possit ut character ab impiis recipiatur qui gratiam non recipiunt, 1341. — Quid causæ sit, cur character indelebiliter fixus in anima maneat, cum gratia quæ est forma longe perfectior, ab illa sæpe recedat, et perpetuam stabilitatem non habeat, 1341. — Cum ideo detur character, ut homini conferat aliquam potentiam, circa ea quæ pertinent ad cultum Dei exteriorem, cur in altera vita remaneat, ubi nullus talis est cultus, 1342. — Cur dicatur per characterem confirmationis conferri activam fidem profitendi et contra Dei hostes pugnandi potentiam; cum pugnam hanc sustinere aliquando teneatur homo quilibet baptizatus, etiamsi nondum Confirmationem receperit, 1342. — Alia præter Baptismum, Confirmationem et Ordinem, sacramenta characterem non imprimunt. 1342
Nulli ex veteribus sacramentis, saltem hujusmodi competebat efficacia imprimendi characterem, 1343. — Officia et prærogativa characteris sacramentalis tria sunt: primum et principale est hominem reddere aptum ad christianæ vitæ ministeria, et ea quæ divini sunt cultus agenda vel suscipienda, alterum, configurare summo et æterno sacerdoti, cujus dignitatis ac potestatis quamdam in eos quos exornat participationem traducit. Tertium officium est distinguere insignitos charactere a reliquis omnibus, 1343, 1344.— De auctore sacramentorum. Christus omnia sacramenta instituit, VI, 1007. — Christus Deus homo auctor est sacramentorum. XX, 1314
Sacramenta principaliter et auctoritate propria instituere soli Deo eximium est, 1344. — Christus ut homo præcellentem habuit in sacramentorum institutione potestatem, 1345. — Fidei est Christum Deum hominem omnia novæ legis sacramenta saltem mediate instituisse, atque adeo omnia et singula juris divini esse. 1347
Sacramenta immediate instituere, est ipsorum saltem substantiam per se constituere sive in genere sive in specie: ea autem mediate instituere, est aliis potestatem conferre ipsam horum substantiam constituendi, 1347 *in nota*. — Proxime ad fidem accedit, omnia novæ legis sacramenta immediate et in specie proprio Christi ore esse instituta. Argumentum I, ex comparatione novæ legis cum veteri, 1348. — Arg. II, ex comparatione sacramentorum novæ legis ad invicem, 1349. — Arg. III, ex ipsa apostolorum confessione, 1349. — Arg. IV, ex novitate doctrinæ contrariæ. — Arg. V, ex definitione Ecclesiæ, 1350. — Objectiones, 1351
An Christus potestatem quam habuit in sacramentis instituendi potuerit ministris communicare. Distinguendum est, 1356 et seq. — Revera hanc potestatem nemini communicavit, 1359. — Qamobrem non contulerit. 1360
An ante vel post Christi mortem sacramenta fuerint instituta, non certum est. I, 516,405
De ministris sacramentorum, XX, 1360. — Utrum minister sacramentorum sit indiscriminatim omnis homo, XX, 1361. — Non omnes christiani habent potestatem quælibet sacramenta administrandi et conficiendi, VI, 1010. — Ostenditur solum quidem, non omnem tamen hominem viatorem etiam baptizatum, esse ordinarium sacramentorum ministrum, XX, 1362. — *Probatio prima*, ex Scripturis, 1364. — *Probatio II*, ex traditione. — *Probatio III*, ex theologica ratione, 1365. — Solv. lutheranorum objectiones, 1366 et seq.
An nemo nisi qui fidem integram et vitæ sanctitatem habeat, valide possit sacramenta administrare. — De hæreticis et schismaticis, 1373.—Rebaptizantium historia texitur, 1373 et seq.— *Vid.* Rebaptizans —De improbis et scelestis ministris; utrum valeant ab iis collata sacramenta? Novatianorum, donatistarum et aliorum error notatur, XX, 1441. — Ad valorem sacramenti non requiritur probitas ministri; VI, 1011. — Ostenditur ministrorum perversitate nec pollui sacramenta, nec irrita fieri. *Probatio prima*, ex comparatione malorum cum hæreticis et schismaticis, XX, 1442. — *Probatio* II, ex innata sacramentorum virtute.—*Probatio* III, ex auctoritate et consensu majorum 1443. — *Probatio* IV, ex ratione, 1445 et seq. — Solv. Donatistarum objectiones. 1449
Proponuntur quædam quæstiones, 1451.—Habita ratione sacramentorum, æquale plane est, sive a bonis, sive a malis recipiantur. Sed habita tum ministrantium, tum suscipientium ratione, melius est a bono quam a malo sacramenta recipere, 1452. — Utrum liceat a malo ministro sacramenta recipere Possunt fideles in casu necessitatis, a parocho suo, quantumvis malo, si sit ab Ecclesia toleratus, recipere et etiam flagitare sacramenta, 1452. — Extra casum necessitatis, si nimirum habeatur alterius adeundi commoditas, a proprio parocho abstinendum est, 1453. — In casu necessitatis, ab extraneo et subsidiario sacerdote petere sacramenta licitum est; secus vero si absit necessitas, 1453. — Ut licitum sit sacramenta recipere aut petere a malis ministris in Ecclesia toleratis, tres requiruntur

et sufficiunt conditiones, nempe; 1° ut desit alius minister; 2° ut absit scandali aut seductionis periculum; 3° ut justa sit accipiendi aut petendi causa, 1453 in nota. — Inter ministros malos quidam sunt ab Ecclesia tolerati, quidam non tolerati, sed vitandi, 1454, 1455. — In summa necessitate, præsertim si de iis sacramentis agatur, quæ voluit Deus media esse salutis, modo tamen absit periculum scandali, a ministro non tolerato sacramenta petere licet, 1455. — Extra mortis articulum, non licet a ministro non tolerato sacramenta suscipere multo minus petere, 1456 in nota. — Ministri Ecclesiæ sacramenta cum conscientia peccati mortalis conficientes, gravissimi peccati rei fiunt, 1457 et seq. — Qui sacramentum, saltem ex officio, conficit aut ministrat, dum peccati mortalis sibi conscius est, novo se peccato mortali ordinarie inquinat, 1457 et seq. in nota. — Duplex distinguitur minister, minister ex officio seu solemnitatis, et minister necessitatis. 1458 in nota.

De necessaria in sacramentis administrandis intentione. — Aperitur status quæstionis, XX, 1462. — Habitualis intentio in sacramentorum administratione nequaquam sufficit, 1464. — Intentio actualis, bona licet et sufficiens, non tamen est absolute necessaria, 1465. — Utrum requiratur ut intentio sit absoluta an vero conditionalis sufficiat, 1465, in nota. — Ad sacramenti valorem requiritur ut intentio ad certam personam vel materiam sit determinata. — Non requiritur intentio explicita producendi sacramenti, sed sufficit implicita, 1465, 1480 in nota. — Ostenditur ministro sacramentum conferenti necessariam esse intentionem, saltem virtualem, 1466. — *Probatio prima*, ex auctoritate Scripturæ. — *Probatio II*, ex antiquo Ecclesiæ more, 1468. — *Probatio III*, ex theologica ratione, 1469. — Solv. hæreticorum objectiones, 1470. — Non sicut intentio, ita et attentio in sacramentis administrandis necessaria est, 1478 in nota. — Aliquam intentionem, saltem faciendi quod facit Ecclesia, ad validitatem sacramenti requiri dogma fidei est. XXV, 1026

Quæ et qualis ministrorum intentio esse debeat. Ad validam sacramentorum administrationem requiritur in ministro vera et seria intentio, VI, 1010. — Aperitur status quæstionis. Aliud est intentio faciendi quod facit Ecclesia, aliud faciendi quod intendit Ecclesia; quod facit Ecclesia est externum ipsum opus; quod intendit, est opus sacrum a Christo institutum, XX, 1479. — In intentione faciendi quod intendit Ecclesia duo spectari possunt: vel præcise intenditur perfectio sacramenti quatenus ritus est sacer, vel intenditur ritus sacer, prout spiritualem effectum ex divino instituto adjunctum habens, 1479. — Aliud est, velle serio facere ritum quem in Ecclesia christiana pro sacro haberi compertum est. Aliud est velle facere ritum ut sacrum, 1480. — Quando dicitur ministro necessariam esse intentionem faciendi quod facit Ecclesia, duobus modis hoc accipi potest. 1° ita ut distincta debeat esse intentio faciendi quod facit Ecclesia romana et catholica, quæ sola una vera est; 2° ita ut intentio generalis sufficiat faciendi quod vera facit Ecclesia, quæcumque tandem esse putetur, 1480. — Theologorum concors et vera sententia est, ad valorem sacramenti non requiri, ut minister distincte intendat hoc facere, quod romana et catholica Ecclesia facit; sed sufficere generale propositum faciendi quod vera facit Ecclesia, ubivis tandem gentium illa sit, aut esse judicio falso credatur, 1480. — Omnium pariter consensio est non requiri in ministris intentionem producendi effectum sacramenti, sed satis esse propositum efficax agendi rem ipsam quæ dicatur sacramentum, 1481. — Omnium etiam judicio certum est requiri saltem intentionem celebrandi ritum qui in Ecclesia christiana sacer et religiosus habetur: hæc enim ipsissima intentio est faciendi quod facit Ecclesia, 1482. — Ritus sacramentalis spectari potest materialiter quidem, si consideretur ut res mere naturalis et profana; formaliter, si spectetur quatenus ad religionem pertinet, 1483 in nota. — Alii dicunt ad sacramentorum validitatem sufficere ut minister habeat intentionem faciendi ritum materialiter spectatum, ibid. — Alii censent requiri ut minister habeat intentionem faciendi ritum formaliter spectatum; et hæc intentio vocatur interna, 1484 in nota. — Plerique nunc theologi dicunt intentionem realem et internam esse necessariam 1485 in nota.

Ostenditur ad valorem sacramenti sufficere intentionem serio peragendi externi ritus. *Probatio prima*, ex divinis Literis, 1485. — Adversariorum exceptio refutatur, 1485. — *Probatio II*, ex latis contra donatistas judiciis, 1486. — Præcluditur adversariorum effugium. 1487

*Probatio III*, ex perpetuo Ecclesiæ sensu. — Occurritur adversariis. 1488

*Probatio IV*, ex decretis Ecclesiæ. 1490

*Probatio V*, ex S. Augustino, 1495. — Adversariorum effugia præcluduntur. 1495

*Probatio VI*, ex auctoritate S. Thomæ, 1498. — S. Thomæ auctoritas ab adversariorum cavillationibus vindicatur. 1499

*Probatio VII*, ex definitione concilii Tridentini, 1501. — Adversariorum allucinatio detegitur, refutatur. 1502

*Probatio VIII*, ex theologica ratione. 1504

Diluuntur adversariorum objectiones. *Objectio prima*, ex novitate, 1506. — *Objectio altera*, ex institutione sacramentorum, 1510. — *Objectio III*, ex decretis Ecclesiæ, 1514. — *Objectio IV*, ex Ecclesiæ disciplina, 1520. — *Objectio V*, ex auctoritate, 1525. — *Objectio VI*, ex ratione. 1527

De intentione ministri sacramentorum, XXI, 25. — Ad perfectionem sacramenti requiritur in ministro intentio faciendi quod facit Ecclesia; ita ut sacramentum exterius nimice et irrisorie, seu a ministro rationis impote collatum, sit nullum, 25. — Solv. objectiones hæreticorum, 26 et seq. Quæ intentio requiratur et sufficiat in ministro ad perfectionem sacramenti, 31. — Primo, ad veritatem et integritatem sacramenti non sufficit in ministro intentio externa, sed requiritur interna; seu, non sufficit quod minister actum externum serio ponat, si in corde habeat intentionem non faciendi illum saltem ut sacrum et religiosum in Ecclesia Dei, quæcumque illa sit, sed fingendi tantum, simulandi aut irridendi, vel illum ponendi mere materialiter ut rem naturalem et profanam, etiamsi in circumstantiis adhiberi solitis. Est ad minus communior et probabilior.

Probatur, 1° ex sacris Scripturis, 32. — Prob. 2° ex conciliis, 33. — Prob. 3° ex definitionibus summorum pontificum, 33. — Prob. 4° ex communi sensu et praxi Ecclesiæ, 38. — Prob. 5° auctoritate et rationibus invictissimis S. Thomæ, 42. — Prob. 6° Convellendo fundamenta adversæ sententiæ et ejus effugia præcludendo, 44. — Secundo ad veritatem sacramenti non requiritur in ministro intentio explicita producendi effectum sacramenti, neque efficiendi rem absolute in se sacram, seu vere nominis sacramentum, neque faciendi quod facit Ecclesia Romana, sed sufficit implicita quæ habetur in generali intentione faciendi quod facit vera Ecclesia, quæcumque illa sit. Est communis quoad omnes partes. 47

Solv. objectiones contra primam conclusionem. Objectiones ex praxi et definitionibus Ecclesiæ, 49 et seq. — Objectiones ex S. Augustino et S. Thoma veteribusque scholasticis, 55 et seq. — Objectiones a ratione, 66 et seq.

De qualitate intentionis internæ requisitæ ad integritatem sacramenti, 73. — Non requiritur intentio in actu signato, sed sufficit intentio in actu exercito, 74. — Ad integritatem sacramenti non sufficit intentio interpretativa, nec habitualis; non requiritur actualis, requiritur et sufficit virtualis, si tamen minister sit sui compos, 74 et seq. — Sacramentum collatum cum intentione conditionata de præsenti vel de præterito, ut *si non es baptizatus*, *ou si vivis*, te baptizo est validum, si conditio subsistat; invalidum, si non subsistat; quia si conditio subsistat, intentio transit in absolutam; si non subsistit, nulla est intentio, 77, 78. — Validum est sacramentum, excepto matrimonio, si intentio ministri feratur ad præsentem, quicumque sit, ut solet et debet esse, v. g. si putet baptizare masculum et sit femina. 78 et seq.

De subjecto sacramentorum, solus homo viator de lege ordinaria est subjectum baptismi, capax recipiendi, XXI, 69. — Solus homo baptizatus est subjectum capax aliorum sacramentorum, excepta eucharistia. — Non omnis baptizatus omnium sacramentorum est capax 79

Quæ dispositiones in subjecto ad sacramenta valide suscipienda requirantur, 80. — Nulla in infantibus requiritur intentio, ut sacramenta quorum sunt capaces valide suscipiant. De adultis autem certum est ad validam sacramentorum susceptionem excepta Eucharistia in ipsis requiri aliquam voluntatem illa suscipiendi. Probatur, 1° ex conciliis; 80. — 2° ex SS. August. et Thoma, 81; — 3° ex summis pontificibus, 82; — 4° ex ratione, 83. — Eucharistia quæ consistit in re permanenti, vere et realiter quamquam sine fructu, a quovis sive inscio, sive etiam invito percipi potest, 84. — Objectiones, 84 et seq. — In quod objectum cadere debeat suscipientis intentio, ut validum sit sacramentum. Alii dicunt sufficere ut intentio cadat in ritum externum materialiter spectatum, modo exterius suscipiens agat serio. Hæc intentio vocatur externa. Alii dicunt requiri intentionem quæ cadat in ritum sacramentalem formaliter ut ab Ecclesia spectatur, quæ intentio vocatur interna, vera et realis. Hæc sententia priore multo probabilior videtur, 88. — Non eadem in omnibus sacramentis intentio requiritur, 88, 89. — Non tanta requiritur intentio in suscipiente, quanta in ministrante, 90. — De necessaria in suscipientibus sacramenta intentione, XX, 1528 et seq.

Fides in suscipiente non requiritur ad validitatem sacramentorum, una excepta Pœnitentia. — Sanctitas seu sta-

tus gratiæ, non est necessaria ad sacramentorum validitatem, XXI, 90. — Solv. objectiones.

De necessaria in suscipientibus sacramenta intentione, XX, 1528 et seq. — De aliis dispositionibus requisitis ad licitam et utilem susceptionem sacramentorum, XX, 1534; XXI, 92. — Ut adultus sacramenta licite et cum fructu suscipiat non sufficit intentio ea suscipiendi, sed insuper aliæ requiruntur dispositiones, 92. — In sacramentis mortuorum ad percipiendum primarium eorum effectum, scilicet primam gratiam requiritur et sufficit in adultis dispositio, quæ sit saltem attritio supernaturalis, actualis vel virtualis, 93. — In sacramentis vivorum ad percipiendum primarium eorum effectum, scilicet augmentum gratiæ, non requiritur necessario dispositio actualis vel virtualis, sed sufficit habitualis, scilicet status gratiæ, 94. — Solvuntur objectiones. 95 et seq.

An sacramenta, ficte suscepta, sublata fictione, reviviscant. Fictio duplex: altera intentionis qua quis fingit se velle recipere sacramentum, quod tamen non vult interius recipere; altera præparationis, qua quis sacramentum recipit absque necessariis dispositionibus. Hæc vel est inculpabilis, vel culpabilis, 98. — Fictio vel est negativa, cum quis bona fide existimat se esse dispositum, licet reipsa dispositus non sit; vel positiva, cum quis, quo baptizatur instanti actum malum exercet; vel privativa, cum quis sciens et volens caret dispositione necessaria, 106. — Certum est, 1° fictionem præparationis solius non impedire ne sacramenta quæ characterem imprimunt, valide recipiantur; 2° ea fictione impediri omnes, v. g. Baptismi effectus, præter characteris impressionem, 98. — Sublata fictione revivescit Baptismus ac proinde non solum fictionis venia, sed et Baptismi effectus, nimirum gratia regenerativa recipitur, 99. — Solv. objectiones, 101. — Peccata Baptismo ficte suscepto posteriora, ne indirecte quidem remittuntur per Baptismum, 101. — Peccata quæ Baptismum præcesserunt, per ipsum remittuntur sublato obice. 102

Baptismus reviviscens confert omnem effectum, quem conferre solet, cum pie recipitur, 104. — Sacramenta, ablato obice rediviva, non æqualem gratiam conferre videntur, sed majorem pro majoris dispositionis gradu, 105. — Ut reviviscat Baptismus cum fictione positiva receptus, requiritur vel contritio perfecta extra sacramentum Pœnitentiæ; vel attritio cum eodem sacramento. Ut vero reviviscat Baptismus cum fictione negativa susceptus, sufficit attritio, 106 et seq. — An et quatenus liceat sacramenta indignis administrare. Peccatores alii sunt publici, alii occulti. Publici tales sunt vel publicitate seu notorietate juris, vel publicitate facti. — Peccator seu occultus seu publicus vel publice seu coram frequenti cœtu sacramentum petit; vel occulte, id est, solus a solo, 109. — Peccatori undecunque notorio sacramenta, etiam publice petenti negari debent, excepta Pœnitentia, et nonnunquam Matrimonio, 110 et seq. — Quantum in se est indubia conclusio, tantum in praxi cautionis exigit et prudentiæ, 113. — Peccatori occulto occulte petenti sacramentum negari debet, nisi minister peccatum ejus resciverit per confessionem. Idem faciendum, si coram iis petat quos de crimine ejus certiores factos esse constet, 114. — Peccatori occulto sacramentum publice petenti, negari non debet, 115. — Solv. objectiones, 116 et seq. — Vitandæ impietatis causa non potest impio tradi hostia non consecrata, 118. — An relative ad sacramenta dignus censeatur quem non constat esse indignum; et utrum minister aliquam adhibere debeat diligentiam, ut sibi moraliter constet de dignitate petentis? non una hic pro sacramentis omnibus regula constitui potest. 118, 119

De cæremoniis sacramentorum, XX, 1535. — *Vid.* Cæremoniæ.

Quid de sacramentis legis evangelicæ sit fide catholica necessario credendum? VI, 812. — Tria de sacramentis in communi necessario credenda: primum, esse quædam sacramenta novæ legis ab ipso Christo instituta; secundum, hæc esse numero septem; tertium, hisce mediantibus, Deum gratiam suam conferre iis qui digne præparati eorum fiunt participes, 813. — Dogmata de sacramentis in genere, 1006 et seq. — Sacramenta concurrerunt ad Ecclesiæ formationem et conservationem in genere causæ efficientis instrumentalis, IV, 41. — Sacramentorum divinorum res diabolus æmulatur, XX, 1545. — Sua sunt etiam diabolo signa seu quasi sacramenta, XIV, 122, 138-98, 111

Sacrificare propria est religionis actio, quæ solius Dei honori dedicata est. I, 811-639

Sacrificium est quasi sacrum factum, I, 811-639. — Sacrificium proprium est religionis opus, 810-639. — Soli Deo est offerendum, XIV, 70-57. — Non quodcumque opus sacrum vel quicumque religionis ritus est sacrificium, I, 811-639. — Sacrificii nomen dupliciter in Scriptura sacra accipitur, et proprie et translate, 813 et seq.-641. — Sacrificii nomen interdum pro re quæ domino offertur, interdum pro actione ipsa sacrificandi accipitur, 816-644. — Sacrificium solum est, quum res aliqua sacra offertur Deo. Oblatio est de ratione sacrificii, 811, 812-640. — Non omnis oblatio sacrificium est, 812-640. — In sacrificio hostiam esse oportet quæ Deo immoletur, 811-639. — Sacrificium est specialis religionis cæremonia, in qua res Deo sacra vel per sanguinem, vel per ignem, vel alio quovis modo conficitur, 811-639. — Sacrificium est oblatio rei sensibilis a ministro legitimo facta Deo per realem immutationem, ad testandum ejus supremum dominium nostramque subjectionem, III, 353, *in nota*. — Variæ sacrificii definitiones, XXIII, 703. — In omni sacrificio debet intervenire destructionem aliquam rei oblatæ, 703. — Sacrificium oblatum deo Fidei est verum et essentiale sacrificium, 708. — Patriarcharum sacrificia a prima revelatione procul dubio originem suam habuerunt, II, 1003, 1004, 1098. — Inter sacrificia cruenta et dogmata de hominis perditione ac redemptione, maxima latebat convenientia. Mors homini peccatori debita transferebatur in victimam, quæ vicaria sorte peccatum expiaret. 1099

Sacrificia cruenta nunquam hominibus natura suggessisset, aut invenisset ratio, III, 332 et seq. — Eorum causa est positivum Dei præceptum, quod probat 1° antiquitas instituti; 2° universalitas hujus consuetudinis, 334. — Probat 3° ratio temporis quo prima sacrificia peracta sunt; 4° convenientia sacrificiorum cum dogmatibus, 335. — Probant 5° formæ loquendi in lingua hebraica, 338. — Probant facta historica, 338, 339. — Deus respexit ad sacrificia cruenta Abelis, et non respexit dona inanima Caini, 338. — Summa cultus publici apud ethnicos in sacrificiis posita fuit, et hæc sacrificia ad omnes usus apud eos adhibita sunt, ad quos adhibebantur a patriarchis, et in nulla re magis peccaverunt pagani, quam nimia in hac parte superstitione, quæ eos in barbaros et crudelissimos mores induxit, III, 395

De legibus cæremonialibus sacrificiorum. De sacrificiorum ratione. Sacrificia Israelitis non solum permisit, sed præcepit Deus, XV, 74. — Primarius finis sacrificiorum fuit, ut supremum Dei dominium mens humana recognosceret, 74. — Deus sacrificia non præcepit ut iis indigens, aut quasi per se ipsi grata et jucunda essent; sed ad idolatriam abolendam, ad Christi sacrificium adumbrandum, ad spiritualia sacrificia, quæ exigebat ab hominibus, significanda, 76. — Confirmatur ex Isaia propheta, 77. — Eamdem veritatem suffragiis suis Patres confirmant. 78 ad 89

De sacrificiorum materia. Veterum sacrificiorum materia vel animata fuit vel inanimata. Ex animalibus munda tantum, et eorum octo duntaxat species altari suo Deus admoveri jussit, oves, capras, hœdos, boves, vitulos, columbos, passeres et turtures, 90. — Ratio cur hæc tantum animalia offerri liceret, multiplex est. Prima litteralis, quia præsto semper erant; et ad vitandam idololatriam, quia gentes animantium omne genus diis suis immolabant, 90. — Ratio typica est quod ad Christum, cujus sacrificio præludebant, significandum accommodata præ cæteris essent, 91. — Ratio moralis petitur ex cupiditatibus quas mactare, et virtutibus quibus animas nostras adornare debemus, ut nosmetipsos in sacrificium Deo gratum offeramus, 91. — Animalia omni ex parte perfecta in sacrificium offerri lex jubebat, 91. — De mercede prostibuli in templum Dei non inferenda, 92. — Cur a Deo pariter abominationis instar repudiatum fuit canis pretium, 93. — Materia sacrificiorum inanimata secundum legem divinam erat panis, simila, spicæ, vinum, sal, oleum, thus. Panis sacrificialis variis modis parabatur, 94. — Farrea oblatio triplex erat: prima, oblatio similæ; secunda, panum; tertia, spicarum virentium, 94. — Panis et vini sacrificialem oblationem ex profanis gentilismi ritibus originem duxisse asserit, non probat Spencerus, 95. — Mellis usum a sacrificiis suis Deus ablegavit. 96

De sacrificiorum fine et variis speciebus. Triplex fuit sacrificiorum finis: Dei honos, et supremi ipsius dominii agnitio; peccati expiatio; grati animi ob accepta beneficia significatio, et novorum a Deo postulatio. Hinc triplex sacrificiorum species: holocausta, pacifica, expiatoria, sive pro peccato, XV, 98. — Variæ sacrificiorum species, I, 816-643, 644. — Sacrificia latine dicta eucharistica, pacifica, et salutaria, victimæ pacificæ et salutares hostiæ, a Græcis, etc., XXVI, 67, *in nota*. — Holocausti ritus, XV, 98 et seq. Holocausti ritum diabolus, Deo æmulus ad profanarum gentium sacra transtulit, 100. — Holocaustum hebraice derivatur a verbo quod significat ascendere, XXVI, 65, 66. — Secunda sacrificii species, hostia pacificorum quæ offerebatur pro pace, id est, salute, incolumitate, prosperitate. Duplex erat, una gratiarum actionis pro beneficiis acceptis, altera precationis pro beneficiis obtinendis, XV, 101. — Hostia pacifica esse debebat ex bobus, ovibus, agnis vel capris. 101

Adipis et sanguinis cujusvis esu Israelitis lege lata

interdictum est, 102 et seq. — Sacrificium Eucharisticum, sive pacificum privatum erat pro accepto beneficio singulari. Tertia sacrificii species erat *hostia pro peccato*, eoque per ignorantiam commisso; hæc erat quadruplex : 1° pro peccato pontificis, quæ erat vitulus; 2° pro peccato populi, ex eodem animalium genere ; 3° pro peccato principis, quæ erat hircus; 4° pro peccato plebeii, quæ erat capra, vel ovis. Ritus hujus sacrificii, 105. — Sacrificium pro peccato, sive piaculare erat publicum vel privatum, XXVI, 66. — Inter omnia sacrificia gradus recensentur, XV, 106. — Omnis victima a sacerdotibus proprio nomine oblata, igne penitus consumenda erat, 106. — De legibus cæremonialibus sacrorum, 107.—*Vid.* Cæremoniæ.

Sacrificia legis mosaicæ Christum adumbrabant. In sacrificio agni paschalis. Christi mors et ejus circumstantiæ atque effectus clarissime designati fuerunt, III, 381. — In sacrificio annuo expiationis per duos hircos sacrificium Christi adumbratum. 382

Non minus clare adumbrata fuit mors Christi et ipsius mortis felices effectus in sacrificio vaccæ rufæ, cujus cineribus omnia mundabantur, 383. — Habemus denique in sacrificio pro mundatione lepræ vividam imaginem mortis Christi et vitæ per istam mortem recuperatæ. 383, 384

Calvinus et Lutherani in lege nova esse sacrificium asserunt, I, 804, 810- . — In lege nova vere nunc est et proprie sacrificium. Probatur Scriptura sacra, 817 et seq.-644. — Probatur conciliorum, sedis apostolicæ et Patrum auctoritate, 827, 828-652. — Symbolis et non verbis tantum sacrificii Christi memoria in altari repræsentanda est. Si manducatio est, non oblatio, exemplar et imago cœnæ erit, exemplar et imago sacrificii non erit, 821-647.— Sacramentum et sacrificium est Eucharistia, 817, 821-644, 647. — Sacramentum est dominicæ cœnæ symbolum; sacrificium, dominicæ mortis, 821, 822-647, 648.—Utrumque (sacrificia vetera et novum) signum unius et ejusdem hostiæ censendum est; nostrum quidem præteritæ, illud autem veteris legis futuræ; sed utrumque tamen vere sacrificium, 829-654. — Eucharistia hostiæ Christi exemplar et imago non esset, nisi vere sacrificaremus, 829-654. — Eucharistia exemplar et imago est, et simul vere ac proprie sacrificium, 846 et seq.-655. — Sacrificium novum et vere propitiatorium et eucharisticum, 850, 851, 865, 866-654, 658, 683. — Novi sacrificii præstantia, 852, 853-656, 657. — Sine sacrificio nec sacerdotium, nec religionem, nec legem tueri possumus, 825-651. — Vere nunc offerimus eamdem crucis hostiam cum Christo, perinde atque illi, qui erant juxta crucem, 857-660. — Necesse fuit ut meritorum Christi in cruce oblati applicatio fieret, 858 et seq.-661.— Hostia offertur pro pœna peccati et pro culpa, 861-663.— Sacrificii valor est infinitus ad sufficientiam, non ad efficientiam, 862 et seq.-680.— Ex actibus nostris nihil de Christi in nos gratia merito, vi et redemptione detrahitur; quia gratiæ Dei et Christi, multo magis tribuitur, 848 et seq.-669. — Eucharistia sacrificium est, non autem cætera sacramenta, quia in Eucharistia corpus et sanguis Christi vere manent; in cæteris sacramentis non manent, 869-684. Protestantes incruenti sacrificii hostes ex liturgiis refelluntur, V, 292. — Sacrificia spiritualia non sunt propria legis evangelicæ, sed communia in omni lege fuere. I, 817-644

Sacrilegium est omnis violatio, seu indigna tractatio rei sacræ, XIV, 147, 741-117, 585. — Sacrilegium est speciale peccatum virtuti religionis oppositum, *ibid.* — Distinguitur in personale, locale, et reale, 147-118. — Et triplex distinguitur sacrilegii species : prima qua fit injuria personæ sacræ ut sic ; secunda qua fit injuria rebus sacris seu Deo dicatis. Gravius peccatum est sacrilegium, quo peccatur contra personam sacram, quam quo peccatur contra locum sacrum, 742, 147, 148-586, 118 ; XXII, 825 ad 831. — Quibus modis committitur sacrilegium tum personale, tum locale et reale, XIV, 148, 742, 745-118, 119, 586. — Sacrilegium de se et ex genere suo est peccatum lethale. Potest tamen esse veniale, 149, 742-119, 586. — Sacrilegii circumstantia semper est in confessione aperienda, 149-119. — Furari rem sacram de loco sacro, aut sacram de non sacro, aut non sacram de sacro, sacrilegium est, 833, 148, 150-119, 120, 675. — Sacrilegii rei fiunt qui in ecclesiis de obscœnis, et turpibus colloquia miscent, et ad turpia sollicitant licet extra ecclesiam peragenda ; qui mercaturam, emptiones et venditiones celebrant, 151-120. — Ut quis sacrilegii crimen incurrat in indigna tractatione rerum sacrarum, sufficit indirecta et virtualis intentio, sita in ipsa indigna tractatione rei sacræ, 153-122. — Sacrilegium est res sacras ad usum profanum adhibere, 153-122. — Sacrilegi rei sunt qui sacris Scripturæ verbis ad profanos usus abutuntur, 154-123. — Sacrilegium committunt pictores qui sanctorum imagines indecore depingunt, 154-123. — Peccato omissionis sacrilegium junctum esse potest, 154-124. — In confessione aperiendum est et objectum sacrum, quod violatum est, et actio qua violatum est, 153-124.— Sacrilegium in materia luxuriæ est violatio per actum venereum rei sacræ seu personæ Deo per votum castitatis dicatæ, et loci consecrat. contaminatio venerea, XI, 934 ; XIV, 743-587. — Variis modis committitur, 744, 588. — Violatio voti solemnis est in confessione declaranda, 745-588. — Locus sacer dicitur totum spatium quod pertinet ad interius corpus ecclesiæ, a tecto interiori, ad pavimentum ; comprehenduntur et capellæ intra ecclesiam constitutæ, 745, 746-589. — Copula habita in loco sacro est sacrilegium. — Imo copula conjugalis etiam in occulto est ibi illicita, et illa violatur loci sanctitas, 746-589. — Actus turpes, ut tactus impudici, oscula libidinosa, colloquia inhonesta, et alia similia cum periculo pollutionis in ecclesia facta habent rationem sacrilegii necessario in confessione explicandi, 747-590. — Sacrilegium distincta luxuriæ species est et malitiam involvit singularem, XI, 975 et seq. — Gravius sacrilegium est, cum utraque persona sacra est, quam cum altera omnino secularis est et profana, 977. — Gravius sacrilegium est violatio voti solemnis quam simplicis. — Gravius sacrilegium est luxuria sacerdotis, diaconi, vel subdiaconi vitam religiosam solemniter professi, quam sacerdotis, diaconi, vel subdiaconi secularium, 977. — Eo gravius sacrilegium est, quocum gravioris et magis horrendæ speciei luxuriæ concurrit, 978. — Sacrilegium sacerdotis cum filia spirituali pœnitente fœdiorem quamdam et magis horrendam deformitatem habet, quam cum alia muliere, et gravius adhuc peccatum est, si in pœnitentiæ sacramento, aut illius occasione vel prætextu, illam ad turpia sollicitet, 978. — Sacrilegii reus est confessarius, qui pœnitenti in sacramentali confessione tradit chartam postea legendam, qua ad venerem sollicitat ; ac proinde est omnino denuntiandus inquisitori vel episcopo, 980. — Mulier pœnitens non eradit obligationem denuntiandi confessarium, qui ad actus inhonestos ipsam sollicitavit, si peccata sua apud ipsum sacerdotem a quo provocata est deponat, 980. — Mulieribus, et quibuscumque personis a confessario ad actus inhonestos provocatis sive sollicitatis, prohibere debet sacerdos apud quem peccata deponunt, ne ad impudicum illum sacerdotem deinceps adeant quacumque occasione vel prætextu, aut ipsum alloquantur, vel admittant, si necessitas urgeat remotis arbitris ; maxime vero apud ipsum peccatorum suorum confessionem edant, quocumque promissionis aut voti vinculo se obstrinxerint ad alium confessarium non eligendum. 981

Reservati sacrilegii reus est primo, qui atrociter, violente ac simul injuriose aliquem percutit in loco sacro. Secundo, qui aliquid ex recensitis supra criminibus in loco sacro committit etiam cum meretrice ; secus si hæreat in peccatis fornicatione minoribus, etsi hæc veri sacrilegii rationem habeant. Tertio, qui exurit ædem sacram, eamve effringit simul ac spoliat. XXII, 825

Sacrum. *Vid.* Missam.

Sadducæi nomen traxerunt vel a Sadoc sacerdote a quo originem ducebant, vel a Sedec, quod hebræorum vocabulum significat justitiam, quam illi exactissimam profitebantur, V, 24-1, 42-55 ; IV, 275 ; XXVI, 125, 126. — Negabant providentiam, spirituum existentiam, resurrectionem corporum, animarum immortalitatem, omnes traditiones respuebant, V, 24. — Quo tempore nata sadducæorum secta, XXVI, 120. — Quid sectæ originem præbuit, 121.— Discrimen intercedit inter sadducæos et Samaritanos, 127.

Sævitia causa sufficiens divertendi a conjuge, etc. XXV, 569

Salus humanæ naturæ finis fuit humanitatis assumptæ, I, 874-689. — Salus animæ intellectu sano constat et voluntate sana. At voluntas per gratiam sanatur, intellectus per veritatem, 874-689. — Prima salus est justificatio quæ fit per gratiam justificantem. Secunda salus est glorificatio, quæ fit per visionem Dei in cœlo, XIII, 926-731. —Duplex respectu salutis necessitas est, una medii, alia præcepti. 926-731

Quid Jansenius et ejus defensores super Dei omnes homines salvandi voluntate senserint et concesserint, X, 1201 et seq.-946. — Deus in statu naturæ lapsæ, et ideo supposito peccato originali, voluntate non signi tantum et mere exteriore, sed etiam voluntate beneplaciti, sive interna sincera et actuosa, omnium et singulorum hominum salutem vult et desiderat ; voluntate vero speciali, absoluta et consequente electorum non reproborum salutem vult et appetit, 1201, 1206 et seq.-946, 959. — Cur omnes homines non salventur, cum Deus omnium salutem velit, si voluntas ejus semper impletur, VI, 53 et seq. — Deus vult homines salutem consequi, si velint mandatis suis parere et bene operari, 54. — Æterna electio sine meritis, salus ex meritis, 99. — Sua cuique salus cum metu et sollicitu-

dine procuranda est, 102 et seq. — Perditio reproborum ex ipsis est non ex Deo. 109

Culpabiliter in hæresi vel schismate vel incredulitate ex hac vita decedentibus nulla salus esse potest, VI, 1245 et seq. — Objectiones, 1251 et seq. — De fide est neminem salvari posse, nisi aliquatenus Ecclesiam catholicam ingrediatur saltem per votum implicitum Baptismi, inclusum in contritione, aut in dilectione Dei super omnia, nec posse salutem in alio aliquo haberi, nisi in nomine Christi seu ex ejus meritis; ut proinde essentialiter requiratur fides, si minus explicita, saltem explicita de utroque illo mysterio Incarnationis et Trinitatis, 1334. — Nemo extra fidem catholicam in sua secta salvari potest, quatenus in nulla secta habentur media ad salutem assequendam, 1334, 1335. — La religion catholique enseigne que hors de l'Eglise il n'est point de salut; mais elle nous apprend aussi qu'on peut appartenir à l'Eglise, sans être dans sa communion extérieure. 1276

Fides de Trinitate et Incarnatione explicita videtur necessaria necessitate præcepti tantum, aliter gentilis qui ignorantia invincibili mysteriorum Trinitatis et Incarnationis laboraret et simul observasset præcepta naturæ, ac Deum ex toto corde diligeret salvari non posset, sed teneretur Deus providere illi de mediis, quibus ad ea mysteria noscenda perveniret: quod tamen videtur gravi fundamento carere, 1327. — De salute infidelium et non baptizatorum, II, 586 et seq., *in nota*; III. 598, 599. — Hommes in hæresi bona fide versantes ad Ecclesiam pertinere possunt, IV, 293. — De voluntate Dei salvandi omnes, VII, 421 et seq — *Vid.* DEUS. — Historia de salute Trajani et aliorum inter fabulas ablegatur, VII, 1600.— *Vid.* DEUS.

SALUTATIO angelica duabus partibus constat, salutatione ac laudatione beatissimæ Virginis, et petitione ad eamdem proxime facta; prior pars tota ex Scriptura sumpta est, XVII, 1298. — Convenientissime ab Ecclesia illa verba usurpantur ad Virginem salutandam. Altera pars hujus orationis continet petitionem ad Virginem, 1300. — Tota hæc oratio supponit duo principia: unum est, beatam Virginem in cœlo orare pro nobis; secundum, beatam Virginem cognoscere quæ nos hic oramus et petimus. 1300

SALVE, REGINA. Contra hanc orationem maxime insurgunt hæretici, XVII, 1306. — Tria in hac oratione possunt considerari. Primum est salutatio. Secundo continet hæc oratio quædam encomia Virginis, et quosdam modos invocandi vel nominandi illam contra quæ objici solet, quia videtur illi tribui quod est proprium Dei. — In his non sonus, sed sensus et mens attendenda sunt, 1306. — Ultima pars hujus orationis petitionem continet. — B. Virginem advocatam vocamus, quia ipsa est mediatrix ad mediatorem Christum. 1307

SALVUS CONDUCTUS. *Vid.* COMMEATUS.

SAMARITANI populi fuere Samariæ, quæ vox derivatur a monte Somer, V, 24. — Habebant religionem mixtam ex judaismo et gentilismo. A Judæis habebantur schismatici vel hæretici. Sacrificabant in monte Garizim, in quo olim Jacob, Moses et Josue sacrificaverant, 24. — Discrimen inter eos et sadducæos. XXVI, 127

SANCTI nunc sunt in beatitudine, I, 1278, 1279-1009. — Sanctorum animæ quibus nihil expiandum superest, statim admittuntur ad visionem Dei intuitivam; dogma fidei est. VI, 373, 1062

*Probatio prima*, ex Scripturis. VII, 183

*Secunda probatio*, ex conciliis et summis pontificibus, 187. — Quid de dilatione visionis intuitivæ Joannes XXII senserit. 188

*Tertia probatio*, ex precibus et antiquo ecclesiæ usu. 191

*Quarta probatio*, ex sanctis Patribus, 195. — Sententia S. Chrysostomi, 196 — Sententia S. Hilarii, 197. — Sententia S. Ambrosii, 199. — Sententia S Augustini. S. Augustinus post suum episcopatum circa statum animarum sanctarum ante resurrectionem in nonnullis hæsitavit, non ita tamen ut illis visionem intuitivam denegaverit, 201. — Sententia S. Bernardi. Ex mente sancti Bernardi, sancti nunc fruuntur minus perfecta beatitudine, clara tamen et intuitiva Dei visione non destituuntur, 204 et seq. — Beati in patria supernaturaliter Dei essentiam intuitive vident, VII, 1477.—Sanctorum animæ Deum vident, et vere beatæ sunt ante diem judicii, contra Græcos, V, 441. — Probatur 1° ex Scriptura, 441. — Probatur 2° ex Patribus græcis, 443. — Probatur 3° ex officiis quæ in Ecclesia Græcorum celebrantur, 444 et seq. — Probatur 4° rationibus ex Scriptura sacra desumptis, 449. — Perfectam tamen et consummatam beatitudinem justi non consequuntur ante resurrectionem, VI, 374. — Sanctorum præmia inæqualia sunt, 847. — *Vid.* VISIO.

Tractatus de cultu sanctorum, VIII, 769. — De religiosi sanctorum cultus honestate ac pietate, 776. — Pius est et omni idololatriæ labe immunis religiosus sanctorum cultus, 777. — Objectiones, 782 et seq.; IV, 376 et seq. — Cultus sanctorum primo Decalogi præcepto non repugnat, XIV, 1200 et seq -945. — Sanctorum memoriam triplici potissimum ratione colimus. Primo, ut eximia Dei opera in illis celebremus, etc., secundo, ut ipsos veluti Dei filios, fratres Christi, et templa Spiritus sancti honoremus; tertio, ut simus illorum imitatores, 1203-949. — De cultu et honore sanctorum, I, 1575-1086.—Honor sanctis exhibitus est religiosus, VI, 840 —Hæreticorum errores, 840.—Cultus qui sanctis impenditur *religiosus* vocatur et medium locum obtinet, civilem inter seu humanum et latriæ cultum. Ille cultus dicitur *dulia*, IV, 700. — Sanctis cum Christo regnantibus licite impenditur veneratio, I, 1306-1031.—De invocatione sanctorum, V, 959.—Licite a nobis invocantur, 1307-1031. — Cultus et invocatio sanctorum e Liturgiis petuntur, V, 295. — De intercessione sanctorum, 961. — De sanctorum invocatione, 963; VI, 753, 987; I, 1366-1078. — Licita ac utilis est sanctorum invocatio, quod ex sacris litteris imprimis evincitur, VIII, 790. — Objectiones, 794. — Eadem veritas ex traditione et Ecclesiæ praxi ostenditur, 796. — Objectiones, 802 et seq. — Sanctorum invocatio primo Decalogi præcepto non prohibetur, XIV, 1206 et seq -950. — De scientia sanctorum, V, 964. — Quid de invocatione sanctorum sit necessario credendum? Doctrina catholica; hæreticorum calumniæ, VI, 837. — Disputationes theologicæ. Multum valent proposita exempla, 838. — Hæreticorum ignorantia et errores. 840

Sanctorum reliquiæ sunt venerandæ, I, 1307, 1373-1052, 1084; V, 966 —Sanctorum reliquiis cultus ac veneratio licite defertur, VI, 991, 756.—De reliquiarum cultu, VIII, 809. — Sanctorum reliquiæ et monumenta utiliter ac pie a fidelibus honorantur, 810 et seq.—Objectiones, 815.—Sacrarum reliquiarum honor primo Decalogi præcepto non repugnat, XIV, 1204-70, 949-57.— Quid de sanctorum reliquiis sit necessario credendum doctrina catholica, VI, 839. — Duo cavenda circa reliquias, 839.—De sacrarum imaginum usu ac veneratione, I, 1308, 1309, 1369-1032, 1053, 1081; VIII, 822; V, 967.—Animadversiones, 971.—Sacrarum imaginum usum ac venerationem licitam, ac piam esse sacræ litteræ ostendunt, VIII, 823. — Objectiones, 824 et seq —Usus ac veneratio sacrarum imaginum ex traditione evincitur, 829 et seq. — Objectiones, 834 et seq. — Nulla est idololatria sacras imagines Dei, Christi, angelorum et sanctorum colere, XIV, 67 et seq., 1211 et seq.-54, 955.— Quid de sacris imaginibus sit necessario credendum, VI, 841. — Quid de imaginibus Trinitatis et Dei sentiendum, 841.—Fructus imaginum.—Abusus aliquando in imaginibus, 842.—Hæreticorum calumniæ; errores, 841, 842.

Regulæ praxim spectantes circa sanctorum invocationem, sacrarum reliquiarum honorem et imaginum venerationem. Regula I. Cum invocantur sancti, fiducia omnis in solo Deo collocanda est. Nec singulorum morborum curam ita singulis sanctis peculiariter assignatam esse existimare debent fideles, quasi ad eorum curationem aut levamen obtinendum alii suis apud Deum suffragiis nihil possint, XIV, 1216-958. — Regula II. Nulla nova miracula prædicanda sunt aut admittenda, nec novæ reliquiæ recipiendæ, nisi recognoscente et approbante episcopo, qui ea faciat, quæ veritati et pietati consentanea judicaverit, 1218-960.—*Vid.* RELIQUIÆ.—Regula V. Christiana plebs monenda est a pastoribus, ut ad Deum in sanctis suis laudandum, non ob miracula præcipue, sanctorum memorias frequentet, 1223-963.—*Vid.* IMAGINES —Regula VII. Sacrosanctam Trinitatem aliquibus figuris adumbrare licet; cavendum tamen ne Pater æternus sic humana specie sculpatur aut pingatur, ut rudi populo errandi detur occasio, et existimandi Deum corporea forma circumscriptum esse, 1224 964. — Nullius peccati reus est qui bona fide illum invocat, quem sanctum esse certo credit, quamvis revera sanctus non sit. 1221-962

Septem bonorum genera sanctis decernuntur, IV, 700. —De sanctis veteris testamenti, XV, 367. — Omnes sancti ante Christum defuncti ad vetus testamentum pertinentes, 368.—Summus pontifex sanctis ad vetus testamentum pertinentibus, et quorum sanctitas constat, eumdem cultum ac iis qui post Christi mortem obierunt decernere valet. 368

SANCTIFICATIO diei dominicæ et festorum, XIV, 1227-965.—*Vid.* DIES DOMINICA.

SANCTITAS est immunitas ab omni labe peccati, et plena firmaque adhæsio cultui divino X, 1448-1143. — Sanctitas est amor rectitudinis et boni moralis, et aversatio omnis impuritatis et peccati, II, 517.—*Sanctitas Dei. Vid.* DEUS.

Sanctitas Ecclesiæ nota, IV, 297 et seq.—*Vid.* ECCLESIA.

SANCTUARIUM apud Judæos in duas partes divisum erat, scilicet sanctum et sanctum sanctorum, III, 378, 379. — Sanctuarium erat pars tabernaculi et postea templi præcipua. 377, 378

SANCTUM erat pars sanctuarii; quæ ibi erant, III, 378, XV

117. — Sanctum sanctorum erat cœlorum symbolum, III, 579 — De iis quæ erant in sancto sanctorum, XV, 119 et seq.

Sanguinis cujusvis esus Israelitis lege lata interdictum est. Cujus legis ratio multiplex affertur a S. Thoma, XV, 102.—Sanguis est maxime necessarius ad vitam; ratione cujus anima dicitur esse in sanguine. 102

Sapientes veri, a quibus tuto consilium petere possumus, quinam dicendi sint. XI, 431

Sapientia est scientia ad gradum altissimum et perfectissimum sublimata. Accipitur sapientia pro perfecta cognitione omnium scientiarum, 27-23, 24.—Sapientia, ait Tullius, est rerum divinarum atque humanarum, causarumque, quibus hæ res continentur scientia, 28-24. — Pro particulari scientia sumpta definiri potest : Sapientia est rerum altiorum perfectissima cognitio, 28-24.—Sapientia res est plane determinata, constans, immota, flecti nescia, neque ullo modo mutabilis, ideoque per se norma est et regula, II, 171.—Amando acquiritur, amando possidetur sapientia. Concupiscere sapientiam, id sapere est, VIII, 1231. — Duplex est sapientia. Est quædam sapientia secundum Deum, quæ mundo stultitia est. Alia est sapientia hujus mundi quæ stultitia est apud Deum, XI, 773.—Sapientia Dei. — *Vid.* Deus.—Sapientia, ut virtus ordinatur ad considerandas altissimas causas. XI, 1180

Sartores qui ex rebus sibi commissis aliquid retinent ad restitutionem tenentur. Restitutio fieri debet personis læsis, vel pauperibus communitatis læsæ, vel in alia bona opera diffundi, XV, 997. — De interrogationibus adhibendis cum sartoribus in tribunali pœnitentiæ. XX, 1024

Satanas, id est, adversarius, tanquam adversarius Domino suo, vocatur princeps spirituum rebellium. VII, 831

Satisfactio est rei æquivalentis redditio, non vero omnino ejusdem. IX, 889-703

Eo loci satisfacere idem est ac solvere debitum ex læsione honoris et existimationis contractum. Satisfactio hoc sensu accepta dividitur in perfectam, condignam et congruam, 719-569. — Perfecta ea est quæ omnes conditiones summo jure ad accurate satisfaciendum requisitas continet. Definiri potest : Redditio voluntaria honoris et reverentiæ æquivalentis, ex propriis et alias indebitis, ad compensandam injuriam alicui illatam, *ibid.* — Satisfactionis condignæ notio varia est. Satisfactionis condignæ nomine ea intelligenda est quæ æquivalet debito, sed non fit ex alias indebitis, 720, 721-570. — Satisfactio congrua et imperfecta ea est cujus valor viribus debitoris toti solvendo imparis respondet, non debito, 721-570. — Satisfactionis valor æstimatur ex dignitate personæ satisfacientis, 721, 726 et seq.-570, 574. — Mera creatura plene et condigne pro homine satisfacere non potuit, 721 et seq., 728 et seq., 735-570, 576, 581. — Satisfactio humana in genere est actio omnis qua quis præstat quantum debet, XXII, 564. — Satisfactio ut pars pœnitentiæ sumpta definitur voluntaria pœnæ minoris toleratio, tum ad compensandam injuriam Deo per peccatum illatam, tum ad redimendam pœnam graviorem per idem peccatum promeritam, 564. — Satisfactio dividitur in sacramentalem, et extra sacramentalem; in publicam et secretam; in æquivalentem et improportionatam, seu insufficientem, 565. — Privata secreto peragitur; publica vel solemnis est, vel non solemnis. 655

De necessitate satisfactionis. Constat hominem pro veniali quidem culpa stricte et ad amussim satisfacere posse, licet id aliquo modo etiam condigne possit, supposita Dei benignitate, 566; IX, 736-582. — Potest homo tum virtute alicujus satisfactionis, tum etiam virtute charitatis peccata venialia, quantum ad culpam tollere, licet ea non semper tollat quantum ad totum reatum pœnæ, XXII, 566. — Remissa culpa manet persæpe debitum luendæ pœnæ temporalis in vindictam ejusdem culpæ, 567. — Pœnæ temporalis, quæ post recuperatam Dei amicitiam luenda superest, reatus bonis operibus redimi aliquando potest, 569. — Opera quibus justi debitam peccatis pœnam redimunt, vera et condigna et satisfactio dici possunt, non est tamen hæc rigorosa et ad apices justitiæ, 572. — Valet et prodest satisfactio seu libenter acceptetur, seu sponte assumatur, seu imponatur a sacerdote; utraque tamen certis eget conditionibus, 574. — Nihil de satisfactione Christi detrahunt opera nostra, I, 848 et seq.-669.

De conditionibus satisfactionis, XXII, 576. — Ex parte operis requiritur ut sit liberum, ut sit bonum, ut sit supernaturale, 577. — Ad satisfactionem requiritur opus pœnale, at nulla hinc suboritur difficultas in praxi, cum omne virtutis opus homini pœnosum esse reputetur, 577 et seq. — Actus satisfactorii sunt flagella etiam quibus nos Deus exercet, modo sponte acceptentur. Potest homo per actus internos et externos satisfacere. Deo satisfacit potissimum jejunio, oratione et eleemosyna, 579. — Ad satisfactionem requiritur acceptatio ex parte Dei, seu voluntas et promissio remittendi pœnam temporalem intuitu operis pii et pœnalis. 580

De satisfactione ex parte pœnitentis. Ex parte satisfacientis necessum est ut satisfactio sit in statu viæ. Opus in statu peccati mortalis ex actualis gratiæ auxilio factum, satisfactorium est, non quidem de condigno, sed de congruo saltem latius sumpto; non tamen eadem semper ratione, 580. — Non desunt qui velint, 1° satisfactionem nec de condigno, nec de congruo pœnam remittere; 2° satisfactionem sacramentalem de condigno remissivam dici posse largiori sensu. 582

Disputant inter se theologi de satisfactione in statu peccati adimpleta, 584. — Probabiliter valet pœnitentia in statu modo non in affectu peccati expleta; nec pro hinc iteranda videtur, 585. — Non potest homo qui ad unum mortale affectum servat, pro alio satisfacere, 585. — Sed potest satisfacere, 1° pro veniali uno etiamsi alterius affectum servet; 2° pro mortali dimisso, etsi pro alio non satisfaciat, 586. — Pœnitens satisfactionem, tum mere pœnalem, tum et medicinalem acceptare tenetur modo æquitati et rationi congruat. XXII, 619

Tenetur pœnitens sub mortali gravem pro gravibus impositam pœnitentiam adimplere. Imo male sibi consulit qui levem etiam, seu pro venialibus, seu pro mortalibus olim dimissis, non exsequitur, 621. — Pœnitens non adimplendo pœnitentiam a confessario injunctam peccat graviter, saltem si pro mortali hactenus non confesso imposita fuit, 1250. — Pœnitens pœnitentiam in statu peccati mortalis adimplendo satisfacit præcepto confessarii qui eam injunxit; sed pœnitentia sic adimpleta non potest esse de condigno satisfactoria pro pœna temporali, 1256. — Tenetur pœnitens pœnitentiam exequi tempore per confessarium præstituto, si quod determinatum fuerit; sin autem quam primum moraliter, brevis tamen ad dies aliquot dilatio grave peccatum communiter non inducit, 625. — Non potest pœnitens satisfactionem sibi injunctam, auctoritate propria in aliquid etiam melius commutare. Potest idem vel alter confessarius pœnitentiam in aliquid etiam minus aliquando mutare, sed non extra tribunal pœnitentiæ, 625 et seq.

Quædam regulæ traduntur pro necessitate et usu sacrarum Scripturarum in rebus moralibus. Regula prima. Scriptura sacra edocet non solum mysteria aut dogmata fidei, sed ea etiam quæ ad mores informandos, officia erga Deum et proximum obeunda, et rectam salutis viam capessendam, utilia ac necessaria sunt, XI, 17. — Reg. secunda. Culpæ reus est qui singulari Dei beneficio per divinas Scripturas hominibus collato in moribus suis dirigendis non utitur, 17. — Reg. tertia. Præ cæteris christianis sacerdotes ad hauriendam divinæ legis notitiam sacras litteras legere et scrutari tenentur, 18. — Reg. quarta. Scripturarum scientia et studium potissimum necessaria sunt magistris theologiæ moralis, confessariis et animarum directoribus, 19. — Reg. quinta. Episcopi curare debent, ut ea quæ in concilio Trid. circa lectionem Scripturarum constituta sunt executioni demandentur, 20. — Reg. sexta. Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, aliquorum tamen librorum lectio frequens et accuratior magis prodesse potest ad mores hominum componendos, 21. — Reg. septima. In legendis libris Veteris Testamenti, et præsertim legalibus, distinguenda sunt ea quæ nunc quoque obligant, ab iis quæ jam obligare cessarunt, 22. — Reg. octava. In legendis sacris Scripturis, a manifestis textibus ad difficiles intelligendos pergamus, et posteriores per priores explicemus, 22. — Reg. nona. Legitimus sensus eorum quæ non satis pervia aut perspicua occurrunt, exemplis sanctorum virorum qui in iisdem commendantur, explicandus et determinandus est, 22. — Reg. decima. Quascumque tamen actiones particulares justorum hominum, quas sacra Scriptura commemorat, ad exemplum nobis proponere non debemus, 23. — Regula undecima. Cavendum est ne Scripturarum locutiones quæ nostræ voluntati non favent, ad sensus alienos violenter detorqueamus; aut iisdem sententiis ad eumdem finem utamur, quæ clarissimis aliarum documentis adversantur, 23. — Reg. duodecima. Quærenda sunt solum in sacris Scripturis principia et regulæ generales, ex quibus haud difficile elici potest peculiarium casuum resolutio, 24. — Reg. decima tertia. Non præcipit Scriptura, nisi charitatem; nec culpat, nisi cupiditatem; et eo modo informat mores hominum. S. Aug., 24. — Reg. decima quarta. Tunc mortale sive damnabile est peccatum quoties creatura finis est non tantum actionis, sed etiam ipsius hominis; etc. Veniale peccatum est cum quis licet aliquod creatum bonum plus æquo diligat, affectu tamen præponderante magis diligit Deum; etc., 26. — Reg decima quinta. Nefas omnino est sacras litteras nedum in fidei mysteriis, sed in iis etiam quæ mores spectant, sumere, aut interpretari contra sensum quem tenet Ecclesia, aut contra sensum unanimem SS. Patrum, 27. — Reg. decima sexta. Nemini licet sola humana ratione ducto a generalibus Scripturæ sententiis excipere non solum in materia fidei, sed neque etiam in materia morum, 27. — Reg. decima septima. In æstimanda qualitate actionum, sive quæ laudantur, sive quæ vituperantur, judicium vulgi, aut consuetudo attendenda non est; sed Scripturarum locutiones in proprio suo ac nativo sensu intellectæ, 27. — Reg. decima octava. Magna circumspectione discernenda sunt quæ sub præcepto cadunt, et quæ tantum sub consilio. 28

Animadversiones in lectionem sacrorum librorum vernacula lingua conscriptorum. — S. Scriptura in lingua vernacula paucis concedenda. XXVI, 1061 et seq.

Scrupulus conscientiæ, dictus a scrupulo materiali, sive lapillo qui in calceis positus pedes cruciat, est levis quædam suspicio et metus peccati, ob rationes contemnendas et sæpe ridiculas, XXII, 1346. — Scrupulus non est judicium rationis, sed solum levis anxietas, et molesta suspicio, conscientiam sine sufficiente ratione perturbans, XI, 131. — Ad efficiendum scrupulum tria potissimum concurrunt, 1° defectus rationabilis fundamenti; 2° Metus; 3° agitatio, perturbatio, et stimulus conscientiæ, 131. — Potest esse scrupulus vel de præteritis, vel de futuris, vel de præsenti, 131, 132. — Non peccat qui agit contra scrupulos cognitos ut tales; imo aliquando est consilii, aliquando præcepti eos contemnere, 132. — Ex quibus cognoscere valeat animarum director, quod pœnitens suus sit scrupulosus, 133. — De remediis contra scrupulos, XXII, 1345. — Prænotanda, 1346. — Scrupulorum causæ aliæ sunt ipsi scrupuloso intrinsecæ, aliæ extrinsecæ, 1346. — Intrinsecæ vel se teneat ex parte intellectus, vel ex parte voluntatis, vel ex parte complexionis naturalis, 1346, 1347. — Causæ extrinsecæ scrupulorum sunt 1° Deus; 2° dæmon; 3° scrupulosorum societas, 1347. — Assignantur remedia, 1347 et seq.

Scrutinium, ita dictum a scrutando, duplex esse potest: speciale, cum singularis personæ mores investigantur; et generale, cum in totius cleri vivendi rationem inquiritur, XXV, 036. — Quomodo fit scrutinium, 038. — Quomodo fit electio per scrutinium, V, 1234. — De scrutinio ante baptismum. Des scrutins. Ce que c'était, XX, 49 et suiv. — Des exorcismes qui s'y faisaient, 52. — Combien il y avait de scrutins, 54 et suiv. — Quand ils ont cessé dans l'Église. Traces qui en sont restées, 55. — Des solennités avec lesquelles se faisaient les scrutins. Messe des scrutins, 57 et suiv. — De la tradition et reddition du symbole. 50, 59; VI, 422

Scurrilitas, gulæ filia, est immoderatio in jocis et facetiis, aut in studio commovendi aliis risum. Veniale plerumque peccatum est, XI, 1086. — Sacrilega scurrilitas est Scripturæ sacræ aut officiorum ecclesiasticorum verbis et sententiis abuti ad scurrilia, fabulosa, vana, etc., 1087. — Filia luxuriæ. 1021

Secreti observatio pertinet ad varia Decalogi præcepta, prout damnum affert vel bonis fortunæ, vel honoris et famæ, aut bonis animæ. Sed generatiori modo reduci potest ad octavum mandatum, XIV, 1245-981. — Notiones præviæ de secreto: Multipliciter aliquid arcanum vel secretum esse potest, 1246, 1247-981. — Secretum custodire res ardua est. 1247-981

De obligatione servandi secretum: Secretum aliud est a natura rei, seu ad quod servandum nullo pacto tenemur, sed jure naturali, 1247-982 — Aliud est ad quod vi pacti obligamur. Secretum simpliciter promissum, seu cujus conventio subsecuta est rei cognitionem, imponit obligationem fidelitatis, 1248-982. — Secretum commissum post præviam conventionem de eo servando, imponit obligationem justitiæ. 1248-982

De secreto a natura rei. Qui sine ratione sufficiente secretum revelat ex quo proximo damnum sequitur, sive in bonis fortunæ, sive in vita, fama et honore, quocumque modo secreti notitiam sit adeptus, peccat lethaliter contra justitiam, et ad damna reparanda tenetur. 1248-982

De secreto commisso. Generatim loquendo, qui secretum sibi commissum, et ab ipso promissum etiam tacite revelat, graviter peccat, licet nullum sequatur proximo detrimentum, sed sola injuria vel dedecus. 1249-983

De secreto promisso. Qui secreti custodiam sponte pollicitus est, ad illud servandum tenetur, modo sub gravi, modo sub levi, spectatis circumstantiis, 1250-984. — Qui alterius secretum injuste rescivit, v. g., ejus litteras injuste aperiendo, si grave inde proximo consequatur damnum in vita, honore et bonis, tenetur etiam cum periculo vitæ secretum custodire, 1250-984. — Qui secretum, quod sub gravi custodire tenetur, vel uni revelat, graviter peccat. 1250-984

De conflictu legis secreti, cum necessitate vitandi grave damnum, vel removendi damnum nobis extremum, aut præcepto superioris.

Regula generalis: Illa pars præponderare debet quæ magis favet bono publico omnibus attentis, 1251 et seq.-985. — Consectaria doctrinæ præcedentis. Primo, necessitas servandi secretum, legitima est ratio utendi restrictione mentali, 1253-987. — Secundo, non licet ab alio secreti commissi manifestationem vel blanditiis, vel promissis, etc., extorquere, 1254-987. — Tertio, non licet, imo ex se est lethale peccatum, alienas litteras obsignatas aperire et legere, nisi qui eas aperit vel polleat potestate, vel legitima moveatur causa, 1255-988. — Alienas epistolas fortuito amissas, vel in ignem projectas, legere, culpa est modo gravis, modo levis. 1256-989

Quisquis alterius arcanum in ejus detrimentum aperit et divulgat, lethalis proditionis reus est, XI, 871. — Exceptiones tamen habet hæc regula, 872, 873. — Exceptiones pariter habet regula de arcanis aliorum non revelandis, 873, 874. — Vid. Sigillum.

Secta et hæresis eadem res sunt: ut secta a sectando, sic hæresis ab eligendo dicitur, I, 754. — De secta quæ dicitur: la petite église, VI, 1211. — Vid. Hæresis. — De sectis Judæorum, XXVI, 119 ad 142. — Quot sunt Judæorum sectæ. 120

Sedes apostolica. — Vid. Pontifex.

Seditio est vitium quo unitas multitudinis dissolvitur. Seditio potest dici etiam dum est solum præparatio ad mutuam impugnationem, XIV, 672-531. — Differt a bello, a rixa, a schismate. Opponitur justitiæ et bono communi. Ex genere suo est mortale peccatum. Qui seditionem procurant gravissime peccant; deinde qui eos sequuntur. 672-531

Semen a medicis describi solet: humor albicans, e sanguine purissimo et spiritu copioso in vasis spermaticis commixtus et perfectius elaboratus, ad animalium generationem, XVIII, 1353. — Fluxus medii humoris, qui non est urinalis, nec seminalis, non est vera pollutio, 1353. — Semen desideratur ad generationem, etc., XXV, 568. — Voluntaria seminis effusio.... extra vas, est mortale contra naturam. 569

Sensus quinque nostri optime fuere singuli ad proprios usus aptati. II, 104 et seq., in nota. — Inter sensum et intelligentiam discrimen multiplex, 104, in nota. — Sensus est pura passio; obscura est et parum accurata perceptio, etc., 165. — Quo sensu illud axioma intelligendum sit: nihil est in intellectu quod prius non fuerit in sensu. 168

Sententia contra eum lata qui nullo modo citatus fuit, nulla est ipso jure. XVII, 63

Quando variæ sunt sententiæ, auctoritas non numero sed pondere judicanda est, I, 500-399. — Sententiæ communi, in re gravi, refragari, est temerarium, 509, 510, 514, 517-400, 403, 405, 406. — Sententiam concordem de fide aut moribus contradicere, si hæresis non est, at hæresi proximum est. 510 et seq.-400

Semiariani hæretici sæculi quarti. V, 45

Semipelagiani hæretici sæculi quinti, V, 56. — In quibus capitibus a Pelagianis recedebant; in quibus ad illos accedebant, 57 et seq. — Qui fuerint semipelagiani, X, 161-131. — De præcipuis semipelagianorum debellatoribus, 163-132. — De eorum erroribus, 168-134. — Status quæstionis. Errores et opiniones, 171-136. — Semipelagiani omnes gratiæ interioris prævenientis necessitatem ad initium fidei constantissime negaverunt, 173-138. — Nullam admiserunt necessitatem gratiæ interioris ad perseverandum in fide. — Solv. objectiones, 178-142. — Semipelagiani erraverunt circa scientiam conditionatorum, quod tali scientia abusi fuerint, non vero præcise quod eam admiserint, 188-149 et seq. — Erraverunt circa voluntatem Dei salvandi omnes homines, et circa divinam prædestinationem. 191-152

Septenarius numerus mysterio plenus videtur, XX, 1353, in nota.

Sepultura ecclesiastica ea est quæ fit in loco sacro cum ritibus ac cæremoniis ab Ecclesia ordinatis. Per locum sacrum intelligitur ecclesia, cœmeterium, etc., XVIII, 1447. — De Christi sepultura, XXVI, 365 et seq. — Vid. Parasceve.

Sequestrum est species depositi quo res, de qua controvertitur, alteri creditur custodienda, ut postea reddatur ei cui adjudicata fuerit. Cujus objectum potest esse res mobilis vel immobilis, XVI, 633. — Duplex est, aliud conventionale quod fit mutua contendentium conventione; aliud judiciarium quod sententia judicis decernitur. 633

Serpens maledicitur, III, 344. — Quidam Judæi recentes nihil aliud in verbis Moysis quam moralem fabulam, seu apologum agnoscunt, 345, in nota. — Inter christianos alii nomine serpentis diabolum solum intelligi putant; alii condemnationem referunt ad utrumque serpentem, corporeum et incorporeum, 346, in nota. — Varias serpentis indoles Chateaubriand describit, 346, 347, in nota.

Servitus triplex est: prima qua homo servit peccato; secunda qua homo homini servit per opera corporalia; tertia qua homo Deo servit per opera latriæ. XIV, 348-277

Servitus dupliciter accipitur apud jurisperitos; primo, pro subjectione et obligatione quæ est in re alterius. Secundo, pro jure, quod respondet illi obligationi, XV, 467. — Si accipiatur pro jure, nihil aliud est quam jus fruendi, vel aliquo modo utendi re aliena, 467. — Si pro subjectione rei, nihil aliud est quam obligatio realis, qua res alteri ce

obstricta, 468. — Triplex est servitus : alia mere personalis, ut ea quæ a persona debetur personæ, alia mere realis, ut ea quæ a re debetur immediate alteri rei. Alia est mixta, quæ a re debetur immediate rei, 468. — Servitus personalis uti eam accipiunt christiani, nihil aliud est quam status subjectionis perpetuus, quo quis pro alimentis operas suas alteri tenetur præstare, 844. — De servitute, XXV, 571. — Servitus realis dividitur in Rusticam et Urbanam. XV, 468

Servitus definitur : onus prædio impositum in usum vel utilitatem prædii ad alterum proprietarium pertinentis, 877. — Triplex est servitus : naturalis, legalis et conventionalis. Servitus naturalis ea est quæ sine conventione et sine expressa legis dispositione instituitur ob naturalem positionem locorum, 878. — Servitus legalis ea est quæ, sine ulla conventione particulari, per legem constituitur pro bono publico vel pro utilitate privatorum, 878. — Servitus conventionalis ea est quæ hominum facto et voluntate constituitur, 878. — Dividuntur in Urbanas et Rusticas; in continuas et non continuas; in apparentes et non apparentes, 878.— Quomodo constituantur servitutes, 878. Quænam jura et obligationes e servitute proveniant, 879. — Quomodo extinguantur servitutes. 879

Servi nomen stricte et late accipitur. Stricte servus est persona non ingenua, quæ alieni juris est, non sui. Servus latiori sensu ille est qui alterius voluntati est subjectus, IX, 1002-792 — Servus est capax dominii, quamvis illud exercere nequeat, dum manet in servitute, XIV, 832-657. —Unus homo potest habere dominium alterius, non solum directivum et politicum, sed etiam despoticum et eo uti tanquam mancipio in proprium duntaxat commodum. Hæc servitus dicitur civilis et legalis, 845-667. — Dominium in homines seu mancipia quatuor modis, seu titulis acquiritur. Primus titulus est jus belli, XV, 505. — Secundus titulus est nativitas, ratione cujus fit servus qui ex ancilla natus est : nam partus sequitur ventrem, 506. — Tertius titulus est justa condemnatio, qua quis fit servus, 506. — Quartus titulus est emptionis et venditionis, 506. — Servus non videtur habere aliquod dominium omnino perfectum et independens a potestate Domini, XV, 480. — Potest tamen servus habere alicujus rei dominium imperfectum, ita ut eam non teneatur domino suo tradere, quamvis dominus sine iniquitate possit illum privare. Recensentur casus in quibus potest servus aliquod dominium comparare, 481. — Jure naturæ non habet homo dominium in alterum hominem quia omnes homines jure naturæ sunt æquales, 498, 499, 843. — Jure gentium et civili potest quis effici servus, idque multis modis, 499 — Homo in alterum hominem potest habere dominium, eo sensu quod possit eum emere, vendere, vel illo ad laborandum uti, 845, 844. — Servitus enim est status subjectionis perpetuus, qui nulli juri contradicit; non juri naturali; non juri divino; non juri civili in genere, neque juri ecclesiastico, 844 — Hinc primo, commercium Nigrorum, quamvis in se lugendum, absolute licitum est, si justo titulo illi sua libertate priventur et humano modo a mercatoribus tractentur, 844. — Hinc secundo, servus emptione aut nativitate factus fugere non potest, nisi careat necessariis vel ad peccatum impellatur; nam fugiendo Dominum in re sua et jure privaret, 845. — Homo fit servus 1° emptione; 2° justa condemnatione; 3° jure belli; 4° conditione nativitatis, 844; XIV, 845, 846-667, 668. — Licet omnes homines nascantur liberi, juste tamen introducta est servitus perfecta, XVI, 353. — Potest se homo liber alteri in servum vendere, vel ex alio pacto tradere, 355 — Homo liber sine suo consensu ab aliis vendi non potest. Jure Romano veteri licitum erat Patribus filios per pactum in servitutem dare, 356 et seq — Servi christiani sunt secundum quid humano commercio exempti. 394-358

Servi possunt fugere, primo si non sint juste in servitutem tracti, XV, 507. — Secundo, si a Domino incitentur ad aliquod peccatum, vel inhumaniter tractentur, 508.—Tertio, si dominus sit Judæus, aut paganus, jurisdictioni principis christiani subjectus, vel si sit hæreticus, servus christianus hoc ipso fit liber, 508. — Qui a se vel a parentibus sunt venditi, fugere non possunt, 508. — Qui in pœnam criminum juste ad servitutem sunt condemnati non videntur posse fugere, 508.—Proles eamdem conditionem subit quam mater, 508.— Servi bello capti licite possunt fugere ad suos; non possunt tamen dominis persequentibus vi resistere, 509. —De officiis servorum erga dominos, XIV, 547 et seq.-432. — *Vid.* Famuli.

Sigillum officialis nihil aliud est quam signum vel instrumentum, muneri vel officio proprium, quo utuntur officiales ad claudendum vel authenticandum suas litteras vel Scripturas. Falsificatio sigilli est casus reservatus, XVIII, [illegible] — *Vid.* Falsificatio.

De sigillo confessionis. Du sceau de la confession. Gravius peccat sacerdos qui peccatum revelat, quam homo qui peccatum committit, XX, 394 et seq. — Confessarius jure divino in nullo casu imaginabili dispensationem aut epikeiam admittente, sub gravissimi sacrilegii reatu prohibetur revelare directe vel indirecte peccata pœnitentis etiam minima, quæ ex sola confessione novit, XXII, 1257. — Ex omni et sola sacramentali confessione oritur sigilli obligatio, 1258. — Si quis confiteretur peccata sua animo decipiendi confessarium, aut deridendi, aut pertrahendi ipsum ad peccatum, talis confessio obligationem sigilli non induceret, 1258. — Defectus qui ad famam pœnitentis pertinent cadunt sub sigillo, 1258. — Peccatum complicis, saltem indirecte, cadit sub sigillo, 1258. — Obligatio sigilli se extendit ad alios præter confessarium, 1258. — Qui chartam invenit continentem alicujus confessionem, legendo mortaliter peccat, et tenetur ad sacramentale secretum, 1258. — Confessarius de licentia pœnitentis manifestans ea quæ in confessione audivit non est violator sigilli, 1258. — Requiritur licentia expressa pœnitentis, ut confessarius cum eo loqui possit extra confessionem de auditis in confessione, 1259. — *N. B.* Intra confessionem confessarius cum pœnitente non loquatur de peccatis antea auditis et per absolutionem dimissis, nisi de ipsius pœnitentis licentia, aut nisi præsens confessio illud exigat. — Confessarius qui alia via noverit peccatum in confessione auditum, potest illud quandoque licite revelare, v. g., imminente necessitate, 1259. — Sacerdos sive a privata, sive a publica persona interrogatus de peccatis quæ ex sola confessione sacramentali novit, potest respondere se illa nescire; et juramento etiam suam responsionem confirmare tuto posset, 1259. — Si urgeatur sacerdos ut sine tergiversatione dicat an ex ipsa confessione peccata necne noverit, non posset ad hanc impiam interrogationem respondere. 1260

De usu notitiæ ex confessione acquisitæ. Sigillum confessionis violatur, quando quis utitur illa ad externum regimen et gubernationem, etc, XXV, 441. — Non licet confessario sine gravis peccati reatu uti scientia ex confessione acquisita, seclusa etiam revelatione directa et indirecta confessionis, quoties usus ille vel in gravamen pœnitentis, vel in odium sacramenti cederet, XXII, 1260. — Non licet uti notitia in confessione acquisita, etiamsi ex non usu sequeretur incommodum longe gravius gravamine pœnitentis, 1260. — Non omnis tamen usus scientiæ ex confessione acquisitæ sine ulla exceptione illicitus est 1260.—Si ex unius confessione noverit sacerdos peccatum alterius, qui illud in sua confessione non accusat, hortetur eum generaliter ad integritatem confessionis, ac prudenti circumlocutione inter alia de illo examinet; et si negare persistit, eum absolvat. Hæc sententia communior est, 1261. — De inquisitione complicis, 1262. — *Vid.* Confessarius.

Significatio verborum est duplex, naturalis et civilis, XVIII, 958. — Tertia addi potest quæ usualis vocatur. 959

Signum est res quæ præter speciem quam ingerit sensibus aliquid aliud ex se facit in cognitionem venire. — Ad signum duo requiruntur : primum, ut sit aliquid cognitum; secundum, ut ad alterius cognitionem nos ducat, XX, 1166. — Triplicis generis sunt signa : Quædam ita rebus significatis conjuncta sunt, ut sine ulla institutione ex natura significent. Quædam ita sunt a rebus significatis aliena, ut omnino non significarent, nisi accederet libera instituentis intentio. Alia medium tenent; nec ex natura significant, nec a significando aliena sunt. Tertii generis signa sunt sacramenta, 1168. — Signa, ait S. Aug., cum ad res divinas pertinent, sacramenta nominantur, 1168. — Signa non aliud quam quædam sui generis verba sunt. VIII, 1107

Silentii lex quoad verba et formas sacramentorum, V, 281 et seq. — Vérité de la loi qui défendait de mettre par écrit les formes sacramentelles, XXI, 121. — *Vid.* Forma. — canones ad argumenta e liturgicorum librorum silentio rite ducenda proferuntur. Canon primus. Liturgicorum librorum silentium, cui æqualia monumenta fidem adstruunt efficaci argumento esse potest, hoc vel illud antiquiore ævo usu non fuisse receptum, V, 279. — Canon II. Si qua magni momenti ratio suadeat aliquid olim usitatum fuisse, frustra liturgicorum silentium objicitur, 279. — Canon III. Si nulla sat probabilis causa afferri possit, cur aliquid in liturgicis libris prætermissum fuerit, horum silentium argumento est, illud de quo agitur, quibus locis aut temporibus codices liturgici fuere perscripti, nondum fuisse receptum, 280. — Canon IV. At si probabilis causa designari possit, cur ritus aut doctrinæ receptæ libri liturgici non meminerint, infirmum erit, quod ex eorum silentio sumitur, argumentum, 281.— Hujus modi probabilis causa esse potest : 1° vitium amanuensis; 2° disciplina arcani, præsertim *quoad* formas sacramentorum, 281.— 3° Vulgatus et

familiaris alicujus formæ brevissimæ usus, 284.— 4° Mores Ecclesiarum quarum usui codices fuere descripti. 285

Simonia est vitium sub genere sacrilegii contentum, XVII, 321. — Quid simonia sit. Hoc nomine vitium quodjam significatur, quod committitur vendendo, emendo et quocumque modo commutando rem sacram seu spiritualem pro temporali, 322. — Nomen simoniæ a Simone Mago acceptum est, XIV, 393-312. — Rationes ob quas a Simone hoc vitium nomen acceperit, plures redduntur, XVII, 323 et seq. — Hoc vitium vocatur simoniaca hæresis, quia potestatem apostolorum donum esse Simon non credebat, et quia existimavit spiritum sanctum et dona ejus venalia esse, et pecunia obtineri posse, 325. — Sed hoc vitium per se et formaliter non requirit errorem in intellectu contrarium fidei, 325. — Breviter definiri posset : sacrilegium commissum in emptione et venditione, seu in contractu quolibet, quo res spiritualis, ut talis est, pro temporali commutatur, 326. — Simonia definitur : Irreligiositas per quam studiosa voluntate emitur vel venditur aliquid spirituale, vel spirituali annexum, XIV, 393-312. — Alia definitio : Simonia est studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum. XVII, 327 et seq.

Aliqui addunt *pro re temporali* ; addunt alii aliam particulam *opere subsecuto*, 329; XVI, 353; XVIII, 1201. — Ut actio aliqua sit simoniaca, tria necessaria sunt : primo, res spiritualis aut illi annexa, quæ est materia simoniæ ; secundo, res temporalis et pretio æstimabilis ; tertio, deliberata voluntas eas ad invicem commutandi per pactionem et contractum onerosum, XIV, 394-312.—Brevius : ad peccatum simoniæ tria concurrunt, materia, pretium, pactum, XVIII, 1202. — Ad omnem simoniam juris naturalis et divini necessario requiritur pactum aliquod saltem inchoatum internum vel externum permutandi spirituale pro temporali, XVI, 354. — Non ad omnem simoniam juris ecclesiastici requiritur pactum aliquod etiam duntaxat inchoatum, 355. — Pretium simoniæ debet esse aliquid temporale, vel pecunia ipsa, vel quod pecunia æstimabile est, et in contractum deduci solet aut potest, XVIII, 1202. — Pactum ad simoniam necessarium, est omnis contractus non gratuitus, 1202.— Ex parte materiæ dividitur simonia in simoniam juris divini et humani. Simonia juris divini ideo prohibita, quia mala ; simonia juris ecclesiastici, ideo mala, quia prohibita. 1202

Ex parte pretii simonia dividitur in eam quæ fit per munus a manu, per munus a lingua, et per munus ab obsequio, 1203. — Ex parte pacti dividitur simonia in mentalem, conventionalem, realem, et his immixtam confidentialem, 1203. — Mentalis consistit in voluntate. Conventionalis involvit conventionem, pactum. Dividitur in puram et mixtam. Simonia realis est quando pactum ex utraque parte impletum est, 1203. — Simonia confidentialis ab aliis non differt essentialiter. 1204

Exemplum triplicis Simoniæ, 1204 ; XIV, 394, 393-313 ; XVII, 330. — Simonia est peccatum mortale ex genere suo, ac de se intrinsece mala et omni jure prohibita, XIV, 393-313. — Est aliqua simonia jure divino prohibita. Incipit explicari prima divisio simoniæ in eam quæ est prohibita, quia mala, et eam quæ est mala, quia prohibita ; seu in eam quæ est contra jus divinum, et eam quæ tantum est contra jus ecclesiasticum, XVII, 330 et seq. — Vitium simoniæ ex genere suo est contra jus divinum naturale, 333. — In lege gratiæ non est latum speciale præceptum divinum positivum prohibens venditionem rerum spiritualium, sed naturale est a Christo Domino in Evangelio explicatum. 336

Qualis et quanta et quam intrinseca sit malitia simoniæ. Hæc malitia est directe ac proxime contraria virtuti religionis. Hoc peccatum ex genere suo mortale est et gravissimum, XVII, 339. — In hoc peccato non datur levis materia, nec fieri potest veniale nisi forte per inconsiderationem, vel ignorantiam habentem admixtam negligentiam tantum venialem, 340 et seq. — Stantibus omnibus conditionibus et circumstantiis quæ nunc sunt ex parte materiæ simoniæ, fieri non potest ut simonia sit licita, 342, 343.— Probabile videtur posse Deum ita donare spiritualia bona hominibus, ut ex vi talis donationis liceat illis talia bona vendere sine ullo sacrilegio vel irreligiositate. 343

An in peccato simoniæ sit tantum malitia contra religionem, an etiam contra justitiam, XVII, 345 — In peccato simoniæ est injustitia respectu Dei, quæ reducitur ad irreverentiam Deo factam, 346. — Respectu hominis malitia injustitiæ non semper conjungitur seu involvitur cum malitia simoniæ, 347. — Regula generalis constitui potest : quotiescumque ratione solius spiritualitatis rei aliquod temporale pretium accipitur, injustitiam committi, 349. — An simoniæ vitium sit proprium temporis legis gratiæ, vel etiam in lege veteri committi potuerit, 350. — Simonia repugnans divino juri etiam in lege veteri fuit prohibita, et ita hoc vitium potuit illo tempore committi, et de facto fuit commissum. Hæc assertio communis est, 351 et seq. — In lege naturæ habuit etiam locum simoniæ vitium, 358. — Illud vitium committi potuit in tempore legis naturæ, prout fuit in hominibus fidelibus ante latam legem Moysis, vel etiam post illam, in his qui non erant de stirpe Abrahæ per Abraham et Jacob, 359 et seq.

Admittenda est quædam simonia solo jure ecclesiastico prohibita. Ita communiter auctores, XIV, 396 et seq.-314. — Simonia solo humano seu ecclesiastico jure prohibita, XVII, 366. — Simonia aliqua est de jure positivo, quando immediate habet talem malitiam ex vi prohibitionis Ecclesiæ vetantis venditionem aut pactum onerosum circa talem rem, intuitu religionis, 368 et seq.

De materia circa quam simonia committitur. An detur aliqua simonia in materia mere naturali, XVII, 373. — Duplicia tantum dona supernaturalia in homine intelligi possunt, intellectus et voluntas, 375. — Spiritualia dona naturali more intellectualia, sive speculativa, sive practica eo modo quo de facto ab homine vendi possunt, nec sunt, nec esse possunt materiæ simoniæ. 377

Vendere hæc bona intellectualia eo modo quo vendi possunt de facto, per se loquendo nullam malitiam moralem continet, et si contingat illam habere, simonia non erit, 378. — Non est simoniacus ille qui vendit doctrinam, etiamsi intendat directe vendere ipsam veritatem naturalem, 379. — Non peccat aliquis etiamsi augeat pretium suæ doctrinæ, vel propter doctrinæ nobilitatem, vel propter eximiam peritiam personæ, etiamsi labor corporalis major non sit, imo licet sit minor, vel nullus, 380. — Qui vendit doctrinam suam carius quam par est, vel duplicatum pretium accipit, est quidem injustus, non tamen simoniacus, 381. — Non est simonia si præceptor nolit vacare a legendo, nisi pretio accepto a discipulis, sive id faciat in die festo, sive in non festo. 382

Naturalia bona moralia, id est, quæ inter homines tantum versantur, non sunt materia simoniæ, neque illa vendere est per se loquendo aliquod peccatum ; interdum vero esse poterit contra charitatem et justitiam, nunquam tamen erit vera simonia, 383. — Non est simonia pretium accipere pro dando consilio morali, quatenus ex principiis lumine naturæ notis pendet, vel a jure aliquo humano scripto, 384. — Non est simonia, stando in pura natura, accipere pretium pro exhortatione aliqua ad virtutem moralem, et ad vitanda peccata contra naturæ legem, sive in publica oratione, et quasi concione fieret, sive in privata admonitione vel correctione, 385. — Nullo modo pertinet ad simoniam vendere opera misericordiæ aut similia, nec per se vitiosum est, 386. — Non est simonia dare alteri pecuniam ut omittat aliquod bonum opus, vel ne alteri bene faciat : hæc et similia esse possunt contra charitatem vel justitiam, ad simoniam nihil spectant. 387

Non est improbabile, in materia religionis naturalis posse dari malitiam naturalis simoniæ, et hoc modo posse intelligi peccatum simoniæ in homine etiam in puris naturalibus, vel nunc inter gentiles, vel paganos, quatenus mera ratione naturali utuntur. Esset tamen illa simonia distincta specie ab ea quæ nunc committitur, 387 et seq. — Apud cultores veri Dei per puram rationem naturalem, venditio sacerdotii esset simonia naturalis. 388.

De rebus spiritualibus et illis annexis, quæ sunt materia simoniæ. XIV, 400 et seq.-317 ; XVIII, 1202

De jure ecclesiastico sæpius sine vitio simoniæ res etiam spiritualis pro spirituali in pactum deduci non potest, XVI, 340 et seq.— Res intrinsece sacra vel spiritualis non potest esse objectum pactorum et contractuum bilateralium in quibus ex altera parte temporale pretium intervenit, 341. — Idem dicendum de re extrinsece sacra vel spirituali, sive deinde rei sacræ aut spirituali fuerit concomitanter connexa et intrinsece conjuncta, sive tantum conjuncta extrinsece et consequenter connexa, 346 et seq — Imo neque res extrinsece sacra et spiritualis, si huic antecedenter sit annexa, pro pretio temporali in pactum deduci potest, si in concreto accipiatur, 350. — Secus dicendum de extrinsece et antecedenter connexa in abstracto sumpta. 351

In propositionibus ab Innocentio XI confixis, tria damnantur : primum est, quod sine simonia possit dari temporale pro spirituali in gratuitam compensationem, 357. — Alterum, quod etiam dari possit temporale tanquam motivum pro spirituali, 359 — Simoniæ reus non est qui dat aliquid temporale ex sola spe obtinendi spirituale, aut vicissim, 360.— Tertium, quod dari possit spirituale propter temporale, tanquam propter motivum principale et finale, ita ut pluris æstimetur temporale istud, quam ipsa res spiritualis, 362 et seq. — Quamvis res religiosa ma-

mine privatorum in pactum aut contractum deduci possit; nihil tamen obstare videtur quominus auctoritate ecclesiastica, in pactum aut contractum etiam pro re temporali et profana veniat; neque in tali pacto vel umbra simoniæ apparet, 370 et seq. — Bona spiritualia supernaturalia solent in tria membra dividi: quædam enim dicuntur spiritualia in se, seu per essentiam; alia spiritualia ex parte causæ; alia supernaturalia et spiritualia ex parte effectus, XVII, 391, 392. — Gratia unionis non potest esse materia simoniæ, nec Juda fuit vere et proprie simoniacus, 393.— Gratia sanctificans potest esse materia simoniæ.— Hæc gratia potest vendi et emi. 395

Sacramenta omnia Ecclesiæ sunt propria materia simoniæ, 398.— Eucharistia non solum est propria, sed etiam suprema et maxima simoniæ materia, nisi forte venditio ipsius dicenda sit vitium simonia detestabilius, 399.— Regula generalis et certa est, cætera sacramenta ut sic, esse proprissimam materiam simoniæ juri naturali contrariæ. — Hæc sententia communis est, 400. — Potest facile inveniri in sacramentorum venditione malitia contra charitatem, 401. — Certum est matrimonium, ut sacramentum est, esse materiam simoniæ, neque posse ut sic sine simonia vendi, 402 et seq. — Accipere pecuniam pro spirituali sacramentorum gratia est crimen simoniæ, XIV, 402-319. — Idem dicendum si detur pretium pro materia proxima sacramentorum, ut pro absolutione, impositione manuum, etc. Secus vero si detur pretium pro materia remota, ut pro aqua, vino, pane, etc., 402-319; XVII, 405 — In materia proxima, quæ semper consistit in aliqua hominis actione, duo spectari possunt: unum est actio ipsa corporalis, in qua ratio sacramenti fundatur, ut est ablutio; aliud est labor, ut defatigatio sacerdotis, etc. — Actus ipsi sunt materia simoniæ, 405. — De simonia in electione ad sacros ordines cavenda, XXIV, 489 et seq. *Vide* Ordo. — Valida est ordinatio a simoniacis vel intrusis celebrata, XXIV, 1256 et seq. *Vide* Ordo.—Utrum in necessitate possit sacramentum emi ab eo qui non vult illud nisi propter pretium ministrare. Variæ sunt sententiæ. Prima simpliciter negat licitum esse in eo casu dare pecuniam sub ullo colore vel titulo, ut sacramentum obtineatur pro quacumque necessitate, etiamsi sit spiritualis et omnino extrema, qualis est in infante morti proximo, XVII, 408.— Secunda distinguit inter extremam necessitatem simpliciter in ordine ad vitandam æternam damnationem, et necessitatem gravem, non absolutam et extremam, 410.— Tertia docet licere in casu de parvulo pecuniam dare, quia licet tunc sacramentum emere, quæ emptio nunquam licet nisi in extrema necessitate, 412.— Quarta asserit licitum esse in eo casu dare pecuniam non ut pretium sacramenti, sed ut removentem impedimentum pravæ voluntatis et avaritiæ, non solum in parvulo sed etiam in adulto, 416 et seq. — In ordine ad sacramenta obtinenda, præsertim quæ necessaria sunt ad salutem, fideles habent jus acquisitum ex Christi institutione et donatione, et in extrema et quasi extrema necessitate conceditur facultas redimendi vexationem propter perpetuam animæ salutem; sed non extenditur ad alios casus ordinarios, 422; XIV, 405 et seq.-321; XXV, 572.

Pro sacramentalibus pretium recipere, sive pro ipsis, sive pro exercitio aut receptione illorum, est simonia juris divini et humani, XIV, 410 et seq.-325. — Omnes actus procedentes a potestate ordinis, in quocumque ejus gradu, seu ordine, materia sunt simoniæ, ita ut illos emere aut vendere simoniacum sit. Est certa et communis sententia, XVII, 422. — Quomodo hæc regula ad singulos actus ordinum ecclesiasticorum applicanda sit, et quinam sint isti actus, vel quomodo fieri debeant, ut sint materia simoniæ, si emantur aut vendantur, 422 et seq.

An omnia sacramentalia, tam in actione, quam in termino sint propria materia simoniæ? 428.—Sacramentalia omnia, etiam quæ sunt in fieri, seu transeuntia, sunt materia simoniæ, 429.— Sacramentalia omnia permanentia, seu res specialiter ab Ecclesia consecratæ, ut tales sunt, materia sunt simoniæ contra jus divinum, 430. — An istæ res consecratæ vendi possint ratione materiæ, non obstante consecratione, eo pretio quo vendi possent ante consecrationem. Alii negant, 430. — Alii aiunt has res sacras vendi posse ratione materiæ, sive sunt res artificiales, ut vasa; sive naturales, ut oleum vel simplex, vel mixtum balsamo quod chrisma dicitur, 432 et seq. — Loquendo ex solo jure naturali, simpliciter dicendum est, has res vendi posse ratione materiæ secundum se spectatæ, et nulla habita ratione consecrationis, 436 et seq.

Divina officia prout in Ecclesia fiunt ex ejus institutione, et ministros ecclesiasticos, materia propria sunt simoniæ, ita ut illa vendere, vel emere simonia sit contra divinum et naturale jus. Ita communiter, 443 et seq. — At vero aliquid ex illis vel pro illis accipere honesto modo et titulo, per se malum non est, 447.— Distinguendum est inter stipendium quod licet, et pretium quod non licet; inter id quod ex consuetudine offerendum est, et quod ultra consuetudinem postulatur. Spontaneæ oblationes non prohibetur, sed iniquæ exactiones, 447. — Orationes privatæ et actus virtutum materia simoniæ esse possunt. 449

An actus spirituales soli operanti utiles, ut sic possint esse materia simoniæ. An sit licitum dare alicui pecuniam vel quid simile, ut fiat christianus vel religiosus, vel ut sacramenta frequentat et similia, 450 et seq.— Donare aliquid de præsenti proximo, petendo ab illo ut aliquid spirituale faciat in bonum animæ suæ, non est malum, quando donatio fit absolute, 456. — Promittere aliquid sub conditione expressa, si fidem susceperis, vel si fueris religionem ingressus, aut si quidpiam simile spirituale feceris, intendendo spirituale bonum operantis, et intendendo se obligare ad implendam promissionem, adimpleta conditione, et non aliter, licitum est, quando nulla oritur obligatio ad ingressum religionis, vel quidpiam simile, 456, 457. — Dare vel promittere temporale sub pacto et conditione ut alter obligatus maneat determinate ad fidem vel religionem, vel sacramentum aliquod suscipiendum, vel quidpiam simile, licitum non est, et simoniæ vitio non caret. 458

Utrum sit simonia aliquid exigere ab iis qui recipiuntur vel profitentur in religione, XIV, 415-329. — Prima, sententia asserit monasterium apulentum non posse sine simoniæ peccato aliquid temporale exigere, vel accipere ex pacto, etiam pro sustentatione religiosi, 416-330. — Secunda sententia negat esse vere et proprie simoniam, etiamsi monasterium sit ditissimum, 417 et seq.-331.—Per ingressum in religionem non intelligitur admissio ad habitum religionis seu novitiatum, XVII, 1538. — Simonia est et quidem juris divini dare vel recipere aliquid pro ipso religionis ingressu, 1538. —Donis aut muneribus solummodo allicere alterius animum, ut sponte amplectatur religionem, non est simonia, 1538.—Si mera sponte temporale aliquid detur ab ingrediente ut recipiatur a religione, non incurritur censura, 1539. — Si tenue sit monasterium potest sine simonia et censura pacisci cum ingrediente de dote pro ipsius sustentatione, 1539 et seq.— Doctores plurimi eamdem in hoc puncto rationem esse de monasterio tenui, et opulento; scilicet neutro casu prohiberi exactionem moderatæ dotis. Opinio contradictoria est multo commmunior, 1545. — Utrum ingressus religionis ad habitum vel ad professionem sit materia simoniæ, 461. — Ex natura rei, vi juris divini simonia esset recipere aliquem in religiosum vendendo illi religiosum statum. 465

Nihilominus ad sustendenda onera temporalia, quæ religio suscepit cum tali persona, non est ex natura rei simoniacum aut malum aliquid recipere, 463 et seq. — Concludendum est cum communi sententia non esse prohibitum jure canonico in vero casu necessitatis aliquid recipere, et de illo pacisci, explicando illud esse ad necessarium sustentationem, 470. — An functiones supernaturalis doctrinæ sint materia simoniæ, 471. — Sententia hodie communis recepta in scholis tenet pretium pro docenda theologia posse recipi sine simonia, ac subinde doctrinam theologiæ, quantum ad hanc functionem non esse materiam simoniæ, 473 et seq.— Supposita obligatione ad docendum theologiam ratione beneficii non est simonia petere aliquid pro ipsa doctrina, 479. — De concionandi actu omnes doctores tam theologi quam canonistæ fatentur esse materiam simoniæ, et sine illius labe vendi non posse, 482.— Sustentationem recipere licet, pretium non licet. 483

An actus pertinentes ad jurisdictionem interni fori, seu ad animarum curam, sint materia simoniæ. — Variis modis potest peccari in usu hujus jurisdictionis, XVII, 484 et seq. —De jurisdictione pertinente ad externum forum solet generalis regula constitui nullum illius actum posse sine simonia vendi aut emi, ac subinde semper esse materiam simoniæ, 490. — Distinguendi sunt actus quibus ipsa jurisdictio confertur ab actibus quibus eadem jurisdictio administratur, 491. —Duplices sunt actus quibus jurisdictio administratur, quidam vocantur jurisdictionis voluntariæ; alii jurisdictionis contentiosæ, 491, 492.—Actus communicandi jurisdictionem spiritualem natura sua sunt materia simoniæ, ita ut illos vendere aut emere simonia sit juri divino contraria, 492. — Omnes actus jurisdictionis voluntariæ, quatenus ad effectum spiritualem ordinantur, materia sunt simoniæ, 494. — Actus jurisdictionis ecclesiasticæ, etiam contentiosæ, et involuntariæ, materia sunt simoniæ, ad quam vitandam gratis exerceri debent, 498. —Actus qui videntur mere politici et humani et qui exercentur per spiritualem potestatem, probabilius sunt vera materia simoniæ ex vi juris divini. 500

Minister potest sine simonia et peccato accipere aliquid temporale pro labore extrinseco: secus vero pro labore intrinseco. Conclusio est communis inter auctores. Labor

intrinsecus est ille qui per se intrinsece est ita necessario conjunctus cum ministerio sacro, ut sine illo nec valide, nec licite, nec decenter exerceri queat; extrinsecus est qui solum per accidens est conjunctus cum ministerio sacro, XIV, 403-530. — Possunt tamen ministri pro functionibus spiritualibus, et pro labore etiam intrinseco aliquid temporale exigere tanquam stipendium sustentationis, 404-530. — Possunt cogere laicos coram judice ad solvendum stipendium sustentationis quod pro suis functionibus ipsi debetur, si solvere renuant, 404-531. — Utrum labor et defatigatio corporalis in operibus spiritualibus sit materia simoniæ, XVII, 501. — Prima sententia est pro hujusmodi labore licitum esse pretium accipere, etiamsi actio cui adjungitur, sit intime necessaria ad sacrum ministerium, 502. — Secunda sententia in hoc puncto est laborem intrinsece adjunctum sacro ministerio, vel spirituali muneri, non posse pretio æstimari, neque vendi, secus vero de accidentario labore de quo nulla est controversia, 503 et seq. — Explicatur quis labor sit per se adjunctus ministerio sacro, ut omnis alius accidentarius judicandus sit, 508. — Illi labores censendi sunt per accidens adjuncti ministeriis sacris, qui non ex vi ministerii per se ac moraliter expetuntur, sed tantum in casu, ratione circumstantiarum, personarum aut locorum, 510. — Simonia est quando res vel actus spiritualis præstatur aut exercetur propter finem temporalem intrinsecum, tanquam compensationem aut pretium rei spiritualis, sive deinde hoc principaliter, sive secundario intendatur, XVI, 363. — Non est simonia quando res vel actus spiritualis datur aut exercetur propter finem temporalem intrinsecum, tanquam stipendium pro sustentatione; nec refert utrum stipendium vel sustentatio principaliter, an vero minus principaliter intendatur. 363 et seq.

Utrum omissio spiritualium actuum sit materia simoniæ, XVII, 512. — Prima opinio absolute negat circa solam omissionem posse committi veram simoniam, 513. — Secunda sententia est omissionem esse posse propriam simoniæ materiam, 514. — Non est simonia dare alicui pecuniam ut abstineat ab actu spirituali, quem injuste vel sacrilege aut simoniace facturus est, 515. — In usu negativo spiritualis jurisdictionis per solam omissionem potest simonia committi, si talis omissio moraliter censeatur provenire a tali jurisdictione, et habere effectus morales illi proportionatos, 516. — Omissio actus spiritualis, si non sit actus jurisdictionis spiritualis, non est materia simoniæ, nisi intuitu alicujus spiritualis boni vendatur, aut pretio, vel majori pretio æstimetur. 517 et seq.

An id quod spirituale non est, nisi quia est annexum spirituali, sit materia simoniæ, 524. — Distingui solent tria genera annexorum rebus spiritualibus, scilicet, antecedenter, consequenter, et concomitanter, 525 et seq. — Annexum spirituali, quatenus tale est, id est ratione connexionis quam habet ad spirituale, vendi non potest, 528. — Annexum spirituali concomitanter nullo modo vel respectu aut ratione vendi potest, 528. — Annexum antecedenter per se spectatum vendi potest, etiam supposita annexione, licet non ratione illius, 528. — Ea quæ sunt annexa spiritualibus consequenter vendi non possunt sine simonia, quia necessario venderetur illud spirituale, quod ad illa præsupponitur. 528. — XIV, 420 et seq.-333

An beneficia ecclesiastica sint materia simoniæ ex divino, vel ecclesiastico jure, XVII, 529. — Beneficia quoad ipsum spirituale ejus quod includunt et in quo fundantur, sunt materia simoniæ juri divino contrariæ, 530. — Certum est nunc de facto non posse vendi aut emi beneficia ecclesiastica, etiam respectu habito ad temporale emolumentum quod est in ipsis sine vitio simoniæ, 531. — Prima sententia simpliciter affirmat esse contra jus divinum naturale, ac subinde esse adeo intrinsece malum, ut non cadat in illud dispensatio, nec ab ipso papa sine crimine simoniæ vendi possit beneficium, etiam ratione temporalis emolumenti, 532 et seq. — Nihilominus est secunda principalis sententia dicens hanc simoniam tantum esse contra jus humanum, et ideo vel a pontifice, vel ab alio ex dispensatione ejus posse vendi beneficium sine simonia, modo non intuitu spiritualis juris, quod in ipso est, sed intuitu temporalitatis vendatur, 535 et seq. — Tertia sententia media, et distinctione utens, docet vendere beneficium simplex non esse simoniam contra jus divinum; vendere autem beneficium curatum, vel majorem habens jurisdictionem, esse contra ius divinum, 539. — Hæc distinctio non videtur admittenda. 540

Primo, potest summus pontifex fructus beneficii seu præbendam, ut temporale quid est, a titulo clericali et spirituali officio separare, et sic eam vendere sine simonia, sicut potest illos donare laico etiam licite, si justam causam habeat, 540. — Secundo, potest pontifex dare beneficium alicui cum onere solvendi quotannis sibi vel alteri partem aliquam fructuum beneficii, 540. — Tertio, probabile est posse pontificem, quando præbet beneficium cum pensione, æstimare simul temporalem valorem illius pensionis, et illum simul recipere pro se vel pro alio ab eo cui beneficium confert, 541. — Quarto, media formali vel virtuali separatione præbendæ seu fructuum, quoad aliquam saltem eorum partem, potest pontifex cum exactione alicujus pecuniæ dare beneficium; nulla vero facta separatione non potest, et ita, absolute loquendo, non potest vendere beneficium, 544. — Quinto, inferiores prælati non solum non possunt vendere beneficia ecclesiastica sine simonia contra jus divinum, sed etiam non possunt aliis modis, vel titulis explicatis pecuniam exigere pro beneficio, etiam intuitu temporalis incommodi, 546. — Sexto, personæ privatæ beneficia possidentes, ea vendere non possunt sine simonia contra jus divinum, 547, XIV, 423-333. — Conveniunt auctores esse simoniam de jure divino vendere beneficium propter officium, seu jus ministrandi spiritualia, 424-336. — Conveniunt similiter beneficia esse jure divino invendibilia, etiam secundum posterius jus percipiendi temporalia emolumenta, 424-336. — Conveniunt pariter quod vendere beneficia ecclesiastica, etiam intuitu solius temporalis emolumenti est simonia contra jus ecclesiasticum, 424-336. — Vendere beneficia ecclesiastica, etiam intuitu solius temporalis emolumenti, est simonia contra jus naturale et divinum, et proinde non potest in hoc cadere summi pontificis dispensatio. 424-336

Utrum præstimonia sint materia simoniæ contra jus divinum et humanum, XVII, 549. — Si proprie et secundum communem usum illius vocis loquamur, præstimonia sunt materia simoniæ et vendi non possunt eo modo quo cætera beneficia. 551, XIV, 427-338

Utrum pensiones ecclesiasticæ sint materia simoniæ. Pensio laicalis non est materia simoniæ, nec pensio mixta, 428-339. — Clericalem pensionem vendere est simonia de jure divino, 428-339. — Quotiescumque aliqua pensio est vendibilis, est etiam redimibilis sine simonia. — Stando in novo jure, nulla pensio ecclesiastica vendi potest sine peccato simoniæ. 428-339; XVII, 551 ad 563

Commendæ duplicis generis sunt: aliæ habent annexum ministerium spirituale, et vendi non possunt sine simonia; aliæ nullum habent ministerium spirituale annexum, et non sunt materia simoniæ, XIV, 427-338; XVII, 563 ad 568. — Coadjutoriæ sunt materia valde spiritualis, nec vendi possunt, 563. — Hospitalia, id est officium regendi et gubernandi hospitale, quæ habent spiritualem administrationem, sunt materia simoniæ, 568. — Quando officium nullam habet functionem spiritualem, videtur non esse materia simoniæ. 569

De jure patronatus canonico, 570. — Jus patronatus, quatenus est jus præsentandi ad ecclesiastica beneficia, est materia simoniæ et subinde peccatum est simoniæ illud vendere, 572. — Post factam ab Ecclesia institutionem juris patronatus, ipsum ex natura rei et ex divino naturali jure invendibile est et materia simoniæ, 573 et seq. — Licet jus patronatus vendi non possit, transire potest cum re vendita, dummodo ratione illius res illa non carius vendatur, 576 et seq.

Utrum temporalia officia Ecclesiæ vel actus eorum sint materia simoniæ. Hæc officia, vel actiones eorum ex natura rei, et stando in solo divino jure naturali, non sunt materia simoniæ, XVII, 580. — Hæc officia vendi non possunt sine gravi peccato propter Ecclesiæ potestatem, 584. — Probabilius est malitiam illius peccati esse veram simoniam, supposita prohibitione, 585. — Quænam officia ecclesiastica sint hæc temporalia, quæ sub hac prohibitione comprehenduntur, 587 et seq. — Officium sacristæ, vel thesaurarii seu custodis rerum sacrarum sub hac materia comprehenditur. Idem dicendum de officio primicerii, 589. — Functiones, vel opera illorum officiorum non sunt materia simoniæ, sed possunt in toto rigore justo pretio æstimari, et vendi seu locari, 590. — Vendere bona Ecclesiæ mobilia, vel immobilia, etiam sacra, si non vendantur ut sacra nec ratione spiritualitatis, non est simonia, etiam jure ecclesiastico prohibita, 593. — An pretium ad simoniam necessarium sit temporale, vel possit esse spirituale, et consequenter, an commutare spirituale pro spirituali sit simonia ex natura rei XVII, 593. — Pretium simoniæ, stando in solo jure divino, debet esse aliquid temporale, nec spirituale sufficere, 595. — Commutare rem vere spiritualem pro re vere spirituali, non est simoniæ ex vi juris divini, etiamsi cum omni proprietate et pacto una res spiritualis pro alia detur. 595

Non repugnat commutationem spiritualis pro spirituali aliter sanctam quam legibus ecclesiasticis permissa sit, vere ac proprie esse simoniacam, solum quia contra Ecclesiæ prohibitionem sit, 599. — Permutatio unius rei spiritualis pro alia spirituali in beneficiis ecclesiasticis, et in

his quæ illa concernunt, prohibita est per Ecclesiam, si propria auctoritate fiat, et sic facta, veram simoniam continet, quia prohibita, 601 et seq. — Est simonia saltem contra jus positivum commutationes facere in actionibus pertinentibus ad provisiones beneficiorum, quæ a potestate, vel jure aliquo spirituali procedunt, 605.—Hæc doctrina extenditur ad omnia spiritualia, quæ habent temporalia annexa consequenter, etiamsi proprie et in rigore beneficia non sint, 605. — Est etiam simonia prohibita, permutare beneficium pro jure quasi inchoato ad aliud beneficium, sive per præsentationem, sive per nominationem comparatum sit, 606. — Est simonia ejusdem ordinis, permutare inter se similia jura ad beneficia, ut si unus cedat suæ præsentationi, ut alius sibi conferat aliam expectationem, quam a pontifice habeat, vel quidpiam simile, 606. — Permutare spirituale pro spirituali extra beneficiorum materiam non est specialiter prohibitum jure positivo, 608. — Certum est res spirituales inter se permutari posse, XIV, 442-350. — Permutationes beneficiorum sunt simoniacæ, si fiant privata auctoritate, et sine superioris consensu, saltem de jure positivo ecclesiastico, 442-350. — Possunt recte fieri permutationes beneficiorum sine simonia, si sequentes serventur conditiones. Prima est ut commutatio fiat auctoritate superioris prælati, ad quem id jure spectat; secunda, quod beneficium commutandum sit pleno jure acquisitum; tertia, ut nulla pactio inter partes præcesserit, saltem absoluta; quarta, ut sine auctoritate pontificis nulla pensio, nullum onus imponatur, et nulla fiat exactio aut compensatio excessus fructuum pro aliquo pretio æstimabili, 443-351; quinta est, ut permutatio fiat ex justa causa utili, vel necessaria Ecclesiæ, 444-352. — In his transactionibus est simonia dum remittitur vel retinetur jus spirituale pro temporali emolumento, et e contra, 444-352. — In materia beneficiorum Ecclesia prohibuit hujus modi transactiones propria auctoritate fieri, etiamsi in ea pro spirituali transigatur. 445-352, 553; XVI, 540, 541

An prælati auctoritas necessaria sit, ut spiritualium permutatio in beneficiis sine simonia fiat, XVII, 609. — Regula generalis: ut permutatio licite fiat, necessariam est, ut auctoritate superioris fiat, 610. — Permutatio beneficiorum proprie sumpta, et ut distinguitur a translatione personarum, est jure concessa auctoritate prælati, 610. — Licitum est volentibus, permutare et tractare de negotio, concludere, quantum est ex se, præbendo suum mutuum consensum in ordine ad consensum prælati, 612. — Quis sit superior, cujus auctoritate facienda est permutatio, ut sine simonia fiat, 614 et seq.

An beneficium ecclesiasticum possit sine simonia cum pensione permutari, 618. — Si pensio in titulum beneficii erecta sit, permutari potest cum beneficio etiam in manibus episcopi, et juxta jus commune, 619. — Pro spirituali pensione permutari potest beneficium auctoritate papæ, non vero inferiorum prælatorum, 619 et seq. — Pensio mere temporalis non potest cum beneficio permutari sine simonia contra jus divinum, unde nec a summo pontifice fieri potest per modum permutationis, licet alio modo possit pontifex eumdem effectum efficere, 623. — Utrum permutatio inæqualium beneficiorum fieri possit facta temporali recompensatione sine simonia, 625 — Multorum opinio fuit, hoc non esse intrinsece malum, neque prohibitum, si interveniente auctoritate prælati fiat, et ideo tunc non esse simoniam, 626. — Alia sententia simpliciter negat hoc esse licitum, 627. — Permutare pingue beneficium pro tenui cum pecunia, quocumque modo et intentione fiat sine auctoritate superioris, simonia est, non solum contra jus positivum, sed etiam contra jus divinum, 629. — Permutatio beneficiorum inæqualium in fructibus cum adjectione pecuniæ ex parte tenuioris, etiamsi fiat in manibus cujuscumque prælati inferioris summo pontifici, simoniaca est, et contra legem ecclesiæ, et contra divinam, 629. — Nihilominus probabile est hoc posse fieri sine simonia auctoritate papæ, non per modum propriæ permutationis, nec per propriam dispensationem, quæ in jus divinum non cadit, sed per mutationem factam ex parte materiæ, et quasi novum jus ex parte ipsarum rerum instituendo, 630 et seq. — Conditiones necessariæ ut permutationes in materia beneficiorum pure et sine simonia fiant, ad quatuor revocari possunt. 634

An renuntiatio beneficii in favorem tertii simoniam contineat, XIV, 446 et seq.-353; XVII, 635.—Stando in novo jure quæcumque resignatio facta sub conditione qualitercumque explicata sive admissa, est invalida et simoniaca, si fiat coram ordinariis et quibuscumque prælatis inferioribus summo pontifici, XIV, 447-354; XVI, 342. — Renuntiatio sub conditione rigorosa et suspensiva, fieri non potest, nisi in manibus Papæ, XVII, 638. — Non potest episcopus acceptare renuntiationem illam tanquam absolutam, rejecta conditione, et consequenter non potest licite aut valide dare beneficium alteri, quia illud beneficium non vacat ante impletam conditionem, 641. — De renuntiatione longe aliter judicandum est, si conditio addatur non in vi rigorosæ et suspensivæ conditionis, sed tanquam modus quasi posterior et conjunctus renuntiationi absolute factæ, 642. — Simonia est, si renuntiatio beneficii fiat cum reservatione pensionis in manibus solius episcopi, etiamsi ipse illam approbet; nam in hoc etiam simoniacus erit. — Nihilominus hic modus renuntiationis cum conditione pensionis honeste et licite fit in manibus pontificis, 646

Quando temporale donum censeatur habere rationem pretii rei spiritualis? XVII, 648. — Quoties temporale donum gratis datur, non habet locum simonia, saltem ex natura rei, 648.— Potest dari temporale ex obligatione, et non ut pretium, si non detur in commutationem rei, sed in sustentationem personæ, tanquam stipendium ex justitia debitum operatio, 649. — An si temporale sit principale motivum, non vero pretium, comittatur simonia, XIV, 434-344. — Dare spirituale pro temporali, vel e contra, secluso titulo stipendii, aliove justo et honesto, est simoniacum, etiamsi temporale non fuerit pretium, sed motivum principale conferendi spirituale, 435-345.— Principia statuta non obstant quin liceat dare aliquid temporale pro spirituali, et vicissim, quando illud fit ex mera gratitudine, benevolentia, adeo ut sit donum reapse et absolute gratuitum, 437 *in not.*-346. — An sufficienter dividatur pretium simoniæ in munus a manu, a lingua, et ab obsequio. — Illa divisio videtur omnia comprehendere, XVII, 656. — Dare alicui beneficium, solo titulo consanguinitatis non est simonia, 658.— Nullum jus invenitur quod inter pretia simoniæ metum ponat. 662

Quid per manus a manu intelligatur? XIV, 429-340. — Primum locum inter munera a manu tenet pecunia, XVII, 666.— Pecunia in quacumque quantitate, etiam minima sufficit ad rationem pretii simoniaci, si pro re spirituali detur, 667. — Sub hoc munere a manu comprehenduntur omnes res temporales pretio æstimabiles, cujuscumque generis sint, id est, sive sint bona mobilia inanimata, sive se moventia, sive immobilia corporalia, sive incorporalia jura, seu census, 668. — Ad munus a manu pertinet, si quis pro re spirituali obtinenda debitum remittat, aut se remissurum promittat. Nam sine dubio id sufficit ad simoniam, 668. — Ad munus a manu pertinet mutuare pecuniam pro accipiendo beneficio, vel simile re spirituali, vel e converso dare beneficium sub conditione pecuniæ mutuandæ tantum, 669.— Pertinet ad munus a manu pensio imposita et cui datur beneficium, vel collatori, præsentanti, renuntianti, vel aliter procuranti solvenda, sive ex ipso beneficio, sive aliunde, quia illa est pecunia æstimabilis, imo est promissio certæ pecuniæ solvendæ quæ est manifesta simonia, 672.— Sub munere a manu continetur omne donum, quod jure positivo prohibitum est dari pro re spirituali. 673

Quid sub munere ab obsequio comprehendatur? XIV, 430-341; XVII, 673. — Dare et accipere beneficium spirituale propter obsequia et beneficia temporalia jam facta in eorum recompensationem, et quasi solutionem debiti, et obligationis ex justitia ad condignam mercedem tribuendam, simonia est; moveri autem ex hujusmodi servitiis ad dandum beneficium gratis, et ultra omne debitum, non est simonia, 675.— Si beneficium detur cum onere et sub conditione exhibendi aliquod obsequium temporale non annexum beneficio, simonia est, et tunc obsequium respicitur ut pretium, saltem promissum, 677. — Quando obsequium temporale est annexum rei spirituali, ut beneficio, licitum est illud dare cum obligatione talis oneris, 677. — Obsequium spirituale jam exhibitum non potest habere rationem pretii ad simoniam sufficientis, nisi in aliquid temporale resolvatur, vel præcesserit pactum per Ecclesiam prohibitum, 679. — Obligari ex pacto ad obsequium spirituale pro spirituali beneficio, licet non sit jure naturæ prohibitum, est tamen simonia contra jus ecclesiasticum; et ita dare beneficium, imponendo personæ tale onus obsequii spiritualis, quod non est beneficio conjunctum, simonia est, saltem contra jus ecclesiasticum, 679. — Si obsequium spirituale annexum sit beneficio aut dignitati spirituali, non potest habere rationem pretii, nec erit simonia conferre beneficium sub tali onere et conditione expressa, 682. — Licitum temporale aliquid dare Ecclesiæ cum onere alicujus obsequii spiritualis, obligando ad illud ex justitia, imo adhibendo expressam conditionem, ut alias non detur vel quod si Ecclesia non adimpleverit conditionem seu modum, privetur tali re temporali, seu legato. 683

Quid sub munere a lingua comprehendatur? XIV, 432-342.— Prima opinio simpliciter affirmat beneficium pron-

ter preces, ita ut formale motivum et ratio dandi sint preces, esse simoniam, XVII, 683. — Secunda sententia simpliciter negat preces sufficere ad simoniam etiamsi propter illas detur beneficium, vel aliud spirituale, 683. — Postulare ab aliquo prælato, et idem est de aliis, ut conferat alicui beneficium sine promissione alia vel pacto, licet prælatus possit peccare, numquam est sufficiens ad simoniam, nec illæ preces habent rationem pretii, 686 et seq. — Si per collationem beneficii, vel alterius rei spiritualis collator intendat obligare alium ad preces pro se fundendas, tunc proprie recipit munus a lingua; unde si recipiat sub pacto expresso vel tacito, simoniam committit; idemque est quoties preces et intercessiones præcesserunt sub pacto, vel promissione beneficii, si fierent. 691

Simonia convenienter ac sufficienter dividitur in mentalem, conventionalem et realem, XVII, 695. — De simonia ficta, 699. — De simonia confidentiali. 703

An sufficiat ad mentalem simoniam principaliter intendere temporale, medio spirituali, vel quæ intentio necessaria sit? 710. — Simonia mentalis externa constituitur per internam voluntatem, et propositum dandi rem temporalem, ut pretium rei spiritualis, et tanquam ex contractu oneroso, et inducente obligationem, cum opere subsecuto, accipiendi videlicet eodem animo rem spiritualem pro temporali, sive res temporalis intendatur ut finis principalis operantis, sive non, 714. — Quamvis temporale commodum sit principaliter intentum per ministerium spirituale, ut finis operantis, si non intendatur ut pretium, sed sub illa ratione stipendii vera et possibili, non est simonia, etiamsi aliquod aliud peccatum per illam intentionem committi possit. 718

De pactis aut conventionibus quæ possunt constituere simoniam, XIV, 457-346. — An omittatur simonia antidoralem obligationem in pactum deducendo, XVII, 720; XIV, 458-337. — Dare vel accipere rem spiritualem cum illa intentione gratuitæ compensationis, aut e contra, et illam antidoralem obligationem in pactum deduci, est simonia, 459-348. — Dare quodcumque donum, vel obsequium cum spe gratitudinis, et intuitu remunerationis per spirituale donum, ex pura gratitudine obtinendum, et ex hac intentione concepta externum obsequium, vel munus impertire, sine ulla alia obligatione exteriori, nec simoniacum est, nec per se loquendo illicitum, XVII, 722. — Dare beneficium ecclesiasticum, seu spirituale donum benefactori temporali ex gratitudine, et ad satisfaciendum obligationi antidorali inde ortæ, non est simonia, nec per se malum, si in aliis servetur justitia, et reverentia rei spirituali debita. 723

Quando aliquid gratis donatur ante receptum spirituale donum, aut ecclesiasticum beneficium, non est intrinsece malum, nec simoniacum per se loquendo petere animum gratum in recipiente donum, vel obsequium, vel suæ obligationis naturalis recognitionem ab eo postulare; cavendum tamen est propter periculum et speciem pactionis, maxime quando spiritualia, quæ petuntur, habent utilitatem temporalem annexam, 723. — Non est licitum deducere in pactum antidoralem obligationem cum speciali promissione implendi illam, vel non exhibendo donum, aut obsequium temporale, nisi sub conditione, et modo implendi talem obligationem, 726. — Post receptum pure et sine conditione obsequium, vel donum, ex quo nata est obligatio antidoralis, non est simonia dare spirituale, vel ecclesiasticum beneficium, non solum intentione explendi talem obligationem, sed etiam verbis explicando illam intentionem, imo etiam ab alio postulando, ut talem obligationem remittat, quando prudenter existimatur beneficium sufficiens pro ratione obligationis et personæ, 729. — An sit simonia conventionalis deducere in pactum stipendium sustentationis pro spirituali functione, quæ ex officio non incumbit, XVII, 730. — Exigere stipendium sustentationis, etiam præmisso pacto non est simonia. Hæc nunc communiter recepta sententia, 732. — Prædicta regula generaliter, vera est non solum in pauperibus sacerdotibus, sed etiam in divitibus, tam ex temporalibus bonis, quam etiam ecclesiasticis, quando ratione illorum ad tale ministerium non tenentur ex officio. 574

An exigere stipendium pro functione spirituali debita ex officio, vel beneficio, ad veram simoniam conventionalem pertineat, 740. — Temporalia commoda, quæ jure ecclesiastico concessa sunt ministrantibus spiritualia ex officio, juste, et sine simonia exigi possunt, 740. — Quando jure communi prohibentur aliæ exactiones pro ministeriis, vel actionibus spiritualibus, grave peccatum est temporalia stipendia petere pro hujusmodi actionibus, quamdiu tale jus derogatum non est, 742. — Ubi nec approbatur, nec prohibetur jure communi, hujusmodi exactio temporalis numeris in administratione spiritualium, ab his qui ex officio tenentur illa ministrare, nisi fiat ex justa causa publica auctoritate probata, illicita est et injusta, ex simonia saltem præsumpta, 743. — An exactiones temporalium pro spiritualibus, consuetudine possint honestari, ita ut propter solam illam a labe simoniæ conventionalis excusentur? 746. — Doctores conveniunt non omnem consuetudinem in hac parte reprobandam esse, quamvis sæpe iniqua esse possit, et suspicionem habere possit simoniæ, saltem in foro ecclesiastico, nisi ex circumstantiis, et adjunctis præsumptio purgetur, 748. — Difficultas est in explicando quæ consuetudo in præsenti materia pia et honesta judicanda sit, quæ vero reprobanda, 749. — Ad honestandam consuetudinem, vel ejus materiam, necessarium est ut tales conditiones ac circumstantiæ occurrant, quæ non solum veram malitiam ex objecto auferant, sed etiam speciem et suspicionem mali sufficienter purgent, 751. — In hac materia fere æquiparatur statutum consuetudini. 753

An vera simonia saltem prohibita committi possit per gratuitam largitionem sine conventione tacita vel expressa, vel ejus intentione, et consequenter an possit esse simonia realis sine conventionali, 754. — Per legem canonicam potest prohiberi gratuita largitio et receptio ratione spiritualis beneficii, aut ministerii, seu intuitu illius pacta, constituendo contrarium actum in vera specie simoniæ, etiamsi dans, quantum in se est, revera non intendat, nisi ex liberalitate vel gratitudine donare, 756. — Non omnis prohibitio gratuitæ donationis facit actionem simoniacam, sed illa tantum, quæ fit intuitu religionis in tali materia, quæ aliquo modo spectat ad commutationes voluntarias sacrarum rerum, ut tales sunt, cum temporalibus, cum vilipendio et injuria rerum sacrarum. 757

An pactio rei temporalis ad obtinendam spiritualem excusetur a simonia reali et conventionali, propter intentam redemptionem vexationis, XVII, 758. — Prima regula est post jus acquisitum seu obtentum beneficium, aut aliud spirituale donum, non esse simoniam redimere vexationem, quæ pro jure tollendo injuste infertur, vel probabiliter timetur, 759 et seq. — Secunda regula principalis est, nondum acquisito jure, non licere pecunia redimere vexationem, quæ impedit jus acquirendum, sed simoniam committi, si talis redemptio fiat, 767. — De illo qui vexat injuste et impedit, non vero potest conferre, videtur posse generalis regula constitui, non esse simoniam vexationem injustam ab illo redimere etiam ante jus acquisitum, 770. — In beneficiis et officiis ecclesiasticis acquirendis, non licet vexationem redimere ab eo qui potest prodesse, id est, ad quem spectat dare illud spirituale quod acquirendum est; ut, v. g., si sciam electorem me vexaturum eligendo indignum, non licet talem vexationem ab illo redimere, 772. — Quantum extendatur hæc regula in beneficialibus? 773. — An regula patiatur exceptionem in aliquo jure nondum acquisito? 776. — Numquam licet, moraliter loquendo, redimere vexationem, ut determinate et quasi materialiter inducatur elector per pecuniam ad eligendam hanc personam, hoc colore, quod illa sola est digna, vel dignior, 779. — In hac materia, in aliis actibus non beneficialibus, seu mere spiritualibus, non est prohibita semper redemptio vexationis, quando cum spirituali detrimento vexatio fit, privando aliquem injuste actione, aut remedio spirituali sibi debito. 780

Utrum redemptio vexationis circa res spirituales, et maxime beneficia, sit simoniaca. Duabus regulis totam hanc materiam S. Thomas resolvit. Antequam alicui acquiratur jus in episcopatu vel quacumque dignitate, simoniacum esset adversantium obstacula pecunia redimere, XIV, 440-349. — Postquam jus alicui jam acquisitum est, licet per pecuniam injusta impedimenta removere. 441-349

An transactio, seu pactio onerosa ad determinandum litem habeat locum in spiritualibus sine simonia? XVII, 781. — Transactio in qua jus spirituale pro aliquo temporali remittitur, vel retinetur, est mala et simoniaca, 784. — Transactio in materia spirituali non beneficiali cum aliqua compensatione per largitionem, vel cessionem alterius rei, vel juris spiritualis proportionati, non est simoniaca, et idem fieri potest de consensu partium sine auctoritate prælati, quantum est ex vi transactionis, 785. — In materia beneficiali non est licita transactio, etiamsi in ea spirituale pro spirituali transigatur, quando illa propria auctoritate litigantium fit, vel ad arbitrium privatum virorum prudentum, auctoritate autem prælati poterit honestari, 786 et seq. — An vitium simoniæ cadere possit in pontificem, vel ejus curiam, XVII, 795. — In omni materia, in qua simonia committitur contra jus divinum, etiam pontifex peccabit eodem genere peccati, si illam pro temporali vendat, 796. — In hoc conveniunt omnes, XIV, 398-316. — Pontifex summus potest facile vitare simoniæ vitium, etiam si venditiones vel contractus faciat circa res spirituales, qui jure tantum ecclesiastico simoniaci effecti sunt, XVII, 797. — Pontifex

simoniam non incidit in pœnas contra simoniacos latas, etiamsi simoniam, vel contra divinum jus, vel contra humanum committat, 800.—Conveniunt omnes contra divinum jus, non minus in Romana curia quam ubique gentium posse simoniam committi, 800 — Certum est posse ibi committi simoniam contra jus ecclesiasticum inscio et ignorante pontifice. 801

Quomodo inferiores prælati, vel eorum officiales, familiares, aut intercessores apud illos simoniam committant, 802. — De testibus in causa spirituali communis fere sententia est, simoniam committere, si pretium pro testimonio accipiunt. 803

Omnes possunt omnis simoniæ peccatum contrahere, XIV, 398-316. — Clerici omnes, in quocumque gradu sint, a sacerdotio usque ad primam tonsuram, committere possunt simoniam, obtinendo simoniace, seu emendo spiritualia, et ministrando illa, seu vendendo XVII, 809. — Religiosi, ut religiosi sunt, propriis et peculiaribus modis possunt in hoc crimen simoniæ incidere, 810.— Homines laici et in universum omnes homines, etiam infideles, possunt simoniam committere, 811 — Non solum singulæ personæ, sed etiam capitula, seu collegia, quæ personæ mixtæ dicuntur seu mystica corpora, possunt simoniam committere. 813

Pro quibus simoniis nullæ pœnæ impositæ sint. — Omnis simonia in divino judicio punitur, non tamen omnes puniuntur ecclesiastico jure, XVII, 814. — Vera et secura sententia est pro nulla simonia incurri pœnam ipso jure ex parte materiæ, nisi in tribus, scilicet ordine, beneficio ecclesiastico et ingressu religionis, 816.—Simonia pure conventionalis non punitur pœnis juris ipso facto latis contra simoniacos, 820.—An simonia, quæ in permutatione beneficiorum committi potest, et in universum omnis illa, quæ solum est contra prohibitionem Ecclesiæ subjiciatur pœnis contra simoniacos latis. Aliqui negant, maxime quoad pœnas ipso jure latas, 833. — Contrarium pro regula statuendum videtur. 824 et seq.

De pœnis contra simoniacos in jure latis, XIV, 448-355. — Prima est censura excommunicationis et suspensionis ab executione et exercitio ordinum. Secunda est ut quis privetur eo quod per simoniam acquisivit. Tertia, ut pretium restituere teneatur. Assignantur et aliæ pœnæ, nempe infamiæ, depositionis, etc., 449-355. — Simonia pure mentalis, non subjacet pœnis ecclesiasticis. Simonia mere conventionalis, in qua tantum facta est conventio de dando et accipiendo, non subjacet pœnis ipso facto incurrendis ; nec quæ est consummata ex parte ementis, non vero ex parte vendentis, 449-356. — Excipienda est simonia confidentialis, ex qua juxta bullas utriusque papæ Pii IV et V, incurritur ipso facto excommunicatio soli pontifici reservata, 450-356. — Simonia vera et realis, ex utraque completa, pœnis relatis subjicitur, 450-356. — Per quam simoniam realem incurrantur pœnæ, XVII, 838 et seq.—De censuris latis contra simoniam committentes in ordinibus, in ingressu vel professione religionis, et beneficiis, XIV, 450 et seq -357. — Qui beneficium ecclesiasticum simoniace accepit, tenetur jure positivo humano illud quamprimum dimittere cum amissione pretii pro eo dati, in conscientia ante sententiam judicis, 455-361. — Idem dicendum de eo qui simoniam quidem non fecit, sed tamen eo sciente et non contradicente, ab alio pro ipso facta est, 456 361.—Tenetur insuper ad restituendos fructus non solum perceptos, sed etiam eos qui percipi potuerunt a possessore diligenti. 458-363

De censuris vel canonicis impedimentis, quæ propter peccatum simoniæ ipso jure incurruntur. — Per simoniam in ordine, in beneficio et in ingressu religionis incurritur excommunicatio major papæ reservata, XVII, 827 et seq. —Propter simoniam in tribus dictis materiis commissam ipso jure imponitur aliqua suspensio, 830.—Imponitur hæc censura suspensionis ipso jure recipientibus ordines simoniace, 831. — Conferentibus etiam imponitur, 832 et seq. — Solam suspensionem ab executione suorum ordinum incurrit ille qui simoniace ordinatur, 835. — Suspensio ab ordine non incurritur propter simoniam in beneficio, 836. — Irregularitas non incurritur per crimen simoniæ immediate et per se, 837. — Infamia et depositio non incurruntur ipso facto, sed per solam judicis condemnationem. 837, 838

De excommunicatione lata adversus eos qui dant vel recipiunt aliquid ob ingressum religionis, per modum pacti aut conventionis, XVIII, 1537. — De excommunicatione in simoniacos, circa materias alias Ad incurrendam hanc censuram requiritur simonia realis, id est, utrinque completa tam ex parte emptoris quam venditoris, saltem pro parte, 1547. — Ut incurratur præsens excommunicatio, requiritur ut simonia committatur in materia ordinum tam minorum quam majorum, vel beneficiorum, 1548.— Beneficii nomine intelligitur etiam officium prioris, rectoris, etc., 1549 — Subjectum hujus excommunicationis sunt omnes et singuli, cujuscumque gradus, status, conditionis aut ordinis fuerint, qui quomodo libet dando vel recipiendo, simoniam commiserint, aut quod illa fiat, mediatores extiterint seu procuraverint, 1550. — Incurritur excommunicatio, non solum ob simoniam juris divini et naturalis, sed etiam humani seu ecclesiastici, 1550 — Præter excommunicationem omnes simoniace ordinati incurrunt suspensionem ab executione ordinum. 1550

Simonia confidentiæ beneficialis est casus reservatus summo pontifici, XVIII, 1590.—Hujusmodi simonia committitur cum quis alicui confert vel resignat beneficium suum aut ad illud præsentat vel eligit cum certa confidentia et obligatione, ut illud sibi vel alteri, certo ac determinato tempore tribuat, aut ex eodem pensionem vel certam fructuum partem refundat, 1590. — Ex ipsa simoniæ confidentialis descriptione colligitur eamdem contingere, 1° per resignationem ; 2° per collationem ; 3° per electionem ; 4° per præsentationem , nimirum dum resignans, conferens, eligens, præsentans, per pactum tacitum vel expressum, obligat beneficiarium, ut idem beneficium vel fructuum partem sibi vel alteri, fratri, v. g., vel nepoti reddat, 1590.—Ut locus sit pœnis juris, non est necesse ut intentio seu confidentia in pactum expressum deducatur ; sed satis est ut istam intentionem resignans habeat et resignatarius animadvertat, 1591. — Bulla Pii V non prohibetur permutatio, sed solum resignatio; licet permutantes sui ponantur delinquere et simoniam committere, 1592.— Verosimilius committitur simonia confidentialis, a Pio V, prohibita, si resignes alicui beneficium cum onere vel conditione solvendæ tibi pensionis, 1592.—Simonia confidentialis inducit varias juris pœnas, 1593.—Ad incurrendum pœnas, utraque Piana constitutione decretas, satis est simoniam conventionalem, ex parte collatoris resignantis, etc., consummatam esse, licet sit incompleta ex parte recipientis, etc., 1593.—Simonia realis in ordinibus aut beneficiis est casus reservatus Item confidentia, XXII, 831, 832. — An actio sacra, vel collatio beneficii simoniace facta sit valida, et quo jure, XVII, 846. — Actiones et functiones sacræ ratæ et validæ sunt, etiamsi factæ sint simoniace , et suos habent effectus, nisi vel irritabiles sint per Ecclesiam, et lata sit lex irritans illas ; vel habeant effectum , qui per pravam dispositionem seu obicem operantis impediri possit, 847. — Ordinatio simoniace facta rata et valida est quoad substantiam suam , et quoad effectum characteris, 847. — Idem dicendum de omnibus sacramentis, 848 — Idem de consecratione vel calicis, etc., 849. — Actus Ecclesiasticæ jurisdictionis per simoniam facti non fiunt invalidi ipso facto ratione simoniæ, extra provisiones beneficiorum, 849. — Professio religionis per simoniam facta est valida, 849. — Omnis actio jurisdictionis vel administrationis seu juris ecclesiastici, quæ ordinatur ad conferendum officium vel beneficium ecclesiasticum, irrita est ipso facto, et nullum jus vel effectum confert. 851

Acquisitio spiritualium rerum, bonorum aut beneficiorum seu officiorum ecclesiasticorum simoniace facta ex natura rei valida est, et suum habet effectum, nisi per jus ecclesiasticum irrita facta sit, ut in ecclesiasticis beneficiis et officiis factum est. 851

Si res sacræ permanentes simoniace acquirantur, valide acquiruntur, ita ut non teneatur in conscientia ille qui sic eas acquisivit, a se abdicare , vel dimittere aut restituere, 852.—Qui simoniace acquirit jus patronatus, speciali pretio solvendo illud, nihilominus vere illud acquirit, nec tenetur in conscientia ad dimittendum illud, 852.— Idem dicendum videtur de officiis mere temporalibus quæ ex natura rei vendi possent, et jure ecclesiastico prohibentur, 855. — Beneficia ecclesiastica acquisita per simoniam, secluso jure ecclesiastico , et stando in puro jure divino ac naturali, valide acquiruntur , et tuta conscientia retineri potuissent , sine obligatione in conscientia dimittendi illa, vel restituendi fructus usque ad judicis condemnationem, 853.—Acquisitio beneficii ecclesiastici simoniaca ex jure ecclesiastico nulla est , et nullum jus aut verum titulum acquirenti confert, 856 ad 875. — Hæc regula locum habet in omnibus et solis beneficiis ecclesiasticis, 868 et seq. — Collatio per simoniam facta ignoranti ipso facto est nulla ex jure positivo, 865.—Recipiens beneficium vel ordinem simoniace , non privatur ipso facto beneficiis prius rite obtentis, XVII, 875 et seq. — Sed fit inhabilis ad futura. 879

De tertia pœna, nempe restitutione pretii simoniace accepti, XIV, 460 et seq.-364. — Vendens res spirituales et sacras pro pretio temporali , universaliter videtur peccare non solum contra religionem , sed etiam contra justitiam , et ideo teneri jure naturali et divino ad restituendum pretium, 463-367. — Tres casus sunt in quibus ad restituendum non tenetur jure naturali qui simoniace pretium ac-

cepit, 464, in nota-368. — Solv. objectiones, 464 et seq.-368. — Utrum pretium simoniace obtentum ex jure divino et naturali restituendum sit. In simonia reali ex utraque parte restitutio pecuniæ eidem facienda est qui illum contulit, et non pauperibus vel Ecclesiæ, XVII, 881.—Prima opinio absolute et universaliter affirmat vendentem simoniace rem spiritualem, teneri ex jure naturali ad restituendum pretium, 882.—Secunda opinio, quæ est communis canonistarum, negat in universum sequi ex natura rei obligationem restituendi ex venditione simoniaca, 883. — Tertia opinio, distinctione utitur inter simoniam intrinsece talem, vel solum quia prohibitam, et de priori affirmat esse de jure divino restitutionem, de posteriori vero minime, 884.—Duabus regulis quæstio definienda est.—Prima regula : Quoties simoniacus injuste agit, rem spiritualem vendendo, ex divino ac naturali jure tenetur restituere pretium pro tali re acceptum; non formaliter ratione simoniæ, sed ratione injustitiæ, 885. — Committit hanc injustitiam simoniacam, qui pro functione spirituali, ad quam præstandam ex justitia tenetur, pretium exigit, 886.—Prælatus Ecclesiæ, qui vendit beneficia vel officia Ecclesiæ quorum non est dominus, sed dispensator vel distributor, tenetur ex divino ac naturali jure restituere pretium simoniace acceptum, 886.—Qui vendit functionem spiritualem ad quam ex officio vel justitia non tenetur, nihilominus si vendat illam, ut talis est, seu propter effectum spiritualem, quem habere potest, tenetur ad restituendum pretium pro illa acceptum ex vi justitiæ et naturalis legis, 887. — Quoties restitutio simoniaci pretii est facienda ex obligatione mera legis divinæ ac naturalis, ei qui dedit illud facienda est, non aliis, 891.— Objectiones, 891 et seq.

Secunda regula principalis. Aliquando potest simonia committi sine propria injuria vel injustitia commissa contra justitiam commutativam inter vendentem et ementem, et tunc ex natura rei non oritur obligatio restituendi pretium, 897. — Qui habet officium temporale Ecclesiæ tanquam proprium cui est annexum temporale commodum, licet simoniam committat vendendo illud, non obligatur ad restitutionem pretii, 897. — Simonia quam committere potest beneficiarius vendendo suum beneficium, ex sola lege naturæ non obligat illum ad restituendum pretium, si in illo servata fuit debita moderatio, comparatione facta ad emolumentum temporale beneficii, 898. — Monasterium simoniace recipiens aliquem ad religionem, non tenetur ex natura rei ad restituendum pretium, 900. — Qui vendit fundum habens conjunctum jus patronatus, et eo titulo carius vendatur respectu habito ad temporales commoditates, quas secum afferre solet tale jus, et quibus privatur, qui illud in alium transfert non tenetur ad restituendum pretium ex vi naturalis justitiæ, 900. — An simonia mentalis obliget ad restitutionem. — Primo, quando pretium simoniæ sine injustitia accipitur, mentalis simonia non obligat ad restitutionem pretii, 901. — Secundo, quando simonia includit injustitiam, etiamsi mentalis sit, cum opere subsecuto, obligat ad restitutionem ex lege naturali, licet non obliget ex lege ecclesiastica, 902 et seq. — An pretium simoniace comparatum ex jure ecclesiastico sit in conscientia restituendum ante sententiam, XVII, 906. — Prima opinio absolute negat, 906. — Nihilominus dicendum est pecuniam acceptam pro venditione beneficii, seu electionis, aut præsentationis, in foro conscientiæ restituendam esse ante omnem sententiam; unde cum hæc obligatio non sit ex vi solius juris naturalis, concluditur esse ex institutione seu lege ecclesiastica, 907, 908. — Pretium restituendum est Ecclesiæ, 910. — In simonia commissa in ingressu religionis non est obligatio in conscientia restituendi pretium priusquam per sententiam religiosus simoniace receptus a monasterio excludatur, 911. — Pretium receptum in aliis materiis, simoniæ etiam in ordine, non est obnoxium restitutioni in conscientia ipso facto, ex vi ecclesiastici juris, donec per sententiam regitur præcipiatur. 913

De dispensatione circa simoniam, quoad pœnam, XVII, 913. — Nullus prælatus Ecclesiæ infra summum pontificem potest in simonia dispensare, quia omnis simonia lege Ecclesiastica tantum prohibita per ipsos pontifices prohibita est, 914. — Pontifex summus in rigore potest in hoc genere simoniæ dispensare; nunquam tamen id facere moraliter loquendo, 914. — Absolutio cujuscumque excommunicationis propter simoniam incursæ jure ordinario a solo pontifice auferri potest; hæc tamen absolutio intelligitur commissa per illas bullas aut privilegia in quibus conceduntur casus pontifici reservati, nisi in particulari excipiatur, 915. — Nemo præter pontificem potest cum suspenso ab ordine simoniace recepto dispensare, ut ad superiores ordines ascendat, 916. — Idem dicendum de interdicto, 917. — Dispensatio proprie non cadit in irritationem collationis seu obtentionis beneficii, 918.—In inhabilitate ab obtinendum idem beneficium quod fuerat per simoniam obtentum solus papa potest dispensare, si is qui beneficium recipit, simoniam non ignoravit, et ad illam cooperatus est, vel expresse aut tacite consensit. 918

De inhabilitate ad alia beneficia, 919. — An in restitutione pretii simoniace accepti possit papa dispensare, 920.— Conferendo beneficium simoniaco, papa censetur cum eo dispensare, si scienter conferat illi beneficium, 921. — Papa vendens alicui beneficium, et committens cum illo simoniam, censetur cum illa dispensare. 921

Praxis dispensationis cum simoniacis simonia reali, XIX, 355 et seq. — Praxis dispensationis cum confidentiariis, 366 et seq. — Praxis dispensationis cum simoniacis et confidentiariis occultis, 366 et seq. Praxis formulæ absolutionis et dispensationis cum simoniacis. 371 et seq.

Simoniaci, seculi primi hæretici. V, 29 et seq.

Simplicitas exclusio est compositionis : compositum autem dicitur quod ex pluribus resultat. Duplex est simplicitas : physica una, altera metaphysica; ex varia compositionis notione accurata haberi potest diversorum simplicitatis specierum idea ; contrariorum quippe contrariæ sunt rationes et ideæ, VII, 118. *Vid.* Compositio.

Simulatio est fictio qua quis per exteriora signa factorum vel rerum significat contrarium ejus quod in eo est. — Virtuti veritatis directe opponitur; siquidem omnis simulatio mendacium est, non omnis simulatio est hypocrisis, sed solum illa qua quis simulat personam alterius sicut cum peccator simulat personam justi, XI, 774. — Simulatio humilitatis major superbia est, 775. — Non est mentiendum ut superbia vitetur. 775

Simultaneo. A simultaneo seu ab idea rei demonstratio ea est in qua existentia alicujus entis probatur per quædam attributa magis nota, quæ soli illi enti convenire posse demonstrantur, II, 173. — Est demonstratio rei per sui attributum, VII, 10; VIII, 61, in nota.

Sobrietas generatim sumpta significat animi moderationem, sive statum mentis sibi præsentis, et nulla passione aut perturbatione a mensura deficientis, XI, 1241. — Specialis est virtus, cujus speciale objectum est moderatio in potu qui ebrietatem causare potest, 1242.—Sobrietatis præcepta dat Spiritus sanctus. 1099

Societas generatim est pactum de communi fine obtinendo.— Societas de qua hic agitur est conventio qua in commune mittuntur res quælibet pretio æstimabiles ut lucrum percipiatur.—Societas in genere est contractus quo duæ vel plures personæ conveniunt de rebus quibusdam in communi ponendis ad faciendum lucrum quod postea dividetur juxta rationem contributionis, XVI, 676.— Alia definitio, 904. — Societas definitur : Conventio duorum vel plurium conferentium in unum pecuniam, industriam, laborem, ad lucrandum in negotiatione honesta, XIV, 1062-839.—De natura societatis, XVI, 904 et seq. — Societas ad commercium potest esse vel nomine collectivo; vel gallice, en *commandite*, vel eodem sermone *anonyme*, art. 18 cod. com. 676

Societas tribus potissimum modis iniri potest. Primo, ut socii per omnia singuli conferant æqualiter; secundo, ut unus ponat totam pecuniam, alter totam industriam; tertio, ut qui adhibet totam industriam, ponat etiam aliquam partem pecuniæ et capitalis, XIV, 1062-839. —De honestate societatis, XVI, 906 et seq. — Contractus societatis est licitus, positis quibusdam conditionibus, 676, 677. — Ad justam societatem sequentes requiruntur conditiones. Prima, ut negotiatio sit licita; secunda, ut lucrum et damnum ex ipsa societate proveniens, sit commune ac dividatur secundum æstimationem et proportionem eorum quæ singuli contulerint : tertia, ut qui deponit pecuniam subeat illius periculum, sicut alter subit jacturam operarum, XIV, 1062 839. — Quænam sint jura et obligationes sociorum, XVI, 677. — Qua ratione dividenda sint lucra et damna in societate, 678. — Quandonam præcise periculo societatis est res in societate collata, 678. — Quomodo cesset societas. 679

De pactis societati adjici solitis, 909 et seq.—Aliquando societati accedit alius contractus, nempe assecuratio vel sortis, vel lucri, vel utriusque simul, 679.—Licitus est contractus societatis cui accedit assecuratio lucri, non assecuratio capitali, 679. — Licitus est contractus societatis cui accedit assecuratio sortis et lucri, si fiat cum diversis personis; item si fiat successive et bona fide cum eadem persona; secus vero si fiat simultanee cum una et eadem persona, 680 et seq. —De triplici contractu, 681; XIV, 1063-838

De societate quæ fit ex animalibus, 1063 et seq.-841 — Societas animalium definitur : Contractus quo quis tradit alteri certum numerum animalium, ad ea custodienda, pascenda et curanda et quibusdam conditionibus de quibus inter eos conventum est. Tradens dicitur *bailleur*, et ac-

cipiens *preneur*, XVI, 683. — Quadruplex potissimum distinguitur species societatis animalium : 1° Le cheptel simple ou ordinaire ; 2° le cheptel à moitié ; 3° le cheptel donné au fermier ; 4° le cheptel donné au colon partiaire. Quibus addenda est quinta species improprie dicta cheptel, 683. — Quænam sint regulæ illarum societatum, 683. — Licitæ sunt hæ societates, modo servetur æqualitas, 683. — In societate duorum, communis administratio locum habere non potest, nisi penes alterutrum major negotia dirigendi facultas constituatur, XVI, 832. — De homine in societate constituto. VI, 862. *Vid.* Homo.

Quædam est inter homines et Deum societatis communio : cives nos sumus magnæ reipublicæ, cujus rector est et gubernator Deus.— Universus hic mundus, ait Cicero, una civitas deorum atque hominum existimanda est. II, 436

Sociniani, hæretici sæculi decimi sexti, appellationem et prava dogmata traxerunt a germino Socino. — Ubi insque errores præcipui, V, 101. — Socinianorum methodus est veluti illatio e protestantium systemate deducta. II, 917 ad 920

Sodomia est coitus inter personas ejusdem sexus, ut dum commiscentur mares inter se, aut mulieres inter se. Est gravissimum et turpissimum, XIV, 752 594.—Sodomia nefarium et abominandum præposteræ libidinis crimen est, quo personæ ejusdem sexus carnaliter copulantur et commiscentur, uno turpiter agente, altero turpiter patiente, XI, 936. — Quidam distinguunt sodomiam proprie dictam ab actu sodomitico, XIV, 753-593. — Quæstio magna est in quonam actu consistat sodomia. Alii tenent consistere in concubitu ad indebitum vas, alii in concubitu ad indebitum sexum. Utraque sententia est probabilis, et in utraque cernitur specialis difformitas quam habet sodomia contra naturam. Secunda sententia est probabilior. — Vera et propria sodomia committitur in accessu ad personam quacum nullo modo generatio fieri potest, XXII, 998, *in nota*.

Perfecta dicitur quæ est congressus maris cum mare, vel fœminæ cum fœmina ; imperfecta, quæ est congressus viri cum fœmina, sed extra vas naturale. 832

Sodomia gravius peccatum est pollutione simplici, et inordinato concubitu, XI, 1006. — Stupratoribus puerorum, nec in fine dandam esse communionem, decrevit Illiberitana synodus. 1009

Peccatum sodomiticum aliud alio gravius est, 1009. — Clericis in sodomiam lapsis, vel qui se diu ac frequenter ad pollutionem soli excitarunt, vel cum aliis longo usu, vel cum pluribus, brevi licet tempore, se contaminarunt, confessarii in sacro pœnitentiæ tribunali prohibere debent ne suorum ordinum functiones exerceant, et ad altiores gradus ascendant ; laicis vero sacrorum ordinum susceptio debet interdici ; nec alia conditione concedenda ipsis est absolutio. 1010 et seq.

Sodomia est peccatum reservatum, XXI, 832. — Exprimendum est in confessione, num scelus illud cum propria uxore commissum sit, 832 ; XVIII, 1208 et seq.—Reflexiones, 1201. — Corollaria. 1212

Ex copula sodomitica non oritur affinitas. Impedit tamen matrimonium propter criminis enormitatem. XXV, 572

Solemnitates veteris legis, XV, 159. — Solemnitas continua erat oblatio jugis sacrificii, 163. *Vide* Festa.

Solertia præstat ut media per semetipsum intellectus facilius inveniat ad finem consequendum aptiora, XI, 397. — Solertia est facilis et prompta conjecturatio circa inventionem medii. 1206

Solidaritas. Obligatio solidaris seu in solidum ea est qua singuli cooperatores tenentur restituere pro cæteris cooperatoribus qui nolunt aut nequeunt restituere, salvo tamen eorum recursu contra illos qui primario aut æqualiter ad restitutionem tenentur. XV, 920, 930

Duplex est obligatio solidaris, alia inter creditores, alia inter debitores. Obligatio est solidaris inter creditores, quando unusquisque ex pluribus creditoribus totum debitum exigere potest, ita ut solutio uni eorum facta liberet debitorem. XVI, 580

Obligatio est solidaris inter debitores, quando creditor totum debitum exigere potest ab unoquoque ex pluribus creditoribus, adeo ut solutio ab uno eorum præstita cæteros liberet, 581. — Præcipui effectus solidaritatis inter creditores. 581

Præcipui solidaritatis effectus inter debitores considerari possunt vel quoad creditorem vel quoad debitores, 581. — Solidaritas non præsumitur, ac proinde locum non habet, nisi hoc expresse conventum vel lege cautum fuerit. 581

Quandonam damnificantes in solidum, seu loco aliorum cooperatorum qui restituere nolunt aut nequeunt, restituere teneantur, XV, 930. —Qui sua cooperatione physica vel morali aliquid cæteris cooperatoribus addunt audaciæ, etc., tenentur in solidum ad restitutionem totius damni. 931

Qui sua participatione nihil addunt animi, etc., adeo ut se habeant relative ad executionem damnificativam proinde ac si non essent, probabiliter non tenentur in solidum ad restitutionem totius damni. 931

Quandonam damnificatores sua cooperatione physica vel morali aliquid cæteris cooperatoribus addunt audaciæ, etc., adeo ut ipsi censeantur motores efficaces totius damni, hæc regula generalis affertur : cooperatores sunt vere motores efficaces aliorum quando erga illos funguntur munere vel mandantis, vel consulentis, vel consentientis, vel palponis, vel receptantis. 932

Quando plures tenentur in solidum, num unusquisque teneatur restituere totum, si dubium sit an socius restituerit, XXII, 971, 972, *in nota*.—An excusentur a culpa et restitutione ii qui cooperantur aliquo modo ad illationem damni, ob metum gravis detrimenti, 972 et seq., *in nota*.— Quomodo et quo ordine novem cooperatores una cum executore damni, teneantur ad illud restituendum, XIV, 937 et seq.-740 ; XV, 932 et seq.

Solidum. Teneri ad restituendum in solidum est obligari in totum, seu ad integrum damnum reparandum, XIV, 937-740. *Vid.* Solidaritas.

Sollicitudo nimia rerum temporalium est vitium veræ prudentiæ oppositum. Definitur studium quoddam adhibitum ad aliquid consequendum, XI, 1210. — Quot modis illicita fiat, 1210. — Labor exercendus est ; sollicitudo nimia et immoderata tollenda. 1211

Sollicitudo futurorum est nimis anxia mentis occupatio circa futura, ne scilicet temporalia desint. Intempestiva et nimia de futuris eventibus, et cum defectu fiduciæ in divinam Providentiam sollicitudo duntaxat damnanda est. 1211

Sollicitudo avaritiæ filia est nimia anxiæque animæ occupatio circa temporalia vitæ subsidia, ne forte in futurum desint. XI, 868

Sollicitudo lethale peccatum est, cum finem ultimum in rebus temporalibus quis constituit, et terrenis curis ita se immergit, ut æternæ salutis suæ curam abjiciat, vel cum divinæ Providentiæ diffidit. 894

Sollicitudo temporalium etiam ea quæ non repugnat fini charitatis veniale peccatum est, si superflua sit et anticipata. 896

Sollicitudo quæ ad prudentiam pertinet, in hoc consistit, quod aliquis ex quadam solertia animi velox sit ad prosequendum ea quæ sunt agenda. XI, 402

Solutio est præstatio rei debitæ. Omnis solutio supponit rem solutam esse debitam, XVI, 583. — Solutio præstari potest sive a debitore, sive ab alio quocumque, modo is agat nomine debitoris, 583.— Solutio fieri potest ipsi creditori, et ei cui creditor vel lex, vel judex causam dedit ad accipiendum, 584. — Valet solutio, si recusante creditore, res isti realiter oblata consignetur, seu remittatur ei qui præpositus est arcæ depositorum et consignationum, 584. — Quomodo solutio fieri debeat. 584

Somnia, quæ nihil ordinarie sunt, nisi confusæ quædam cognitiones ex occasione motuum cerebri ortæ, ad futura et occulta divinanda adhibentur, XIX, 1042.— Deus iis quandoque usus est ut hominibus, vel futura præmonstraret, vel arcana reseraret, 1042. — Dum somnia sint a Deo, iis fidem indubiam habere tenemur, si id certo constet aut certo putetur, 1042. — Divinatio superstitiosa per somnia. Dupliciter accidere potest, primo ex revelatione dæmonum ; secundo, ex tacita cum dæmone conventione et societate, XIV, 98-79. — Considerandum est quæ sit causa somniorum ; et an possit esse causa futurorum eventuum, vel ad cognoscendum illos conducere. — Causa interior duplex est, una animalis, altera corporalis.—Duplex etiam exterior, corporalis et spiritualis, 98-79. — Discernere somnia divina a diabolicis viri prudentis et confessarii sapientis judicio relinquitur, observatis duabus regulis ; primo, considerandum est ad quid somnium impellat ; secundo, si post somnium animus sit turbatus, minus dispositus aut promptior ad pia opera, 99-89. — Semper magna opus est prudentia et discretione spirituum, *ibid* — Si quis utatur somniis ad præcognoscenda futura, secundum quod somnia procedunt ex revelatione divina, vel ex causa naturali intrinseca vel extrinseca, quantum potest se virtus talis causæ extendere, non erit illicita divinatio, 100 81. — Quidam excusant a peccato, saltem mortali, eum qui ex ignorantia et simplicitate sine pertinacia erraret, fidem somniis adhibendo, 101-81. — Cum divinatio per somnia sit per media natura sua improportionata, et superstitione diabolica originem trahat, graviter peccat, et tacitam cum dæmone pactionem init qui variis modis somnia procurat, ut inde futurorum cognitionem hauriat, XIX, 1043. —

Oneirocritica dicitur divinatio, quæ ex somniis occulta perquirit. XIV, 90-73

Sortes proprie sunt actus humani consulte et serio facti a nobis ut eorum eventu considerato aliquid occultum innotescat, XIV, 103-83. — Si quæratur judicio sortium quid cui sit adhibendum, sive sit honor seu dignitas, seu pœna aut actio aliqua, vocatur sors divisoria; si inquiratur quid oporteat agere, et per humanam prudentiam dubitatio vinci nequeat, si sors loco consilii tunc succedat, vocatur sors consultoria. — Si inquiratur quid sit futurum, vocatur sors divinatoria, 103-83. — Sortium eventus expectari potest a triplici causa, a cœlo, a fortuna, a spiritu dirigente. —Sortes in actibus humanis multipliciter fieri solent, 103, 104-83.— Uti sortibus, non est ex genere suo malum, sed solum ex adjuncta irreligiositate, aut injustitia, aut imprudentia; secus admixta religione, prudentia et pace, 104-83. —Sors divisoria est licita positis debitis conditionibus, 106-85. — Quatuor recenset S. Thomas; prima est, ut non fiat absque necessitate; secunda, ut non fiat nisi cum magna reverentia et præmissa oratione; tertia, ut non fiat sortilegium ex vano aut profano fine; quarta, ut non fiat in electionibus ecclesiasticis. 105-84; XXII, 1123

Sors consultoria easdem exigit conditiones, et vix in praxi est licita. — Sors divinatoria est illicita, utpote dæmonum societati innixa; et ideo est peccatum mortale ex genere suo superstitionis contra religionem quandoque etiam injustitiæ, XIV, 106-83. — Vid. Sortilegium.

Sortilegium generaliter sumitur pro magia, ita ut quamlibet magicam superstitionem significet, XVIII, 1122, 1135. — Speciatim et stricte sumitur pro inquisitione occulta veritatis per usum sortium, 1122.—Numeratur triplex: divisorium, consultorium, divinatorium, 1122. — Sortilegium, divisorium per se loquendo non continet peccatum vel vitium, nisi forte vanitatis, 1122. — Sortilegium, quo explicite vel implicite ad dæmonis auxilium, seu consilium recurritur est peccatum mortale, ut cum quis per sortes inquirit quis furtum commiserit, XIV, 106-83.— Sortilegium est casus reservatus, XXII, 1125. — Reflexiones, 1126 et seq. — Corollaria, 1129.— Ille tantum usus sortium reservatur cui præest diabolus ex pacto tacito, vel expresso, 1237. — Vid. Sortes.

Spadones etiam carnalis concupiscentiæ stimulis urgentur. — Pudicitiæ amore suum corpus evirare est grande facinus. I, 959, in nota.-740

Spatium est abstracta idea extensionis corporeæ, II, 223. — Infinitas spatii est infinitas potentialis, seu capacitas accipiendi incrementa; non est absoluta et actualis, nec existit extra mentem, 223.—Spatia imaginaria extra mundum nihil sunt: ea appellat S. Augustinus mira delirantis imaginationis figmenta, VII, 145. — Spatium imaginarium non potest esse aliquid reale, XXIII, 187. — Spatium nostrum dici solet spatium reale, quia repletum est corporibus, 188, 189. — Extra mundum nullum est spatium. VII, 146

Spatulomantia est divinatio ex quibusdam signis in spatula alicujus animalis apparentibus. XIV, 90-73

Species. Vid. Accidentia.

Quæ sint species impressa et expressa, VII, 210 et seq.

Specificatio dicitur confectio alicujus novæ speciei ex aliena materia. XV, 861

Spectacula. De piis variarum olim gentium spectaculis, XXVII, 360 et seq. — Dramata absurde contexta, 372 et seq. — Festivitas asini. 380

Spes. Spei non eadem semper est in sacris libris acceptio. Generatim sumitur pro expectatione rei futuræ, sive bonæ sive malæ; magis proprie sumitur pro expectatione boni futuri; propriissime sumitur pro expectatione boni futuri ardui et sensibilis, et sub hac ratione est passio animi; sumitur demum pro expectatione boni supernaturalis, XIII, 1297-1024, 1025. — Spes ut est passio appetitus irascibilis, est motus appetitus tendens in bonum futurum difficile et arduum, adeptu tamen possibile, XI, 1176.—Circa objectum spei quatuor sunt conditiones: primo, ut sit bonum; secundo, ut sit futurum; tertio, ut sit arduum; quarto, ut sit possibile adeptu, XIII, 1298-1025. — Sine amore vel desiderio spes non est, et ex amore veluti a causa exoritur, 1298-1025. — Spes est virtus theologica, qua erigitur animus ad sperandum a Deo æternam beatitudinem ejus auxilio obtinendam, 1299-1026.— Est virtus per quam certa cum fiducia in meritis Christi et Omnipotentis auxiliis, vita æterna expectatur, 1059-856. — Spes differt a charitate. 1038, 1060-856, 857

De objecto spei theologicæ. Objectum formale quod spei est ipse Deus tanquam nostrum summum bonum obtinendum: objectum formale quo est ipse Deus omnipotens auxiliator, cui innititur spes nostra, XIII, 1058-833.—Sola beatitudo æterna est objectum formale spei; objecta creata sunt tantum objecta materialia et secundaria, 1058-858.— Objectum spei theologicæ aliud primarium et principale est, aliud secundarium et instrumentale. Primarium est bonum divinum, seu felicitas æterna, quæ a Deo non distinguitur; cætera vero ad objectum spei secundarium pertinent. 1300 et seq.-1027

De ratione formali sub qua spes proprium attingit objectum, non eadem est apud omnes opinio, 1302-1028.—Thomistæ illam collocant in Dei omnipotentia, auxiliante nos ad assequendam beatitudinem, 1303-1028.— Alii asserunt bonitatem divinam relative ad nos seu Deum ut nobis bonum, esse objectum formale spei, 1304-1029. — Ad actum spei eliciendum tria concurrunt: divina bonitas relative ad nos, omnipotentia et fidelitas Dei, 1305-1030. — Motivum formale primarium spei theologicæ est omnipotentia Dei ex sua misericordia gratiæ auxilia elargientis. — Motivum secundarium in suffragiis sanctorum, in ipsis imprimis meritis Christi, ac etiam in nostris fundatur, queis velut mediis Deus auxilians perducit nos ad beatitudinem, 1305, 1310 et seq. 1030, 1031, 1033. — Consectaria motiva spei christianæ.-III, 330 et seq.—Fides præcedit spem, et spes charitatem, XIII, 1308-1032. — Spes pertinet ad amorem imperfectum, qui est amor concupiscentiæ ordinatæ, 1308-1033. — Amor spei differt ab amore charitatis, 1309-1034. — Reflexio S. Bernardi de spe. 1312 et seq.-1036

De subjecto et aliis spei theologicæ conditionibus. — Spes theologica una quidem est specie virtus; dividitur tamen accidentario in spem formatam, seu cum charitate sanctificante conjunctam, ut est in justis, et informem, seu a charitate sejunctam, quæ est in peccatoribus, XIII, 1313-1038.— Spei subjectum est homo baptizatus. — Spes non manet in beatis, nec in damnatis, sive quoad actum, sive quoad habitum. 1316-1039

Spei præstantissima est certitudo, 1317, 1332 et seq.-1040, 1052. — Nemo tamen de æterna sua salute in hac vita securus est nisi per divinam revelationem id alicui notum fiat. 1318-1040. — Spes nostra cum timore conjuncta, certissima tamen ac firmissima est. 1318, 139-1041

Spes christiana in omni statu vitæ præsentis est necessaria. Errores quietistarum. 1319 et seq.-1041

Non datur perfectionis status in quo actus spei theologicæ locum non habeat, aut non sit necessarius, 1325 et seq.-1044. — Spes est necessaria tum necessitate medii, tum necessitate præcepti, tam naturalis quam divini, quod ut affirmativum aliquando et per se et per accidens obligat, 1325 et seq.-1046. — Dari potest status perfectionis in quo justus, omnes suos actus spei non eliciat nisi imperante charitate et sub illius influxu. 1238 et seq.-1048

Consectaria, 1330-1050— Reflexio 1332-1052

Est præceptum speciale affirmativum de speranda beatitudine supernaturali, et de eliciendis actibus spei theologicæ, obligans fideles directe et per se ac ratione sui, 1060 et seq.-837.— Pluries in vitæ decursu eliciendi sunt actus spei, 1062-839.— Præcepto affirmativo jungitur præceptum negativum vetans actum contrarium spei, et obligans semper et pro semper, 1062-839. — Contra spem per defectum peccatur desperando, per excessum incidendo in præsumptionem, 1063-839. — De desperatione, 1063 et seq-839. — Vid. Desperatio. — De præsumptione, 1070-845. — Vid. Præsumptio.

Spiritus non est extensus, II, 220, 226. — Spiritus est suo modo in loco per actuale suæ virtutis exercitium. VI, 817

Spiritus sanctus non est accidens aut mera Dei efficacia; sed vera ac proprie dicta persona, VIII, 496. — Probatur, 1° ex locis Scripturæ sacræ, 106, 131, 496; — 2° ex actionibus personarum SS. Trinitatis propriis, 496; — 3° ex locis ubi Spiritus sanctus una cum Patre et Filio veris utique personis conjungitur, 498, — 4° ex locis ubi Spiritus sanctus a donis spiritualibus distinguitur, tanquam eorum fons, auctor, principium ac causa, 498; — 5° iis omnibus momentis quibus ostenditur Spiritum sanctum esse Deum, 498.— Objectiones. 499

Spiritus sanctus est persona divina Patri et Filio consubstantialis. Argumenta primi ordinis, e Scripturarum auctoritate. Arg. I, e nominibus et natura Dei, 500; — II, ex attributis divinis, 502; — III, ex operibus Deo propriis, 503; — IV, ex cultu ipsi debito, 504. — Argumenta secundi generis, ex traditione. Arg. generalia, ex variis Ecclesiæ consuetudinibus, et ejus judicio, 504. — Arg. specialia, ex disertis Patrum testimoniis, 506. — Objectiones e Scriptura, 507,— E Patribus, 508,— E ratione. 510

Spiritus sanctus est verus Deus, Patri et Filio æqualis, VI, 298 et seq. — Divinitas Spiritus sancti ex liturgiis contra Macedonianos probatur, V, 287. — Spiritus sanctus a Patre et Filio procedit, VI, 299. — De processione Spiritus sancti disputatio, V, 406; VIII, 636. — De origine et

progressu hujus controversiæ, 627. — 1° Ex Scripturis ostenditur Spiritum sanctum procedere a Filio, contra Græcos, 630, 631, VI, 406. — 2° Idem probatur ex conciliis, 409, VIII, 637; — 3° Ex patribus græcis et latinis, 632, VI, 413. — 4° Solvuntur argumenta Græcorum, 419 et seq. — Demonstratur recte factam additionem Filioque, 422. — Solv. objectiones Græcorum, 423. — Concluditur disputatio divino testimonio, 424. — Spiritus sanctus a Filio non distingueretur, si ab ipso non procederet, VIII, 641. — Recte addita est symbolo vocula Filioque, 644. — Quandonam hæc additio, Filioque, facta sit. Variæ sunt opiniones, 650. — Hæc vocula non est a concilio Constantinopolitano in symbolum inserta, 651. — Ineunte quinto sæculo, hoc vocabulum ab Hispanis in proprias fidei professiones inferebatur. Additio et decantandæ additionis consuetudo ab Hispanis ad Gallos et Germanos octavo saltem sæculo manaverunt, 652. — Nono ineunte sæculo, neutrum erat in usu Romæ. Sub finem ejusdem sæculi, sedes apostolica additionem istam in symbolum admiserat, 653. Sub Gregorio X in concilio Lugdunensi, anno 1274, hæc additio utriusque Ecclesiæ consensu probata est. 654

Pater et Filius sunt unum Spiritus sancti principium, 654. — Dici potest Spiritum sanctum a Patre per Filium procedere. 656, in nota.

De tertia Trinitatis persona fides divina docet: 1° Spiritum sanctum esse verum Deum; 2° veram personam a Patre et Filio distinctam; 3° Patri et Filio consubstantialem; 4° ab æterno a Patre et Filio conjunctim essentiam divinam accipere, seu a Patre Filioque procedere; 5° Spiritum sanctum esse cum Patre et Filio adorandum, VI, 955, 956

Cur Christus ex Spiritu sancto conceptus dicitur, 154 et seq. — Cur Spiritus sanctus non sit Pater Christi, cum Christus ex Spiritu sancto sit conceptus. 160

De variis nominibus Spiritus sancti. Dicitur amor, charitas, vinculum, etc., VIII, 624. — Quid proprie significet nomen Spiritus sancti, VI, 285. — Cum nomen spiritus corporalis in rebus, ex quibus ad divina translatum est, impulsionem quamdam et motionem significet; cum aliunde proprium sit amoris ut moveat et impellat voluntatem amantis in amatum, tertia SS. Trinitatis persona, quæ a Patre et Filio procedit, ut Amor, ut Charitas, ut Communio ineffabilis utriusque, recte Spiritus appellatur, 286. — Diversa nomina Spiritui sancto in S. Scriptura tribuuntur, 291. — Donum etiam appellatur Spiritus sanctus. 292

De missione Spiritus sancti. — Probabilius est S. Lucam locutum fuisse de Pentecoste judaica, non de christiana quæ nondum erat instituta ut distincta a judaica, VIII, 1470. — Spiritum sanctum bis apostolis suis dedit Christus, post resurrectionem suam et post ascensionem, VI, 297. — Quia denario numero lex decem præceptis constans significatur, Spiritum sanctum decimo post ascensionem suam die Christus in Ecclesiam suam misit, ut legem per gratiam sancti Spiritus impleri demonstraret, 297. — Spiritum sanctum jam habebant in se manentem discipuli Christi; sed visibili modo in homines missus non fuerat, neque cum ea spiritualium donorum copia effusus ac datus, 298. — Effectus missionis Spiritus sancti fuerunt: 1° augmentum gratiæ sanctificantis; 2° septem dona Spiritus sancti; 3° duodecim fructus ex his donis promanantes, VIII, 1472. — Per dispertitas linguas, intelliguntur linguæ velut igneæ supra singulorum capita, 1472. — Donum linguarum sic fuit collatum singulis apostolis, ut et variis linguis loquerentur, et etiam, quandoque una lingua loquentes, a variarum nationum populis audirentur, 1475. — Spiritus sanctus in specie linguarum ignearum apparuit et supra singulos sedit; qui in columbæ specie supra Christum descenderat et manserat. Verus fuit ignis in forma linguarum dispertitus, vera columba, VI, 298. — In igneis linguis apparuit Spiritus sanctus, ut illius operatio propria designaretur, 299. — In specie linguarum advenit, 1° ut singulis apostolis orbis terrarum regiones docendas veluti distribueret; 2° ut terrarum orbem in unitatem fidei congregaret; 3° ut donum ipsum linguarum apostolis a Spiritu sancto datum hoc signo demonstraretur, 300. — Non solum apostoli, sed omnes qui erant in cœnaculo, centum fere viginti, acceperunt donum linguarum et alios effectus Spiritus sancti, VIII, 1475. — De effusione donorum Spiritus sancti, et eorum in Ecclesia continuatione, III, 214-224. — Mittitur invisibiliter Spiritus sanctus, non tantum secundum dona, sed etiam secundum substantiam, VIII, 607. — Spiritus sanctus non est ipsa charitas et sanctificans gratia. 607 et seq., in nota

De donis Spiritus sancti. — Dona definiuntur a S. Thoma: perfectiones hominis, quibus disponitur ut bene sequatur instinctum Spiritus sancti, prima secundæ quæst. 68. — Donum Spiritus sancti est habitus supernaturalis, quo homo disponitur ad accipiendas extraordinarias Spiritus sancti motiones ad propriam salutem, X, 64, 1463-32, 1155. — Necessaria est Spiritus sancti motio, ut habitus virtutum infusarum in actum prorumpant, 1464-1156. — Dona sunt habitus a virtutibus distincti, 1464-1156. — Dona quæ conferuntur cum virtutibus theologicis iisdem virtutibus sunt inferiora, 1465-1156. — Quæ conferuntur cum aliis virtutibus, sive intellectualibus, sive moralibus, præstantiora sunt, 1466-1157. — Septem numerantur dona Spiritus sancti, nempe donum sapientiæ, intellectus, scientiæ, consilii, pietatis, fortitudinis et timoris. Quatuor priora perficiunt rationem; tria posteriora, voluntatem, 64, 1466-32, 1157. — Quomodo probatur septenarius ille donorum numerus. — Quomodo se habet quodlibet donum ad virtutem cui respondet, 1466, 1467-1157. — Quomodo octo beatitudines conveniunt cuilibet dono, 1470-1160. — Omnia dona infunduntur in justificatione. 1471-1161

I. De dono sapientiæ. — Donum sapientiæ est rectitudo judicii tam in contemplatione divinorum, quam in ordinatione rerum humanarum, secundum divinas regulas, quantum necessarium est ad salutem. S. Thomas. — Donum sapientiæ positum est in cognitione et delectatione summi boni, id est, Dei. «Sicut nemo, ait S. Aug. Enchir., cap. I, a se ipso esse potest, ita etiam nemo a se ipso sapiens esse potest, sed ab eo illustrante, de quo scriptum est: Omnis sapientia a Deo est; hominis autem sapientia pietas est.» Vere igitur sapiens est ea sapientia, quæ donum est Spiritus sancti, qui uni Deo vacat et studet, in eumque fertur sincero affectu, totam fiduciam ac spem in illo collocans, et ipsum ex toto corde, tota anima, tota mente, tota virtute diligens, præterea nihil amans nisi Dei causa, omnia ad illius gloriam referens. Quæ sapientia plena est suavitatis. Pudica est, quia vitat corruptelas peccati. Pacifica, quia constituit ordinem in hominis animo: pax autem est tranquillitas ordinis, ait S. Aug. Modesta, modum in omnibus tenet. Suadibilis, in aliorum monitis acquiescit. Bonis consentiens, plena misericordia et fructibus bonis, non judicans, sine simulatione. S. Jacob. III, 17. «Sobria sapientia est, ait S. Bernardus, in pœnitudine peccatorum, in contemptu præsentium commodorum, in desiderio futurorum præmiorum. Invenisti plane sapientiam, si prioris vitæ peccata defleas; si hujus sæculi desiderabilia parvipendas; si æternam beatitudinem toto desiderio concupiscas.» — Huic sapientiæ opponitur sapientia hujus mundi terrena, animalis, diabolica. «Prudentia carnis dicitur, cum anima pro magnis bonis temporalia bona concupiscit. Quamdiu appetitus talis inest animæ, implere non potest quæ lex jubet. — Anima cum inferia appetit, prudentiam carnis habere dicitur; cum superiora, prudentiam Spiritus.» S. Aug. — Huic Spiritus sancti dono opponitur hebetudo cordis, et stupor spiritualis sensus. Quæ longe miserabilior stultitia est ea quæ ex naturalibus causis oritur. Hæc enim inde nascitur quod «homo sensum suum rebus terrenis immergit, ex quo redditur ineptus ad percipienda divina. Talis stultitia est peccatum.» S. Thom. Est etiam pœna peccati, præsertim luxuriæ. Est denique peccati causa. Ad stultitiam enim pertinet fastidium Dei et donorum Dei. Unde illius duæ veluti partes, scilicet odium Dei et desperatio futuri sæculi.

II. De dono intellectus. — Illud donum est lumen supernaturale, quo mens hominis justi ad divina capienda a Spiritu sancto illustratur. Sive est illustratio mentis circa æstimationem rectam de ultimo fine, S. Thom. — Hoc donum ad rectam Scripturæ sacræ intelligentiam necessarium est. Hoc dono carent hæretici; caruerunt philosophi subtilissimi et facundissimi oratores, quia merces est fidei. Eo instructi sunt justi ex fide viventes. — «Si prius cognoscere et deinde credere vellemus, nec cognoscere, nec credere valeremus. — Gradus pietatis est fides, fidei fructus intellectus. — Fides meritum est, intellectus præmium. Errat quisquis putat veritatem se posse cognoscere, cum adhuc nequiter vivat. Nequitia est autem mundum istum diligere, et ea quæ nascuntur et transeunt pro magno habere; et ea concupiscere, et pro his laborare ut acquirantur; et lætari, cum abundaverint; et timere, ne pereant; et contristari cum pereunt.» S. Aug. — Quamvis homines justi et Deo grati hebetudinem pati possint circa aliqua, quorum cognitio non est ad salutem necessaria, circa ea quæ sunt de necessitate salutis, sufficienter instruuntur a Spiritu sancto. — Donum intellectus, illuminans tenebras cordis, et lucem divinæ misericordiæ et copiosæ miserationis infundens, pugnat contra contemptum qui ex peccandi consuetudine oritur.

III. De dono consilii. — Donum consilii est, quo prompti reddimur ad bene deliberandum et judicandum quid in rebus difficilioribus, præsertim inopinatis, ad salutem pertinentibus, aut Dei gloriam promoventibus, optimum sit factu. Sive est habitus supernaturalis quo ratio a Spiritu sancto movetur, vel instruitur de agendis. Per donum con-

sibi homo dirigitur, quasi consilio a Deo accepto. S. Thom. — Hoc donum respondet prudentiæ, ipsam adjuvans et perficiens; respondet quintæ beatitudini. Consilium, ait S. Aug., congruit misericordibus. — Justis omnibus commune est, ut a Deo consilium accipiant, in his quæ necessaria sunt ad salutem. Dono consilii maxime opus est, cum aliquis status est eligendus, ex quo tota vitæ nostræ ratio, et sors æterna pendet. — Adversus pravam consuetudinem militat Spiritus consilii. — Huic dono Spiritus sancti opponitur consilium humanum, cujus scopus non est Dei gloria, sed temporalia commoda: quo qui reguntur, quærunt quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi: et, quæ summa perversitas est, utuntur fruendis, et fruuntur utendis. « Ea re frui dicimur, quæ nos non ad aliud referenda per se ipsam delectat; uti vero ea re, quam propter aliud quærimus. Unde temporalibus magis utendum est, quam fruendum, ut frui mereamur æternis. » S. Aug. Dono consilii opponitur præcipitatio, qua aliquis impetu voluntatis vel cupiditatis fertur ad agendum: quæ præcipitatio singulare peccatum est. « Intuendum est, ait S. Greg., lib. I Moralium, cap. 9, quod nullus dolor mentis sit in actione præcipitationis. Qui enim sine consiliis vivunt, qui seipsos rerum eventibus præcipites deserunt, nullo interim cogitationum dolore fatigantur. Nam qui solerter in vitæ consilio figit mentem, caute sese in omni actione circumspiciendo considerat; et ne ex re quæ agitur repentinus finis adversusque surripiat, pensat ne ab his quæ agenda sunt præpediat formido; ne in his quæ differenda sunt præcipitatio impellat; ne prava per concupiscentiam aperto bello superent; ne recta per inanem gloriam insidiando supplantent. »

IV. De dono fortitudinis. — Donum fortitudinis est fiducia quædam, menti a Spiritu sancto ingenita, consequendi finem operis ardui propter Deum suscepti, et evadendi quæcumque pericula ex adverso imminentia vel prementia. Differt a fortitudine quæ est virtus cardinalis. « Fortitudo importat quamdam animi firmitatem. Et hæc quidem animi firmitas requiritur et in bonis faciendis, et in malis perferendis, et præcipue in arduis bonis vel malis.... Et secundum hoc fortitudo ponitur virtus specialis, vel generalis. Sed ulterius a Spiritu sancto movetur animus hominis ad hoc quod perveniat ad finem cujuslibet operis inchoati, et evadat quæcumque pericula imminentia: quod quidem excedit naturam humanam... Sed hoc operatur Spiritus sanctus in homine... Et secundum hoc fortitudo donum Spiritus sancti ponitur. » S. Th., 22, q. 139. — Hoc dono instructus christianus res perituras forti animo contemnit, nullis blanditiis emollitur, nullis adversis perturbatur, non lucris aut divitiis corrumpitur, non adulatione flectitur, non favore delinitur, nullius potentiæ metu frangitur. Hoc donum maxime nobis necessarium est, quamdiu in hac vita degimus, quæ militia est super terram. « In via Christi, ait S. Aug., laquei a dextris, prosperitas sæculi; laquei a sinistris, adversitas sæculi: laquei a dextris, promissiones; laquei a sinistris, terrores. Tu in medio laqueorum ingredere, a via noli recedere; nec promissio te capiat, nec terror elidat. » — Non solis itaque martyribus donum fortitudinis necessarium fuit; sed justis omnibus. Habet enim et pax Ecclesiæ martyres suos: et tota vita christiani, si secundum Evangelium vivat, crux est et martyrium. — Huic dono opponitur fortitudo virium humanarum, quatenus homo sibi ipsi fidit. Nam vere christianus innititur Dei præsidio. — Vere fortis est, qui propter Deum adversa quæque hujus sæculi patitur, nec prosperitate corrumpitur. — Huic dono quarta beatitudo respondet. « Fortitudo congruit esurientibus et sitientibus: laborant enim desiderantes gaudium de veris bonis, et amorem a terrenis et corporalibus avertere cupientes. » S. Aug. — « Contra concupiscentiam mali dimicat fortitudo; neque enim ulla jam nisi in manu forti liberatio est. » S. Bernardus.

V. De dono scientiæ. — « Donum scientiæ est habitus supernaturalis per quem homo ex singulari Spiritus sancti illustratione et motione scit quid credere debeat, discernens credenda a non credendis, et recte judicat de rebus humanis, quatenus nos ducunt ad Deum. — Circa credenda duplex scientia potest haberi: una per quam homo scit quid credere debeat, et secundum hoc scientia est donum, et convenit omnibus sanctis; alia per quam homo scit etiam fidem manifestare, et alios ad credendum inducere, et contradictores convincere. Et ista scientia ponitur inter gratias gratis datas, quæ non datur omnibus... Donum scientiæ primo quidem et principaliter respicit speculationem, in quantum homo scit quid fide tenere debeat; secundario autem se extendit etiam ad operationem, secundum quod per scientiam credibilium, et eorum quæ ad credibilia consequuntur, dirigimur in agendis. » S. Th., 2, 2, q. 9. — Homines quantumlibet eruditi, qui charitatem non habent, scientiæ donum non habent, et ne quidem sciendi modum noverunt. Quid porro dicit modum sciendi? « Quid nisi ut scias, quo ordine, quo studio, quo fine nosse quæque oporteat? Quo ordine; ut id prius, quod maturius ad salutem: quo studio; ut id ardentius, quod vehementius ad amorem: quo fine; ut non ad inanem gloriam, aut curiositatem, aut aliquid simile, sed tantum ad ædificationem tuam vel proximi. Sunt namque qui scire volunt eo fine tantum, ut sciant: et turpis curiositas est. Et sunt qui scire volunt, ut sciantur ipsi: et turpis vanitas est. Et sunt qui scire volunt, ut scientiam suam vendant, verbi causa pro pecunia, pro honoribus: et turpis quæstus est. Sed sunt qui scire volunt, ut ædificent; et charitas est: et item qui scire volunt ut ædificentur, et prudentia est. » S. Bern., serm. 36 in Cantica. — Christiani quantumlibet rudes et imperiti, in statu gratiæ constituti, scientiæ dono sunt instructi. Duæ hujus scientiæ partes, Deum et seipsum nosse. « Volo, ait S. Bern. *ibid.*, animam primo omnium scire seipsam, quod id postulet ratio et utilitatis, et ordinis: et ordinis quidem, quoniam quod nos sumus primum est nobis: utilitatis vero, quia talis scientia non inflat, sed humiliat, et est quædam præparatio ad ædificandum. Nisi enim super humilitatis stabile fundamentum spirituale ædificium stare minime potest.... Quamdiu in me respicio, in amaritudine moratur oculus meus; si autem suspexero, et levavero oculos ad divinæ miserationis auxilium, temperabit mox amaram visionem mei visio læta Dei. » Et sermone 37. « Noveris te ut Deum timeas, noveris ipsum, ut æque ipsum diligas. In altero initiaris ad sapientiam; in altero et consummaris: quia initium sapientiæ timor Domini est, et plenitudo legis est charitas. » — Scientia Spiritus, docens eligere bonum, reprobare malum, pugnat adversus experientiam mali, quam parit curiositas. — Dono scientiæ respondet tertia beatitudo: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Ad scientiam enim pertinet rectum judicium de creaturis, quæ homini præbent occasionem aversionis a Deo.

VI. De dono pietatis. Donum pietatis est habitus supernaturalis quo anima christiana fit prompte mobilis a Spiritu sancto ad exhibendum cultum et officium Deo ut patri, et omnibus subinde hominibus, quatenus ad Deum pertinent. A religione distinguitur, qua Deum colimus ut creatorem et Dominum: a pietate, virtute qua parentes carnis nostræ colimus. Ad pietatem quatenus Spiritus sancti donum est, pertinet honorare sanctos, non contradicere Scripturæ, sive intellectæ, sive non intellectæ, proximis omnibus propter Deum benefacere, eorum miseriis ex animo compati ac subvenire. — Donum pietatis secundæ beatitudini, *beati mites*, respondet. Hoc dono fit ut opera misericordiæ prompte et delectabiliter exerceantur. — Hanc pietatem mundus non habet, quia Deum beneficentiæ finem non statuit. Pietas vero christiana ita in Deum intendit, ut Dei causa patrem, et matrem, fratres et sorores, patriam et cognationem relinquere et abdicare parata sit. Solum pietatis genus est, ait S. Hieronymus, in hac re esse crudelem. Impietatis genus est, parentes et amicos in causa Dei Deo præponere. — Curiositati pietatis donum adversatur; et quem curiositas a corde avocat, pietas revocat. — Pietatis donum est unguentum præ omnibus aromatibus exquisitum.

VII. De dono timoris Domini. — Timor Domini est habitus supernaturalis, quo anima Deum reveretur, seque ipsi subducere timet. Opponitur mundano timori, qui a Deo damnatur. Timor qui Spiritus sancti donum est, timor filialis et castus est. Timor servilis est timor pœnæ, quatenus malum est peccatoris a Deo inflictum. Timor filialis est timor culpæ, quatenus Dei, ut ita loquar, malum est, sive offensa. Servilis timor cor præparat charitati, sed excluditur a charitate perfecta. Timor castus oritur ex charitate, ipsisque comes est indivisus. — Non omnis timor pœnæ servilis est, sed solum quo pœna timetur ut principale malum hominis, bono illius naturali contrarium: cum vero timetur malum pœnæ ratione separationis a Deo, timor hujusmodi ex amore casto proficiscitur. Hoc timore qui donati sunt, mandata Dei cum reverentia singulari et ex intimo affectu custodiunt, semperque solliciti ne aliqua in re Deo displiceant, et ab ejus gratia excidant, salutem suam cum timore et tremore operantur. « Sunt homines qui propterea timent Deum, ne mittantur in gehennam, ne forte ardeant cum diabolo in igne æterno. Ipse est timor ille qui introducit charitatem; sed sic venit ut exeat. Si enim adhuc propter pœnas times Deum, nondum amas quem sic times. Non bona desideras, sed mala caves. Sed ex eo quod mala caves, corrigis te, et incipis bona desiderare.... Quis est timor castus? Ne amittas ipsa bona.... Cum times Deum ne deserat te præsentia ejus, amplecteris eum, ipso frui desideras. » S. Aug. — Huic Spiritus sancti dono respondet prima beatitudo, *Beati pauperes spiritu.* « Timor Dei, inquit S. Aug., congruit humilibus, de quibus dicitur, *Beati pauperes spiritu*, id est, non inflati, non superbi, quibus aposto-

lus dicit : *Noli altum sapere, sed time*, id est, noli extolli. » — Timor Domini contra negligentiam militat. « Qui timet Deum nihil negligit, sed veretur omnia opera sua...... Attingit ergo a fine usque ad finem fortiter sapientia victrix, eradicando singula vitia, singulaque inserendo virtutes. Excutitur siquidem negligentia, ut timoris spiritus readeat mentem; abjicitur curiositas, ut succedat pietas; experientia mali fugatur, apponiturque scientia. Sic et concupiscentiæ prævalet fortitudo, et consilium consuetudinem amputat, et intellectus vigens contemptum amovet, et, disparente omnino malitia, sapientia regnat. » S. Bern. serm. 14 de Diversis. — « Hoc unum timeamus, ne quid magis quam Deum timeamus. » S. Greg. Naz.

Ex donis Spiritus sancti suavissimi fructus consequuntur, qui nos veluti frugiferas arbores in Ecclesiæ agro commendant. Duodecim porro fructus Spiritus sancti ab Apostolo numerantur. Ad Gal. V.

I. Primus est charitas, fructus quidem generosissimus, sine qua virtutes cæteræ non censentur esse virtutes, et ex qua nascuntur universa quæ bona sunt.

II. Fructus secundus Spiritus sancti est gaudium, hoc præstans ut homo spiritualis alacriter lateque serviat Deo. Gaudium istud internum est, purum, perpetuum, ad æternam perducens beatitudinem, quæ est gaudium de veritate. Gaudium illud nescit mundus, cujus risum sapiens reputat errorem.

III. Tertius fructus Spiritus sancti est pax, quæ eo spectat ut in hujus mundi procellis animi tranquillitas servetur. Pax illa est quæ exsuperat omnem sensum, quam mundus dare non potest, qua peccatores frui non possunt; quæ nobiscum est, si tranquilla mens nullis passionibus perturbetur. Laudandi sunt qui amant pacem : qui autem oderunt, melius interim docendo ac tacendo pacandi, quam vituperando provocandi. Ama pacem, et tecum est quod amas. Res ista cordis est : quam si communicare velis, non minuitur, sed quanto plures sunt quibus datur, tanto magis crescit. S. Aug. — Pax est tranquillitas ordinis. Ordinem servemus, ut Deo in omnibus subditi simus, ipsum super omnia diligamus, illi fideliter serviamus : ut in nobis cupiditates rationi, corpus animæ, et ratio Deo subdantur : ut proximum sicut nosmetipsos propter Deum diligamus, non quærentes quæ nostra sunt, sed quæ aliorum : et pacem cum Deo, cum nobismetipsis, cum proximis omnibus habebimus.

IV. Quartus fructus Spiritus sancti est patientia, quæ in duris ferendis sita est. Patientia est character hominis christiani : efficit ut in tribulationibus gaudeamus. Christianorum est pati mala temporalia, ait S. Aug., et bona sperare sempiterna.

V. Quintus fructus Spiritus sancti est longanimitas, quæ magnitudinem animi in futuris bonis expectandis declarat. *Vid.* Habacuc, II, 2, 3. — Matth., X, 22. — II ad Cor. VI, 4, 5, 6.

VI. Sextus est benignitas, quæ virtus est lenis, blanda, tranquilla, et omnium bonorum apta consortio, invitans ad familiaritatem sui, dulcis alloquio, moribus temperata. Hunc ita definiunt stoici : Benignitas est virtus sponte ad benefaciendum exposita.

VII. Septimus est bonitas, quæ nulli nocet, sed bene vult omnibus. Non multum a benignitate differt, sed tristior esse potest.

VIII. Octavus est mansuetudo, quæ omnes iræ motus sedat et mitigat. Quæ propria Christi Domini virtus fuit.

IX. Nonus est fides in proximum, ut fideles ac religiosi pactorum promissorumque observatores simus.

X. Decimus est modestia, quæ omnem fastum et arrogantiæ speciem in exteriori habitu cultuque et apparatu excludit.

XI. Undecimus est continentia, qua non solum in cibo et potu modum servamus, sed etiam pravas omnes cupiditates coercemus; *ab omni specie mali abstinentes*. Ipsa in hoc bello valet plurimum, in quo adversus carnem spiritus concupiscit; quoniam ipsas carnis concupiscentias quodam modo crucifigit. Divinum munus est, necessarium ut declinemus a malo.

XII. Duodecimus fructus Spiritus sancti est castitas, quam continentiæ vocabulum significatione sua complectitur, sed nomen istud magis explicat. Hæc mentem castam casto in corpore conservat. Cum enim templum Dei sanctum sit, quod nos sumus : « hujus templi antistes et æditua est pudicitia, ait Tertullianus, quæ nihil immundum aut profanum inferri sinit. » *F. Natali Alexandro.*

Fructus Spiritus sancti sunt ipsimet actus virtutum et donorum, X, 1158-1159. — Datur nobis Spiritus sanctus ut nos vita gratiæ vivificet et sanctificet, VI, 295. — Spiritus sanctus est vita animarum, 296. — Non sola gratiæ et charitatis, virtutumque ac donorum cæterorum infusione, sed intima, substantiva et personali sui numinis inhabitatione sanctificat nos Spiritus sanctus, 294. — Eo præsertim nos vivificat, quod charitatem in cordibus nostris diffundit; imo ipse charitas est, 296. — Non existimandum est Spiritum sanctum ipsum esse charitatem sanctificantem, VIII, 607, in nota. — Mittitur invisibiliter Spiritus sanctus, non tantum secundum dona, sed etiam secundum substantiam. 607

Dispositiones ad suscipiendum Spiritum sanctum, VI, 300. — Prima dispositio est expiatio conscientiæ per pœnitentiam ferventem, 301; — Dispositio altera est humilitas; — Tertia est castitas mentis et corporis; — Quarta est oratio, 302; — Quinta est charitas, quam ipse in cordibus nostris diffundit, 303. — Hinc sequitur pacem et concordiam esse prorsus necessariam ut Spiritus sancti domicilium efficiamur, 303. — Ex hoc principio consequens est Spiritum sanctum extra Ecclesiæ unitatem non recipi. 304

Spolia ea dicuntur quæ acquiruntur occasione belli. Duplicis sunt generis, bellica et navalia. XV, 849

Princeps et solus princeps tantum potest, in bello justo, de bonis hostium sumere, quantum necesse est, tum ad compensationem damni et impensarum quæ fieri debuerunt, tum ad justam injuriæ vindictam, tum ad pacem et tranquillitatem obtinendam, 849. — Milites ea omnia possunt retinere, quæ expresse vel tacite fuerunt a principe legitime concessa. 850

Milites ea sibi tantum arrogare possunt quæ legitime fuerunt a principe, vel expresse, vel tacite, concessa, 850. — Milites contra justitiam non peccant, cives urbis spoliando, quando victor in direptionem tradit urbem direptam, nec quando legitime missi, quales vulgo *les partisans* in terra, et *les pirates* in mari, excursiones faciunt contra populos hostes. 850

Sponsalia dicuntur a spondendo quod est sponte promittere. Accipiuntur tripliciter : 1° pro futuri matrimonii promissione; 2° pro matrimonio non consummato; 3° pro muneribus datis sponsæ a sponso. Prior significatio est propria. XXV, 572, 573, 743

Sponsalia sunt futurarum nuptiarum promissio, 573-743. — Triplex requiritur conditio, ut valida sint, 1° ut sit promissio futuri matrimonii; 2° ut sit inter personas jure habiles ad contrahendum; 3° ut verbis aut signis manifestetur, 573. — Mos sponsalia matrimonio præmittendi est antiquissimus, 743. — Quæ causæ sint sponsalia matrimonio præmittendi. 743

Sponsalia nuptiis non absoluta necessitate sunt præmittenda, 744; XVI, 122. — Sponsalia fiunt absolute, et sub conditione; absolute quatuor modis fiunt, 1° nuda promissione; 2° datis verbis sponsalitiis; 3° annuli subarrhatione 4° interveniente juramento, 744. — Si fiat promissio sub conditione honesta, stante conditione, stat promissio, 744, 745. — Si conditio est contraria bonis matrimonii, non contrahuntur sponsalia. 745

Ad sponsalium solemnitatem requiritur, 1° præsentia testium, maxime consanguineorum; 2° præsentia parochi, 745. — Juris communis habita ratione, sponsalia etiam impuberum recipienda sunt, et ad eorum validitatem septennii ætas sufficit, imo et minor, si usus rationis hos annos præverterit. 745

Hodierno more impuberes ad sponsalia contrahenda non facile admittuntur., 746. — Valida non sunt sponsalia impuberum, non propria ipsorum sed aliena parentum aut tutorum voluntate facta, 746. — Sponsalia pariunt obligationem matrimonii contrahendi, 746. — Sponsalia obligant sub peccato mortali. 573

Non est expediens eos qui celebratis sponsalibus inire matrimonium renuunt, ad illud compelli censuris ecclesiasticis, 747. — Quæ causæ possint esse legitimæ solvendorum sponsalium, 747. — Mutuo consensu sponsalia resolvuntur; nulla est exceptio jure naturæ, sed jure positivo, qui impuberes contrahunt, ante annos pubertatis, etiam consensu mutuo, a vinculo sponsalium non possunt eximi. 747

Utrum ad dissolutionem sponsalium satis sit supervenire aut detegi circonstantiam aliquam quæ si præscripta fuisset, fides futurarum nuptiarum data non esset, 747. — Fieri potest ut sponsalia solvantur ex parte unius non vero ex alterius parte, 748. — Votum simplex castitatis præcedens solvit sponsalia, sequens non solvit, 748. — In conflictu voti castitatis et contractus sponsalium, duæ regulæ observandæ sunt, 749. — Ad solvenda sponsalia, non requiritur sententia judicis, 749. — Ante matrimonii celebrationem sponsus et sponsa in eadem domo cohabitare non debent. 749

Si parentes contrahant pro filiis, non constante de interno dissensu, valida censentur etiam in foro conscientiæ sponsalia, vel matrimonium, 574. — Sponsalia contracta in diem, non obligant ante adventum diei, etc., etc. 573 ad 580

Les fiançailles sont en usage encore à présent dans la plupart des Eglises d'Occident et dans celles d'Orient. Cette cérémonie est très-ancienne; Pline l'Ancien en fait

mention. L'usage était a envoyer un anneau de fer à la future épouse, XX, 1018 et seq. — Il n'y a point de pays où elles se fassent avec plus d'appareil que chez les Grecs, 1020. — Les fiançailles étaient suivies du contrat de mariage, que saint Augustin appelle *Tables matrimoniales*. 1020

Ex validis sponsalibus contrahitur impedimentum, olim usque ad quartum gradum impediens, hodie primum gradum non excedens, XIX, 762. *Vid.* Honestas.

Quandonam invalida sunt sponsalia, et nullo modo necessaria dispensatio. 764. 765

Sponsio, vulgo *gageure* seu *pari*, est contractus quo plures de veritate aut eventu rei contendentes, aliquid sibi invicem spondent, vel apud aliquem deponunt, ut ejus sit qui verum dixerit. Hujusmodi contractus, positis quibusdam conditionibus est in se licitus. XVI, 691

Sponsus potest cogere alterum ad fidem sponsalium validorum servandam, quando aliquo vitio occulto laborat, cujus si alter conscius esset, posset juste resilire. XXV, 580

Sponsus accedens ad sponsam conscius ejus fornicationis, vel cujusvis causæ dissolvendi, non potest dissolvere sponsalia valida, 580. — Sponsi habent ante consummationem bimestre ad deliberandum de religionis ingressu, ad profitendum vero integrum annum, etc., etc. 580

Spontaneitas est immunitas tum a necessitate, tum a coactione. S. Bernardus, X, 1291-1018. — Patres libertatem definire potuerunt per spontaneitatem, et motum animi a coactione immunem. 1290, 1301-1017, 1025, 1026

Spontaneum coactioni opponitur, tripliciter sumi potest: 1° stricte pro immunitate a violentia; 2° late pro immunitate a necessitate; 3° latius pro immunitate a vi morali, XI, 472. — Patres intelligunt spontaneum pro libero, 472. — Patres definierunt libertatem : Spontaneum appetitum, voluntariumve, X, 1301-1025.—Coacto et invito opponitur. Pro libero interdum accipitur, et cum electione conjuncto. VII, 1183 et seq.

Sportulæ in propria significatione acceptæ, vasa quædam sunt; si vero per metaphoram sumantur, et continens pro contento accipiatur, Juvenali merendam, jurisconsultis vero moderatos sumptus in judiciis faciendos, hoc est certam quotannis pecuniam a partibus litigantibus præstandam denotant. XVI, 217

Status est illa conditio sub qua humana natura ad suum ultimum finem juxta Providentiæ leges comparata concipitur : quo sensu ii qui ultimum finem possident et eo fruuntur, in statu termini; qui vero per virtutes ac bona opera ad illum pervenire contendunt, in statu viæ positi dicuntur, VI, 677. — Status est certa quædam hominis sors relative ad finem ultimum. Alius termini, alius viæ; alius naturæ innocentis, alius naturæ lapsæ et reparatæ; alius mere possibilis; ut status naturæ integræ, et status naturæ puræ, et status naturæ lapsæ, et nullo remedio a Deo reparatæ, X, 1037-816. — Quatuor status recensentur; status *innocentiæ* ante parentum nostrorum culpam; status *legis naturæ* ab Adami lapsu ad præceptum Abrahamo impositum de circumcisione, sed ad promulgationem Mosaicæ legis; status *legis scriptæ* a Mosaica lege ad Christum; et status evangelicus a morte Christi ad sæculi consummationem, XX, 1209. — Alii triplicem duntaxat distinguunt statum : innocentiæ, naturæ lapsæ et naturæ per Christi gratiam reparatæ, VI, 677. — Descriptio brevis status innocentiæ et status peccati, XXV, 726.—Status innocentiæ ille est in quo fuit Adamus a Deo positus a doloribus, miseriis ac morte immunis, nec concupiscentiæ et passionibus subjectus, et originali justitia ac gratia sanctificante instructus, VI, 677, 680. — Status naturæ lapsæ misera est illa Adami posterorum conditio, qui nondum per baptismum ab originaria culpa liberati sunt, 677, 682 et seq.; X, 1067 et seq. — In statu naturæ lapsæ ad merendum vel demerendum non sufficit libertas a coactione, sed requiritur libertas a necessitate, VII, 1453 et seq. — Status naturæ reparatæ, is est in quo sunt homines Christi gratia liberati et redempti, 677. — Hominem in hoc statu sic regenerari voluit Christus, ut tamen concupiscentiæ et aliis animæ et corporis miseriis obnoxius esse non desineret, X, 1067. — Inquiritur num possibilis sit status puræ naturæ in quo homo sine vitio et sine gratia esset tamen subjectus infirmitatibus et aliis miseriis quibus nunc sumus obnoxii, X, 1044-822. — Errores, opiniones, 1044 et seq.-822.—Status naturæ puræ possibilis est saltem quoad viam. Momentum primum, ex S. Augustino, 1046-823. — Diluuntur argumenta ex parte beatitudinis, 1054-830; — Argumenta ex parte concupiscentiæ, 1055-830;— Argumenta ex parte miseriarum, 1059-833. — Momentum secundum, ex auctoritate theologorum, 1060-834. — Momentum tertium, ex rationibus theologicis, 1061 et seq.-835. — Inquiritur num possibilis sit status naturæ integræ, in quo supernaturali auxilio careret homo, nec ad supremam esset beatitudinem elevatus, etc., num possibilis sit status naturæ lapsæ non reparandæ, VI, 677 et seq. — Status nomen dupliciter sumi potest, 1° generaliter, pro quavis vitæ conditione, in qua quis, sive ad tempus, sive perpetuo adstringitur, XVI, 1277. — Hoc sensu distinguuntur tres status in Ecclesia, status episcoporum, religiosorum et conjugatorum, 1277. — Status episcoporum est perfectior statu religiosorum, 1279. — Status religiosus est stabile institutum, ab Ecclesia approbatum, et tendens ad perfectionem christianam per tria vota : paupertatis, castitatis et obedientiæ, 1280 et seq.-1205. — Quilibet religiosus non tenetur ad omnia consilia, 1283. — Tria vota paupertatis continentiæ et obedientiæ sunt essentialia statui religioso, 1283. — Inter ista tria vota potissimum est votum obedientiæ, 1284. — Ad valorem professionis religiosæ requiruntur, 1° certa ætas quæ est annus 16 completus; 2° ut non fiat nisi post annum integrum et continuum probationis; 3° ut non fiat cum vinculo matrimonii consummati, aut sine consensu conjugis; 4° ut profitens nullum habeat impedimentum in illo ordine essentiale; 5° emissio trium votorum substantialium spontanea, non fraude nec metu injusto exorta, quæ sui ipsius traditionem complectitur; 6° acceptatio traditionis facta nomine Dei et religionis ab habente potestatem illum incorporandi tali religioni, 1205, 1206. — Professio fieri potest vel expresse vel tacite, 1206. — Papa potest dispensare in votis solemnibus ex gravi causa; ita communis sententia, 1207.— An religiosi sunt capaces dominii rerum temporalium, 1207, 1208. — Ad quid obligatur religiosus ex vi voti paupertatis, 1209 et seq.; 1285 et seq. — Ut religiosus possit licite uti rebus aliquibus, sive donando, sive recipiendo, sive aliter disponendo, sufficit licentia tacita, seu probabiliter præsumpta, 1286. — Ad peccatum mortale in transgressione voti paupertatis tanta requiritur materia, quanta in furto, 1288.— An peccat religiosus qui pecunias ex censu vitalitio, aut aliunde cum licentia acceptat, retinet sine licentia in cella vel alibi, et non in communi deposito, seu apud depositarium communem, 1289. — An religiosus peccat contra votum paupertatis si sine licentia prælati recipiat ab aliquo pecunias, vel alia dona, non pro se, sed ut det aliis, puta consanguineis, vel pauperibus quibus voluerit, 1289. — Utrum religiosus, peccet, dicens aliquid esse suum, v. g., mea cella, meus liber, 1290. — Religioso licet habere peculium, 1290. — Religiosis licet habere bona in communi, 1290. — Quid possint prælati regulares circa alienationem bonorum communium monasterii, 1291. — Ad quid obligatur religiosus ex voto castitatis, 1216, 1292. — Ad quid obligatur ex vi voti obedientiæ, 1217 et seq. — Voto obedientiæ religiosus tenetur obedire præcepto legitimi superioris, in iis quæ pertinent directe vel indirecte ad vitam regularem; hoc est, ad observantiam votorum, regulæ et constitutionum; in his enim consistit vita regularis, 1292 et seq. — Religiosus transgrediens regulam peccat aliquando venialiter, aliquando non peccat, 1294 et seq. — In ordine fratrum prædicatorum, regula et constitutiones, exceptis votis et præceptis non obligant ad culpam etiam venialem, 1295. — Ita ut earum transgressio non sit culpa ex parte operis; culpa tamen esse potest ex parte operantis, ex negligentia, libidine, contemptu, 1296 et seq. — Peccatum religiosi diversimode est gravius quam peccatum sæcularis. 1298

An peccat religiosus violans regulam per se non obligantem sub culpa, nisi ad subeundam pœnam, cum imponetur, si eam subire paratus est. In praxi raro ac vix fieri potest ut non peccet saltem venialiter, 1220. — Ob eamdem rationem vix fieri potest ut quis sine peccato rejiciat inspirationem divinam circa bonum meri consilii, 1220. — Mortaliter peccat religiosus qui regulas circa spiritualia, abnegationem sui, actus virtutum, religiosam disciplinam, frequenter et ex consuetudine violat, 1221. — Semper peccat mortaliter qui regulam violat ex contemptu, 1221.— Quænam sunt obligationes superioris religiosorum, 1221 — Est obligatio sub mortali eligendi, vel proponendi digniorem in superiorem regularium, licet prælatura sit temporalis. Est communis sententia, 1223 — De clausura tam religiosorum quam monialium, 1283, 1298. *Vid.* Clausura. — Qui vovit religionem in genere seu indeterminate, tenetur ingredi aliquam in qua vigeat disciplina religiosa. Qui vovit determinate unum ordinem si in una domo illius ordinis receptus non fuerit, tenetur tentare plures alias ejusdem ordinis, quamdiu est spes probabilis admissionis, 1227. — Qui vovit determinate religionem potest perfectiorem ingredi, quia hoc melius, 1227. — Qui vovit religionem tenetur diligenter ac serio curare ut recipiatur, eam ingredi statuto tempore, et sincere experiri tirocinium et postea profiteri. 1228

De iis quæ competunt religiosis, 1312. — Religiosi vi status non prohibentur docere, prædicare, sacramenta gu-

charistiæ et pœnitentiæ administrare aliasque functiones ecclesiasticas exercere, 1313. — Non licet religiosis et clericis gerere negotia sæcularia, sive judicialia, sive extra judicialia ex cupiditate, vanitate, aut alio motivo profano, quia per hoc impedirentur a divinis contemplationibus et exercitiis spiritualibus, ad quæ tenentur vi status, 1313. — Religiosi per se et secluso præcepto suæ regulæ, si quod sit, non magis tenentur laborare manibus quam sæculares, 1313. — Licitum est religiosis vivere ex eleemosynis, sive sint parvæ et quotidianæ, sive consistant in perpetuis redditibus, 1314. — Religiosis non secus ac sæcularibus licitum est mendicare causa humilitatis, necessitatis et utilitatis, non causa acquirendi divitias aut victum otiose, 1394. — Religiosi non solum licite, sed etiam laudabiliter utuntur vilibus vestibus. 1315

De religionum distinctione, XVI, 1315. — Si spectentur finis remotus et principalis omnium religionum et exercitia seu media principalia ad hunc finem consequendum, est unica religio. Si spectentur fines proximi et diversa media ad hos fines, sunt diversæ religiones, 1315. — Potest institui religio aliqua ad corporalia opera activæ vitæ, ut ad suscipiendos peregrinos, redimendos captivos, sepeliendos mortuos, et ad alia quæcumque charitatis et misericordiæ opera, 1316. — Congrue potest institui religio ad studium sacræ doctrinæ, et consequenter earum doctrinarum sine quibus sacra doctrina haberi non potest, 1317. — Quæ sit religio excellentior. Inter religiones supremum gradum tenent mixtæ, 1317. — Utrum aliquid in commune minuat perfectionem religionis, 1318. — Possessio abundantius divitiarum in communi non tollit totaliter perfectionem religionis, sed est aliquod illius impedimentum; seu non tollit quoad substantiam, sed quoad gradum, 1319. — Religionibus quæ ordinantur ad corporales actiones vitæ activæ, ut ad militandum, etc., competit habere abundantiam divitiarum communium, 1320. — Utrum sit perfectior religio in societate viventium quam agentium solitariam vitam. — Inter religiones soli contemplationi vacantes major est perfectio earum quæ vitam solitariam ducunt quam eorum qui vitam cœnobiticam seu socialem agunt. Vita solitaria indebite assumpta, est periculosissima, 1321. — De conditionibus recipiendorum ad religionem. Quisquis baptizatus, qui est sui juris et nullo aliunde impedimento irretitus, potest admitti ad religionem quia religio est bonum commune a quo nemo repelli potest absque justa causa, 1321 et seq. — Impedimenta dirimentia. Primum est differentia sexus. — Secundum est si recipiendus sit hermaphroditus; sed hic opus est distinctione, 1321. — Tertium est amentia, si adsit dum actu emittitur professio, 1324. — Quartum est defectus ætatis sexdecim annorum completorum et anni novitiatus, 1325. — Impedimenta impedientia tantum, 1325, 1326. — De novitiatis, 1326. *Vid.* Novitiatus. — De professione religiosa, 1329. *Vid.* Professio.

Statutum principis, gallice *titre légal*, XVI, 750, 1008. *Vid.* Titulus legis civilis. Statutum dicitur proprie de lege municipali, XII, 898-710.

Stimuli. *Vid.* Conscientia.

Stipendium missæ possunt licite sacerdotes accipere a fidelibus quibus spiritualia ministrant stipendium sui ministerii, imo et habere jus ad illud exigendum, XXIII, 841. — Qua ratione possit hoc excusari a labe simoniæ, 841. — Multi possunt esse modi hoc explicandi. Primo aliqui volebant hoc debitum non esse ex justitia, sed ex obedientia prout videtur insinuare Paulus. Quod facile rejicitur, 841. — Secundo dicunt alii stipendium non dari ut pretium rei acceptæ, sed sub conditione missæ; hoc etiam facile rejicitur, 842. — Tertio dici posset quod non intervenit obligatio aut titulus justitiæ propriæ, sed religionis, seu pietatis spiritualis. Hoc etiam facile impugnatur, 842. — Quarto alii dicunt stipendium non dari pro missa, sed pro obligatione qua sacerdos obligat se ad celebrandum, quod est absurdum, 843. — Alii dicunt pretium seu stipendium non dari pro missa, sed pro labore et opera sacerdotis; hic modus rejicitur, 844. — Sacerdos pro labore celebrationis missarum et applicatione alicui facta juste potest ab eadem stipendium sustentationis recipere et exigere, XIV, 900-711. — Antiquior est mos largiendi stipem sacerdoti celebranti, XVI, 1188. — Communior et facilior explicandi modus est quod stipendium non detur ut pretium, sed ad sustentationem ministri, sive totalem, sive ex parte, XXIII, 845. — Stipendium pro missa accipi potest, non solum a sacerdote paupere et indigente, sed etiam a divite. In die Natalis potest sacerdos accipere tria stipendia pro tribus missis, 847. — Canonici beneficiarii et parochi quibus ex vi sui beneficii vel præbenda non est specialis obligatio applicandi sacrificium pro aliquo, possunt accipere stipendium pro missa, 848 et seq. — Quantum stipendium accipere possit sacerdos pro missa. Stipendium justum est quod vel lege præ- ati ecclesiastici, vel consuetudine hominum taxatum est 850. — Non licet pro una missa plura accipere stipendia, 850; I, 863-681. — Sacerdos qui missas dicendas suscepit debet absolute integram eleemosynam tribuere sacerdoti celebranti nec ullam illius partem sibi retinere potest, 851; XXIII, 1138.

Quando sacerdoti datur eleemosyna major solita pro celebratione missarum, nec tunc partem posse retinere declaravit sacra concilii congregatio, anno 1625, auctoritate pontificis Urbani VIII, 851. — Sacerdos partem stipendii accipere potest, si sacerdos celebrans omnino sponte et libere eam condonet, 851. — Non potest sacerdos duobus stipendiis a duobus personis acceptis satisfacere unica missa, 852. — Sacerdos non potest accipere plura stipendia, nisi intra modicum tempus possit omnibus satisfacere. Per modicum tempus communiter intelligitur illud quo quinquaginta vel sexaginta missæ possunt dici, 852. — Sacerdos, accepto stipendio ad dicendam missam de B. Maria aut pro defunctis, satisfacit dicendo missam quæ hodie occurrit, et applicando pro illa intentione. Melius est servare regulam missalis, quam ob privatam devotionem invertere Ecclesiæ ordinem, 852. — An qui ex fundatione vel alio titulo debet celebrare in aliqua ecclesia, vel altari determinata, possit, saltem ex causa, alibi celebrare et satisfacere illi obligationi, 853. — An sacerdos qui debet celebrare ter in hebdomada scilicet feria secunda, sexta et sabbato, possit celebrare illas missas aliis diebus intra eamdem hebdomadam, 854. — Quando sacerdos debet singulis mensibus celebrare quindecim missas pro fundatore capellaniæ, potest hoc mense offerre triginta pro mense præsenti et sequenti. Potest excusari a mortali qui differt solutionem rationabili causa. 855

Qui debet ex fundatione celebrare omnibus sabbatis vel feriis quintis aut sextis, in hebdomada sancta non potest celebrare feria sexta, potest sed non tenetur feria quinta et sabbato, nec teneri videtur anticipare aut postponere celebrando aliis tribus diebus pro illis, 855. — An capellanus ægrotans debeat interim dare stipendium alteri, ne fraudetur testator vel fundator illis missis, 856. — Sacerdos non potest eleemosynam accipere ut alicui applicet fructum specialissimum qui sibi ut sacrificanti debetur, XXIII, 1138, 1215, 1216. — Variæ perpenduntur ac resolvuntur quæstiones circa stipendium missæ, 1216 et seq. — Restituere tenetur sacerdos missarum stipendia pro quibus non satisfecit, aut quorum celebrationem nimium distulit, XIV, 900-711; XXIII, 1139. — Benedicti papæ XIV brevis encyclicus. 1226

Stipes est persona in quam veluti principium originis consanguinei concurrunt. XVIII, 1097

Stipulatio est veluti conditio resolutoria, vi cujus contractus donationis, licet validus dissolvitur. Alia est legalis, alia conventionalis, XVI, 606. — Stipulatio tripliciter fieri potest. XXV, 587

Stola est quintum indumentum sacrum. Stola vestis erat longa quæ totum corpus tegebat. Unde traxit illud nomen, XXIII, 907. — Sacra stola orarium etiam appellabatur, 907. — Stolæ usus vetustissimus est in Ecclesia 908

Strenæ erant certa quædam munera in omen, id est precationem bonam novi anni prospere decursuri. Strenam quidam dictam volunt quasi ternam a ternario numero; alio deducunt a strenuitate. XIV, 115-93

Studium divinæ sapientiæ, inter omnes hominum curas, est perfectius, jucundius et utilius, I, 9-9. — De studio theologiæ. Brevis hujus studii historia 41 ad 49. 34 ad 41. — De studiis theologicis. Ad primarium studii theologici objectum ea revocantur studia quæ, si omitterentur, jam viri theologi doctrina de religione manca staret et incompleta, 50-41. — De studio Patrum et Doctorum, 50-42. — Quæ de Patribus eadem de theologis scholasticis servata propositione dicenda sunt, 58-46. — De studio conciliorum, 58-46. — De studio decretalium S. Pontificum et juris canonici, 58-46. — De studio historiæ ecclesiasticæ, 60 49. Secundarium theologiæ objectum sunt, 1° philologia; 2° litteræ humaniores; 3° historia profana; 4° scientiæ naturales, ut physica, historia naturalis, mathesis. 61 48, 49

Stultitia, filia luxuriæ, provenit ex hoc quod sensus spiritualis hebetatus est, ut non sit aptus ad spiritualia dijudicanda. Stultitia vel ad cæcitatem mentis, vel ad inconsiderationem pertinet. Ad stultitiam pertinet quod homo habeat fastidium de Deo et donis ipsius. XI, 1021

Stuprator et corruptor virginis proprie dicitur qui vim infert, XV, 648. *Vid.* Stuprum.

Stuprum tribus modis accipitur, late, stricte, strictissime; late pro omni concubitu legibus prohibito; stricte pro illicita copula cum virginibus aut viduis honeste viventibus; strictissime pro violenta virginis corruptione, XVIII, 1198;

XV, 648. — Stuprum in genere est defloratio virginis extra matrimonium, 968. — Propria ratio stupri consistit in hoc quod virginitati seu claustro virginali vis affertur, 648. — Ad stuprum strictissime sumptum requiruntur tria: violentia, virginitas, defloratio, XVIII, 1198. — Stuprum est etiam quando puella fuerit antea per mollitiem polluta, 1198. — Defloratio est floris virginalis corruptio per actum copulæ consummatæ, ex qua sequi generatio possit, 1199. — Stuprum est illicita virginis sub cura parentum existentis defloratio, XI, 934. — Nomine virginis hic intelligitur vel integra virgo, vel honesta vidua, vel puella vitiata quæ non cognoscitur ut talis, XV, 648. — In stupro duplex malum; aliud naturale, quod consistit in privatione virginitatis; aliud reale, quod consistit in amissione spei convenientis matrimonium ineundi, 968. — Stuprum duo offendit, signaculum virginitatis in fœmina, et paternam custodiam in parente; ex utroque simul desumenda est differentia propria et essentialis stupri, XIV, 682-539. — Est peccatum omnino grave, involvens malitiam fornicationis, et insuper enormem injuriam, XVIII, 1198; XI, 969

Si puella non est sub potestate parentum vel tutorum, vel si illis consentientibus se patiatur violari, illud stuprum non continet malitiam specialem et mortalem supra fornicationem, XV, 647. — Si puella potestati parentum subjecta sive liberum consensu patiatur se violari, illa violatio non continet specialem culpam mortalem ratione deflorationis, quamvis ratione mœroris et infamiæ, quem parentibus affert, possit specialem et gravem culpam continere, 648. — Si puella consentit libere in sui violationem, non est proprie stuprum a fornicationis specie distinctum, 648. — Gravius peccatum est cum puella illata vi opprimitur, vel consensus ejus in stuprum incusso metu, vel dolo extorquetur, quam si blanditiis et importunis precibus delinita in scelus pelliciatur, XI, 970. — Puella consensus in stuprum convincitur, si non clamaverit cum posset. 970

Stuprator, quocumque modo stuprum fuerit illatum, ad restitutionem ob damnum temporale non tenetur erga virginem aut ejus parentes, si crimen tenebris maneat involutum, XV, 968. — Si crimen jam patuerit, stuprator ad nihil tenetur erga virginem consentientem, 968, 649. — Si puella vi aut fraude violata, forte postea æque commodis potita est nuptiis, ita ut nihil detrimenti acceperit, non debet ei quidquam necessario restitui, 650. — Stuprator ad nihil tenetur erga virginem spe matrimonii illectam, nisi adfuerit fraus in promissione. 969

Stuprator tenetur erga virginem vi, metu aut fraude in crimen adductam reparare omnia damna realia quæ exinde sequuntur, 969. — Tenetur etiam satisfacere parentibus puellæ, XI, 970. — Qui per vim, fraudem, vel metum, virginem injuste defloravit, sine promissione matrimonii, tenetur illam ducere in uxorem, vel de competenti dote providere, XV, 649; XIV, 686-542. — Qui virginem defloravit, promisso vel sincere vel ficte illi matrimonio, tenetur eam in uxorem ducere, servatis servandis, si ipsa nolit aliam satisfactionem acceptare, 687-543; XI, 970; XV, 651. — Excipiuntur aliquot casus, quibus non tenebitur eam ducere, sed sufficiet aliter damnum sarcire, 652. — Si sciebat eam non esse virginem, et promisit ei matrimonium ficte, ad obtinendam copulam, ea secuta tenebitur illam ducere, si ipsa velit, 653. — Qui ante voverat ingredi religionem, si postea puellam sub promissione vera vel ficta matrimonii, deceperit, non potest ingredi, sed tenetur eam ducere, ut passim doctores tradunt, si tamen ipsa votum ejus omnino ignoraverit, et recuset omnem aliam satisfactionem, 654, 655. — Qui voto simplici obstrictus, puellam ad stuprum pellexit matrimonii promissione, ipsam ducere absolute non tenetur, sed tantum ipsam dotare, XI, 972. — Qui puellam vi, metu, fraude, mendaciis ita sollicitavit ad stuprum, ut infamia propterea notata sit, ac si constuprata fuisset, quamvis eam non constupraverit, tenetur sarcire damnum, vel eam ducendo, vel dotando ut convenienter nubat. 972

Stuprator puellæ vi aut fraude in crimen adductæ, tenetur restituere omne damnum temporale quod experiuntur parentes, in eo quod debeant filiæ dotem augere ut eam convenienter possint nubere, XV, 970. — Si puella plane et libere in crimen consenserit, aut se obtulerit alii affirmant, alii negant. 771; XIV, 683-541

Si puella sponte consenserit, vir et mulier tenentur in solidum prolem enutrire et educare donec ipsa sibi sufficienter providere possit, XV, 969. — Si puella injuste in crimen fuerit adducta, solus vir tenetur, primo loco prolem enutrire et educare; sed mulier tenetur, secundo loco, et viri defectu, 970. — Parentes qui prolem in xenodochio exposuerunt, tenentur, nisi vere sint pauperes, omnes impensas nutritionis et educationis xenodochio restituere. Ita communis. 970

Stuprum est peccatum reservatum, XVIII, 1199. — Reflexiones, 1199. — Corollaria, 1200, XXII, 835. — Stuprum non datur sine raptu, etc. XXV, 382

Stylus in materia legum videtur vox accommodata ad significandum modum servari consuetum in aliquo ordine judiciali. Distinguitur stylus facti et stylus juris, XIII, 42 et seq.-33

Subdiaconatus definitur: Ordo seu ritus sacer quo potestas tribuitur ministrandi diacono et sacerdoti in missæ sacrificio, XXV, 37. — Subdiaconatus a Græcis et olim et nunc etiam inter minores ordines recensetur, a Latinis vero non nisi sæculo, XII. — Cœpit inter ordines majores seu sacros connumerari, 39. — Autrefois tous les ordres étaient appelés sacrés. A présent on ne donne ce titre qu'à ceux que l'on nomme *ordres majeurs*. Le sous-diaconat qui n'était anciennement qu'un ordre inférieur, ayant été réputé *ordre majeur*, a été aussi honoré du titre *d'ordre sacré*, XX, 786. — Sur la fin du XI[e] siècle, il n'était point encore réputé tel. Pierre le Chantre, qui mourut en 1197, dit: De novo institutum subdiaconatum sacrum ordinem. 787

Probabile est subdiaconatum esse sacramentum, XXIV, 724. — De materia subdiaconatus apud Græcos, 745. — De ejusdem materia apud Latinos, 765. — In græca Ecclesia manuum impositione et extra sanctuarium conferri solet; in Ecclesia latina per traditionem calicis vacui cum patena vacua superposita cum fœmina annexa, XXV, 37. — Traditur etiam subdiacono liber epistolarum ab episcopo, XXIV, 763. — Vasa quæ subdiacono porriguntur possunt esse profana, seu non consecrata, 765. — Probabile est subdiaconatus ordinem a simplici presbytero conferri posse. 921

Subditi possunt obsistere æque et non obedire imperanti injusta, VI, 873. — Impugnatur auctor, 873, 874 in nota. — Quisnam judex subditum inter et magistratum, 876. — Obedientia subditi civili magistratui debita est de jure divino. 863

Subjectivæ partes sunt genus respectu specierum, species respectu individuorum et quælibet propositiones universales respectu propositionum singularium. Omnibus partibus subjectivis essentialiter constat totum potentiale, I, 1439-1135. — Partes subjectivæ virtutis sunt diversæ ejusdem virtutis species. XI, 1258

Subreptitia dicitur dispensatio, quando reticetur verum, et est nulla. XII, 1399-1106

Subsistentia definiri solet: Ultimum complementum naturæ, eam reddens incommunicabilem alteri tanquam supposito, IX, 741-586. — Seu, aliter ultimus. Substantiæ terminus, quo fit ut per se et in se subsistat, nec alteri tanquam supposito communicari possit, VIII, 594. — A personalitate vix distinguitur subsistentia, 13. — Accuratius definitur: Subsistentia in genere est modus existendi, quo substantia singularis redditur incommunicabilis alteri, ut perficienti. Explicatur et probatur hæc definitio, IX, 743-588. — Substantiæ seu personalitates divinæ sunt eæ proprietates quæ singulis personis propriæ sunt, 744-589. — In creatis vero subsistentia nihil aliud est quam ratio totalitatis perfectionum substantiæ singularis, 745-589. — Multi lingunt plures scholæ theologi, subsistantialem quamdam entitatem modalem naturæ superadditam, in qua entitate rationem subsistentiæ reponant. Quæ sit distinctio inter naturam et subsistentiam non facile determinatur, 747, 748-591, 592. — Quotuplex subsistentia sit in Deo, VIII, 594. *Vid.* Personalitas.

Substantiæ nomen duplici modo accipi potest, in concreto et in abstracto. Substantia in concreto ens illud designat quod in se subsistit, independenter a subjecto cui inhæreat et a quo recipiatur; definiri potest: Ens per se subsistens aptitudinaliter et non actualiter, VIII, 11. — Substantia in abstracto significat illud, cui inhærere intelliguntur proprietates alicujus substantiæ prioris generis, 11. — Substantia generatim ab essentia et natura plurimum differt, 11. — Substantia est vel incompleta, vel completa. Prior est illa quæ non est sui juris, quia venit in compositionem alterius; corpus humanum est substantia incompleta, 11. — Substantia completa, quæ quandoque dicitur totalis, vel ultimo terminata, ea intelligitur quæ est sui juris: sic liber est substantia completa, 12. — Substantia completa rationis expers dicitur suppositum; rationalis vero vocatur persona, 12. — Substantia creata juris sui est quoties alteri non est conjuncta, 12. — Quidquid habet rationem substantiæ, non ideo est persona vel suppositum. IX, 741-586

Substitutiones seu donationes cum onere restituendi, XVI, 624. *Vid.* Donatio.

Subtilitas corporis gloriosi est perfectio, qua perfecte

subjicitur animæ ad quamvis actionem organicam, idque sine alimenti necessitate. VII, 1588, 1589; VI, 354

SUBURBICAIRES ou Urbicaires, provinces tellement soumises au pape, qu'il y exerçait absolument toute la juridiction patriarchale, et même au delà. Tous les évêques de ces provinces recevaient de lui la consécration XV, 956

SUCCESSIO hæreditaria non est prima radix regiæ potestatis. XII, 451-359. — In divisione non est successionis perpetuitas. I, 1251-988

SUFFRAGIUM est quodcumque opus bonum applicatum proximi ad impendendum animæ ejus salutare auxilium, XVII, 109. — Suffragium est auxilium quoddam quod unus fidelis præbet alteri, ad obtinendum ipsi temporalis pœnæ remissionem, vel aliquid hujusmodi, XVIII, 352.—Per suffragia intelliguntur spiritualia quædam subsidia, quibus Ecclesia suis membris succurrit seu suffragatur, sive in ordine ad satisfactionem pro pœna temporali, sive in ordine ad meritum de congruo, sive demum ad bona quædam spiritualia impetranda. 1430

Suffragia sunt communia et particularia, seu privata. Communia sunt quæ a clericis, quatenus ministris Ecclesiæ pro fidelibus offeruntur. Privata sunt pia operaque fiunt a christianis, quatenus personis particularibus. In quibusdam differunt, 1430; XVII, 109.—Privata et publica suffragia in quibusdam conveniunt, 110.— De privatione suffragiorum, 110. *Vid.* EXCOMMUNICATIO. — De suffragiis pro defunctis, V, 957. — Tria sunt suffragiorum genera: sacrificium missæ, oratio et opera quælibet pœnalia et satisfactoria, XVIII, 352, VII, 1611. — Suffragia vivorum prosunt defunctis ad remissionem pœnæ; non tamen eodem modo prosunt, nec prosunt omnibus, XVIII, 353. — Rei alienæ restitutio prodesse potest defunctis, 359, 360. — Candelarum, olei et similium oblatio defunctis prosunt in quantum sunt eleemosynæ quædam, 360. — An suffragia pro multis facta æque prosint singulis, ac si pro uno tantum fierent. In praxi agendum, quasi effectus sacrificii inter plures divisus, minor contingat singulis, 360. — Qui mandavit pro se fieri suffragia, damni aliquid fert, cum ea differuntur. 361

De conditionibus ad valorem suffragiorum requisitis. — Suffragia fieri possunt pro cathechumenis pie defunctis, 361. — Ut suffragium prosit alicui ad remissionem pœnæ, necessum est ut culpa ratione cujus pœnam meretur eidem jam remissa fuerit, 361. — Nemini nisi jam justo prosunt suffragia, 361, 362. — De conditionibus ex parte offerentis suffragia requisitis, 562 et seq. — Opus pro defuncto factum potest facienti prodesse ad augmentum gratiæ, VII, 1611. — Suffragia animabus, pro quibus fiunt, prosunt infallibiliter, 1611. — Pro damnatis, vel jam beatis non fiunt suffragia, vel pro pueris, post baptismum mortuis, 1612.—Beati orant pro animabus in purgatorio, 1612. — Cathechistæ et concionatores doctrinam purgatorii fidelibus proponere debent, exacte servando quæ statuit Trid. synodus, 1612.—Corollarium practicum. 1612 et seq.

SUICIDIUM, seu sui ipsius occisio. In nullo casu licitum est seipsum directe occidere, XIV, 580-458. — Semper est peccatum mortale, utpote contra legem naturalem et contra charitatem qua quilibet seipsum diligere debet. 580-458. — Non licet ob quodcumque peccatum commissum occidere seipsum, nec etiam judici; nullus est judex sui ipsius, 581-459.—Non licet homini seipsum interficere ut ad immortalem et feliciorem vitam transeat, 582-460. —Exempla Samsonis, Eleazaris, etc., 583-460.—Licitum tamen est quando justa causa subest, aliquid facere, vel omittere unde certo scitur secuturus interitus indirecte, 583, 589-461, 466; XV, 603. *Vid.* HOMICIDIUM. — Qui se vulnerat aut percutit deliberate ex intentione et cum peccato mortali graviore, incurrit casum reservatum. XVIII, 1343

SUPERBIA est excellentiæ propriæ inordinatus amor; seu perversæ celsitudinis appetitus Superbia est speciale peccatum, XI, 728. —Ex genere suo mortale peccatum est. Aliqui tamen motus superbiæ sunt peccata venialia, 729. — Superbia vulgo capitale vitium, alias regina vitiorum censetur, 729. — Primum gravissimumque omnium peccatorum est. Superbia angeli et primus homo ceciderunt, 730 et seq. -Superbia vitiorum omnium periculosissimum, quia in virtutes omnes grassatur, et data ex bonis operibus occasione nascitur; quia justis maxime insidiatur ut eos dejiciat, quia ultimo destruitur in hominis anima, 734 et seq — Quatuor superbiæ species sive modos explicat S. Thomas; quæ sunt peccata mortalia, si ex deliberata voluntate procedat superbiæ motus, 736, 737 — Plures alias superbiæ species seu modos alii Patres assignant, 738. — Superbiæ materiam et hominum superborum præclare characteres describit S. Gregorius, 738. — Expugnatrix superbiæ humilitas, 740. *Vid.* HUMILITAS, GLORIA INANIS.— De remediis quibus curari debet vitium superbiæ. Prænotamina, XXII, 1288 — Remedia assignantur. 1289 et seq.

SUPERIORIS religiosorum obligationes, XV., 1221. — Ad quid superiores et inferiores generatim obligantur erga se invicem, 1247; XIV, 542, 554-429, 438. — Quid intelligatur per superiores et inferiores, XVIII, 1347. —Non licet superioribus regularium, confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint, aut ipsimet subditi sponte ac proprio motu ab iis petierint, 1355. — Superior, per se loquendo non potest absolvere a solis reservatis, remisso pro reliquis subdito ad confessarium inferiorem, 1355. — Superior a subdito sponte et proprii motu requisitus tenetur ejus audire confessionem, 1357. — Peccat mortaliter superior, audiens confessionem subditi qui neque peccatum reservatum habet, neque id sponte aut proprio motu petierit, 1357.—In hoc casu absolutio non est invalida, 1357. — Quandonam censeatur subditus sponte ac proprio motu rogare superiorem, ut suam confessionem audiat. 1357

Superiores in singulis domibus deputent duos, tres aut plures confessarios, pro subditorum numero, iique sint dati, prudentes ac charitate præditi qui a non reservatis eos absolvant et quibus etiam reservatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi, ipse imprimis confessarius judicaverit. Constitutio Clementis VIII, quoad hunc paragraphum, non est usu recepta in omnibus provinciis, 1358. *Vid.* CASUS RESERVATI.

Tam superiores pro tempore existentes quam confessarii, qui ad superioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligentissime ne ea notitia quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur —Quis usus notitiæ sacramentalis, quibus, quando et qualiter interdicatur, 1366. — An sigillo teneantur superiores pro tempore existentes, a quibus extra confessionem petitur licentia pro reservatis? 1368. — Licent superiori regularium, occasione confessionis, actiones non ingratæ pœnitenti. Licent secluso revelationis periculo, 1370.—Superior extra confessionem, etiam privatim, corrigere non potest subditum de peccato per solam confessionem cognito, 1371. — Occasione confessionis non licent superiori actiones spectantes ad justitiam distributivam, 1372. — Superior notitia sacramentali uti potest ad suam directionem, 1363. — Licebit tamen superioribus determinare pœnitentias graves quibusdam peccatis, etiam non reservatis, a confessariis imponendas, quæ subditos ab iisdem perpetrandis cohibere possint, 1374. — Quinam superiores pœnitentias a confessariis imponendas determinare possint? 1375, — Quibusnam peccatis pœnitentiam superior prædeterminare possit? 1375.—Cujusmodi pœnitentia esse debeat, quam sic determinet superior? 1376.— Quo pacto prædicta pœnitentia determinari debeat? 1376. *Vid.* CASUS RESERVATI.

SUPERNATURALE illud est quod totius naturæ vires, tum physicas, tum intentionales, id est, vim intelligendi excedit, X, 45-36. — Illud est quod omnem omnino virtutem et exigentiam causarum naturalium superat. 50-41

Aliquid naturæ indebitum ac supernaturale duplici ratione intelligi potest, scilicet aut per se, aut per accidens, VII, 1407. — Supernaturale aliquid variis modis dici potest. Primo, supernaturale aliud est proprie, simpliciter et absolute, aliud improprie, secundum quid relative, 31-26. — Secundo, supernaturale proprie simpliciter et absolute, rursus duplicis est generis: aliud quoad entitatem; aliud quoad modum, 31-27. — Tertio, supernaturale quoad entitatem, aliud tale dicitur excellentia dignitatis, aliud excellentia causalitatis seu virtutis, 33-27. — Quarto, supernaturale aliud dicitur tale essentialiter, aliud participative, 33-28. — Quinto, aliquid potest esse supernaturale: 1° simpliciter et absolute ratione altioris ordinis; 2° non simpliciter et absolute, sed ratione status; 3° ratione modi, temporis, personæ, aut cujusvis alterius circumstantiæ, 33-28.—Sexto, aliud est supernaturale in genere activi, aliud in genere passivi. 34-28

Variæ de supernaturalitatis ratione sententiæ, 18 et seq.-16. — Ultima et communior sententia, 22-19. — Observanda, 23 et seq.-20. — Deus ut in se est, est primum ens supernaturale, et tale essentialiter. Est ens supernaturale per participationem omne illud creatum quod ad Deum attingendum per se et ex natura sua refertur, 25, 26, 22. — Supernaturale participative generatim definitur quod universæ naturæ creatæ aut creabilis ordinem, vires et exigentiam omnino excedit, 26-22. — Supernaturale quoad modum duntaxat est donum naturale collatum modo proprie supernaturali, ut, vita mortuo restituta, 26, 27-23. — Quoad entitatem, quod proprie supernaturale dicitur, peculiare Dei donum est, quod hominem cum Deo intime conjungit, 27-23. — Supernaturalitas essentialiter consistit tum in excellentia supra ordinem, vires et exigentiam cujuslibet naturæ creabilis, tum in eximia unione, cum Deo, qualis in se est, spectato, 28 et seq.-24. — Dantur

entia quoad substantiam supernaturalia, ut visio beatifica, gratia, habitus et actus spei, etc., 31 26. — Non est possibilis substantia creata supernaturalis, 34 et seq.-29. — Dona supernaturalia vere et proprie non creantur, 40 et seq.-34. — An potentia obedientalis passiva dicenda sit supernaturalis, 42 et seq.-36. — Omne miraculosum est supernaturale, at non vicissim, 46-38. — Quid sit discriminis supernaturale inter et præternaturale? 48-40 — Præternaturale illud est quod fit præter ordinariam et solitam curam naturæ, 50-41. — Contra naturale et miraculosum coincidunt cum præternaturali. 50-41

Supernaturalitas. *Vid.* Supernaturale.

Superpellicea dicebantur quod super pelliceas vestes gestarentur, XXIV, 1610 — In inferioribus ministris albæ super pelliceum substitutum fuit ut ambulando et cæteris muniis obeundis essent expeditiores. XXIII, 905

Superstitio est vitium religioni oppositum secundum excessum. Exhibet cultum divinum vel cui non debet, vel modo quo non debet, XIV, 71-57. — Superstitio exhibens cultum cui non debet in varias species subdividitur secundum diversas fines divini cultus. Ordinatur primo cultus ad reverentiam Deo exhibendam; et secundum hoc prima superstitionis species est idololatria, quæ divinam reverentiam creaturæ exhibet. Secundo ordinatur ad hoc quod homo instruatur a Deo quem colit, et ad hoc pertinet superstitio divinativa, quæ dæmones consulit. Tertio ordinatur ad quamdam directionem humanorum actuum, secundum instituta Dei qui colitur et ad hoc pertinet superstitio quarumdam observationum.—Addunt aliqui magiam et maleficium, 71-58. — De superstitione indebiti cultus veri Dei. Cultus vero Deo duobus modis indebite offerri potest: Primo, quia exhibetur ei cultus falsus ac proinde perniciosus. Secundo, quia exhibetur cultus superfluus, etsi forte alioqui verus, 71-58. — Duplici modo exhibetur cultus falsus, 71 et seq.-58. — In cantu ecclesiastico, tum voce, tum organo, potest esse cultus superstitiosus et peccaminosus, 75, 76-61. — Die dominica observare jejunium non est semper quid superstitiosum. 76, 77-62

De superstitione cultus divini creaturæ exhibiti, seu idololatria, 78-63. *Vid.* Idololatria.

De superstitione divinativa in communi, 83 - 67. *Vid.* Divinatio.

De superstitionibus vanarum observantiarum, 107-86. *Vid.* Observantia.

De magia et maleficio, 120 - 96. *Vid.* Magia et Maleficium.

De superstionibus in adjuratione contingentibus, 129-104. — *Vid.* Adjuratio.

De ritibus superstitiosis, XIV, 1043. — *Vid.* Ritus.

Superstitio ea est qua medio aliquo improportionato, et a Deo non instituto procuratur aliquis effectus. Ordinatur ad effectum externum. Differt a divinatione quæ tantum ordinatur ad occultorum cognitionem, XXII, 969 *in nota.*— Dividitur, 1° sicut divinatio, in eam quæ ex pacto expresso cum dæmone, et in eam quæ ex implicito procedit; 2° dividitur communiter in quatuor species: prima dicitur ars notoria; secunda, magia; tertia, observantia eventuum; quarta, observatio sanitatum. *Ibid.*

Suppositum est substantia completa rationis expers, VIII, 12. — Suppositum differt a persona. Suppositum est natura quæcumque ultimo completa; unde natura irrationalis etiam potest esse suppositum. Soli vero naturæ rationali nomen personæ competit. Omnis persona est suppositum sed omne suppositum non est persona. IX, 740-586

Suppressio testamenti est casus reservatus, XXII, 833. — Reservationi subjacet qui testamentum exhibet, sed codicillum supprimit. — An qui testamentum non supprimit prorsus, sed ad tempus celat, eidem obnoxius sit pœnæ? 833. — Qui testamentum celat, sed illud ad amussim exequitur, non videtur reservationem incurrere; sed a culpa quandoque etiam gravi excusari vix potest, 833. — Quid juris de eo qui testamentum de se invalidum supprimit? 833

Suspensio est censura qua clerico prohibetur exercitium alicujus ministerii sacri, XVII, 159. — Suspensio alia est medicinalis, quæ fertur ut homo resipiscat; alia pœnalis, quæ fertur in vindictam criminis præteriti. — Pœnalis alia est temporalis, alia perpetua, vel positive, vel negative seu indefinitive.

Medicinalis est vel totalis, vel partialis, 160. — De effectibus suspensionis. Suspensi vel sunt denuntiati nominatim vel non. Suspensionis effectus alii sunt per se, alii per accidens, 160. — Suspensio absolute et indefinite lata, suspendit ab ordine, officio et beneficio, 160. — Suspensio ab officio simpliciter et absolute lata privat usu ordinis, jurisdictionis et omnis ecclesiastici ministerii, quod a clerico ut tali exerceri postulat, 160.— Qui ab officio suspensus est non consequenter a beneficio suo ejusve fructibus est suspensus. 161. — Suspensus simpliciter ab ordine, suspensus est ab omni ordine; suspensus vero ab ordine superiori, v. g., presbyteratu, non ideo suspensus est ab inferiori, puta ab exercitio diaconatus, 162. — Suspensus ab ordine inferiori regulariter est etiam a superiore suspensus. Excipe 1° si suspendatur quis a functione inferiori ob culpam in ejus exercitio commissam; 2° si ordo inferior a quo quis suspensus est non includatur in superiore, 162, 163.— Suspensio a beneficio simpliciter lata suspendit ab omnibus beneficiis, 165— Qui plura variis in diœcesibus possidet beneficia potest ab omnibus suspendi, 163. — Qui a beneficio simpliciter suspensus est, non privatur ipso beneficii titulo; privatur tamen fructibus ejus, 164. — Suspensus a beneficio non potest de jure communi beneficium resignare in favorem vel permutare, aut temporalia beneficii bona administrare, 164. — An suspensus a beneficio ad aliud valide promoveri possit? 164.—

An censuræ eumdem circa pensiones ac circa beneficia effectum operentur, ac proinde an invalida sit pensio collata sive excommunicatis sive suspensis ab officio aut beneficio? an item teneantur pensionis fructus restituere, qui vi suspensionis tenentur fructus beneficii restituere? 166. — An acta per suspensum valida sint? 166

Quas incurrant pœnas qui suspensionem violant? — Qui solemniter exercet ea quæ sunt ordinis sacri a quo suspensus est, is et solus ex suspensionis violatione irregularitatem incurrit, 167.—An peccet qui communicat cum homine suspenso. Si suspensus est toleratus, non peccat saltem contra jus ecclesiasticum; si est denuntiatus, peccat mortaliter saltem aliquando qui cum eo participat in iis actibus a quibus est suspensus. 168, 169

De suspensionibus quæ ipso jure contrahuntur. Suspensionem papæ reservatam incurrunt 1° qui titulum non habentes promittunt aut jurant seu episcopo a quo sunt ordinandi, seu cuilibet beneficiario a quo ad ordines præsentantur, se nihil unquam ab iis ad victum petituros esse, 169. — 2° Suspensi sunt qui scienter recipiunt ordines sacros ab episcopo qui renuntiavit non solum loco seu diœcesi suæ, sed simul et dignitati, id est officio episcopali.— 3° Qui excommunicatione ligati ordines culpabiliter recipiunt. 4° Monachus qui aliquem sacrum ordinem in apostasia recepit, 171. —5° Qui post contractum, licet non consummatum matrimonium, aliquem de sacris ordinibus præsumit accipere; et hæc suspensio ad beneficium etiam et quodcumque officium ecclesiasticum extenditur; 6° qui eodem die, duobusve diebus continuis duos sacros recepit; sed nullam in Gallia suspensionem incurrit qui eadem die minores ordines et subdiaconatum recipiunt; 7° qui ordines per simoniam realem recipiunt; 8° qui ordines suscipiunt furtive; 9° qui ante legitimam ætatem ordinantur, 172 —De iis qui suspensionem episcopis jure reservatam incurrunt, 173, 174.— Concubinarii, sodomitæ, et alii id genus sunt ipso jure suspensi. Ita plures, 174. — An ii quibus ex judicis decreto indicta est comparitio personalis ad certam diem (*décret d'ajournement personnel*) sint illico suspensi. 174.— Quibus modis tollatur suspensio, 175. — De suspensione. XXV, 582, 583

Suspicio est inclinatio mentis ad assentiendum uni parti potius quam alteri, XV, 987.— Suspicio est quando intellectus magis quidem propendit in malam partem, non tamen determinate et firmiter illi adhæret Quidam eam definiunt: Opinio mali ex levibus indiciis procedens, cum formidine alterius partis, XIV, 1098-866. — An suspicio temeraria plene deliberata et de re gravi, præcise secundum se considerata sit peccatum mortale? affirmant alii, alii negant, 1102 et seq -869. — Suspicio est peccatum mortale genere suo quoties actus est plene deliberatus, materia gravis, vera et injuriosa temeritas defectu motivorum, 1105, *in not.*-871. — Suspiciones temerariæ etiam in materia gravi, ordinarie non sunt peccata mortalia. XV, 989

Susurratio est filia invidiæ, XI, 1038.— Definiri potest: Occulta quædam oblocutio contra proximum ad dissolvendam amicitiam inter aliquos. Duplex est, formalis et materialis, XIV, 1128-889. — Ex genere suo est peccatum mortale et quidem gravius detractione et contumelia, quia amicus est melior quam honor, 1128-889; XI, 1004. — Contumelia impetit honorem; detractio tollit famam, susurratio dissolvit amicitiam, XIV, 1107-873; XXII, 1131.— Hæc peccata secundum se sunt graviora peccato furti, 1317.—Quæ tamen ob levitatem materiæ, vel ob defectum sufficientis deliberationis venialia esse possunt, 1317; XIV, 1128, 1129-889, 890 — Quando susurratio bonum honestæ amicitiæ injuste dissolvit, inducit obligationem restituendi, quantum fieri potest, 1129 890. — Susurratio seu secreta elocutio, qua quis malum culpæ alienæ, vel pœnæ, vel aliquem etiam naturæ defectum inordinate cuipiam renuntiat eo fine ut justam quæ inter eos intercedit

amicitiam lædat, aut dirimat, aut ea detegit imprudens, quæ rectam et laudabilem amicitiam graviter lædere aut dissolvere valeant vel suapte natura, vel ratione personarum apud quas referuntur, lethale peccatum est, XI, 1042. — In susurrationis peccatum non incurrit qui malum proximi renuntiat alteri vel ad salutem ipsius procurandam, vel ob Ecclesiæ aut reipublicæ utilitatem, vel ut amicorum suorum bono consulat, vel ut pravus et in damnum alterius conspirantes amicitias dissolvat, 1043. — Susurrationis peccatum aliud altero gravius est, non solum ratione finis, sed etiam ratione aliarum circumstantiarum, 1044. — Nihil unquam de aliis referre debet christianus, quod dissidia fovere vel excitare possit, alioqui susurrationis reus est, 1045. — Remedia adversus susurrationem. XXII, 1319

Susurro intendit amicitiam separare XIV, 1127-883. — Bilinguis proprie dicitur, 1128-883; XI, 1042.—Susurro qui secretis obloculionibus amicos disjunxit, aut legitimam illorum amicitiam graviter læsit et labefactavit, absolvi non debet donec illos, quoad ejus fieri potest, inter se reconciliet, aut si id præstare non potest, pro damnis inde secutis, judicio viri probi satisfaciat. 1045

Sibyllæ carmina de Christo authentica, et justos ex omni gente fuisse SS. Patres existimarunt. III, 394

Sycomantia divinitatio ex foliis ficus. III, 431

Symbolum græcè, quod latine dicitur indicium et collatio, indicium est, quia indicat cui credere debeamus, id est, uni Deo Patri et Filio et Spiritui sancto. Collatio dicitur symbolum, hoc est quod plures in unum conferunt. Collatio qua unusquisque aliquid de suo ponit, puta ad cœnam instituendam, potius symbola dicitur quam symbolum, VI, 401.—Symbolum vel plurium rerum in commune collationem significat, vel signum aut tesseram militarem, qua veri milites ab aliis discernuntur, VI, 11, 385, 384, 439. —Derivari potest hoc nomen non a militari, sed a contractuum tessera; est enim tessera pacti, quod inimus cum Deo in baptismo, 384. — Apud catholicos sumitur pro regula fidei, sive summa capitum fidei, quæ omnibus credenda proponuntur. 11, 401.—Symbolum est summa articulorum fidei qui omnibus credendi proponuntur, I, 1465-1156. — Conveniens fuit primaria et præcipua fidei capita in unum breviter colligi. VI, 11

Finis symboli conficiendi generatim fuit triplex, 439. — Sunt tria illustria fidei symbola apostolicum, Constantinopolitanum quod et Nicænum vocatur et symbolum S. Athanasii, 11, 936, 439.—Primum olim catechumenis tradebatur; alterum in missa recitatur; tertium in Primæ officio dominicis diebus dicitur. 11

Symbolum Apostolicum dicitur, non solum quia doctrinam et fidem apostolicam continet, sed quia ab apostolis traditum est, non litteris quidem, sed viva voce, 11, 402, 385 et seq. — Joannis Dominici Mansi nota, 398 et seq.— Triplici modo symbolum dici potest apostolicum, 401 et seq. — Apostolicum symbolum formularem omnium fontem, brevem et perfectam fidei confessionem vocat S. Leo, 421.— Quando et cur symbolum nova forma prodiit 403 et seq. — Symbolum Constantinopolitanum anno Christi, 381 editum est expositio vel auctuarium symboli in concilio Niceno I, anno 325 conditi, 12, 404. — Hæc particula *filioque*, jure fuit addita symbolo Niceno Constantinopolitano, 404.—Probabile est hanc additionem factam fuisse a Nicolao I aut circa ejus tempora, 410, 411. — Symbolum Aquileiense, 415 et seq.—Damasus papa instituit in missa cantare potenter symbolum; sed hujus cantationis origo alia fuit, 404. — Quandonam symbolum in synaxi cantari cœpit? Incertum est, 412 et seq.—Symbolum quod incipit his verbis *Quicumque vult salvus esse* S. Anathasii dicitur, quia summam fidei continet, cujus S. Athanasius assertor fuit et vindex, 13. —Non constat illud esse genuinum opus S. Athanasii, 425 et seq.; 424 in, *nota*.—An illius symboli S. Athanasius sit auctor, 464.—Omnino probabiliter teneri potest illud a S. Athanasio fuisse conditum, 465 et seq. — De antiquis formulis fidei et earum usu, 419 et seq.—Symbolum fidei in duodecim capita dividitur quæ similitudine quadam a patribus nostris frequenter usurpatam articulos appellamus, VI, 13.—Duodenarii istius articulorum numerum convenientem rationem tradit S. Thomas, 14.

Primus articulus: Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli et terræ, 14. — Secundus articulus: Et in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum, 111 et seq. — Tertius articulus: Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine, 148 et seq. — Quartus articulus: Passus sub Pontio Pilato, crucifixus et sepultus, 177 et seq.—Quintus articulus: Descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis, 239 et seq.—Sextus articulus: Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Patris omnipotentis, 258.—Septimus articulus: Inde venturus est judicare vivos et mortuos, 272 et seq.—Octavus articulus: Credo in Spiritum sanctum, 285 et seq.—Nonus articulus: Credo sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, 315 et seq. — Decimus articulus: Remissionem peccatorum, 339 et seq.—Undecimus articulus: Carnis resurrectionem, 345 et seq. — Postremus articulus: Vitam æternam, 355 et seq.

Synagoga erat Ecclesia particularis, non catholica, quia erat alligata uni tempori, uni loco, uni familiæ. Extra illam inventi sunt fideles et justi. Ubi sermo est de auctoritate et inerrantia, institui plene non potest Synagogæ comparatio cum Ecclesia Christi. VI, 447.—Post captivitatem Babylonicam, per omnes fere civitates synagogæ erectæ sunt, in quibus per omne sabbatum libri legis et prophetarum legebantur, addita interpretatione, exhortatione, I, 42-55. — In sola urbe Hierosolymitana 480 synagogæ numerabantur, 42.—Synagogæ erant ædes in quibus Judæi preces fundebant, lectionem et interpretationem sacræ Scripturæ audiebant, XXVI, 138, *in nota*.

Synderesis est habitus naturalis practicus, quo prima rerum agendarum principia cognoscimus.—Synderesis dicitur instigare ad bonum, et remurmurare de malo. — Non est potentia, sed habitus naturalis, XI, 394. — Synderesis est habitus versans circa principia practica, sed universalia et indeterminata, ut quod virtus sit amplectenda, vitium fugiendum, etc. Non potest immediate et proxime actus nostros regulare, 113.—Differunt synderesis, lex naturalis et conscientia: quia lex naturalis nominat ipsa principia universalia juris, synderesis nominat habitum eorum; seu potentiam cum habitu; conscientia nominat applicationem quamdam legis naturalis, 114. — Principia practica sub diverso respectu pertinent tum ad rationem tum ad synderesim.—Synderesis nunquam in homine extinguitur; sed firma et immobilis permanet. — Principia naturaliter nota, quorum habitus est synderesis sunt fines virtutum moralium. 398

Synodus, ut ipsa præ se fert nominis etymologia, idem est ac concilium, seu plurium in unum locum aliquid deliberandi gratia, conventus. XXV, 803. — De synodis provincialibus ad componendas de fide ac moribus controversias, IV, 519. *Vid.* Concilium.

De synodo diœcesana Benedicti XIV libri tredecim. Præfatio XXV, 799-800.—Liber primus. Notiones, quæstionesque præliminares, 803, 804. — De synodi nomine, et synodorum divisione, *ibid.*—De synodi diœcesanæ utilitate, 809. — Quo titulo sit cohonestanda synodus diœcesana et quomodo inscribenda ejusdem decreta, 812. — An synodus diœcesana pertineat ad potestatem ordinis, vel jurisdictionis, et an ad legem diœcesanam vel ad legem jurisdictionis, 815.—De loco in quo synodus diœcesana habenda est, 818 — De tempore quo cogenda est synodus diœcesana. 821

Liber secundus. De his qui synodum diœcesanam cogere possunt, 813, 814. — An Romanus pontifex cogere possit synodum diœcesanam, *ibid.* — Jus Romani pontificis congregandi synodum tam provincialem quam diœcesanam explicatur et confirmatur, 826.—De cardinali urbis vicario, 830. — De archiepiscopo, 832. Generalia de simplici episcopo, 833. — De episcopo privilegium habente gestandi pallium, et crucem ante se deferendi, 837. — De episcopo titulari, 840.—De vicario generali episcopi, 842 — De vicario capitulari, 844. — De vicario apostolico, 848. — De prælato inferiori, 852.—De episcopo latino, in cujus diœcesi, Græci sacerdotes et clerici degunt. 859

Liber tertius. De vocandis ad synodum, ordine sedendi, et sacris vestibus, juxta proprium cujusque gradum adhibendis, 863, 864.—De prælatis regularibus et sæcularibus, *ibid.* De abbatibus, prioribus, guardianis conventuum subjectorum jurisdictioni episcopi, tanquam sedis apostolicæ delegati, 868. — De obtinentibus dignitates, personatus, officia, et de vicariis tum generali, tum foraneis, 871. —De canonicis ecclesiæ cathedralis et collegiatarum, 875. —De parochis, 877.—De obtinentibus beneficia simplicia, cæterisque presbyteris et clericis diœceseos, 878. — De fratribus capellanis sacræ religionis Hierosolymitanæ, curam animarum habentibus, aliisque eidem religioni inservientibus, 880.—De beneficiariis capellanis, aliisque aggregatis ecclesiæ in solo Lateranensi fundatæ; de protonotariis et subcollectoribus spoliorum; ac de ecclesiasticis privilegiatis almæ domus Lauretanæ, 882. — De Laicis, 886.—De ordine sedendi in synodo, 890. — De indumentis episcopi, aliorumque, qui synodo diœcesanæ intersunt, 895. — De pœnis quibus fiunt obnoxii non accedentes ad synodum, nisi legitimo detineantur impedimento. 899

Liber quartus. De officialibus, seu ministris synodi suam nimirum operam synodo præstantibus, aliisque qui pro futuris eventibus in synodo eliguntur, 903, 904. — De officialibus primi generis, *ibid.* — De judicibus querelarum, et excusationum, 905. — De testibus synodalibus, 906. — De punctatoribus, 909. — De judicibus synodalibus, 910.—

De judicibus conservatoribus, 914. — De synodalibus examinatoribus, 917. — Expenduntur alia ad synodalium examinatorum officium spectantia. 923

Liber quintus. De gerendis in synodo, 927, 928. — De publicis supplicationibus, missis, allocutionibus, sermonibus, et acclamationibus, *ibid.* — De legendis in synodo, et fidei professione in ea emittenda, 933. — De scrutinio, 936. — De auctoritate reservandi casus, eorumque reservatione in synodo facienda, 940. — Quænam sint atrociora et graviora crimina reservanda, una cum aliis ad materiam pertinentibus, et signanter quoad regulares, 943. — De jure exigendi cathedraticum, in synodo ut plurimum solvendum, 949. — De nonnullis quæstionibus cathedraticum respicientibus, 952. — De eleemosyna missarum et ejus taxatione in synodo ut plurimum facienda, 959. — De advertendis ab episcopo in statuendis missæ eleemosynis, evellendisque abusibus circa eas gliscentibus; et ne confessarii easdem a pœnitentibus exigant, 961. — De missarum oneribus minuendis, 964. — De ratione redituum seminarii a deputatis in synodo reddenda, et de nonnullis ad eosdem deputatos pertinentibus, 966. — De nonnullis monitionibus in synodo faciendis. 970

Liber sextus. De constitutionibus in diœcesana synodo edendis, earumque conscribendarum methodo, 971, 972. — Summa statuendorum in diœcesanis synodis, *ibid.* — Qua methodo, quoque sermonis stylo conscribendæ sint synodales constitutiones, 974. — Quæ utiliter in una, inutiliter in alia synodo decernuntur; ubi nonnulla de oblatis, eremitis, et Græcis degentibus in diœcesibus episcoporum Latinorum, 975. — Aliis exemplis demonstratur, non omnes constitutiones omni synodo æque congruere; ubi multa de Judæis degentibus in terris christianorum, 979. — Quæ in præcedenti capite dicta sunt, novo confirmantur exemplo, communicationis videlicet catholicorum cum hæreticis in divinis, atque adeo etiam matrimonii catholicorum cum hæreticis, 983. — De iis quæ provisa sunt super matrimoniis initis atque ineundis in Hollandia et in regionibus fœderatorum ordinum dominio in Belgio subjectis; quæ scilicet in synodis earum regionum, non autem in aliis, inseri et manifestari convenit, 986. — De aliis quibusdam respicientibus matrimonia quæ a catholicis contrahuntur in regionibus infidelium aut hæreticorum principum dominio subjectis, vel quæ in regionibus catholicis ineuntur inter catholicum ex una parte, et hæreticum occultum ex altera; de quibus similiter nequaquam in omnibus synodis agendum est, 991. — De constitutionibus synodalibus ad missæ sacrificium spectantibus, quæ peculiaribus quibusdam diœcesibus, non vero aliis, congruere possunt, 996. — De communione sub utraque specie quoad laicos, clericos et sacerdotes non celebrantes; de qua etsi quibusdam in synodis actum fuerit, in aliis tamen non expediret sermonem instituere, 1004. — De vernacula divinarum Scripturarum lectione alicubi prohibenda synodali decreto, si abusus irrepserit; si tamen nullus abusui locus sit, hac de re silere præstabit, 1007. — Recens subortus in diœcesi abusus, modo revera talis sit, et remediis canonicis submoveri valeat, necessariam interdum reddit constitutionem, quæ in alia forte synodo redundaret; ubi de confessariis qui pœnitentes astringerent ad sibi aperiendum nomen complicis in peccato; item de denuntiatione confessariorum sollicitantium ad turpia, et de sollicitantibus ad alia illicita. 1010

Liber septimus. De his quæ cavenda sunt in constitutionibus synodalibus, ac de pertinentibus ad sacramenta Baptismi, Confirmationis et Eucharistiæ, 1015, 1016. — De cavendis quoad quæstiones nondum definitas; ubi de quæstione an sit de jure divino residentia quoad habentes curam animarum, *ibid.* — Iterum de cavendis quoad quæstiones nondum definitas; ubi de ea an clerici beneficiarii sint domini vel administratores fructuum suorum beneficiorum, 1018. — Regula in præcedentibus capitibus tradita limitatur, 1024. — Præcipue abstinendum a definiendis quæstionibus respicientibus sacramenta; ubi de intentione ministri requisita ad validitatem sacramenti, 1026. — Nonnullæ recensentur quæstiones spectantes sacramentum Baptismi, a quibus in synodo definiendis est abstinendum; ubi de Baptismo collato infanti in matris utero latitanti, necnon infanti qui aliquam sui partem ex utero matris emisit, 1028 — De forma conditionata Baptismatis alteriusve sacramenti characterem imprimentis; ubi de Baptismo collato infanti qui jam indubitanter mortuus, per miraculum ad vitam creditur revocari, 1032. — De sacramento Confirmationis relative ad presbyteros Græcos, qui illud pueris post Baptismum administrant, et primo de ministro hujus sacramenti, 1039. — De adhibendo chrismate ab episcopo benedicto, si præsbyter uti minister extraordinarius confirmationis sacramentum administret; et an ad solum summum pontificem, excluso episcopo, pertineat jus delegandi simplici sacerdoti dicti sacramenti administrationem, 1042. — In quo finis imponitur propositæ quæstioni de pueris qui post baptismum a presbytero baptizante confirmantur, 1045. — Rursus de sacramento Confirmationis, de quo in quadam constitutione synodali cautum est, ut pueris mox decessuris administretur, 1050. — De evitandis in synodo quæstionibus theologicis circa sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum; ubi de viatico exhibendo, necne, his qui eadem die Eucharistiam susceperunt; item de communione danda reis capite damnatis, et deneganda peccatoribus publicis et manifestis, 1053. — In quo agitur de viatico pueris exhibendo; item de iis qui, perseverante eodem morbi periculo, instant viaticum sibi exhiberi : et aliqua de frequenti aut quotidiana communione, 1058. — De pertinentibus ad sacramentum pœnitentiæ, et signanter de quæstione, ejusque usu in synodalibus constitutionibus, quoad necessitatem aliqualis dilectionis Dei in attritione ex metu gehennæ concepta, aut dictæ necessitatis exclusionem, 1062. — De confessione quam nonnullæ synodi excipiendam prohibent confessario, qui est in opere carnali complex criminis cum pœnitente peracti, 1067. — De forma conditionata in sacramento pœnitentiæ, 1069 — De reprobatione doctrinæ quæ in nonnullis synodis legitur, confessionis videlicet factæ in mortis articulo laico, aut etiam mulieri, deficiente sacerdote, aut diacono, vel subdiacono. 1076

Liber octavus. De pertinentibus ad sacramenta Extremæ Unctionis, Ordinis et Matrimonii, 1085, 1086. — De sacramento Extremæ Unctionis : ubi de materia hujus sacramenti, de olei benedictione ab episcopo peragenda, nulla tamen in synodo facta prohibitione presbyteris Græcis illud benedicendi, et catholicos Græci ritus inungendi, si in latinorum diœcesibus Græci inhabitent, *ibid.* — De forma sacramenti Extremæ Unctionis, de qua multa in synodis et instructionibus episcopalibus, 1089. — De corporis partibus inungendis; de quo multa in nonnullis synodis et ritualibus habentur, 1091. — De sacramenti Extremæ Unctionis ministro, tum quoad Ecclesiam Latinam, tum quoad Ecclesiam Græcam; quidve episcopi Latini, in quorum diœcesibus Græci inhabitant, statuere valeant de eorum ritu hac in re, 1095. — De subjecto hujus sacramenti, et præsertim de more Græcorum sanos oleo inungendi, et quid de eo episcopi Latini, in quorum diœcesibus Græci inhabitant, in synodo disserere possint, 1097. — De eodem subjecto Extremæ Unctionis, et signanter de ætate, in qua eadem pueris exhiberi potest; ubi etiam de amentibus et furiosis; ac nonnulla in synodis in quibus de prædictis rebus disseritur, 1100. — De tempore quo infirmis Extrema Unctio est exhibenda; et quid in synodis et instructionibus episcopi de dicto tempore statui debeat, 1105. — De ordine quo Extrema Unctio infirmis administranda est, et de reiteratione administrationis ejusdem sacramenti, 1106. — De cautela in constitutionibus synodalibus adhibenda, cum in eis agitur de sacramento Ordinis. Plura de quæstione utrum in cujuslibet ordinis minoris collatione verum conficiatur sacramentum, quam nonnulli episcopi in suis constitutionibus synodalibus aut decidisse, aut ignorasse visi sunt, 1109. — Quod nihil in synodo sit decernendum de trium hierarchicorum ordinum materia et forma, insinuatur exemplo desumpto ex quadam quæstione congregationi concilii proposita, 1116. — De protestatione in aliquas synodos inserta, et per archidiaconum, episcopi nomine, ante ordinationem repetita, per quam episcopus ordines collaturus potestatur se intentionem non habere ordinandi irregulares, aut canonico impedimento irretitos; et de ordinatis ad majores ordines ab episcopo in missa, non ab ipso celebrata, sed a sacerdote; de qua re in synodo episcopali aliquando disceptatum est, 1121. — Ad demonstrandum quam circumspecte sit in synodo loquendum de ministro sacramenti Matrimonii, nonnulla præmittuntur respicientia concilii Tridentini decretum, quo irrita fiunt matrimonia clandestina, 1125. — Ex eo quod præsentia parochi necessaria nunc sit ad vires tribuendas christianorum connubiis, recruduit quæstio, jam antea a nonnullis excitata, an scilicet ille sit sacramenti Matrimonii minister. Secum invicem hac in re pugnantium doctorum præcipua argumenta proferuntur; concluditurque non esse in synodalibus constitutionibus de hujus modi controversia ferendum judicium, nec aliquid asserendum quod uni aut alteri opinioni refragetur, 1129. — Corrigatur falsa doctrina quæ in quasdam synodos irrepsit, quoad idem Matrimonii sacramentum. 1134

Liber nonus. De cavendis in synodo, quæ auctoritate et juribus Apostolicæ sedis refragari possunt; item de non assumenda definitione controversiarum jurisdictionalium inter potestatem ecclesiasticam et sæcularem; de sobrio in synodo usu legum civilium, et de non lædendis privilegiis regularium, 1137, 1138. — Nihil in synodo decernendum, quod præjudicium inferat auctoritati et juribus apo-

stolicæ sedis; ubi de falsitate assertionis tribuentis episcopo potestatem statuendi in sua diœcesi, iis duntaxat exceptis, quæ totius Ecclesiæ statum respiciunt, quidquid papa sibi specialiter non reservavit, et incidenter de erectionibus monasteriorum et domuum regularium, 1138.— Ex iis quæ dicta sunt decernitur quibus in casibus fas sit aut non sit episcopo relaxare impedimenta dirimentia matrimonium. Agitur etiam de consuetudine, ac nonnullis synodis Gallicanis, eamdem episcoporum facultatem spectantibus, 1141.—De pontificiæ auctoritatis læsione in eo quod pertinet ad dispensationes matrimoniales inter unam partem catholicam et alteram hæreticam, 1146 —Examen instituitur synodalis constitutionis, ascribentis episcopo facultatem absolvendi ab hæresi, quæ, nisi congrue explicetur, jura deturbat apostolicæ sedis, 1149 —Alia evertuntur argumenta, quibus speciatim suffulti nonnulli auctores Gallicani, facultatem absolvendi ab hæresi, quam aliis ablatam haud difficulter admittunt in suæ nationis episcopis intactam perseverare, asseverant, 1155 —Eadem jura Romani pontificis læduntur etiam per synod lem constitutionem, infligentem degradationis pœnam clericis quorumdam atrociorum criminum reis, 1157. — De læsione jurium apostolicæ sedis in unione beneficiorum, quæ seminario fit ab episcopis in vim decreti concilii Tridentini, cap. 18, sess. 23, de Reformatione, 1163 —Quomodo se gerere debeant episcopi erga apostolicam sedem, si quam forte pontificiam constitutionem de aliquo disciplinæ capite pro suis diœcesibus minus opportunam esse censeant, 1167. — Nulla in synodo decidatur controversia quæ in materia jurisdictionis versatur inter potestatem ecclesiasticam et sæcularem; ubi multa de causis nunc et olim pertinentibus ad ecclesiasticam potestatem, 1171. — Leges civiles cum moderatione et delectu in synodo allegandæ, 1179. — Exempla legum secundi generis quæ scilicet sunt a jure canonico correctæ et improbatæ; ubi de matrimoniis filiorumfamilias sine consensu parentum, et servorum sine consensu dominorum, 1182. — Exempla alia legum civilium a jure canonico correctarum; ubi præcipue de adulteriis et concubinatu, 1185.—Gravis dubitatio olim exorta, an quædam lex civilis esset a jure canonico recepta, an potius abrogata; atque ideo an valide contrahi possit matrimonium inter vitricum et uxorem privigni, 1189. — De legibus civilibus a jure canonico neque correctis neque expresse approbatis, et proinde aliquando opportune in synodo memorandis, 1191. — Nihil in synodo constituendum, quod regularium privilegia lædat, 1195. — Modus adhibendus in constitutionibus respicientibus regulares, 1200. — Aliæ exponuntur earumdem querelarum causæ. 1205

Liber decimus. De censuris, de usuris et contractibus, necnon de mulctis pecuniariis, 1209, 1210. — Censuræ, præsertim latæ sententiæ, synodalium constitutionum transgressoribus, nonnisi sobrie, et circumspecte infligantur; ubi etiam de potestate dictas censuras ferendi, *ibid.* — Auctoritate et exemplis improbatur immoderatus usus censurarum latæ sententiæ, 1214 — Interdum decerni potest censura latæ sententiæ ad cohibendam culpam quæ in se spectata est levis, si ob adjunctas circumstantias fiat gravis, 1216. — Quid de usuris et contractibus in synodo decerni possit; ubi specialiter de mutuo, 1219. — An et quando usuræ suspicione vacent quidam speciales contractus, de quibus interdum est in synodo agendum; ubi de lucro quod ultra sortem recipitur in montibus pietatis, de censibus et de cambiis, 1224. — A cambiis localibus activis, omnique alia quæstuosa negotiatione, quantumvis in se licita, et laicis permissa, per synodalem sanctionem cohibeantur clerici, 1228. — Quid sentiendum de contractu quem vocant trium contractuum; an a synodo permitti, an potius proscribi debeat, 1232. — Contractus cujuslibet diœcesis proprii et peculiares in synodo examinentur, 1234 — De mulctis, seu pœnis pecuniariis, 1236. — De mulctarum, seu pœnarum applicatione seu destinatione; obiter nonnulla de procuratione debita episcopo visitanti. 1240

Liber undecimus. De novitate et severitate quæ in constitutionibus synodalibus evitandæ sunt; ubi multa de hujusmodi notis aliquando synodalibus constitutionibus immerito inustis, 1243, 1244. — De falsa novitatis nota quæ synodalibus constitutionibus quandoque inuritur; ubi de constitutionibus sancti Caroli Borromæi pro sua Ecclesia Mediolanensi, *ibid.* — De falsa nota novitatis, quæ opponitur constitutionibus synodalibus, quibus ordinandorum multitudini modus imponitur, ac regula et remedia canonica præscribuntur, ut clericorum ordinationes debito modo fiant, 1249 — Ab eadem novitatis nota nonnullæ vindicantur synodales constitutiones, Alatrinæ videlicet Ulyssiponenses, Barchinonenses, Herbipolenses, et aliæ, 1259. — Quænam sit novitas in diœcesim non inducenda; et primo, ne veteris disciplinæ restituendæ studio contra recentiores leges, aut consuetudines generaliter receptas, decreta fiant; ubi de clericorum habitu, et de eorum cohabitatione cum mulieribus consanguineis aut affinibus, 1265. — Novitatis notam non evadit constitutio synodalis quæ antiquam diœcesis et regionis consuetudinem, justis de causis toleratam approbatamve, abrogare nititur; ubi de jejunio sabbati, de more alicubi vigente vescendi die sabbati carnibus, aut interioribus et extremis animalium partibus, item de ovis et lacticiniis, de carnibus avium et amphibiorum diebus jejunii vetandis aut permittendis, 1270. — Invisæ novitatis censuram merentur synodales constitutiones quibus damnari et prohiberi velint consuetudines quædam generaliter approbatæ; ubi de solutione dotis a sanctimonialibus facienda monasterio in quo professionem emittunt; deque aliis præstationibus quas canonici quidam suorum canonicatuum professionem aut fructus adepturi persolvere solent, 1277. — De aliis quibusdam consiliis a probis viris optimo sane studio propositis, quæ tamen in synodalibus constitutionibus adoptata odiosam novitatis speciem induissent; ubi de cantoribus eunuchis, ac de musica et instrumentis musicalibus in ecclesia tolerandis vel prohibendis; item de lacte infantibus præbendo, et de sectione cæsareæ, 1282.— De censoria nota nimiæ severitatis, synodalibus constitutionibus falso interdum inusta, ubi de præscribenda veste oblonga et nigri coloris clericis in sacris constitutis, aut beneficium ecclesiasticum possidentibus, 1289. — A severitatis nota vindicatur synodalis constitutio qua clericis interdicitur usus comæ suppositititæ, gallice *perruque*, 1291.— Alia ejusdem censuræ synodalibus constitutionibus immerito inustæ exempla, ubi de ludis et venationibus, choreis spectaculisque quæ clericis interdicuntur, 1295. — Immerito nimiæ severitatis insimulatur constitutio præscribens sacerdotibus assiduam lectionem antiquorum canonum pœnitentialium, 1301.— A nimiæ severitatis nota vindicatur synodalis constitutio quæ mulieribus vetat vanos ornatus, cum ad pœnitentiæ et eucharistiæ sacramenta accedunt, 1305. — Exemplis ostenditur quænam sit severitas in synodalibus constitutionibus evitanda; et singulatim disseritur de constitutione prohibente usum tabaci ante eucharisticam communionem; atque expenditur alia constitutio qua interdicitur clericis ne sæcularium patrocinio et favore ecclesiastica beneficia assequi studeant, 1307. — Non potest a nimia severitate excusari synodalis constitutio adigens sæculares ad missam Deique verbum audiendum in ecclesia parochiali omnibus dominicis aliisque festis diebus. 1309

Liber duodecimus. De constitutionum synodalium quæ juri communi et apostolicis sanctionibus adversantur, insubsistentia. Item an et quatenus liceat aliquid præter jus commune in synodo statuere, 1315, 1316. — Firmitate carent synodales constitutiones juri communi et apostolicis sanctionibus adversantes; multaque ad hanc rem comprobandam afferuntur exempla, *ibid.* — Ad tuendam synodalem constitutionem, contrariam juri communi, frustra adducitur studium servandæ ecclesiasticæ disciplinæ; sigillatim vero examinantur constitutiones clericos omnium clericalium jurium possessione deturbantes, ob non impletas ab illis conditiones a concilio Tridentino præscriptas, 1318. — Ad ea confirmanda quæ nuper dicta sunt statuitur an et quando liceat clerico iterum induere clericales vestes quas antea dimiserat; an liceat episcopo ordines minores una cum subdiaconatu uni eidemque personæ eadem die conferre; et an irregularitate afficiatur qui, nulla impetrata absolutione a censura qua est irretitus, ascendere præsumit ad altioris ordinis gradum, 1320. — Ad ampliorem præmissorum confirmationem, expenditur casus clericorum qui, postquam prima tonsura insigniti ac etiam ad minores ordines promoti fuerunt, ad majores ascendere recusant; vel majoribus ordinibus initiati, ad sacerdotium promoveri non curant; an scilicet, et qua ratione ab episcopo cogi possint ad superiores ordines suscipiendos, 1324. — Ne obtentu quidem removendi abusus a rebus sacris, potest in synodo quidquam constitui contra jus commune; quamobrem viribus caruere quædam sydonales constitutiones respicientes sponsalia et matrimonia clandestina, etsi justæ ac sanctæ, atque ad graves eliminandos abusus viderentur quodammodo necessariæ, 1329. — Firmitate non carent synodales constitutiones, aliquid decernentes præter jus commune; quod multis firmatur exemplis, 1335. — Aliæ proferuntur synodales constitutiones quæ non ideo nutarunt, quod aliquid statuerint præter jus commune, 1341. — Nonnullæ recensentur rerum circumstantiæ, in quibus dubitari potest an liceat episcopo aliquid edicere contra jus commune aut apostolicas sanctiones; ubi de facultate episcopi clericum suspendendi ab ordinis exercitio ob occultum crimen, in foro externo non probatum; item examinandi alienos subditos cum propria

episcopi dimissoriis ad ordinationem accedentes; et de non permittenda alienatione rerum Ecclesiæ absque apostolicæ sedis assensu, 1344. — De dubitatione aliquando orta an et quando liceat episcopo in sua præsertim synodo præfinire quantitatem redituum patrimonii aut beneficii, ad cujus titulum quis possit ad sacros ordines promoveri. 1349

Liber decimus tertius. De cæteris ad diœcesanam synodum pertinentibus, 1351, 1352. — De verbo placet, quo synodales constitutiones solent alicubi ab astantibus approbari, ibid. — De synodi subscriptione, 1357. — De synodalium decretorum revisione et approbatione, 1360. — De synodalium decretorum promulgatione, et quam in diœcesim inducunt obligationem, 1364. — Quibus modis cessare possit obligatio inducta a synodali statuto, 1368. — De visitatione sacrorum liminum, et relatione status Ecclesiæ quæ a quolibet episcopo et prælato inferiore, territorium separatum habente, apostolicæ sedi facienda est. 1374

De relatione status Ecclesiæ, de qua actum est capite superiori et de prima ejusdem parte, 1381. — De relatione status Ecclesiæ, et secunda ejusdem parte, 1388. — De relatione status Ecclesiæ, et tertio ejusdem capite, 1399. — In quo subsequitur tractatio de tertia parte relationis status Ecclesiæ, 1415. — De quarto capite relationis status Ecclesiæ, 1419. — De quinto capite relationis status Ecclesiæ, 1449. — De postulatis, quæ in relatione status Ecclesiæ ab episcopis proponi solent; et primo de iis quæ ad ipsos episcopos spectant, quatenus in ordinem episcopalem ingressi sunt, Ecclesiæ quæ regimen susceperunt, 1468. — — De postulatis que spectant ad episcopos in ecclesiarum suarum administratione versantes, et ad rectum eorum muneris implementum; ubi de petitione coadjutoris aut episcopi suffraganei, 1478. — De postulatis, quibus alia extraordinaria subsidia in episcoporum levamen, seu aliqua honoris insignia, ad Ecclesiarum decus augendum petuntur. 1485

De postulatis episcoporum, qui aliquando in relatione status Ecclesiæ facultatem petunt abdicandi episcopatum, aut se ad aliam Ecclesiam transferri rogant; deque nonnullis controversiis occasione translationum hujusmodi excitatis, et a sacra congregatione definitis, 1495. — De postulatis respicientibus absurda quædam, seu scandala e diœcesi eliminanda, 1503. — De postulatis ad indulgentias, festorumque dierum cultum pertinentibus, 1508. — De postulato proposito quoad onus ministrandi sacramenta fidelibus peste infectis, dum ea grassatur; ac de modo ministrationis tunc temporis peragendæ, 1517. — De postulatis spectantibus ad Christi fideles Turcarum imperio subjectos, 1533. — De postulato proposito circa matrimonia in infidelitate contracta ab iis qui postea ad christianam religionem convertuntur, 1541. — De postulato proposito circa matrimonium inter duos calvinistas in Transilvania contractum, cum alter ex iis, ejurata hæresi, ad fidem catholicam conversus esset, 1549. — De postulatis aliquando propositis circa præsentiam parochi in matrimonii celebratione; et de matrimoniis conscientiæ nuncupatis, 1556. — De nonnullis postulatis ad rem beneficiariam spectantibus, 1564. — De facultate imminuendi, seu reducendi legata missarum quam episcopi sæpe in relatione status suarum Ecclesiarum sibi concedi postulant, 1576. — Instructio sacræ congregat. Concilii, etc. — 1585, 1594. — Appendix, varias continens quæstiones quibus omnimode perficitur tractatus Bened. XIV de Matrimonio, sive quasdam rerum omissarum rimas explendo, sive posteriorum opinionem exhibendo quoad res liberas, circa quas una tantum opinio prolata est, ac speciatim circa potestatem civilem quantum ad impedimenta, etc., 1599, 1600. — Discours de l'évêque de Montpellier sur les mariages des princes du sang et sur les puissances civiles en fait d'empêchement. 1619, 1620

Symboli formulæ tres diverso tempore, nec ejusdem impietatis, editæ sunt, VIII, 457 et seq. Vid. Formulæ.

## T

Tabellio in sacro tribunali interrogetur quomodo se gerat in capiendis informationibus; an intermiserit interrogationes suggestivas; an testium depositiones diminuerit, vel auxerit. XXII, 1021

Tabernaculum erat quasi domus regia in qua Deus inter Judæos habitabat, III, 376. — Significabat Deum nobiscum in carne conversantem, 377. — Adumbrabat etiam corpus Christi mysticum et corporis ejus membra, 377. — De tabernaculi origine. Ex profana gentium religione originem non duxit, sed ex Dei sapientia et voluntate, XV, 111. — An mos deorum imagines in tentoriis gestandi sit Mose anterior vel coævus, incertum est, 113. — De structura tabernaculi. Tribus partibus constabat : prima, quæ exterior erat, atrium; secunda, sancta; tertia, sancta sanctorum. 117

De festo Tabernaculorum apud Hebræos. Quot dierum spatio Tabernaculorum festum celebrabatur, XXVI, 68. — Quomodo celebrabatur hoc festum, 69. — His diebus quid agitur in synagogis, 71. — Sacrificium antiquitus septem continuis diebus Tabernaculorum offerri solitum. — Appellatur dies septimus Tabernaculorum hosanna et hosanna rabba, 72 et seq. — Fructus arboris pulcherrimæ nomine malum citreum a Deo designari existimant, 74. — Quando hosanna fasciculum totum ex tribus ramorum speciebus colligatum significat, 75. — Quare evangelistæ vocem hosanna non sunt interpretati, 75. — Quid præterea agebant antiquitus Hebræi die septimo Tabernaculorum, 75. — Dies octavus vocabatur collecta, 76. — Quid agitur die nono, 77. — Hoc die munera ecclesiastica in synagoga renuntur, 78. — Qua solemnitate hoc festum agebatur tempore templi secundi, 78. — Quoties quotannis omnis mas Hierosolymam se conferre tenebatur. — Quodnam sabbatum, vel festum fuit illud, de quo Lucæ capite sexto habetur. 80

Tabulæ turpes. Nihil efficacius ad inflammandam peccandi libidinem. XI, 80, 81

Tacens consentire videtur, si taceat dum negare et contradicere deberet. XI, 74

Taciturnitas pars temperantiæ, est virtus quæ sermones regulat ac moderatur. XI, 1246

Tactus sunt de se indifferentes. Quandoque fiunt peccata mortalia quandoque venialia, XXV, 548; XIV, 777, 781-614, 619. Vid. Amplexus.

Talmud. Hæc vox proprie doctrinam, seu disciplinam significat. Improprie apud rabbinos Talmud nomine intelligitur liber ab Hebræis maximi habitus. XXVI, 43

Tatiani dicti etiam Encratitæ, seu continentes, secundi seculi hæretici. V, 34

Temerarium a temeritate dicitur. Ea dicuntur temere fieri, quæ non reguntur ratione, vel propter impetum immoderatæ voluntatis, vel ex contemptu; et idcirco causantur ex superbia. VI, 850

Temeritas est præcipitatio ex defectu consilii, ac proinde est species imprudentiæ, VI, 850. — Temeritas est vitium prudentiæ oppositum, XI, 435. — Discrimen inter præcipitationem et temeritatem. 435

Temperantia est quarta et postrema virtutum moralium quæ cardinales dicuntur XI, 1235. — Latiore sensu definitur : virtus quæ juxta legem divinam et rectam rationem passiones humanas moderatur ac regit. Temperantia, ait S. Aug., est rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi firma et moderata dominatio, 1235. — Pressius considerata, ac prout est peculiaris virtus, sic definitur : Temperantia est virtus præcipue consistens circa passiones tendentes in bona sensibilia, scilicet circa concupiscentiam et delectationem; ex consequenti autem circa tristitias quæ contingunt ex talium delectationum absentia, 1236. — Temperantiæ objectum et officium, 1237. — Regula quam in delectationibus tactus temperantia præscribit, 1237. — Temperantiæ partes integrales sunt verecundia et honestas, 1238. — Virtutes temperantiæ subjectivæ sunt abstinentia, sobrietas, castitas et pudicitia, 1239. — Temperantia a potu nomen sobrietatis sibi vindicavit, 1241. — De partibus temperantiæ potentialibus sive de virtutibus adjunctis temperantiæ, 1254. — De vitiis oppositis temperantiæ ac virtutibus annexis. De vitiis temperantiæ oppositis generalis doctrina, 1247. — Duo vitia temperantiæ generatim consideratæ opponuntur, intemperantia per excessum, insensibilitas per defectum, 1247. — Necessitas humanæ vitæ, quæ est temperantiæ regula dupliciter attendi potest, simpliciter et moraliter, quatenus est aliquid vitæ humanæ conveniens : utramque necessitatem respicit temperantiæ regula, 1260. — Graviter peccat adversus temperantiam qui delectatur, vel comestione carnis humanæ, vel potu humani sanguinis; nec iis uti licet etiam in casu necessitatis. Semper peccatum mortale est, saltem extra gravissimam necessitatem, 1260. — Peccant et aliquando mortaliter, qui inordinato affectu feruntur in studium veritatum, etiam ad intellectualem cognitionem pertinentium, 1261. — A peccato immunes sæpe non sunt joci et ludi, 1262. — Temperantiæ in conviviis exemplum posteris omnibus imitandum primi christiani præbuerunt, 1089. — Temperantiæ regulas explicat S. Aug., 1090. — Modus comparandæ temperantiæ 1091. — Reflexio. Homini in hac vita constituto temperantia magis quam cæteræ omnes virtutes necessaria est, 1265 et seq. — Hæc sola moderatur et comprimit voluptatis gustus ac tactus cæterorumque etiam sensuum, ne a rectæ rationis norma desciscant. 1265

Templorum conditorum epocha incerta est, XV, 114. — Templi Hierosolymitani desolatio perpetua a Daniele prædicta est, III, 386. — Hujus templi restauratio frustra a Juliano tentata, 390. — Convocatio Judæorum a Juliano facta,

586. — Revera tentavit Julianus templi reparationem quæ per flammarum globos impedita fuit, 587.—Illud testantur pagani, Judæi et Christiani, 587, 588.—Illud factum est ingens miraculum, 589. — Solv. objectiones, 591 et seq. — Templorum antiquorum structura apud christianos. Primo, ingressuris in basilicam incurrebat atrium tribus aut quatuor auctum porticibus. Cujus in medio erat area fontem habens ori, manibus ac pedibus abluendis destinatum. Hæc area paradisus ac deinde paravisus est nuncupata, XXII, 643.—Secundo, post atrium vestibulum columnis fultum; cujus latitudo major quam longitudo; hæc Narthem dixere Græci.—Tertio, occurrebat Ecclesia navis quam in duas partes dividebat latum et sublime pulpitum, cui indictum a Græcis ambonis nomen.—Quarto, navim sequebatur sanctuarium, seu chorus ab ipsa cancellis sejunctus. 643

Tempus est idea abstracta durationis entium mutabilium, II, 223. — Tempus est duratio entis in substantia etiam mutabilis, quod initium agnoscit et finem, talis et variarum corporis specierum duratio, VII, 153.—Sunt philosophi qui tempus componunt ex solis instantibus. Alii illud componunt ex partibus divisibilibus in infinitum, XXIII. 478

De institutione quatuor anni temporum, XXIV, 1327. *Vid.* Jejunium.

Tenebrarum officium quod recitatur vel cantatur quando sol tres partes diurni cursus absolvit, feria quarta, quinta et sexta majoris hebdomadæ, XV, 351.—De tribus matutinis tenebrarum, ac præcipue de lectionibus ex Threnis Hieremiæ, XXVI, 220.—Olim hæc officia noctu canebantur. De vocibus illis *Aleph*, *Beth*, in *Threnis*, 221. — Ratio cur singulis quibusque psalmis expletis lumina singula extinguantur, 222 —Opinio Verti, 222. — Vertus confutatus, 223.—Symbolicæ rationes in sacris cæremoniis. Usus thymiamatis unde sit, 224. — Usus luminum non ad depellendas tantum tenebras institutus. Candelæ etiam interdiu accendebantur, 224. — Rationes aliquot symbolicæ quamobrem candelæ subinde alia post aliam extinguantur. 225, 226

Tentare est periculum de aliquo facere, XVII, 1365.—Tentare aliquem est verbis aut factis eum probare, experiendo an sciat, velit, aut possit aliquid, XIV, 140-112. — Tentare Deum est experimentum facere de ejus potentia, bonitate, aut voluntate, sine ulla necessitate, aut utilitate, *ibid.*—Homines tentat Deus cum permittit fraudes et præstigias deceptorum. II, 533

Tentatio alia extrinseca, alia intrinseca. Prior consistit in suggestione et ostensione, seu propositione objecti vetiti; posterior, in motibus ad ejusmodi objectum prosequendum impellentibus, IX, 960-759. — Vocis tentationis varia est acceptio, XVII, 1365 —Alia est tentatio deceptionis, alia tentatio probationis, 1366. — Tentatio quæ est a Deo, bona est, et ideo petere non debemus, ne in nobis fiat, 1293.—Tentatio quæ ad malum inducit, merito formidatur. Tentari non est malum, sed tamen periculosum, et ideo propter infirmitatem nostram merito cupimus et petimus non tentari, 1293. — Sed quia non tentari vel est impossibile, vel præter legem ordinariam Dei, debemus postulare ne in noxiam tentationem incidamus. — Dicitur tentatio noxia quæ nos est superatura, 1294.—Deus homines tentare dicitur, quorum probat seu explorat, non quasi nescius intimorum animi sensuum, sed ut aliis illorum virtutem notam faciat ad exemplum, 1365.—Suos Deus tentare dicitur, cum inopia, morbo et aliis calamitatibus premit, quod probandæ eorum patientiæ causa facit, 1365. — Neminem Deus in tentationem inducit impellendo ad peccatum, aut illud suggerendo, sed nos in tentationem inducere dicitur, quatenus permittit ut diaboli tentationibus superemur, occulto sed justo judicio, gratiam suam a nobis subtrahens ob peccata nostra, 1366.—Deum oramus ne nos tentatione vinci permittat sive patiatur, 1367 et seq.—Eva nostra interior caro nostra est, 1368. — Triplex concupiscentia triplex est diabolicæ tentationis instrumentum, 1369. — Triplicem istam tentationem Christus in deserto sustinuit, 1369. — Carnis et mundi adminiculis fretus diabolus nos et aperte, et per cuniculos aggreditur, 1370 et seq.—Oramus non simpliciter et absolute, ut Deus tentationes a nobis avertat, sed ne nos tentationibus succumbere patiatur, 1373.—Cum in potestate nostra non sit omnino non tentari, parati esse debemus ad tolerandas animo christiano et fideli tentationes et ad resistendum diabolo, 1374 et seq.—Tentatio Dei. *Vid.* Decalogus.

Tephromantia, divinatio ex cinere ad auram exposito, III, 431

Terminus. Inter duos terminos positivos versatur conversio : Alter dicitur terminus a *quo*, alter terminus ad *quem* ut cum lignum convertitur in ignem, lignum est terminus a quo, et ignis terminus ad quem, XXIII, 229.—Duplex est terminus positivus *a quo* et *ad quem*, alius totalis; alius formalis; forma ligni est terminus formalis a quo, seu, est illud quod expellitur a composito; et forma ignis est terminus formalis ad quem, seu est illud quod de novo introducitur in illud compositum. Lignum vero dicitur terminus totalis *a quo*, et ignis dicitur terminus totalis. Sic etiam in eucharistica conversione, termini formales sunt substantia panis et corpus Christi; terminus vero totalis *a quo* est concretum ex pane et accidentibus, et terminus totalis *ad quem* est concretum ex corpore Christi, et accidentibus panis. 231

Tertullianistæ, dicti a Tertulliano, secundi sæculi hæretici. V, 35

Testamentum vetus est occultatio novi, et novum revelatio veteris S. Aug., III. 95. —De antiquitate, authenticitate et integritate librorum Novi Testamenti, 9 et seq. — *Vid.* Scriptura Sacra. — Præstantia Novi Testamenti. — *Vid.* Evangelium

Testamentum definiri potest, actus essentialiter revocabilis quo testator de bonis suis vel de quadam illorum parte disposuit suo tempore mortem ejus subsecutura, XVI, 591. — Triplex distinguitur testamentum in forma ordinaria, olographum, solemne et mysticum, 608.—Olographum est illud quod propria manu testatoris ex integro fuit scriptum, cum indicatione diei, mensis et anni, et ejus nominis subscriptione in forma chirographi, 608. — Exemplum testamenti olographi, 609. — Testamentum solemne est illud quod fit coram duobus notariis et duobus testibus, vel coram uno notario et quatuor testibus, 609. — Testamentum mysticum seu secretum est illud quod a testatore dictatur alicui scribenti aut ab ipsomet scribitur deinde traditur notario et sex testibus cum quibusdam solemnitatibus, 610.—Sunt quædam alia testamentorum genera, 610.— An testamenta prædictis solemnitatibus destituta vim habeant in foro conscientiæ ? 610.—Testamentum formalitatibus sub pœna nullitatis præscriptis destitutum, invalidum est in foro conscientiæ, etiam ante sententiam judicis, ita ut qui possidet aliquid virtute talis testamenti illud ex proprio motu teneatur restituere, 611. — Objectiones solv., 612 et seq. — Quid dicendum, si testator ab hærede naturali obtinuerit promissionem tradendi legatum etiamsi testamentum esset irritum, 616.—Ubi nulla fraus intervenit, et lex non reddit personas inhabiles, per testamentum nullum in foro externo transfertur dominium non quidem omnino firmum, sed debile ac revocabile, XIV, 850 et seq - 671. — De variis dispositionibus quæ per testamenta fieri possunt, XVI, 616.—Testamentum semper ad nutum testatoris revocari potest : hæc revocatio fieri potest, vel expresse, vel tacite, 620. — Caducæ vocantur dispositiones testamentariæ quæ licet validæ a principio, executionem tamen sortiri non possunt, 621.—Rescissio testamenti pertinet ad hæredes naturales qui illam postulare et obtinere possunt, 621.—De testamento. XXV, 583

Testimonium seu attestatio est testis asseveratio, I, 1121-884.—Testimoniis creditur propter testes, et eorum integritatem et fidelitatem, 1121-883. — Alicujus testimonium est aliquando repellendum, sine illius culpa, XIV, 1173-925 — Falsum testimonium triplicem habet deformitatem. Ratione juramenti adjuncti semper est peccatum mortale. 1174-926

Testis est qui de aliquo facto, aliis ignoto, vel dubio, testimonium dicit, I, 1121-884. — Ad probationem numerus duorum vel trium testium sufficit, quales debent esse ad faciendam fidem, XIV, 1172-924. — Regulariter requiruntur et sufficiunt duo testes ad legitimam et plenam in judicio probationem. Aliquando unus sufficit, XVI, 1260. — An et quando quis tenetur testificari ? 1261 et seq.; XIV, 1168-921.— Quando non tenetur ad ferendum testimonium, 1169 et seq.-922.— Quandonam testis peccat mortaliter et tenetur ad restitutionem ? XVI, 1263. — An tenetur ad restitutionem, qui a judice etiam in generali citatus se occultat, vel testimonium fraude declinat, vel veritatem reticet ? Communior sententia asserit, 1264; XV, 765, 925. — De perpetua probatione fidei per testes, I, 1121 et seq.-883. — *Vid.* Fides. — Concilium Nicænum processit per testes, 1139-899. — Concilium Ephesinum processit per testes, 1140-899. — SS. Patres per testes processerunt. 1142 et seq -901

Theismus, polytheismo prior. III, 393, *in nota*.

Theista fit homo raptus argumentis quibus probantur Dei existentia et perfectiones, ac vincula quibus homo Deo annectitur, VI, 9. — Cum demonstratur Deum suas manifestasse voluntates, tunc theista fit christianus.— Christianus per tractatum de Ecclesia fit catholicus. 9

Theocratia est monarchia Dei naturalis et civilis, II, 734

Theologia (θεὸς Deus, λογος sermo), latine de Deo sermo, ratio, aliquam in genere de Deo sermocinationem significat, sub quolibet intellectuali moralive attingatur respectu.

I, 11-9 — Definitur *Scientia religionis*, II, 11. — Communiter definitur : Disciplina seu scientia de Deo ac de rebus ad Deum pertinentibus ex principiis revelatis discursiva ; vel : scientia de Deo et de rebus ad Deum pertinentibus ; vel : in genere seu objective est complexus veritatum religionis ex certis principiis deductus ; subjective sumpta est cognitio religionis erudita, II, 10, 11. — Theologia dicitur scientia veritatum a Deo revelatarum, VI, 889, in nota. — Theologia est ratio et sermo de Deo secundum se, et de Deo principio ac fine rerum, I, 697-549. — In theologia duplex mentis operatio, nempe expositio et demonstratio ; et duplex methodus. 12-11

Theologiæ objectum in genere seu adæquatum est scientia religionis, *ibid.* — Duplex distinguitur : alterum materiale res ipsas quas religio complectitur, Deum primario, cætera secundario includens, *ibid.* — Alterum formale est modus de objecto materiali tractandi. 13-11

Objectum primarium studii theologici, 50, 61-41, 48. — Objectum secundarium hujus studii, 61-48. — Quæ theologiæ objecta res, 697, 698-549. — Ratio formalis theologiæ duplex, alia rei objectæ, alia rei subjectæ seu ex parte cognoscentis. 711, 712-560

Theologiæ finis triplex : alius immediatus ; alius mediatus seu medius ; alius ultimus, 13-12. — Theologiæ finis contemplatio et actio, et ultimus finis dilectio, 699 et seq.-550 ; VI, 889.

Theologia dividitur in dogmaticam et moralem, quarum prior in fidei veritatibus tradendis et confirmandis tota occupatur ; altera in exponendis regulis et præceptis morum. Dogmatica dicitur etiam polemica. S. Aug. ait : theologiam continere *regulam credendi, et præcepta vivendi*, 889, *in nota.* — Ratione objecti materialis, theologia alia est dogmatica seu speculativa ; alia moralis seu practica, I, 13-12-709-558. — Ratione objecti formalis seu methodi, alia positiva et oratoria dicitur, alia discursiva seu scholastica, 13-12, 23, 24-20, 21. — Ratione objecti adæquati, theologia dividitur in naturalem seu metaphysicam, et supernaturalem seu revelatam. Theologia naturalis ex objecto materiali eam sibi attribuit partem quæ lumine naturali constat ; ex objecto vero formali, methodum adhibet potissimum demonstrationis. Theologia supernaturalis ex objecto materiali sibi vindicat dogmata fidei, ex formali autem objecto, methodo expositionis, seu doctrinali, potissimum utitur. 14, 13

Theologia positiva dicitur dogmatica, et versatur circa veritates primarias, 13, 14-12. — Discursiva dicitur rationalis et philosophica ; versatur circa consectaria, *ibid.* — Aliæ theologiæ divisiones, 15-13. — Theologia scholastica, usurpata apud theologos medii ævi, nihil aliud intendere videbatur, quam strictis definitionibus, etc., omnes illustrare quæstiones, etc. 14-12

Theologiæ certitudo. I, 15, 21-15, 21

De conclusionibus theologicis, 24-21. — Conclusio alia de fide ; alia de fide non est. 25, 26-22

Theologiæ præstantia. Est scientia altissima, omnium nobilissima. Est vera sapientia, 27, 28-23, 24. — Cæteris scientiis dignitate præstat, 28-24. — Præstat etiam ratione motivi certitudinis, 29-25. — Theologia adæquate sumpta dicenda est non certior, sed perfectiori modo quam cæteræ scientiæ certa, *ibid.* — Theologia imperat omnibus aliis scientiis tanquam principalis, *ibid.* — Philosophia ut famula utitur, 30-25. — Quidquid in aliis scientiis invenitur veritati hujus scientiæ repugnans, totum condemnatur ut falsum. — Theologia una est, 30-26. — Une proposition ne peut pas être vraie philosophiquement, et fausse théologiquement, XXVI, 1304, 1305. — Quæstiones utiles et solidæ solum ad theologiam spectant ; futiles rejiciendæ sunt. I, 726-572

De traditionibus non scriptis.— Traditionis nomen usurpatur primo pro omni doctrina quam aliquis communicat cum altero; secundo, pro doctrina scriptis non mandata, XXVI, 919. — Traditiones aliæ sunt divinæ, aliæ apostolicæ, aliæ ecclesiasticæ. — Traditiones dividuntur, ratione materiæ, in eas quæ fidem et eas quæ mores spectant; ratione durationis, in perpetuas et temporaneas; ratione locorum, in universales et particulares, 919. — Veterum hæreticorum mos traditiones rejiciendi, 920. — Traditionum non scriptarum necessitas et auctoritas ex Scriptura sacra demonstratur, 921. — Probatur ex Patribus Apostolorum temporum, Ignatio martyre, Dionysio, Papia, Polycarpo, 923. —Probatur ex S. Irenæo, 925. — Ex Clemente Alexandrino, Origene et Serapione, 927. — Ex Tertulliano et S. Cypriano, 930.— Ex Eusebio Cæsariensi et S. Athanasio, 933 — Ex SS. Basilio, Gregorio Nisseno, Epiphanio et Hieronymo, 934. — Ex S. Augustino, Capreolo Carthaginensi, Patribus Ephesinæ synodi, et Sixto tertio, 937. — Ex Vincentio Lirinensi et S. Leone, 941. — Ex synodis œcumenicis V, VI, VII, VIII, ac demum Tridentina. 943

Objectio prima ex Scripturis sacris petita, de Scripturæ ipsius servanda integritate et de illius sufficientia ad salutem, diluitur, 945. — Objectio ex evidentia Scripturæ sacræ petita, 955. — Solvitur objectio ex Spiritus Dei ad Scripturam intelligendam illustratione petita, 962. — Objectiones ex S. Irenæi, Tertulliani, Origenis et S. Cypriani testimoniis, 964. — Objectiones ex S. Athanasio, Constantino Magno, SS. Basilio et Chrysostomo, 969. — Diluitur objectio, quam ex S. Cyrilli Hierosolymitani Catechesibus Rivetus informat, 978. — Objectio ex testimoniis Theophili Alexandrini, S. Hieronymi et S. Augustini, 982. — Objectionibus hæreticorum ab incommodis petitis respondetur, 991.—Loci duo, unus S. Augustini, alter S. Thomæ, quos Dallæus et Rivetus objectant, explicantur, 996. — Rationes Riveti difflantur, 998. — Solvitur argumentum quod ex pugnantibus Patrum et recentiorum theologorum de B. Mariæ conceptione sententiis, Erasmus et Rivetus informant, 1000. — Dallæi respondetur argumentis, quibus constat ipsius liber primus, *De vero Patrum usu*, 1007. — Ad dignoscendas in scriptis veterum metaphoras præcipuæ regulæ ac leges, 1026. — Dallæi solvuntur argumenta, quibus constat ipsius liber secundus, *De vero Patrum usu*, 1035. — Scholia, 1052. — Nota in Dallæi opus, *De usu Patrum*, 1055. — Joannis Dominici Mansi nota in Basnagium causæ Dallæi patronum, 1056. — S. Scriptura in lingua vernacula paucis concedenda, 1061. — Nota. 1066

La tradition orale n'est pas, généralement parlant, aussi sûre que la tradition écrite, 1137. — De l'étude de la tradition. 1247, 1255

Traditio in materia contractuum. — Le cas de la tradition réelle, dit d'Aguesseau, n'a besoin d'aucune loi. XVI, 623

Transactio est onerosa pactio de re dubia, post litem aut controversiam in judicio vel extra judicium motam. Jure nostro transactio est contractus scriptus litem exortam dirimens, vel exoriendam præveniens, XV, 1259. — Transactio est contractus quo partes litigantes mutuo cedunt de suis petitionibus ut litem existentem terminent, vel futuram contestationem præveniant Ille contractus est partim commutativus, partim aleatorius, XVI, 684.— Omnis transactio compositio quædam est, non vero omnis compositio est transactio. Transactio proprie dicitur pactio non gratuita, in dubia et sub incerta lite constituta. XVII, 781

Transfiguratio Christi Hoc festum die sexta Augusti celebratur, XV, 357.— Totius argumenti partitio. Quid fuerit transfiguratio Christi ex Evangelistis, XXVI, 487. — Nihil faciem Christi fuisse immutatam, sed micanti splendore coruscasse apparet ex evangelio. Existimare licet universum Christi corpus splendore circumfusum, 488. — Quo pacto contigerit transfiguratio ex S. Thoma, 488. — Discrimen inter claritatem corporis glorificati, et splendorem Christi transfigurati, 489. — Duplex in transfiguratione miraculum, 489. — S. Matthæi locus, ex quo elici posse videtur tempus, quo contigit transfiguratio. Videtur Christus paulo ante passionem transfiguratus. Dissensus aliquis apparet inter Evangelistas, 489.—Ostenditur Evangelistarum concordia. Qui mons ille fuerit, ubi transfiguratus est Jesus. — Decuit Christum transfigurari ex S. Thoma. 490

Cur Christus non omnes, sed tres tantum apostolos secum duxerit. Iidem tres apostoli testes mœroris Jesu in Gethsemani, 491.— Cur adhibiti in transfiguratione testes Moyses et Elias. An hi essent proprio præditi corpore, 491. — Verba S. Petri in transfiguratione expenduntur. Pulchre S. Ambrosius de illis judicavit, 492. — Vox de nube : *Hic est Filius meus dilectus*, etc. Locus ex II epistola S. Petri explanatus, 493. — Cur eam vocem audiri Deus voluerit, postquam abierunt Moyses et Elias, 493.— Vetat Jesus ne quisquam apostolorum, quod viderit, enunciaret. Explicantur Christi verba de adventu Eliæ, 494. — Falso vulgus credit hanc festivitatem a Callixto III institutam, 495. — Notatur hæc festivitas ad diem sextum Augusti in martyrologio Hieronymiano Florentinii, et Græcorum menologio. Locus ex constitutione Callixti III de institutione hujus festi, 495. — Festivitas certe Callixto vetustior. Quid Callixtus fecerit amplius, non constat inter scriptores. Auctoris in ea re sententia. Indulgentiæ a Callixto concessæ. 496

Transgressio legis humanæ ex contemptu facta est peccatum mortale etiam in materia minima. Communis est opinio. Idem sentiunt de consiliorum contemptu, XII, 644-510. — Hæc opinio difficultate non caret, 645 et seq. 510. —Transgredi legem ex contemptu rei præceptæ non semper et in individuo est peccatum mortale, 655-519. — Transgredi legem ex contemptu Dei legislatoris semper est peccatum mortale, etiam in individuo, et sine ulla distinctione, 656-519. — Transgredi legem humanam ex contemptu formali humani legislatoris, etiam videtur esse semper et in individuo peccatum mortale. 657-520

Translatio est modus quo voluntate nostra beneficium amittimus. Definitur ecclesiastici magistratus de una in aliam ecclesiam facta mutatio. Episcoporum translationes

quasi spirituale adulterium, improbant antiqui canones; sed hoc ita intelligendum est nisi justa adsit causa, V, 1274. — Episcopi translatio a summi Pontificis auctoritate endet. 1275

Transsubstantiatio in communi nihil aliud significat quam actionem qua una substantia convertitur in aliam seu conversionem substantialem, cujus plurimæ sunt species, VI, 816. — Omnis actio qua fit effectiva transitio de substantia in substantiam semper dici potest aliquo modo conversio substantialis, seu quædam transsubstantiatio, 816.— Conversio substantialis duobus modis fieri potest; vel modo naturali, ut cum ex ligno fit ignis; vel modo supernaturali, ut in miraculosa conversione aquæ in vinum ad nuptias in Cana Galilææ. 816. *Vid.* Conversio.

Tributum triplex distinguitur, reale, personale et mixtum. XII, 1017-804

Tridentini concilii et synodorum protestantium comparatio. I, 1141-900

Trinitas. De incomprehensibilitate augustissimi sanctissimæ Trinitatis mysterii nequaquam miranda, VIII, 16. — Sunt ubique mysteria, 17 et seq.; 36 et seq. — Deus potest ea facere quæ nobis impossibilia videntur, et multo magis ipse esse incomprehensibilis; adeoque non pugnat ut credamus eum esse unum et trinum. Ex Patribus græcis, 17 et seq. — De eodem ex Patribus latinis, 33 et seq. — Quo sensu unius et trinæ deitatis essentia intelligi potest, 43. — Ex sanctis Patribus demonstratur, de SS. Trinitate non tam demonstrationes et intelligentias nobis suppetere, quam earum conatus et rudimenta quædam. De unitatis summæ ineffabili magnitudine, quæ proinde Trinitas est. Ex Patribus latinis, 44 et seq.— De fidei SS. Trinitatis congruentia cum ratione, 717. — Mysterium SS. Trinitatis non videtur majorem difficultatem involvere, quam illa mysteria religionis naturalis de æternitate et immensitate Dei atque rerum ex nihilo creatione, III, 289. — Defensio Trinitatis per nova reperta logica, contra epistolam Ariani, XVIII, 731. — Duæ epistolæ ad Loefflerum de Trinitate et definitionibus mathematicis circa Deum, spiritus, etc. 737 et seq. — Remarques sur le livre d'un antitrinaire anglais, 735 et seq. — Trinitatis mysterium est omnium primum, idemque maximum et altissimum. Nullum mysterium est quod eo prius credendum occurrat, 53.— Summa tractatus decem quæstionibus comprehenditur. 54

Quæstio prima. De sanctissimæ Trinitatis mysterii notitia, 55. — Trinitatis mysterium est tres in una natura personæ inter se æquales, quarum prima secundam et utraque simul tertiam producit, VIII, 55. — Duobus modis probari potest, positive et negative, 55. — De positivo probandi genere, variæ opiniones. 55

Non potest solius rationis ope, sine fidei auxilio demonstrari mysterium sanctissimæ Trinitatis. Probatur primo Scripturarum testimoniis, 57. — Secundo Patrum auctoritate, 58. — Tertio momentis e ratione ductis, 59 et seq. —Solv. objectiones, 62. Demonstrari non potest mysterium hoc etiam posita fide, 66. — Ne probabiliter quidem ratione adstrui potest hoc mysterium, 68. — Posita semel fide nonnullæ in rebus creatis imagines reperiri possunt quæ mysterium SS. Trinitatis aliquatenus adumbrent, et animum ei jam fide adhærentem in assensu sistant, 68. — Trinitatis imago est mens nostra quæ tria hæc complectitur, *esse, nosse*, et *velle*, 44, 45; 729 et seq. — Memoria, intelligentia, voluntas, tria hæc Trinitatis imago sunt, 716, 737 et seq. — Judæis olim revelatum est mysterium sanctissimæ Trinitatis, 70. — Patriarchæ, prophetæ et alii viri insignes mysterium SS. Trinitatis noverunt, 71.— Quædam esse potuit olim in aliquibus Scribis et Doctoribus Judæorum levis et obscura notitia distinctionis duarum saltem personarum sanctissimæ Trinitatis; sed in plerisque nulla fuit, 72. — Judæorum vulgo ignotum erat mysterium SS. Trinitatis, 75. — Multiplicitas personarum et divinitas quam sibi Christus arrogabat, non sunt contrariæ scripturis Judæorum. III, 361

In Veteri Testamento prima et secunda persona nominantur, 363. — Sæpe etiam est nominata tertia persona, 364. — Tempore Christi, synagoga Dei et Filii Dei appellationem Messiæ tribuebat, 365. — Doctrina de Trinitate personarum in unica Dei natura ante Christum Judæis nullo modo incognita fuit, 366. — Nota est hæc cabalistarum sententia: Pater Deus, Filius Deus, Spiritus Sanctus Deus, tres in unitate, et unus in Trinitate, 369. —Eusebii testimonium, 370 et seq. — Inter Gentiles ne philosophi quidem mysterium hoc cognoverunt, VIII, 76. — Objectiones, 77. — Si quid philosophi de Deo dixerunt et ipsius verbo, quod ad Ecclesiæ fidem accedere videatur, id aut ex sacris sive Veteris sive Novi Testamenti libris, aut ex Judæorum et Christianorum colloquiis hauserunt, 80. — Deum unicum et trinum Persæ agnoscunt, III, 308 ad 403. — Ejusdem doctrinæ vestigia sunt apud varios antiquitatis populos. 405 et seq.

Quæstio secunda. De variis erroribus quibus impugnatum fuit mysterium SS. Trinitatis. Plures recensentur qui olim SS. Trinitatis personas confuderunt, VIII, 81. — Quinam personarum SS. Trinitatis substantia separaverint, 84. — Quinam trium simul personarum consubstantialitatem sustulerint, 85.—Quinam secundæ personæ seu Christi divinitatem impetierint, et ipsius cum æterno Patre consubstantialitatem violaverint, 88. — Quinam adversus Spiritus Sancti divinitatem et consubstantialitatem pugnaverint. 97

Quæstio tertia. De divinarum personarum distinctione ac numero. Sunt plures in Deo, eæque non nomine tantum, sed reipsa distinctæ personæ, 99.—Solv. objectiones, 102. — Tres sunt in Deo personæ. Probatur primo ex Scripturis. Ex Veteri Testamento, 106. — Ex Novo Testamento. Ex historia baptismatis Christi, 110 — Ex formula baptismatis a Christo instituti, 112. — Ex promissione Spiritus Sancti a Christo facta, 114. — Ex consentiente divinarum personarum testimonio. Hujus versus tres sunt qui testimonium dant in cœlo: Pater, Verbum, et Spiritus Sanctus, et hi tres unum sunt; auctoritatem elevant Sociniani, 115. — Codicum, sive Latinorum, sive Græcorum numero et auctoritate longe superiores sumus, 124.—Probatur secundo traditionis auctoritate, 130. — Objectiones. Ex Scripturis, 131. — Ex traditione, 132. — Ex ratione, 133. — Ex liturgiis catholicæ Ecclesiæ de Trinitatis mysterio doctrina confirmatur. V, 289

Una numero in tribus personis natura est, VIII, 511. — Solv. objectiones, 516. — Deus unus in essentia, trinus est in personis, VI, 39, 953. — Pater verus est Deus; est persona realiter distincta a Filio et Spiritu sancto; a nullo est factus nec creatus, nec genitus, 954.— Filius vera Trinitatis persona est; vere distincta a Patre et Spiritu sancto; verus Deus de Deo, Patri consubstantialis, a Patre solo non factus, nec creatus, sed genitus ab æterno, 955.— Spiritus sanctus est verus Deus; vera persona a Patre et Filio distincta; Patri et Filio consubstantialis; ab æterno a Patre et Filio conjunctim essentiam divinam accipit, seu a Patre et Filio procedit; cum Patre et Filio adorandus est, 955. — Trinitas personarum credenda in Deo, 795. — Secundæ personæ incarnatio credenda est, 797. — Spiritus sancti deitatem et personalitatem profitetur Ecclesia catholica, 798. — Quæstio quarta. De sanctissimæ Trinitatis consubstantialitate. — Pater est per se Deus, VIII, 144.— An Filius sit vere Deus, V, 146 et seq. — An Filius sit æterno Patri consubstantialis, 224 et seq. *Vid.* Christus.— An Spiritus sanctus sit vere Deus æterno Patri consubstantialis, 493. *Vid.* Spiritus sanctus.— De nomine et natura divinarum processionum, 521. — Singulæ personæ seorsim sumptæ non continent formaliter omnes perfectiones simpliciter; nihil tamen deest perfectioni singularum personarum. Unaquæque enim persona carens perfectione relativa cæterarum; eam tamen æquivalenter continet, VII, 132, 135. — Processio, de qua hic agitur, est æterna unius personæ divinæ ab altera seu a duabus simul origo ac productio, VIII, 524. — Est in Deo processio, 524. — Duæ sunt in Deo processiones. Nam Filius ex Patre, et Spiritus sanctus ab utroque procedit, 527. — Non sunt in Deo plures quam duæ processiones, 529. Divinæ processiones sunt immanentes, substantiales, necessariæ, æternæ, metaphysicæ et omnis imperfectionis expertes. 532

De principiis divinarum processionum variæ opiniones, 534.— Non potest dici proprie essentia, essentiam, natura naturam, substantia substantiam generare et producere in Deo, 537. — Natura divina præcisis per mentem intellectu et voluntate non est per se principium divinarum processionum, 539.— Solæ relationes non sunt principia divinarum processionum, 542. — Intellectus et voluntas sunt principia proxima divinarum processionum, 543. — Intellectus et voluntas non sunt principia divinarum processionum per actus essentialiter, sed per notionales, quibus scilicet revelationes propriæ adjunctæ sint, 546.— Relationes adjunctæ intellectioni ac volitioni essentialibus, non sunt comprincipia influentia, sed tantum conditiones ad productionem necessariæ. — Intellectio et volitio notionales ab essentialibus non discrepant, ut actus ab actibus, sed duntaxat ut includens et inclusum, 547. — De discrimine processionis Filii et Spiritus sancti, 547.— Processio Verbi dicenda est generatio, 548. Sola Verbi processio dici debet generatio, 549. — Cur sola processio Verbi dicenda sit generatio, non autem Spiritus sancti, 550. — Variæ opiniones, 555. — Filius eo non censetur genitus, quod a Patre naturam fecundam accipiat, nec naturæ similitudo generationis definitione expressa in ejusmodi fecunditate sita est, 554. — Non ideo Verbi processio dicitur generatio quod sit secundum naturam; processio vero Spi-

ritus sancti non item, quod sit secundum voluntatem, 556 — Multo minus propositæ difficultati faciunt satis, qui respondent Filii processionem seipsa esse generationem, et Spiritus processionem seipsa esse spirationem, 556. — Filius non ideo dicitur genitus quod a Patre procedat, ut ipsius imago per mentem expressa, 557.—Verbum divinum non est propterea Filius Dei, quod per intellectum procedens, vi originis istius intellectionem accipiat actualem tamquam propriam Dei naturam, 558. — Posita communi philosophandi ratione, nulla probabilior causa afferri potest, cur Verbum divinum sit Filius, non vero Spiritus sanctus, quam quod Verbum divinum per intellectum procedat vi sua in natura assimilantem, Spiritus autem sanctus per voluntatem, cujus eadem proprietas non sit, 558. — Solv. objectiones. 559 et seq.

De divinarum personarum proprietatibus et relationibus. Admittendæ sunt in singulis personis quædam proprietates quibus illæ constituantur et distinguantur, VIII, 564. — Personarum ejusmodi proprietates quibus illæ constituuntur ac distinguuntur sunt relationes ipsi peculiares, 566.— Relationes divinarum personarum, 568 —Divinæ relationes sunt reales etiam secundum esse *ad*, id est non solum quatenus personis insunt, sed etiam quatenus alias respiciunt, 570. — Relationes illæ sunt perfectiones, 570. — Quatuor sunt in Deo relationes: paternitas, filiatio, spiratio activa et passiva, 571.— Relationes divinæ cum essentia comparatæ ab ea realiter non distinguuntur. — Relationes originis ab oppositis sibi realiter distinguuntur. Relationes divinæ ab iis quæ tantum disparatæ sunt, realiter non distinguuntur, v. g., paternitas et filiatio non distinguuntur a spiratione activa, 572 —De officio divinarum relationum, 573 et seq. — Pater non constituitur per innascibilitatem, seu ingeniti rationem. Divinæ personæ non constituuntur per origines, 575. — Eædem omnino relationes constituunt ac distinguunt divinas personas, 576. — Relationes secundum esse *ad* consideratæ non constituunt nec distinguunt divinas personas, 577.—Divinæ personæ constituuntur ac distinguuntur per relationes secundum esse *in* spectatas. 577

De divinarum personarum notionibus. Notio est ratio propria cognoscendi personam divinam, seu aliquid peculiare, quo personæ divinæ a se invicem dignoscuntur, VIII, 579. — Ad legitimam notionem quinque conditiones requiruntur, 581. — Admittendæ sunt in divinis personis notiones. 580

Quot notiones divinarum personarum admittendæ sint, 581.— Quinque notiones admittendæ: innascibilitas, paternitas, filiatio, spiratio activa, et spiratio passiva, 582 et seq. — Non sunt plures quam quinque notiones, 585. — De iis quæ personis divinis communia sunt, 588. — Opera Trinitatis ad extra sunt indivisa, XVII, 968.— Omnia quæ Deus extra se in rebus creatis agit, tribus personis sunt communia, VI, 154, 161 — Omnes absolutæ proprietates divinitatis tribus personis sunt communes, VIII, 590. — Sunt quædam proprietates absolutæ, quæ certis personis specialiter attribui merito possint, v. g., Patri omnipotentia, et quæ hinc consequuntur; Filio sapientia, et quæ ejusdem sunt generis; Spiritui sancto bonitas, charitas, et quæ ad eumdem ordinem spectant. 590

Est quædam in Deo existentia absoluta et communis, 592. — Non sunt variæ ac distinctæ pro numero personarum existentiæ relativæ. 592

Quotuplex sit in Deo subsistentia. De eo variæ opiniones, 594.—Tres sunt in Deo subsistentiæ, 595.— Illæ tres subsistentiæ sunt relativæ, 596. — Non est admittenda in Deo quarta subsistentia, quæ absoluta sit et communis. 597

Admittenda est divinarum personarum circumincessio, seu substantialis unio, 602. Illa divinarum personarum circumincessio proprie ac proxime, atque formaliter repetenda est ex ejusdem naturæ communione.— Consequenter vel antecedenter potest desumi ex originibus et communi immensitate. 601

De missione divinarum personarum. Omnes divinæ personæ ad creaturas venire possunt.—Non omnes mittuntur. Quibusdam missio convenit, nempe Filio et Spiritui sancto, 605.—Missio est processio et destinatio unius personæ ab alia ad effectum aliquem temporalem, 605. — Rectius missio definiri videtur: Unius personæ a persona a qua procedit destinatio ad aliquem effectum temporalem, 605, *in nota*. — Missio est aliquid notionale et certis personis proprium, 606.— Ab iis solis mittuntur personæ a quibus procedunt, 606. — Duplex est missio, visibilis una, altera invisibilis, 607. — Filius et Spiritus sanctus non mittuntur invisibiliter proprie, nisi ad habitandum; proinde non nisi cum gratia sanctificante, 607.—Non mittuntur invisibiliter tantum secundum dona ab iis profecta, sed etiam secundum substantiam, 607. —Pater non mittitur, sed venit. 608, *in nota*.

De divinis personis sigillatim. De Patris persona, 608. — Primum Patris nomen est *ingeniti*, 609. — Secundum est nomen *Patris*, 611. — Tertium nomen est *principii*, 612 — Quartum nomen est *causæ*, 612. — Quintum est *auctoris*, 613. — Sextum est αὐτόθεος seu Dei a se, 613. — Nomen *Pater* dupliciter accipi potest in divinis : vel quatenus convenit Deo respectu creaturarum, vel quatenus convenit uni personæ respectu alterius. Primo modo, commune est tribus Trinitatis personis nomen, VI, 45. — Secundo sensu, Pater nomen est primæ personæ SS. Trinitatis, 45. — Vocabulum *Patris* primæ in Trinitate personæ peculiarem notionem et proprietatem indicat, 46. — Singulari ratione Deus est christianorum Pater, ratione spiritualis adoptionis. 47

De persona Filii, de variis ejus nominibus, 613. — *Vid.* CHRISTUS.

De persona Spiritus sancti, de ejus nominibus, 624. — *Vid.* SPIRITUS SANCTUS.

De loquendi ratione in exponendo sanctissimæ Trinitatis mysterio observanda, VIII, 657.—Tres regulæ statuuntur. Regula prima : cavendum summopere est a locutionibus quæ distinctionem tum naturæ, tum attributorum absolutorum significant, 657 *in nota*. — Regula secunda : caute admodum vitandum est quidquid personarum distinctionem tollit. Regula tertia : prorsus fugiendæ sunt loquendi rationes, quibus tollitur personarum æqualitas, 658 *in nota*. — Nomina substantiva quæ transcendentalia sunt, pro vario sensu quo accipiuntur vel singulari vel plurali numero efferri possunt, 658. — Nomina substantiva quæ ad Patris et Filii et Spiritus sancti distinctionem referuntur plurali numero sunt efferenda ; sic dicimus esse tres personas, 659. — Nomina substantiva quæ ad communem unitatem spectant, non sunt plurali numero usurpanda ; ita tres Deos non dicimus, 659. —Nomina adjectiva cum subjectum proprie significent quando de Deo usurpantur in quo sunt tres personæ, plurali numero efferri debent. 659

In Deo unitas et fecunditas simul consociantur. Nec unitati Dei fecunditas, nec fecunditati unitas officit, VIII, 660. — Deus est unitas ipsa summe fecunda. Ex Patribus græcis, 661 et seq. — Ex Patribus latinis, 670 et seq.— Divinarum personarum unitas est omnium perfectissima, cum sit reciproca immeatio seu inexistentia atque ideo consubstantialitas, 683 et seq.—Inexistentia personarum divinarum mutua, ipsa est totius earum substantiæ unitas indivisa. 687

Compendium tractatus de SS. Trinitate, ad usum eorum quibus doctrinam christianam fideli populo tradere et explicare munus incumbit, VIII, 698. — De necessitate docendi ea quæ ad SS. Trinitatem et alia mysteria et dogmata pertinent, 699 — Qua necessitate necessaria sit hujus mysterii fides, 474 *in nota*. — Quid in sacris concionibus dicendum sit de SS. Trinitatis mysterio, 704.—Quid dicendum de divinæ naturæ unitate, 705 — Quid dicendum de personarum trinitate, 706.—Quid dicendum circa speciales singulis personis proprietates, quid de Patre dicendum, 710. — Quid dicendum de Filio, 712.— Quid dicendum de Spiritu sancto. 715

Quid SS. Trinitati a fidelibus debeatur. De fidei SS. Trinitatis necessitate, 717. — De utilitate fidei SS. Trinitatis, 719 —Quid dicendum de spe in SS. Trinitatem, 720 —Quid de amore erga SS. Trinitatem dicendum, 720.—Quid dicendum de imitatione SS. Trinitatis generatim, 721. — Quid de imitatione singularum personarum, 722. — Imago SS. Trinitatis in nobis reformanda est, VI, 42.—Ut Pater et Filius unum sunt in Trinitate, ita christiani unum inter se esse debent, 134.—De ratione docendi ea quæ ad SS. Trinitatis mysterium pertinent. 723 ad 750

De festo SS. Trinitatis, XV, 355.— Decretalis *Quoniam* de feriis illustratur. — Ea Decretalis non Alexandro III, sed Alexandro II tribuenda est, XXVI, 369.—Monumenta quæ probant, quod dicit ea Decretalis, in quibusdam Ecclesiis die octava Pentecostes, in aliquibus prima Dominica ante Adventum hoc festum celebrari, 470.— Pontifex non improbat ea Decretali hanc festivitatem, 470. — In Ecclesia Romana nullus erat præfinitus dies huic festivitati. Quælibet Dominica huic cultui est assignata. SS. Trinitas est objectum, quo refertur omnis cultus. *Gloria Patri et Filio*, etc., quidam putant in concilio Nicæno compositum. — Ostenditur ea oratio concilio Nicæno prior, 471 — Ab apostolis ea oratio profecta. Fortasse in Nicæna synodo addita sunt illa : *sicut erat in principio*, 472.— Consuetudo canendi in fine cujusque psalmi *Gloria Patri* non est traducta ab oriente in occidentem. Concilium Narbonense anno 589. Jubet ad quemlibet psalmum addi *Gloria Patri*, 472 —Joannes XXII festum hunc diem primus celebrari jussit Dominica prima post Pentecosten. 473

TRISTITIA est affectus appetitus causatus ex apprehensione mali præsentis, XI, 1176.— Remedia tristitiæ, 1176. — *Vid.* ACEDIA. — Tristitia de bono alterius. — *Vide* INVIDIA.

TRITHEITÆ dicuntur qui tres divinas personas tres esse Deos existimant. VI, 959 in nota.

TUBARUM festum, XXVI, 25. — Tubarum usus, 26. — *Vid.* ANNUS.

TUMOR mentis, iræ filia, est æstus quidam excandescentis animi, et varia media excogitantis, quibus ultionis libidinem explere valeat, XI, 1131. — Tumor mentis lethale peccatum est, cum homo iratus gravem et injustam vindictam proximo a quo læsus est inferre meditatur. 1131

TURPIA loqui, audire, scribere, legere, canere cum affectu libidinoso aut ad eum in aliis excitandum, ex se est peccatum mortale. XIV, 797 et seq.-629; XXV, 586

TURPILOQUIUM est filia luxuriæ, XI, 1021.— Turpiloquia sunt libidinis incentiva, XIV, 797-629. — Loqui de turpibus, non obscenis verbis, de se non est peccatum mortale. 798-630

TUTIOREM eligere viam, consilii est, non præcepti. XI, 230

TUTIORISMUS. Appendix de Tutiorismo, XI, 1535.—Aliquis non potest licite sequi sententiam minus tutam seu faventem libertati adversus legem, quin prius judicet esse veram, 177.— Ex judicio in sensu P. Lacroix supra probabilitatem sententiæ benignæ reflexo non potest formari conscientia ethice recta requisita ad honestatem actus, sed præter hoc requiritur judicium prudens directum de rei veritate, 178. — Tutiorem viam eligere est consilii, non præcepti. 373

TUTIORISTÆ vocantur qui sustinent, generatim loquendo, in concursu opinionum, adhærendum esse tutiori, nisi contraria opinio, quæ libertati favet, excedat limites probabilitatis et sit certa saltem certitudine morali. XI, 1495

TUTOR est is, cui commissa est cura pupilli et bonorum ejus. Curator est qui assignatur minori, præcipue in curam ejus bonorum. Utriusque obligationes. XVI, 1247

TYRANNUS. Dupliciter fieri potest ut quis sit tyrannus. Primo, ratione tituli, nempe si absque ullo jure armis principatum invadat vel occupet. Talis potest a quovis de regno interfici. Est communis sententia, XV, 596.—Id fieri potest duplici jure, primo jure defensionis. Secundo jure vindictæ; hoc jure non potest uti nisi auctoritas, ut miles, quia vindicta requirit auctoritatem, 596.—Secundo, potest quis esse *tyrannus* ratione duntaxat *administrationis*. Talis non potest a privatis interimi quandiu manet princeps, 597. — Si tantum excrescat tyrannus, ut non videatur amplius tolerabilis, nec ullum aliud remedium supersit, primum a republica vel comitiis regni, vel alio habente auctoritatem deponendus est tyrannus et hostis declarandus, ut in ipsius personam liceat quidquam attentare. 598

UBICATIO est præsentia in loco et ejusdem loci occupatio. Omnis ubicatio petit uniri physice et realiter cum subjecto, consequens est ut petat esse cum subjecto. Et ideo ubicatio non potest ferri ad aliud spatium, in quo subjectum replicetur, sed petit ex natura ne subjectum alibi sit.—Omnis ubicatio realis alligat ex natura sua subjectum ad tale spatium, et quasi per vinculum et nexum tenet subjectum ne sit alicubi sine ipsa; quæ alligatio videtur esse formalissimus conceptus unionis physicæ et realis, XXIII, 200. — Effectus formalis ubicationis Petri, qua est Romæ, est constituere Petrum Romæ præsentem. Non admittenda est superaddita ubicatio quæ reddat præsentem illam ubicationem in alio loco, 158. — Replicato corpore in duobus locis, non debet, imo nec potest poni in utroque loco præsentia localis quam habet in uno, 164. — Supponendum est præsentiam seu ubicationem qua Petrus dicitur esse hic vel illic, esse aliquam formam accidentalem intrinsecam Petro; circa quam variæ sunt philosophorum sententiæ, 166, 167. — Dicimus cum veriori sententia præsentiam qua Petrus est hic vel illic, esse aliquid positivum, distinctum saltem ex natura rei ab ipso Petro, 167. — An oculus videat ubicationem, 167 et seq. — Non est cur in visu dicamus percipi immediate ubicationem objecti quam nullus alius sensus in suo objecto percipit, 168. — Facile probatur ubicatio intrinseca distincta ab ipsa re ubicata argumento communi desumpto a separabilitate, quia Petrum esse hic, non est aliquod ens rationis, 172. — *Ubi* seu præsentia localis, qua Petrus est hic vel illic, non est extrinsece denominans, sed forma intrinseca in ipso Petro, 173 et seq. — Objectiones, 176 et seq. — An ubicatio respiciat locum realem. *Ubi* non habet respectum intrinsecum essentialem ad corpus extrinsecum, sed solum ad spatium imaginarium, 183. — Præsentia ad locum seu ad spatium reale extrinsecum est denominatio partim extrinseca, partim intrinseca, 186.— Duæ ubicationes sunt duæ formæ accidentales contrariæ, 141. — Ubicatio circumscriptiva est passio corporis quanti, 142, 143. — Dei ubicatio intrinseca seu immensitas est simplicissima, 170. — De ubicatione Angeli quæ cum simplex et indivisibilis sit, eadem est in utroque angulo. 163

UBIQUITARII appellatum est dogma istud : Christi carnem vi unionis hypostaticæ esse ubique præsentem, IX, 852-658.

UBIQUITAS destruit ipsum præsentiæ realis dogma propter quod excogitata est. IX, 855, 856-660, 661

UNCTIO extrema est vere ac proprie sacramentum novæ legis, I, 1290-1018. — Probatur contra Orientales, V, 650 et seq. — Juxta catholicos et juxta protestantes, 1036. — Quid de sacramento Extremæ Unctionis sit necessario credendum, VI, 766, 821. — Dogmata. Ex apostolica et per manus accepta traditione didicit et novit Ecclesia catholica sacram et extremam infirmorum unctionem esse vere ac proprie sacramentum a Christo Domino institutum, a beato apostolo Jacobo promulgatum ac per olei unctionem et orationem a presbyteris conferendum, 1046; XXIV, 10, 11.— Ex jure divino non laici ætate seniores, sed soli sacerdotes hujus sacramenti ministri constituti sunt. VI, 1047

Histoire du sacrement d'Extrême-Onction. Ce sacrement n'a pas toujours porté le nom d'Extrême-Onction, XX, 747. — Tractatus de sacramento Unctionis Extremæ, XXIV, 9 et seq. — Plura sunt istius sacramenti nomina : 1° A materia ex qua constat appellatur a græcis, *oleum sanctum, sacra unctio*; 2° A materia et forma simul, appellatur a græcis, *oratio cum oleo*; 3° A subjecto in quo recipitur appellatur a latinis *unctio infirmorum*; 4° Ab ordine quem habet ad cæteras unctiones, vel a tempore quo datur infirmis, vocatur *Unctio Extrema*; 5° Ab effectu vocatur *animæ et corporis medicina, medicina sancta*, etc; 6° Ab ratione quadam sibi intrinseca dicitur *publica quædam pœnitentia*; *reconciliatio ad mortem*, etc., 10. — De erroribus circa rationem sacramenti novæ legis convenientem Unctioni Extremæ. Waldenses, 11.—Albigenses. Joannes Wiclefus. Hussitæ, 12.— Lutherani, 13. — Calvinistæ, 14. — Theologorum nonnulla placita. 15

De erroribus circa materiam unctionis infirmorum. Waldenses. Lutherani, Calvinistæ. De erroribus circa formas. Lutherani, 15. — Calvinistæ. 16

De erroribus circa effectum hujus sacramenti. Lutherani, 16. — Calvinistæ, 17.— De erroribus circa ministrum unctionis infirmorum. Lutherani, 17. — Calvinistæ. 18

De erroribus circa subjectum. Lutherani, Calvinistæ. 18

De erroribus circa usum unctionis infirmorum. Lutherani, 18. — Calvinistæ, 19. — De ratione sacramentali unctionis infirmorum. Utrum Marci VI exprimatur unctio infirmorum. Prima sententia vult unctionem exprimi distinctam a sacramento Unctionis, cujus est mentio Jacobi, V.— Sententia secunda, quam auctor amplectitur asserit unam eamdemque commemorari unctionem hoc utroque loco, XXIV, 19 et seq. — Utrum probari possit ex capite V Epistolæ canonicæ sancti Jacobi, unctionem infirmorum esse sacramentum novæ legis. 24

Probari potest efficaciter, 25 et seq. — Solvuntur objectiones, 27 et seq.— Probari potest ex traditione unctionem infirmorum esse sacramentum novæ legis, 32 et seq.—Origenes, 34. — Eusebius papa, 38. — S. Joannes Chrysostomus, 38.—Innocentius I, 40 et seq. —S. Augustinus, 47.— S. Cyrillus Alexandrinus, 49. — Victor Antiochenus, 49.— S. Gregorius magnus, 50. — Auctor vitæ S. Eugendi abbatis, 51. — Auctor vitæ S. Tresani presbyteri, 52. — Theodorus Cantuariensis, 52. — S. Eligius Noviomensis, 52. — Auctor opusculi de vita sanctæ Kunegundis, 53. — Beda, 53. — Crodegangus Metensis. — Egbertus Eboracensis, 56. — Vetus pontificale anglicanum, 56. — Vetus pontificale Turonense. — Capitularia Caroli magni, 57. — Concilium Chalcedonense II. — Concilium Aquisgranense, 57. — Concilium Moguntinum. — Concilium Regiaticense. — Concilium Wormatiense, 58. — Eparchius Engolismensis, 58. — Heraklus Turonensis, etc., 59. — Jonas Aurelianensis, 59. — Paschasius Radbertus, 60. — Prudentius Tricassinus, 60. — Codex Arremarensis, 61. — Auctor vitæ S. Remberti Bremensis, 62. — Auctor libri de divinis Officiis, etc., 63, 64. — B. Lanfrancus Cantuariensis, etc., 65, 66.— Yvo Carnotensis, etc., 67. — Hugo a Sancto Victore, 68.—S. Bernardus, 69.—Petrus Lombardus, etc., 70.—Respondetur objectionibus adversariorum, 71 ad 86.

De materia sacramenti Unctionis infirmorum. Oleum est materia remota hujus sacramenti. Oleum debet esse olivarum. XXIV, 86

Oleum debet esse benedictum seu consecratum, 87. — Benedictio seu consecratio olei non de necessitate sacramenti, sed præcepti tantum, 87. — Oleum benedici et consecrari potest ab episcopo, 87.—Consecrari non potest a presbyteris in Ecclesia occidentali; secus in Ecclesia orientali, 87. — Unctio valet ex oleo simplici et ex oleo mixto balsamo, non mutata per illam admixtionem olei natura; non tamen id licet, 88. — In Ecclesia latina quando oleum benedictum ab episcopo deficit, sacerdos potest ad-

hibere oleum non consecratum, oleo consecrato; et totum efficitur consecratum, ait S. Thomas. Necesse non videtur ut oleum non consecratum sit in minori quantitate oleo consecrato, 88.

Unctio est materia proxima sacramenti unctionis infirmorum, 88. — In qua parte corporis unctio fieri debeat Græci solent frontem, genas, mentum et manus inungere. In occidente unctio fieri solet in quinque sensibus, 89. — Quædam ritualia recentiora addunt Unctionem renum, 89. —Unctio fieri potest in modum crucis in utraque Ecclesia, 90.—Plures Unctiones non sunt de necessitate sacramenti. Unica unctione satisfit præcepto Jacobæo, 90.— Quando unica fit unctio melius est ut fiat in capite quam in qualibet alia corporis parte, 91.—Mutilati ungendi sunt in partibus propinquioribus organis quæ inungi debuerant. In cæteris quisque servet ritus Ecclesiæ suæ, 91.—De materia hujus sacramenti, de olei benedictione ab episcopo peragenda; nulla tamen in synodo facta prohibitione presbyteris Græciæ illud benedicendi, et catholicos Græci ritus inungendi si in latinorum diœcesibus Græci inhabitent, XXV, 1085. —De corporis partibus inungendis, 1091.

De forma sacramenti Unctionis Extremæ. — Opinio dicentium nullam formam esse de necessitate sacramenti hujus, non tantum falsa, sed præsumptuosa videtur et erronea, XXIV, 91 —Necesse est formas sacramentorum verbis constare, 92.

Triplex invenitur forma hujus sacramenti apud latinos : prima absoluta tantum, secunda deprecativa tantum ; tertia absoluta et deprecativa simul, 92 et seq. — Forma deprecatoria est optima et antiqua, 94.—Forma mixta ex absoluta et deprecativa est legitima, 95.—Forma pure absoluta seu indicativa non videtur esse legitima, 95 et seq — Forma hæc quam Ecclesia Romana usurpat : Per istam sacram unctionem, etc., est competens, 97. — Hæc verba, *per istam unctionem indulgeat tibi Deus*, videntur esse essentialia, 98. —De forma sacramenti Extremæ Unctionis, XXV, 1089

De effectibus sacramenti unctionis infirmorum, XXIV, 98. — Remissio peccatorum est effectus proprius Extremæ Unctionis, 98. — Effectus sacramenti Extremæ Unctionis per se non est sola remissio venialium, sed etiam mortalium, 100.—Per se ex secundaria intentione propriæ institutionis peccata possunt deleri per Extremam Unctionem, 100 et seq. — Sacramentum Extremæ Unctionis supponit absolutionem sacramentalem de lege communi, sed non semper, 103. — Abstersio reliquiarum peccati est effectus hujus sacramenti. — Reliquiarum peccati nomine tria possunt intelligi. Reatus pœnæ temporalis, pravæ dispositiones ad peccandum, quæ contrahuntur per frequentes actus peccatorum; et quidam animi torpor, debilitas et ineptitudo ex originali vel actuali peccato provenientes, 104.—Tria ista genera reliquiarum peccati tolluntur per Unctionem Extremam, 104. — Allevatio animæ, et ejus confirmatio, est effectus Unctionis Extremæ, 105.—Sanitas corporis est effectus Unctionis Extremæ, 106 et seq.—Quis sit ordo inter effectus Unctionis Extremæ. 108

Sacramentum Unctionis infirmorum characterem non imprimit. 108

De ministro Unctionis infirmorum, XXIV, 110. — Hujus sacramenti ministri sunt presbyteri dignitate, seu sacerdotes; non vero presbyteri ætate, seu seniores e laicis fidelibus, 110 et seq —Unctio qua fideles se suosque possunt in necessitate inungere Innocentio I permittente, non est sacramentum Unctionis, sed applicatio olei ab episcopo consecrati, facta ex pietate, in ordine ad procurandam sanitatem corporis. 111, 112

Sacramentum hoc valet administratum a quocumque sacerdote; sed non potest administrari licite, nisi minister habeat jurisdictionem in suscipientes, ordinariam vel delegatam; adeo ut religiosi illud administrantes secularibus sine licentia parochi aut episcopi peccent mortaliter, 113. — Sacramentum Unctionis infirmorum non est sacramentum necessitatis singulis, est pluribus, et singulis est maxime utilitatis. 113

Quot sacerdotes necessarii sint ad conferendam Unctionem infirmorum, 113.—Septem sacerdotes requiruntur in Ecclesia orientali, 114. — In occidente plures quoque sacerdotes olim requirebantur. Multis modis unicum infirmum multi simul inungebant, 114. — Absolute loquendo unicus sufficit sacerdos ad inungendum ægrotum, 115.— Utrum episcopus sit minister hujus sacramenti Episcopus potest quidquid potest simplex sacerdos, 116. — A qui et par qui le sacrement d'Extrême-Onction doit être conféré suivant l'esprit de l'Eglise. On justifie les Orientaux de l'erreur qu'on leur impute sur le sujet de ce sacrement, XX, 764 et seq.—De ministro hujus sacramenti tum quoad Ecclesiam latinam, tum quoad Ecclesiam græcam, quidve episcopi latini in quorum diœcesibus Græci inhabitant, statuere valeant de eorum ritu hac in re. XXV, 1093

De subjecto Unctionis infirmorum et ejus necessitate.— In Ecclesia latina solis infirmis, XXIV, 116. — In Ecclesia græca confertur non ægrotantibus modo, sed etiam peccatoribus et bene valentibus ad abstersionem reliquiarum peccatorum, 117.—Hujusmodi Unctio reputari debet nostrum sacramentum, 118. — Græci non versantur in errore sustinendo sacramentum Unctionis esse institutum æque pro sanis et ægris. 119

Quibus infirmis hoc sacramentum debet administrari, 119.—Conferri potest in qualibet ægritudine, 119. — Quidam putant quod necesse sit ægrotum esse vel putari in exitu vitæ, seu debere esse vel haberi morti proximum, 119. — Alii existimant sufficere si morbus sit periculosus, 120.—Et iis qui in exitu constituti esse videntur, et iis qui periculose infirmantur etiamsi nondum sint in illo statu exeuntium, hoc sacramentum potest administrari, 120. — Utrum melius sit ungi infirmum, ex quo versatur in vitæ discrimine, quam exspectare tempus quo videatur infirmus esse constitutus in exitu. Utrumque bonum est, utrumque fulcitur sanctorum exemplis, utrumque firmatur rationibus haud spernendis, 121.—Justus qui numquam peccavit actualiter non est capax suscipiendi sacramenti Unctionis, 122.—Justi peccatorum venialium rei sunt capaces Unctionis infirmorum, 124.—Justi solorum sibi conscii peccatorum venialium non tenentur divino præcepto in exitu suscipere Unctionem, seclusis specialibus circumstantiis, quamvis teneantur illud non spernere, 124.—Qui sibi sunt conscii peccatorum mortalium de quibus confiteri nequeunt, neque absolvi sacramentaliter (quocumque tandem modo id fieri possit), illi tenentur præcepto divino in infirmitate constituti recipere hoc sacramentum, 125. Nullo præcepto ecclesiastico singuli fideles adulti tenentur suscipere in exitu Unctiones infirmorum ; quædam tamen leges privatarum ecclesiarum ad id obstrinxerunt quosdam de Ecclesia. 125

Extrema Unctio conferri debet furiosis et amentibus qui habent lucida intervalla, et qui eam suscipere possunt cum reverentia, 125. — Non debet iis conferri qui non habent lucida intervalla etiamsi antequam in hunc statum incidissent, illam postulaverint, 125, 126 —Extrema Unctio non debet ministrari pueris qui non peccaverunt, 126. — De subjecto hujus sacramenti, et præsertim de more Græcorum sanos oleo inungendi, et quid de eo episcopi latini in quorum diœcesibus Græci inhabitant, in synodo disserere possint, 1097.—De ætate in qua Extrema Unctio pueris exhiberi potest, 1100.—De amentibus et furiosis, 1102. De tempore quo infirmis Extrema Unctio est exhibenda. 1103

De ordine quo eadem infirmis administranda est ; an ante, an post corporis Christi viaticum. 1106

De iteratione administrationis ejusdem sacramenti, 1107 et seq.

De cæremoniis unctionis infirmorum. Locus in quo unctio administratur. Triplex est. Ecclesia, vel cubiculum infirmi decumbentis in lecto, XXIV, 126.—Processio ad locum ubi decumbit infirmus. — Interrogatio infirmi, quæ fit a sacerdote —Recitatio orationis dominicæ et symboli. Confessio peccatorum facta sacerdoti, 127. — Cilicium, 128. — Des marques de pénitence qui accompagnaient la réception du sacrement de l'onction des malades. En quoi elles consistaient. Jusqu'à quand l'usage de la cendre et du cilice dont on couvrait les malades, s'est conservé, et qui sont ceux qui ont le plus contribué à l'abolir, XX, 768 et suiv. —La bénédiction du calice, 774.— De iis quæ adhibentur in ipsa Unctione. — Infirmus ungi petit. Unctiones fiunt crucem faciendo —Orationes et psalmi.—Hymni recitatio, XXIV, 128; XX, 776 et seq. — De iis quæ adhibentur post unctionem. Uncto infirmo Eucharistia porrigebatur, XXIV, 129.—Quo tempore laici communicabant sub utraque specie. Ordinarie utraque species tradebatur infirmis post unctionem, 129.—Aliquando sub unica specie communicabant, 130.—Iteratio Unctionis, participationis Eucharistiæ et precum, 130. — Missa pro infirmo, 131.—De Extrema Unctione observatio J. Mabillonii XXIV, 131 et seq. — Des rits et des formules de l'Extrême-Onction chez les anciens; leur variété n'empêche pas que la chose ne soit la même dans le fond, XX, 748 et suiv. — Variété infinie, suivant les temps et les lieux, à l'égard des parties du corps auxquelles on faisait l'application de l'huile bénite. 750

Des rits et des formules présentement en usage dans les églises d'Orient, 751 et suiv.—On réfute en peu de mots le ministre Daillé, qui tâche de persuader que l'Extrême-Onction n'est pas un des sacrements institués par Jésus-Christ, 754 et suiv. — Il y a bien de l'apparence que dans

les trois premiers siècles on ne donnait que rarement l'Extrême-Onction aux malades. 755

Diverses particularités touchant l'Extrême-Onction. — Elle se donnait ordinairement avant le viatique; jusqu'où cet usage s'est conservé, 756. — Elle se donnait quelquefois durant plusieurs jours consécutifs. — Sentiments des premiers docteurs scolastiques sur la réitération de ce sacrement. 759

Il était assez ordinaire autrefois de se faire porter à l'Eglise, ou d'y aller soi-même si l'on pouvait, pour recevoir l'Extrême-Onction. 760

Causes de l'abus qui s'est introduit d'attendre à l'extrémité à recevoir ce sacrement, 761 et suiv. — Détail des cérémonies dont il était accompagné anciennement, 763. — Appendice du traité de l'Extrême-Onction. XX, 773

Unctio interior sapientibus Ecclesiæ magistris sufficit ad ea, quæ fidei adversantur, refutanda; et ignorantibus opus est etiam externa doctrina, eorum maxime quos Deus constituit in Ecclesia pastores et doctores.
I, 122 ad 135 et seq.-85, 104

Unio ab uno dicitur, nempe unum quod ex pluribus copulatis resultat, est formalis effectus unionis, IX, 759-600. — Unio physica est ea qua substantiæ in unum proprie dictum coalescunt, 769-608. — Omnis vera unio physica supponit ex parte unius saltem ex extremis inter quæ versatur aliquod incomplementum physicum, ratione cujus sit possibilis talis unio; ideo enim unus angelus non potest uniri cum alio nec una anima rationalis cum alia, quia in ea ratione quilibet angelus et quælibet anima supponitur completa, XXIII, 211. — Omnis vera et propria unio physica ita alligat utrumque extremum, ut exigat, quantum est de se, quod ubicumque sit unum extremum sit etiam et aliud. 211

Unio triplex distinguendo est localis, affectiva et intentionalis. Unio localis præsentia est duorum in eodem loco seu contiguorum: affectiva, est amor propendens unum in alium et vicissim: intentionalis, actio est facultatis cognoscentis attingens objectum cognitum. VII, 1330

Unio hypostatica seu secundum hypostasim aut subsistentiam definiri potest unio qua natura humana et natura divina in unitatem personæ Verbi divini in Christo conjunctæ sunt, IX, 759-585. — Ex mente quorumdam unio hypostatica definiri potest: communicatio subsistentiæ immutabilis verbi nullam naturæ assumptæ physicam mutationem in suo conceptu formaliter involvens. 763-604

Unione hypostatica constituitur unum aliquod, constans duabus naturis perfectis et integris in unica verbi persona conjunctis, 759-600. — In quo formaliter consistat unio hypostatica: ea unio est mysterium altius reconditum, quam ut a nobis mortalibus mente concipi et verbis dilucide explicari valeat 759-600. — Quatuor modis unionis hypostaticæ ratio, quoad licet, declarari potest. Primus adhibetur, cum vocibus propriis pro virili exprimere conamur quam arcta sit illa unio et quis sit ejus formalis effectus, 759-600. — Secundus modus consistit in enumerandis signal et excludendis variis unionum generibus ab hypostatica diversis, 760-601. — Tertius modus in variis comparationibus et similitudinibus positus est, 700 et seq.-601. — Quartus modus in hac definienda quæstione situs est, an unio hypostatica aliquid in se physicum formaliter includat, seu utrum aliquam mutationem physicam, aliquam formam sive modum perficientem novum et realem arguat saltem in natura humana; qua forma seu modo ratio formalis hujusce unionis constituatur. 763-603

Unio, seu concordia partium et membrorum cum toto, essentialis et necessaria est in omnibus societatibus, VI, 1167. — Quemadmodum divinæ charitatis unio, quæ membra Ecclesiæ vivo suo capiti Christo copulat et adstringit, Deo gratissima est, ita vehementer displicet membrorum divisio, quæ spiritum pacis et dilectionis extinguit, V, 397. — De unione Græcorum ac Ruthenorum cum Ecclesia catholica, 508 et seq. — *Vide* Græci Rutheni. — De unione totius orientalis Ecclesiæ cum Ecclesia catholica procuranda, 528 et seq. — *Vide* Græci. — Appropinquatio protestantium ad Ecclesiam catholicam, 925 et seq. — *Vide* Concordia. — De unione corporis et sanguinis Christi variæ sententiæ XXIII, 209 et seq. — *Vide* Eucharistia.

Unio animæ cum Deo alia est passiva, alia activa, XXII, 1093. — Tres dantur species unionis: unio simplex, unio desponsationis, et unio consummata quæ vocatur unio matrimonialis, 1094. — In simplici unione suspenduntur potentiæ, sed non sensus corporei. — In unione desponsationis tres sunt gradus, extasis, raptus, et elevatio Spiritus. — In unione extasis suspenduntur potentiæ, et amittitur quoque usus sensuum. — Raptus nihil aliud est quam impressio quædam gratiæ validior, qua rapitur anima et elevatur etiam corpus. — Elevatio Spiritus est quando anima sentit se rapi quasi extra se. — Perfectior unio, quæ dicitur consummata, est illa per quam anima transformatur in Deum et fit unum quid cum Deo. 1094

Unitarii vocantur qui unum Deum profitentur sine personarum distinctione. VI, 1184

Unitas est nota veræ Ecclesiæ, I, 1273-1004. — Unitas est prima Ecclesiæ nota, IV, 249 et seq. — Unitas Ecclesiæ romanæ competit, 541 et seq. — *Vide* Ecclesia. — Unitas facti dicitur quædam consensio in profitenda doctrina. Unitas juris dicitur quæ nititur fixo principio quo paritur et constringitur unitas, IV, 249 et seq. — Unitas Ecclesiæ vel est fidei, qua membra Ecclesiæ, tanquam corpus Christi, uniuntur capiti suo Jesu Christo; vel est charitatis, qua uniuntur membra Ecclesiæ inter se; vel est obedientiæ, qua populus fidelis subjicitur legitimis pastoribus. Hæresis dividit unitatem fidei. Schisma dividit unitatem obedientiæ, I, 1223, 1224-966, 967; III, 948 et seq. — Unitas charitatis duplex est, una personæ ad aliam personam; alia membrorum ad caput et totum corpus, XIII, 1183-933. — Quanti facienda sit unitas Ecclesiæ, I, 1225 et seq.-967. — Esse martyr non potest, qui in Ecclesia non est 1227-968. — Præscindendæ unitatis nulla est justa necessitas; etiamsi Ecclesia catholica erraret in articulo necessario, 1234 et seq.-990; IV, 402. — Qua via invenienda sit unitas Ecclesiæ, I, 1238 et seq-995. — Charitas christiana nisi in unitate Ecclesiæ non potest custodiri, 1239, 1242-978, 981. — Summus pontifex est centrum et fundamentum unitatis catholicæ, a quo totius Ecclesiæ unitas pendet, III, 935 et seq. — Justi et sancti esse possunt, sine proprio reatu a communione et unitate præcisi, 964 et seq. — Unitas communionis cum sede Romana est necessaria, 952 et seq. — Necessitas unitatis fidei cum sede Romana, 975. — Unitas fidei cum Romano pontifice unitati communionis necessaria semper fuit, 979. — Externæ communionis unitas cum sede Romana est necessaria.
978 et seq., 198 *in nota.*

Unum vocatur quod minime divisum est et multiplex. Aliud dicitur unum improprie et metaphorice, aliud per se et proprie, IX, 759, 760-600, 601. — Unum quod ex pluribus copulatis resultat, est formalis effectus unionis; hinc ad se invicem unum et unio referuntur, adeo ut talis sit unio quale est unum quod ex illa coalescit et vice versa, 759-600. — Unio ex qua unum per se et proprie dictum resultat, vera et proprie dicta dicitur; et hujusmodi est unio hypostatica. 760-601

Urbicaires, provinces soumises au pape, et dont tous les évêques recevaient de lui la consécration. XX, 996

Urim et Thummim genus oraculi de cujus natura multum dissentiunt eruditi, II, 705 et seq. *in nota*; XV, 138 et seq. Significant lucem et perfectum, III, 380. — De usu urim et thummim eorumque notione generali eruditi consentiunt, XV, 139. — Ratio litteralis cur Urim et Thummim israelitico populo Deus dederit, multiplex afferri potest, 140. — De natura urim et Thummim variæ sunt et ancipites cum Hebræorum, tum christianorum sententiæ, 141 ad 156 — Quibusdam probabilius videtur Urim et Thummim nihil aliud fuisse præter hæc duo verba *doctrina et veritas.* 143

Usuarius. *Vide* Usus.

Usucapio est acquisitio dominii per constitutionem temporis lege definiti. — Usucapio est causa acquisitionis dominii. Formaliter autem videtur esse possessio quædam rei alienæ. — Ipsa usucapio et dominii acquisitio vocatur præscriptio, cum tamen præscriptio ex usucapione oritur. — Omnis usucapio est præscriptio, non contra, XVI, 529

Usura, ab utendo dicta, grammaticis cujusque rei usum denotat, sive bonum, sive malum; transfertur usura ad incrementum, quod provenit tanquam fructus ex usu cujusque rei. Appellatur usura quidquid lucri causa principali debito accedit. Usura dicitur *fœnus a fœtu*, XVI, 770. — Usura est lucrum ultra sortem ratione mutui perceptum, 765. — Usura prohibita tripliciter sumi potest: 1° pro contractu usurario; 2° pro voluntate usuraria; 3° pro lucro usurario, 772. — Usura recte definitur: lucrum qualecumque ex mutuo præcise vi mutui proveniens, 699. — Legitima est vera hæc usuræ notio, 700. — Vitiosa est sequens usuræ definitio: lucrum ex mutuo pauperibus aut indigentibus dato, 700. — Quæstio de usuris non est de solo nomine, 804 et seq. — Usura a jurisconsultis dividi solet: 1° in lucratoriam, compensatoriam et punitoriam. Lucrum ratione solius mutui perceptum vocatur usura stricte dicta, lucrum ex aliis titulis in mutuo obtentum vocatur usura minus stricte dicta. Dividitur 2° in conventionalem quæ ex pacto debetur; et in necessariam quæ debetur sine conventione veluti ex mora, 774. — Dividitur 3° in realem, mentalem et pure mentalem, 701, 702, 775; XIV, 1001-790. — Dividitur 4° in formalem seu apertam, et virtualem seu palliatam, XVI, 775, 701. — Dividitur 5° in usuram sortis et usuram usuræ. 775, 702, 725; XIV, 1001-790 —

Dividitur 6° ratione quantitatis in centesimas, quincunces, etc, 775.— Dividitur 7° usura lucratoria in moderatam et in mordentem, 775.— Usura mentalis fit quando mutuans sine ullo pacto externo intendit interius ut sibi aliquid pretio æstimabile solvatur supra sortem tanquam debitum ex justitia, 1030-813. — De prohibitione usuræ præcipuæ opiniones.— Omne lucrum ex mutuo immediate proveniens, seu vi mutui perceptum est illicitum et injustum. Primum argumentum ex Scriptura, XVI, 702 et seq.— Secundum argumentum ex traditione, 705.— Ex SS. Patribus, 707.—Ex conciliis, 707.—Ex Pontificibus, 708 et seq. — Ex theologis, 711. — Tertium argumentum ex ratione, 712 et seq.— Solvuntur objectiones, 714 et seq.—Corollaria, 721 et seq.— Omnis et quæcumque, usura etiam moderata, a quocumque etiam divite et mercatore exigatur, est de se intrinsece prorsus illicita, et ipso jure naturæ reprobatur, XIV, 1001-790. — Omnis usura, etiam moderata, a quocumque exigatur, est jure divino, a Scriptura et a sanctis Patribus interdicta, tanquam de se et intrinsece mala, 1003 et seq.-792.—Omnis usura, a quocumque exigatur, est jure canonico et ecclesiastico vetita, tanquam de se mala, 1006-794.—Omnis usura jure civili, cæsareo et regio est prohibita, aut solum permissa, non vero concessa ut licita, 1008-796.— Usura omni jure est prohibita, XVI, 776 et seq. — Testimonia veteris Testamenti, 777.—In jure civili Romano varia diversis temporibus fuerunt usurarum facta, 780. — Etiam moderatum lucrum ex mutuo est usura prohibita, 783 et seq. — Prohibita et illicita est usura omnis et contra omnes, 792. — Quænam commoditates pretio æstimabiles expeti possunt pro mutuata pecunia, XIV, 1011 et seq.-798.— Secluso scandalo, et servatis servandis, licitum est mutuanti lucrum supra sortem exigere ad hoc ut ista via recuperet id quod sibi aliunde juste est debitum a mutuatario, 1011-798.—Committit usuram qui mutuum dat fœminæ eo pacto ut copulam cum ipso admittat, si mutuans id exigit ex vi mutui tanquam pretium illius, 1012-799. — Omnis pactio et conventio per quam imponitur mutuatario onus et obligatio quasi ex justitia, ad quam alias non tenebatur, nec ex vi mutui tenetur, est usuraria. 1012 et seq.-799

In qua mensura, numero et pondere res mutuata sit restituenda, 1015-801. — Regula generalis in hac materia est quod immediate in vi mutui, nulla potest mutuatario imponi obligatio civilis, et nihil pretio æstimabile tanquam ex justitia debitum ab eodem ex pacto exigi expresse vel tacite. 1016-802

Quibus titulis licet aliquid exigere ex mutuo, 1016 et seq. 802. — Primus titulus, damnum emergens. Licita est compensatio damni emergentis, 1018-804. — Secundus titulus, lucrum cessans. Eodem proportionali modo ratiocinandum est de interesse probabiliter sperati lucri cessantis vere ex mutuo, ac de damno emergente, servatis tamen servandis 1020 et seq.-805. — Sunt valde dubii ac suspecti de usura, aut illam aperte introducunt sequentes tituli : primo periculum sortis, 1024-808 — Secundo, pœna conventionalis, 1026-810.— Tertio, ratione carentiæ pecuniæ mutuatæ et obligatione non repetendi illam intra certum tempus non licet exigere lucrum supra sortem. 1027-811

De obligatione restituendi usuras. — Usura obligat ad restitutionem ex justitia commutativa, XVI, 793 et seq.

Usurarius pure mentalis ad nihil tenetur ratione restitutionis, 723. — Usurarius simpliciter mentalis ad restitutionem tenetur. Diversæ sunt solutiones pro diversis suppositionibus in quibus versari potest usurarius. 724. — Tripliciter contingere potest quod usura mentalis restituendi obligationem induat, XIV, 1031-814. — Quomodo liceat mutuum petere sub usuris, 1032-815 ; XV, 1155. — Usurarius realis ad restitutionem tenetur, subjicitur iisdem regulis ac possessor bonæ vel malæ, vel dubiæ fidei, XVI, 724.— An usurarius teneatur restituere quidquid de pecunia usuraria lucratus est, quomodo et quibus, XIV, 1028 et seq.-812.— Usurarii hæredes et alii ab ipso causam habentes, si certo sciant eum sine legitimo titulo et sine bona fide usuras percepisse, restituere tenentur, XVI, 725. — Ad quid teneatur usurarii donatarius, 726. — Ad quid teneatur qui cum usurario contraxit titulo oneroso, 726. — Obligatio uxoris usurarii considerari potest vel vivente ejus marito, vel eo mortuo, vel quando illa timet ne ante eum decedat. 726

Usurarius ante omnes cooperatores restituere tenetur, utpote possidens rem alienam, sed defectu ipsius usurarii qui non velit aut non possit restituere, quicumque ad usuras injuste et efficaciter cooperati sunt, restituere debent et quidem in solidum, non secus ac ii qui ad furtum cooperantur, etiamsi inde nullum commodum acceperint, 727 — An restituere teneantur qui consulunt usuras. — Quid de advocatis qui patrocinium usurariis præbent. 727. — Quid de judicibus qui compellant ad usuras solvendas, vel vetant ne solutæ repetantur, 728. — Quid de notariis qui instrumenta usuraria conficiunt. — Quid de præcipuis usurariorum ministris.— Quid de famulis usurariorum, 728.—Quid de usurarii creditore cui ipse usurarius assignat pro solutione debitum ab alio cum usura repetendum, 729 —Quid de iis qui mutuum præstant guberneo. Non licet per se ex tali mutuo lucrum percipere ; sed sæpe sæpius concurrunt in tali mutuo tituli legitimi, 729. — Quid de tutoribus qui mutuo dant pecunias minorum sub conditionibus usuræ, 729.— Uter, tutor an minor, restituere debeat usuras perceptas ex pupillaribus pecuniis in mutuum datis, 731. — Utrum tutor denarios pupilli sui cum propriis pecuniis negotiationi impendens et lucrans 8 aut 10, aut amplius pro 100, teneatur dare pupillo plus quam 5 pro 100, 732. — De remediis adversus usuram prænotamina, XXIII, 1328. — Assignantur remedia, 1330. — Potest pecunia per varios contractus collocari ad lucrum, XVI, 883. *Vide* Pecunia.

Dissertatio juridica de usuris, 995 et seq — Certe usuram proprie ac stricte acceptam neque Deus potest facere licitam, cum sit intrinsece mala, et consequenter jure naturali necessario et indispensabiliter prohibita, 1005. — Contractus germanicus. XVI, 950, 956, 967, 996

Usurarius triplex distinguitur : pure mentalis, qui intendit quidem aliquid recipere vi mutui, sed de facto nihil recipit ; simpliciter mentalis, qui de lucro usurario nullum pactum expressum aut implicitum fecit, sed tamen lucrum vi mutui percipere intendit et revera percipit ; realis qui ex pacto vel expresso vel implicito lucrum præcise vi mutui percipit, XVI, 723. *Vide* Usura.

Usus in theologica proprietate significat actum quo voluntas libere exequitur quod elegit, XIII, 11-11.— Usus, voluntatis actus, est applicatio alicujus rei ad aliquam operationem. Applicatio activa, seu ex parte potentiæ applicantis, dicitur usus activus, applicatio passiva, seu ex parte rei applicatæ, dicitur usus passivus, XI, 519. — Usus activus est actus distinctus ab electione. 520

In philosophico rigore usus dicitur de quolibet actu utendi per se spectato. Communi et usitato modo loquendi usus significat similium actuum frequentiam, XIII, 11-11.—Usus tam de frequentia actuum quam de singulis actibus dici potest ; et ideo differt a more qui dicitur tantum de frequentia similium actuum. 12-11

Usus est jus utendi re aliena in propriam tantum utilitatem, salva ejus substantia. Jus usurarii minus extenditur quam jus usufructuarii, XV, 467, 876. — Usurarii jura, 887. — Usurarii obligationes, 877. — Usus eodem modo acquiritur et extinguitur ac ususfructus, 877.—Utrum distinguatur usus a dominio, in rebus quæ ipso usu consumuntur, 468. — Jus utendi potest esse separatum a dominio, etiam in iis rebus quæ unico actu utendi consumuntur, vel alienantur, 469. — Verius est conventus, non solum in rebus aliis, sed etiam iisque unico actu utendi consumuntur, habere nudum usum seu jus utendi separatum ab omni dominio. 469

Ususfructus est jus utendi et fruendi alienis rebus, tanquam ipse proprietarius, salva earum substantia, XIV, 850-655. — Habet hæc definitio quinque partes, XV, 464. 465. — Ususfructus in multis a locatione differt, 875. — Ususfructus acquiritur vel legis ordinatione, vel privata dispositione, ut testamento, donatione, 465, 875. — Quænam sint jura usufructuarii, 875. — Usufructuarius ad quatuor obligatur, 865, 876. — Multis modis amittitur ususfructus 466, 876

Uxores duas simul habere christianis prohibitum, VI, 843. — De dominio uxorum sub regimine communitatis, XV, 833.—Uxor fere nullum habet jus in bona communia quamdiu perseverat communitas, 834. — Uxor dominium solummodo directum servat in bona propria, 834. — De dominio uxorum sub regimine communitatis exclusivo. Si matrimonium simpliciter contrahatur sine communitate, uxor conservat dominium directum omnium bonorum suorum saltem immobilium, 834. — Si matrimonium contrahatur cum bonorum separatione, uxor habet dominium directum, dominium utile et administrationem omnium bonorum suorum sive mobilium, sive immobilium, modo partem redituum conferat ad onera matrimonii sustinenda, 834. — De dominio uxorum sub regimine dotali, 834.—Sub hoc regimine bona uxoris sunt vel dotalia vel paraphernalia, 835. — Uxor ordinarie habet dominium directum bonorum dotalium, 835. — Uxor habet dominium directum, dominium utile et simul administrationem bonorum paraphernalium, quibus tamen quædam annectuntur onera. 835

Sub quocumque regimine nupserit mulier non potest bona sua immobilia inter vivos donare, etc., vel aliena titulo gratuito aut oneroso accipere, sine consensu mariti

vel judicis auctoritate, 835 — Etiamsi quoad bona separata sit, aut mercaturam publice exerceat, non potest stare in judicio sine auctoritate mariti vel judicis; nisi in jus vocetur tanquam rea, 835, 836. — Sunt casus in quibus uxor de bonis familiæ sine peccato et injustitia disponere potest, 836. — Uxor sub regimine communitatis valide contractus inire potest pro omnibus actibus commercium spectantibus, quando vacat commercio publico et separato, XVI, 533. — Sub regimine communitatis exclusivo, alienare potest bona mobilia pro libitu suo, et immobilia administrare, 533. — Sub regimine dotali potest alienare bona paraphernalia mobilia, et immobilia paraphernalia administrare, 533. — Extra hos casus uxor inhabilis est ad quoscumque contractus ineundos sine speciali consensu mariti vel judicis auctoritate, nisi agatur de actibus causa mortis. 533

Uxor tenetur sequi virum domicilium mutantem, etc., etc. XXV, 599

Uxoricidium impedit, sed non dirimit matrimonium. XXV, 600

Vaccæ rufæ sacrificium ad abstergendam funebrem immunditiem, XV, 186. — Cur vacca rufa potior esse debuerit, quam alterius coloris incertum est, 187. — Vaccæ rufæ sacrificium typus Christi fuit. 188

Vagi dicuntur carentes certo domicilio habitationis, XXV, 584. — Parochus non potest vagorum matrimonio interesse nisi diligenti inquisitione præmissa, et obtenta ordinarii licentia. 585

Valentiniani, a Valentino quodam, secundi sæculi hæretici, V, 33. — Eorum errores. 34-54

Vasa sacra debent esse ex auro vel argento. Debent esse consecrata ab episcopo, vel ab alio ex privilegio pontificis Romani, qui nonnisi rarissime illud concedit, XXIII, 855. *Vid.* Calix, Patena, Pixis.

Vectigal in jure significat tributum debitum ex mercibus invectis in provinciam, vel ex illa evectis, seu quæ per pontes aut portus vehuntur. Distinguitur a tributo tanquam species a genere. XII, 1018-805

Velum quo calix tegitur, peplum etiam et sudarium appellari solet. Vetus est veli usus. Linteum olim fuit. Nunc sericum esse oportet, XXIII, 897. — Tria vela Græci adhibent, quorum altero patenam, calicem altero, tertio utrumque contegunt. 897

Venæ metallicæ videntur in nullius dominio esse, et res eruta fit primo occupantis. Seclusa tamen omni lege et consuetudine particulari, potestas et jus effodiendi tantum competit ei qui est dominus loci, XV, 521. — Principes sibi vindicant jus effodiendi hæc metalla, compensato damno quod infertur loco. 521

Venationem seu captionem animalium in locis publici juris principes possunt prohibere, ex consensu populi, sive gratis, sive per aliquem contractum præstito, 512. — Possunt etiam eam prohibere si judicetur id necessarium ad reipublicæ onera sustinenda, 512. — Principes etiam ad solam recreationem possunt absque consensu populi jus venandi in quibusdam locis sibi reservare, 513. — Notanda, 513. — Qui injuste prohibet alium a venatione, piscatione, aucupio, tenetur ad restitutionem probabilis lucri, quod ille, deductis expensis et laboribus, facturus erat, 514. — Aliquis absolute potest venari in prædio vel saltu alieno, modo illa loca non sint ita conclusa, ut feræ non possint egredi; sed cavendum est ne quid damni inferatur, 514 et seq. — Quomodo peccet, et an teneatur ad restitutionem is qui contra justam prohibitionem venatur, aucupatur, piscatur? Venatio prohibetur generatim quatuor rationibus: ratione status personæ, ratione temporis, ratione publicæ utilitatis, ratione loci, 516, 517. — Quando venatio solum est prohibita ratione status vel temporis, ordinarie non est nisi peccatum veniale, modo scandalum absit, et periculum occisionis vel mutilationis, et animal captum non est necessario restituendum, 517. — Etsi venatio prohibita sit ratione utilitatis publicæ, non est tamen peccatum mortale, nisi quando modus venandi censetur notabiliter perniciosus commodo reipublicæ, et idcirco sub gravi pœna est prohibitus; vel quando reipsa notabile damnum bono publico infertur; animalia tamen capta non sunt in foro conscientiæ restituenda, 517. — Qui venatur in alieno fundo, vel prædio, vel sylva, invito domino, non tenetur ad restitutionem ejus quod cepit; peccat tamen ratione damni illati, et tenetur ad ejus compensationem, 517. — Qui venatur in loco publico venationi principum, vel aliarum personarum juste assignato, peccat venialiter: et si notabile damnum inferi, mortaliter; teneturque ad damni compensationem, non autem ad restitutionem animalis capti, 518, 519; XXII, 1005. — In Galliis facultas occupandi animalia per venationem et piscationem legibus specialibus limitatur et regitur, XV, 843. — Illæ leges obligant in conscientia, 848. — Quandonam venatione, furtum committatur, XIV, 885 et seq. -620. — Venatio clericis prohibita. XXII, 857

Venditio, emptio a permutationibus ducit originem, XVI, 636. — Venditio definiri potest: *Alienatio rei pro pretio*; emptio vero: comparatio rei pro pretio, XIV, 1035-816. — Simul definiuntur: contractus quo venditor et emptor mutuo se obligant, venditor ad transferendam proprietatem alicujus rei, et emptor ad solvendum pretium, XVI, 637. — Triplex emptionis et venditionis genus distinguitur: quædam emptio et venditio est, qua ab unoquoque emuntur, quæ ad suam et familiæ sustentationem necessaria sunt, superflua vero venduntur. Alia est qua emitur aliquid, ut per industriam commutatum vendatur. Alia qua emitur aliquid, ut immutatum carius vendatur ad lucrum comparandum: hæc propriissime dicitur negotiatio. 1158

Venditio regulariter perficitur solo contrahentium consensu, ita ut dominium rei venditæ pleno jure emptori acquiratur statim ac de re et pretio conventum est, quamvis nec res fuerit tradita nec pretium solutum. Sed quædam exceptiones apponuntur, 638. — Venditio-emptio non est contractus solemnis; fieri potest sub qualibet forma, sive sub scriptis, sive solis verbis, 639. — Scriptura authentica vel privata requiritur in foro externo ad probationem venditionis, quando valor rerum vendítarum 150 fr. excedit, nisi in conventionibus commercialibus. Impensæ actus et alii sumptus venditionis accessorii ab emptore solvi debent, nisi aliter conventum sit, 639. — Quam vim addant arrhæ venditioni cui apponuntur. 639

Si omnes et soli vendere et emere possunt qui, aliunde habiles ad contrahendum, non declarantur specialiter inhabiles ad vendendum aut emendum, 640. — Aliquando incapacitas solum afficit venditorem. Aliquando solum emptorem, 640. — Aliquando afficit venditorem et emptorem. 641

De rebus seu mercibus vendibilibus, 641. — Res aliqua, ut possit esse objectum venditionis, debet esse possibilis physice aut moraliter, existens vel probabiliter futura, determinata, vel saltem venditio 1° determinabilis, intra commercium posita, pretio æstimabilis, propria venditoris et emptori aliunde indebita, 641. — Res quæcumque spiritualis potest esse objectum contractus onerosi in quo rependitur aliquid spirituale, 642. — Res mere spiritualis non potest esse materia contractus onerosi in quo temporale pro spirituali commutetur, 642. — Res temporalis antecedenter annexa rei spirituali potest esse per se objectum contractus onerosi, propter spirituale modo illi annexum non augeatur istius pretium, 642. — Res temporalis concomitanter annexa rei spirituali, sed intrinsece et necessario, v. g., labor ordinarius in sacramentis, non potest esse materia contractus onerosi in quo aliquid temporale daretur ex altera parte, 643. — Res temporalis consequenter annexa spirituali non potest, attenta saltem lege ecclesiastica, esse objectum contractus onerosi in quo aliquid temporale daretur ex altera parte. 643

De qualitatibus quibus res vestiri debent ut licite vendantur, 643. — Res ita in se bonæ, ut difficillime et rarissime ad malum usum impendantur, ex professo licite vendi possunt, quoties non constat emptorem iis abusurum esse, 643. — Res ita in se malæ, ut vix ad bonum usum inservire consueverint, ex professo licite vendi non possunt, nisi constet emptorem iis bene usurum esse, 643. — Res ad bonum vel malum usum differentes ex professo licite vendi possunt, quando earum venditio speciali lege non prohibetur, nisi certe prævideatur emptorem iis abusurum esse. 644

De pretio rerum vendibilium, 645. — Utrum licite aliquis possit vendere rem plus, aut minus emere quam valeat, XIV, 1036 et seq.-818. — Vili velle emere, et chare vendere, non naturæ desiderium, sed pravæ cupiditatis est, XI, 880. — Quali pretio vendendum aut emendum sit? Plures fieri possunt hypotheses, XVI, 646. — Venditori nunquam licet vendere supra pretium vulgare supremum in sensu composito, seu quoties pretium supremum perseverat esse quale fuit; sed licet in sensu diviso, quando supremum pretium, quibusdam occurrentibus causis, augetur, 648. — Emptori nunquam licitum emere infra pretium infimum, quamdiu pretium hoc non decrevit, 648. — Utrum quis privatim sciens pretium alicujus mercis paulo post auctum vel imminutum iri, possit hujusmodi mercem pretio adhuc currente vendere vel emere, non monito altero contrahente. 649

Venditor potest festinanter pretio currenti vendere rem cujus pretium brevi minuendum est, XIV, 1046-826. — Venditor qui fraude vel mendacio aliquem induxit ad emendum majore pretio quam alias emisset, quamvis non excedente summum, peccat et ad restitutionem tenetur, XVI, 650. — Quid de illis qui interrogati quanti velint mercem suam vendere, respondent tanti, exigendo supra

pretium summum, 650. — Qui suam mercem vendidit pretio infimo vel mediocri, non potest aliquid de quantitate detrahere, vel adulterare, 650 — Mercatores qui carissimo pretio vendunt Indis, cultellos, specula et alia similia quæ apud nos sunt vilioris pretii, excusantur quia hæc minuta communiter ab Indis magni æstimantur, 651. — Utrum liceat negotiando charius aliquid vendere quam emere, XIV, 1047 et seq -827. *Vid.* Cambium.

De obligatione venditionis emptionis Obligationes venditoris respiciunt vel rei defectus seu vitia, vel traditionem, vel assecurationem, XVI, 651. — Triplex defectus considerari potest circa rem quæ venditur; unus circa rei speciem seu substantiam; alter circa rei quantitatem; tertius circa qualitatem, 652. — Quandonam venditor teneatur aperire defectus seu vitia rei suæ? 652 et seq. — Si vitium rei sit manifestum, venditor non interrogatus non tenetur ex justitia illud prodere, modo propter illud vitium subtrahat quantum oportet de pretio, 654. — Quomodo venditio reddatur illicita propter defectum rei venditæ. An venditor ejus vitium dicere teneatur, XIV, 1043 et seq.-823; XI, 886. — Lethalis fraudis et injustitiæ reus est venditor, qui occultum rei venalis vitium, et emptori noxium vel periculosum, ipsi ante venditionem non aperit, 883. — Si res vendenda habeat qualitates pretiosas venditori ignotas, emptor eas aperire vel saltem pretium justum solvere tenetur. XVI, 654

De obligationibus venditoris quoad rei traditionem, seu rei translationem in possessionem emptoris, 655. — Traditio diversis modis fieri potest prout agitur de immobilibus, aut mobilibus, aut juribus incorporeis quæ fuerunt objectum venditionis, 655. — Traditio rei venditæ in eodem loco fieri debet in quo erat tempore venditionis, 655. — Traditio rei venditæ eo tempore facienda est de quo fuit conventum. Cujusnam impensis fieri debeat rei traditio? 655; XIV, 1041-822. — Venditor tenetur rem in eo statu reddere in quo erat tempore venditionis, cum ejus accessoris, XVI, 655. — Quænam causæ venditorem excusent a traditione rei, 656. — Cui debeatur quando duobus in solidum et ex intervallo vendita fuit. XIV, 1841-822

Quænam simul cum re accessiones vendi censeantur, quando de his nulla facta est mentio expressa, 1041-822. — De obligationibus venditionis quoad rei assecurationem, XVI, 656. *Vide* Evictio.

Venditor tenetur assecurare emptorem sive contra evictionem rei venditæ, sive contra onera non declarata quibus res prægravari potest, nisi contrarium stipulatum fuerit, 656. — In casu evictionis totalis venditor tenetur emptorem omnino indemnem præstare, 657. — In casu evictionis partialis distinguendum, 657. — Quæ statuuntur de evictione partiali applicari possunt casui quo fundus vel aliud immobile venditur sine declaratione servitutis passivæ non apparentis. 658

De rei perditione seu destructione. An venditor teneatur de rei destructione, si res ante traditionem pereat; si pereat post traditionem. 658

De variis speciebus venditionis. Quid sit venditio cum pacto legis commissoriæ, et utrum licita sit, 660. — Quid sit venditio cum pacto addictionis in diem, et utrum licita sit, 660. — Quid sit venditio cum pacto retrovendendi seu redimendi, gallice *de rachat ou de réméré*, et utrum licita sit. 660 et seq.; XIV, 1040-821

De venditione jurium incorporeorum, 622. — De venditione chirographorum, gallice *des billets*, quæ duplicis sunt generis: alia simpliciter ad privatos pertinent; alia in commercio venduntur apud eos qui vocantur *agents de change*, 663. — An liceat emere infra valorem numericum chirographa quæ negotiationi non traduntur, 663. — An liceat emere infra valorem numericum chirographa commercii, 663, 664. — De venditione juris ad hæreditatem, 664. — De venditione juris litigiosi, 664. — De venditione sub hasta, 665 — De venditione per proxenetas, 666. — De venditione mohatra, 667. *Vide* Mohatra. — De monopolio, 668. *Vide* Monopolium.

Quot modis venditio rescindatur. XIV, 1042-822

Lethalis fraudis reus est, qui rem pluris justo pretio vendit, aut minoris justo emit, XI, 875. — Cum quis rem alterius admodum sibi necessariam vult emere, qua si careat alter, damnum patietur, pluris quam valeat vendari sine fraude vel injustitia potest, 875, 876. — Pretium rei augeri sine fraude et injustitia non potest ob necessitatem emptoris et commoda quæ ex illa percipiet, si venditor illam distrahendo nullum damnum patiatur, 876 — Emptiones et venditiones citra dimidium justi pretii frudulentæ sunt et injustæ, 876. — Non est reus fraudis aut injustitiæ qui vendit merces certo pretio majori quam tunc valeant, quia non intendebat eas vendere, sed servare usque ad tempus, quo probabilior pluris erant valituræ; nunc autem vendit rogante emptore, ut ejus commodis serviat, 878. — Lethalis fraudis reus venditor, qui suppositios emptores interponit et subornat, qui mercium pretium augeant, ut fallatur emptor; fraudis pariter reus est emptor, si aliquos subornet, qui pretium offerant justo longe minus, ad cogendum venditorem ut ab ipso emptore accipiat pretium infra vulgare et infimum, 879. — Lethalis fraudis et injustitiæ reus est qui vendit rem aliquam vel in substantia, vel in quantitate, seu mensura, vel in qualitate notabiliter deficientem; et lege restitutionis tenetur, 881. — Si venditor rei venditæ notabilem defectum sine sua culpa ignoret, fraudis aut injustitiæ reatum non incurrit; cum tamen ad ejus notitiam pervenerit, damnum illatum emptori resarcire tenetur. — Idem de emptore judicium ferendum est, si venditorem pretiosas merces pro vilibus vendidisse, aut in rerum venalium qualitate et pretio cum suo damno fuisse deceptum animadvertit.

Venditoris obligationes, XVI, 651 *Vide* Venditio.

Venditrix sive proxeneta. De interrogationibus adhibendis cum eis in confessione, XXII, 1025, 1026. — An tradita tibi re ad vendendum, pretio designato, possis tibi retinere plus quod ex ea retrahes? 1025 *in nota.*

Veneficium ordinatur ad inferendum alteri nocumentum, XXIII, 1225. — Est duplex, naturale et superstitiosum, 1225. — Veneficium seu maleficium veneficum, quo directe intenditur alterius nocumentum est reale, vel personale: reale, in ejus bonis; personale, in ejus persona, quoad vitam, sanitatem, usum matrimonii, 1121. — Sub veneficio intelligitur omne maleficium quo per adhibitionem rerum naturalium, etc., aliquis inficitur, etc., 1233. — Est casus reservatus, 1233 et seq.

Venena sunt secundum quid, seu aliquorum tantum commercio exempta, XVI, 393. — Peccant contra justitiam venditores veneni. XV, 1152

Veniale peccatum est præcepti divini transgressio levis, quæ dissolvendæ Dei cum creatura sua unioni non sufficiat, IX, 738-583. *Vide* Peccatum. — De remissione peccati venialis, XXII, 164. — De absolutione venialium, 1248. *Vide* Pœnitentia.

Verba recitative seu materialiter dicuntur, quando proferens nihil intendit affirmare per illa, sed solum historice referre quid alius dixerit, XXIII, 429. — Enuntiative dicuntur, quando proferens intendit affirmare quod verba sonant; quod etiam dicitur significative seu formaliter ea proferre, 430. — Traité historique et dogmatique sur les paroles ou sur les formes des sept sacrements de l'Eglise, XXI, 121 et seq. *Vid.* Sacramenta.

Verbum Dei summa ratio est, IX, 73-60. — Verbum Dei ab Ecclesia propositum est nota sensum divinæ mentis hominibus per auctores canonicos manifestans, I, 1029-811. — Verbum Dei scriptum vocamus quod a Deo revelatum est, et ab auctore canonico litteris consignatum, 1029-811. — Verbum Dei non scriptum vocamus, quod a Deo revelatum est, sed a nullo auctore cononico litteris mandatum, 1031-813. — De verbo Dei ab Ecclesia proposito, 1033-814. — De verbo scripto et non scripto, VI, 783. — Verbum Dei non eget verbo Ecclesiæ ut sit verbum Dei; sed nos egemus verbo Ecclesiæ, ut certi simus illud, quod nobis tanquam verbum Dei proponitur, esse revera verbum Dei et non hominis. 884

Inventio verbi humanis facultatibus impervia, jam Deum, cum nostris primis parentibus colloquentem, seu revelationem prærequirit, II, 501. — In verba magistri etiam sancti non jurandum, sed omnia ponderanda, I, 695-547. — In proœmio. — Verba ex quibus oriuntur sponsalia, vel matrimonium, sunt quintuplicia, etc. XXV, 583, 586

Verba turpia audire, loqui seu scribere, de se non est semper peccatum mortale. 586

Verbum, Dei Filius. *Vid.* Christus.

Verecundia est timor et horror turpitudinis et vituperii intemperantiam comitantis, quæ quidem proprie loquendo virtus non est, sed perfectio virtutis. Verecundiæ opponitur inverecundia. XI, 1238

Veritas est una et indivisibilis, IV, 224. — Veritas est quid simplex; idem non potest esse simul et non esse. — Nihil absurdius distinctione duplicis veritatis oppositæ, quarum alia theologiæ, alia rationis, IX, 26-22. — In omnibus veritas imaginem antecedit; post rem similitudo succedit, I, 998-787. — Veritas est res infinita. — Est res æterna, quæ semper fuit eritque semper. — Est res universalis. — Est res necessaria et immutabilis, id est, perpetuo et constanter eadem, II, 151, 152. — Et hæc veritas infinita, etc., est modus mentis infinitæ, æternæ, universalis necessaria et immutabilis, 153. — Veritas juxta veteres est comprehensio ejus quod necessario est, 170. — Veritates æternæ sunt abstractæ notiones rationum, quæ sunt inter res possibiles vel existentes, 223. — Error constans esse nequit; veritas sola immota est, sola est naturalis, 408. — Veritati inve-

ascendæ impar est ratio, 481, in nota. — Pauci sunt qui veritatem ratiocinando assequi possunt, 507. — De veritatis necessitate in rerum electione, XI, 403.—Differentia veritatis speculativæ et practicæ. Prima est conformitas judicii cum ipsamet re; altera consistit in conformitate judicii cum re, at non absolute sumpta, sed prout consona regulis morum. Veritas speculativa necessaria est et immobilis ; practica autem est contingens, 405 — Ea cura adhibenda est in inquisitione veritatis, quæ adhiberi consuevit in negotiis gravioribus, 411 — Quousque comprehendat inquirendæ veritatis obligatio, 412 et seq. *Vid.* Ratio. — Sola veritas regula est in actibus humanis electionis rectæ. *Vid.* Ratio. — Pulchra S. Augustini sententia quoad inventionem veritatis moralis, 424 et seq. *Vid.* Ratio. — Sine auxilio divino morum veritates cognoscere non valemus, 433. *Vid.* Ratio. — Quomodo charitas nos veritatem divinæ legis edocet. 458

Veritates christianæ in quatuor classes dividuntur, in divinas et catholicas; in pure catholicas; in pure canonicas; in theologicas, VI, 887, in *nota.* — Veritates divinæ et catholicæ dicuntur quæ vera nituntur revelatione, seu institutione divina in verbo Dei scripto, vel tradito, 887. — Veritates pure catholicæ vocantur quæ in sensu stricto et proprio revelatæ non sunt, sed universali Ecclesiæ consensu semper receptæ, 894.—Veritates pure canonicæ Ecclesiæ pro canone et regula inserviunt, et ideo ipsis obedientia debetur, 895.—Veritates theologicæ vocantur, quæ per varias conserationes ad illustranda fidei dogmata ex principiis revelatis eruuntur. 895

Veritates aliæ sunt physicæ, aliæ metaphysicæ. Physicæ sunt quæ rerum naturalium ordine instituto nituntur, et quæ proinde possunt ex potentia Dei absolute aliquam exceptionem pati. Metaphysicæ sunt quæ ipsa rerum essentia immutabili fundantur, et ideo nullam patiuntur exceptionem. IX, 18-16

Veritas nulla est adeo lumine naturæ nota, quam scelerati aliqui et flagitiosi hæretici non denegarint et oppugnarint, VI, 794. — Nihil tam absurdum quod dictum non fuerit ab aliquo philosopho ; nihil tam absurdum ac impium circa fidem et circa mores quod dictum non fuerit ab aliquo hæreticorum, 1217, in *nota.* — Præcipuæ veritates rationali creaturæ naturaliter insitæ, et quæ cæteris omnibus sunt velut fundamentum, sunt hæ duæ : Deum, seu causam primam esse; et formam hominis, seu animam rationalem esse immortalem, VI, 833. — Veritas desumitur a conformitate actus cum objecto. Veritas formalis est ineluctabilis et necessaria conformitas actus cum objecto; subjectiva est imperturbabilis et immobilis alligatio vel adhæsio intellectus ad objectum; objectiva est infallibilis sic se habentis objecti comprehensio, VI, 570. — Veritas putativa est omnis error qui veritatis speciem induit, et pro ipsa veritate habetur, IV, 288. — On rendra compte un jour à Dieu, dit Baylis, de tout ce que l'on aura fait en conséquence des erreurs que l'on aura prises pour dogmes véritables, 292.— A sordibus quanto quis est purgatior, tanto verum facilius intuetur, I, 1151-908. — Veritas cum non defenditur, opprimitur, IV, 512; XI, 74. — Veritatis sincerus amor theologo est necessarius, I, 68-54. — Quærenda est veritas totis viribus, morum integritate, et frequenti oratione, 69, 63 et seq.-55, 50. — Et humilitate, 70-56. — Toutes les vérités dont l'homme peut désirer la connaissance, se réduisent à cinq classes différentes : à celles de sentiment intérieur ; à celles de principe; à celles de conséquence ou de raisonnement ; à celles d'autorité ou de fait ; et à celles de sens. XXVI 1163 et seq.

Vernaculus dicitur servus qui natus est ex matre serva, quia partus sequitur ventrem. XIV, 846-668

Vestimenta ecclesiastica sunt inter res sacras. Sine illis consecratis sacrificium peragere non licet. Horum consecratio non est unctiva, et per generalia privilegia a prælatis regularibus exerceri. XVI, 253

Vestis clericalis origo, V, 1209. — Clerici retinuerunt vestem propriam Romanorum. V, 1209

Vestes sacræ ad missam requisitæ sunt amictus, alba, cingulum, manipulus, stola, planeta, omnes benedictæ ab episcopo vel sacerdote habente facultatem a sede Apostolica, XXIII, 838, 902 et seq. *Vid.* hæc verba. — An liceat in casu necessitatis celebrare sine aliquo ornamento ex levioribus, negant plures, alii affirmant, 858. — Perditur harum vestium benedictio, quoties ita dissolvuntur aut minuuntur, ut aptæ non sint ad suum usum sine novo artificio, 858. — De vestibus sacerdotalibus, 901 et seq. — Quinque colorum genera rubrica missalis commemorat, album, rubeum, viride, violaceum, nigrum, 910, 911. — De symbolico sacrarum vestium significatu, 913 et seq. — De sacris vestibus et earum significatione, 1339 et seq.— De benedictione quæ sacris indumentis et vasis tribuitur, sive sacra unctio sit necessaria, sive non; origo ejusdem benedictionis; quo pacto administrari debeat, 1241 ad 1250. — Error D. de Vert circa sacra sacerdotum ornamenta, XXVI, 806. — Circa manipulum, 809. — Circa mitram episcoporum, 811.—Circa pallium, 812.—De vestibus sacerdotalibus sub lege Mosaica. Quædam erant sacerdotibus omnibus communes, aliæ summo sacerdoti seu pontifici propriæ, XV, 133. — Primum indumenti genus : linea feminalia usque ad genua et poplites demissa, quibus pudenda tegerentur, 133.—Secundum genus : tunica talaris, linea, quam et byssinam Josephus appellat, 133. — Tertium genus : baltheus seu zona aut cingulum textum sub tegmine cocci, purpuræ, hyacinthi, et stamine byssino, 134.— Quartum genus : tiara, seu rotundus pileolus, 135. — Sequentes vestes erant pontifici propriæ — Quintum indumenti genus : tunica talaris, tota hyacinthina, habens in extrema parte septuaginta duo tintinnabula et totidem mala punica , 133. — Sextum genus : *superhumerale*, Hebræis *ephod* dictum, 136, 137. — Septimum indumentum, mensura quidem parvum, sed cæteris sacratius, latine *rationale* vocatur, 137. — Rationali Deus incidi jussit urim et thummim, 138 et seq. — Octavum ornamentum : lamina aurea in qua scriptum erat nomen Dei. — Tetragrammaton, 156. — De mystica vestium sacerdotalium significatione, 157. — De morali sensu harum vestium. 158

Veste muliebri vir, vel mulier virili utens non caret peccato, XI, 1264 ; XIV, 796, 797-629. — Vestes quotidianæ censentur donatæ uxori, etc. XXV, 386, 387

Vetustatis sacratæ auctoritate profanæ novitatis semper conteritur audacia. I, 940-723

Via qua pervenitur ad veritatem est humilitas. I, 79, 71-56

Vicarii nomen apud veteres passim pro successore alicujus accipitur, qui æqualem ei cui succedit, cum dignitatem, tum auctoritatem jure successionis est consecutus. Eo sensu romani pontifices S. Petri vicarii dicti fuerunt, III, 998. — Vicarius generalis episcopi, qui et officialis vocari solet in iis quæ jurisdictionis sunt, censetur una eademque cum episcopo persona, atque unum et idem est utriusque tribunal. Ex quo fit ut a vicario generali ad episcopum provocare non liceat. De iis quæ non facere, et de iis quæ facere potest, XXV, 842 et seq. — Vicarius est quia vices gerit episcopi, et generalis dicitur, quoniam ejus potestas fertur in diœcesim universam. Cujus potestatis fines episcopi arbitrio constituuntur, V, 1239.— In Italia unus constitui solet vicarius. In Gallia, etc., officialis a vicario distinguitur. Vicarii potestas ea complectitur quæ voluntariæ jurisdictionis sunt; officialis, quæ sunt jurisdictionis contentiosæ. Vicarii munera, 1240.—Vicarii munus recte obeunt omnes clerici tonsura initiati. 1240

Sunt vicarii foranei; sunt et vicarii, qui vel perpetuo vel ad tempus constituti animarum curam administrant.—Sunt vicarii nati. — Sunt denique vicarii apostolici, 1241.—De vicario capitulari, sede vacante, XXV, 844 et seq. —Vicarius capituli, sede vacante, habet dignitatem requisitam, ut possit esse delegatus pontificis.— Item vicarius episcopi confirmati et non consecrati, XXV, 465. — Vicarius generalis episcopi, etiam sede vacante........ est ordinarius, 587. — Potestas vicarii tribus modis cessat, 588. — De vicario apostolico. 848 et seq.

Vice-dominus. — *Vid.* Vidames.

Vidames ou avoués. Ils ont succédé aux défenseurs dans la plupart des églises d'Occident. De leurs diverses fonctions; abus qu'ils font de leurs pouvoirs. Ils sont abolis presque partout. XX, 1007 et seq.

Vidua. Quandonam amittat bona a viro relicta, etc. XXV, 598

Vigilantia pastoralis universalis, constans et assidua sit. XXV, 20

Vigiliæ et quatuor tempora. VI, 845

Vindicare velle magna est tentatio, omnibus viribus, omni virtute vitanda. XXII, 1363

Vindicatio fit per aliquod pœnale malum inflictum peccanti. In vindicante considerandus est vindicantis animus, XIV, 673-552. — Si intentio vindicantis feratur principaliter ad aliquod bonum, ad quod pervenitur per pœnam peccantis, vindicatio potest esse licita. Secus, si principaliter feratur in malum illius de quo vindictam sumit. 673-552

Vindicta, aut vindictæ libido, semper malæ sunt; et proinde inimicos ulcisci nunquam licet; injurias illatas condonare semper et ubique necesse est, XI, 1121 et seq. — Vindicta quæ fit ad correctionem peccantis, ad gloriam Dei, ad aliorum utilitatem, auctoritate legitima, non est illicita; nec hujusmodi vindictam apud superiores, sive judices, urgere prohibetur christiano qui læsus fuerit; modo id faciat ob finem charitatis, non animo ultionis 1121 et seq — *Vid.* Ira.

Violatio jejunii vel abstinentiæ ab Ecclesia imperatæ. Casum hunc episcopi plures sibi reservarunt. XXII, 854

Violatio feminæ cujuslibet, præcipue stuprum, seu defloratio virginis est casus reservatus, 855; XVII, 1199. — Violatio statutorum ecclesiasticorum in certa materia est casus reservatus, XXII, 857. — Violatio libertatis ecclesiasticæ est casus reservatus. XVIII, 1215 et seq.

De violatione Ecclesiæ, XVII, 190. *Vid.* Ecclesia.

Violentia seu violentum illud dicitur quod est a principio naturali extrinseco contra inclinationem agentis, X, 40-41. — Duobus modis sumitur, pro physico seu naturali et pro morali seu interpretativo. Violentia physica naturalis ea est cujus principium est extra contranitente passo, XVIII, 1198. — Differt a coactione tanquam magis a minus communi. In subjecto capaci causat simpliciter involuntarium, 1198. — Violentia moralis et interpretativa consistit in metu et minis alicujus notabilis incommodi. Relinquit simpliciter voluntarium, 1198. — Violentia non potest inferri voluntati quoad actus elicitos; nec quoad actus imperatos, sed quoad actus a voluntate imperabiles, seu qui alias solent imperari a voluntate, ac mediante alia potentia eliciuntur; voluntas violentiam pati potest, XI, 90. — Violentia absoluta reddit actum absolute et simpliciter involuntarium. Absoluta censetur, dum patiens omnibus viribus, quibus potest, juxta materiæ qualitatem resistit, 90, 91, 313. — Violentia, avaritiæ filia, est peccatum quo quis ditior et potentior aliena usurpat, suam ut impleat cupiditatem; seu tyrannis pauperes opprimens oneribus, rapinis, injuriis, verberibus, iniquis pecuniarum vel operum exactionibus, 808. — Lethalis violentiæ rei sunt divites qui pauperes opprimunt rapinis, etc., 897. — Lethalis violentiæ rei sunt consules, collectores qui tributa imponunt, facultatum proportione minime servata, et pauperum agravant onera ut ditiores sublevent, etc. — Qui tributorum remissionem concessam secundum æquitatis leges non distribuunt, etc., 899. — Divites et potentes qui pauperibus patrocinium vendunt, etc., 900. — Qui tenentes suos seu vassallos cogunt ut ad suum molendinum frumenta sua molenda deferant, etc. — Qui minis et terroribus prohibent ne ipsorum vassali decimas capitalis, etc., debitas conducant, ut ipsis vili pretio elocentur. Et multo magis qui decimarum solutionem impediunt, vel recusant. 901

Nobiles qui colonos cogunt ut censualia et prædialia jura sibi solvant ante collectionem et solutionem decimarum, 902.— Qui, cum possunt, non curant maleficos ac sceleratos pœnis legum sanctione constitutis plecti, etc. Lethalis violentiæ conscii sunt judices, qui pauperes, etc., quibus succurrere possunt et tenentur ex officio, a magnatibus opprimi patiuntur. — Qui recusationem, aut appellationem, quam debent non admittunt, vel qui inique appellant, 904. — Lethalis violentiæ et rapinæ rei sunt publicani qui aliquid exigunt et extorquent præter id quod ipsis a rege vel a republica constitutum est, 905. — Lethalis violentiæ rei sunt qui pauperibus suos domos, vel agros adhibita vi adimunt, aut vendere cogunt etiam justo pretio, 906. — Qui proximo de suo luminis in domibus suis lites injustas intentant, easque demoliri cogunt, 907. — Qui alicujus Ecclesiæ, etc., bona, census, etc., in proprios usus convertere et usurpare præsumpserint, etc., et qui defunctorum oblationes et pia legata intervertunt, retinent, *etc.*, 907, 908. — Divites qui suis opibus et auctoritate freti, pauperes ad tribunalia judicum trahunt, et corruptis pecunia vel favore judicibus, opprimunt, etc., 908.—Qui subditos suos, vel alios collocare cogunt in matrimonium filias suas, nepotes aut pupillas liberis, amicis aut servitoribus, etc., 909.— Parentes et alii quicumque qui suos liberos, vel alios, ad monasticum habitum suscipiendum, etc., vel adhibita vi, vel incusso metu adigunt, 910. — Lethalis tandem violentiæ rei sunt qui ab habitus religiosi susceptione, vel solemni votorum nuncupatione sine justa causa, aliquem impedierint, 911. — Quam graviter a Deo puniendi sint homines violenti, Spiritus Sanctus docet. 911

Violentum dicitur quod est a principio naturali extrinseco, nihil conferente, imo repugnante passo, seu, quod est, a principio extrinseco contra inclinationem agentis, X, 40-41; XI, 90, 313.

Violentum est, cujus principium, seu efficiens causa, est extra, nihil ex impulsu suo contribuente eo quod vim patitur. Ita Nemesius et Joan. Damascenus, VII, 1130. — Duplex genus est coactionis et violentiæ: Unum simplex est absolutumque, et illius causa prorsus externa est. Alterum ita vim suam exercet, ut voluntas ipsa id eligat, ac velit quod alioqui detestaretur, 1131. *Vid.* Violentia.

Vir bonus et justus bonum a malo, et rectum a pravo egregie discernit; contra autem omnis affectus animi perturbati tollit judicium veri, idque adulterat. I, 574-149

Virga salicea uti ad detegendas aquas latentes illicitum non est. XIV, 120-96, 97

Virgines quæ religionem profitentur jam tempore S. Augustini vocabantur *sanctimoniales*; nunc brevitatis causa vocantur *moniales*. Dicebantur etiam *nonnæ*. XVI, 1280

De virgine carnaliter cognita. *Vid.* Stuprum.

Virginitas a delectatione venerea prorsus abstinet, XI, 1242. — Virginitatem non esse illicitam, sed licitam et laudabilem, dogma fidei est. Virginitas sub consilio cadit, 1243. — Virginitas patientis requiritur ad stuprum rigidissime sumptum, XVIII, 1198. — Virginitatis aureola perditur per voluntariam pollutionem, per quam etiam amittitur virtus virginitatis, 1199. — Virginitas aut continentia pro Deo suscepta est melior nuptiis. Probatur ex Scripturis sacris, XXV, 734. — Ex sanctis Patribus, 736. — Ex ratione, 737 et seq. — Virginitas præstat conjugio, VI, 846. — Virginitas seu cœlibatus vindicatur contra libellum cui titulus: *Examen de la religion*, III, 622 et seq. — De virginitate, XXV, 580. — Virgo manens potest concipere ex semine viri circa vas effuso matrice feminæ illud attrahente, 580. — Viricidium non impedit matrimonium. XXV, 590

Virtualiter, seu causaliter et æquivalenter, seu illative, unum in alio contineri potest. I, 1435 et seq.-1132

Virtus est habitus secundum rectam rationem inter duo extrema electivus, XXII, 13. — Virtus definiri solet: Habitus electivus in mediocritate consistens, prout determinaverit prudens, XI, 1186. — Virtus est bona qualitas mentis qua recte vivitur, qua nullus male utitur, et quam Deus in nobis sine nobis operatur. S. Thomas, XI, 1178.— Virtus est ordo amoris. S. Aug. 1179

Virtutum divisio. Aliæ sunt infusæ a Deo, aliæ acquisitæ, 1179 — Virtus alia est intellectualis, alia moralis, alia theologica, 1179. — Virtus intellectualis est triplex: scilicet, sapientia, scientia, et intellectus. Virtus intellectualis speculativa est, per quam intellectus speculativus perficitur ad veritatis considerationem, 1179, 1180.—Virtutes infusæ sunt illæ quæ propria natura viribus acquiri non possunt, sed a solo Deo animæ infunduntur, X, 65, 1050, 1456-52, 811, 1149. — Alia dicitur infusa quoad modum duntaxat, 1454-1148. — Alia quoad entitatem, quæ fertur in objectum lumine et motivo supernaturali, et tendit in Deum possidendum ut in se est, 1455-1148. — Virtus per se infusa differt essentialiter a virtute acquisita, v. g., temperantia infusa a temperantia acquisita, 1455-1148. — Virtus per se infusa est a solo Deo producibilis, quia est donum supernaturale et divinum, 1456-1149. — Virtus infusa moralis est virtus supernaturalis, quæ Deum non habet pro objecto. — Definiri potest: Virtus infusa quæ in mediocritate consistens, versatur circa bonum creatum motivo supernaturali. In mediocritate consistit, quia objectum ejus est bonum finitum, 1457-1150. — Virtutes infusæ dividuntur in virtutes theologicas et morales, 1050, 1456 811, 1149.—Virtus theologica ea est quæ habet Deum pro objecto, cui inhæret propter seipsum, XIII, 1300-1026. — Virtus theologica est circa primam regulam non regulatam alia regula, sicut circa proprium objectum, XIII, 1065-840. — Virtus theologica est virtus infusa, quæ habet Deum pro objecto materiali primario, et aliquod ejus attributum pro formali. Vocatur theologica, a nomine græco θεὸς, latine *Deus*, quia versatur circa Deum, et est regula divini cultus, X, 1456-1149. — Totuplex est virtus theologica, quotuplex est virtus quæ nos Deo immediate conjungit, id est, triplex, 1457-1149. — Virtutes theologicæ tres sunt: fides, spes et charitas, XI, 1180; X, 1457-1149, 1150. — Inter virtutes theologicas hic ordo recte constituitur: fides præcedit spem, et spes charitatem, XIII, 1308-1032. 1033. — Discrimen inter virtutes theologicas ex diverso respectu oritur, 1299, 1300-1026. — Charitas facit hominem Deo inhærere propter seipsum; spes vero et fides faciunt hominem Deo inhærere sicut cuidam principio, ex quo aliquo nobis proveniunt, 1060-837. — Virtutes theologicæ sunt quidem morales; sed proprium nomen sibi vindicant tanquam nobilissimæ virtutum species, X, 1457-1150. — Damnatæ propositiones contra virtutes theologicas. Homo nullo unquam vitæ tempore tenetur elicere actum fidei, spei et charitatis, ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium, VI, 1321, 1325. — Constat apud omnes catholicos infundi fidem, spem et charitatem in justificatione, X, 1459-1151. — Communior et probabilior sententia affirmat virtutes morales etiam in justificatione infundi, 1461-1153. — Virtutes possunt tripliciter ad Deum ordinari; quædam immediate Deum respiciunt tanquam proximum objectum formale *quod* et *cui*; et hæ sunt virtutes theologicæ; aliæ versantur in alio extremo, et Deum nec tanquam objectum *quod*, nec tanquam finem *cui* de se respiciunt, ut virtutes morales. Virtus religionis directe et immediate respicit aliquid creatum tanquam

objectum formale *quod*, nempe cultum quem offert Deo. Inter morales virtutes est præstantissima, XIV, 13-11, 12. —Virtutes morales sunt circa ea quæ ordinantur in Deum tanquam in finem, 13-12.—Virtutes morales sunt quatuor; prudentia, justitia, temperantia, fortitudo, ad quas cæteræ quæque virtutes morales revocantur; cardinales dicuntur, in quibus fundatur vita humana. Rationes hujus divisionis, XI, 1180. — Cujusvis virtutis cardinales partes sunt triplicis generis: aliæ integrales, aliæ subjectivæ, aliæ potentiales, 1258.—Cardinales dicuntur quia sunt præcipuæ virtutes inter morales et tanquam cardinales quibus cæteræ innituntur, X, 1457 et seq.-1150.—Virtutes morales eæ solum dicuntur quæ sunt in facultate appetente sive appetitiva, aut ab ea dependent. Denominatur virtus moralis a more, prout mos significat quamdam inclinationem ad actum, XI, 1180. — Virtus moralis est circa ea quæ ratione regulantur tanquam circa proprium objectum; per se illi convenit in medio consistere ex parte proprii objecti, XIII, 1063-840.—Virtutum moralium cultus est medium inveniendæ veritatis practicæ, 428.—Virtutes etiam distinguuntur in exemplares, politicas, purgatorias, et purgati animi, XI, 1180, 1181.—Quid sit virtus heroica, et in quo consistat. 1181

De origine moralium virtutum. Harum inchoatio quædam in homine est, attenta natura tum speciei, tum individui, 1182, 1183. — At in ratione virtutis non comparantur morales virtutes nisi operum assuetudine, labore, studio et industria. 1183

De subjecto virtutum. Tres in animo nostro partes distinguuntur: suprema, media et infima, XI, 1184. — Quæ tribus hisce partibus virtutes conveniant, explicatur, 1184. — Suprema pars virtutibus supernaturalibus afficitur. Mediæ parti inhærent virtutes, quæ versantur erga officia aliis præstanda. In infima parte sunt virtutes reliquæ, 1185. — Apposita S. Thomæ observatio. 1186

De medio in quo virtus consistit. Virtutes morales in medio consistere commune theologorum decretum est. Multiplex est medium, 1186, 1187. — Medium per se non habent theologicæ virtutes 1187.— Ex parte tamen et per accidens hæ virtutes etiam medium habent. 1188

De mutua virtutum connexione et harmonia. Hac procul omni dubio prærogativa gaudent virtutes supernaturales, 1188. — Obvia quædam objectio ex verbis S. Thomæ soluta, 1189. — Virtutes quoque morales acquisitæ in statu perfecto consideratæ connexæ invicem sunt, 1189. — Fortitudo, prudentia, temperantia, justitia, et distinctæ virtutes sunt, et in sui veluti quodam apice indistinctæ: nec enim suis numeris absoluta habebitur fortitudo, ex gratia, nisi prudens, et temperans, et justa sit. Nec aliter se res habet in tribus aliis, VIII, 695.—De virtutum perfectione, quæ haberi in hac vita potest. Elegans S. Thomæ doctrina præmissa, XI, 1190. — Pelagianorum error de hac perfectione a S. Hieronymo confutatus, 1190. — Confutavit eumdem etiam S. Augustinus, 1191.—Tria decreta ab Ecclesia in concilio Africano edita adversus hujusmodi errores, 1192. — Præcipuum catholici dogmatis fundamentum ab Augustino propositum, et a S. Thoma illustratum, 1193. — Alia de eodem argumento S. Thomæ doctrina, 1194. — Cujus generis et conditionis dicenda sit impossibilitas peccandi homini conveniens in hac vita mortali, 1194.—Pauca quædam attinguntur de donis Spiritus sancti 1195

Consectaria præcedentis doctrinæ; quo sensu accipiendæ sint sententiæ S. Aug. virtutem per amorem delinientis, XI, 1196. — Proprium virtutis subjectum mens est sive ratio, 1197. — Diversa plane sunt virtutum semina, quæ ab Ecclesiæ Patribus admittuntur in homine, ab iis quæ admissa fuerunt a Cassiano et Semipelagianis, 1197.—Egregia S. Thomæ doctrina, qua difficultates diluuntur ad virtutum moralium connexionem pertinentes, 1197. — Virtutes acquisitæ non sunt simpliciter et absolute virtutes, si cum charitate non junguntur eas ad Deum ultimum finem ordinante, 1198 — Vero similior et omnino tenenda est sententia, quæ præter fidem, spem et charitatem, alias virtutes infusas agnoscit, 1198. — Virtutum connexio non exigit, ut sancti viri in omnibus virtutibus æque præfulgeant, 1198. — Quam merito ab Ecclesia damnatæ sint plures propositiones Michaelis de Molinos, quoad virtutum perfectionem ab ipso invectam, 1199. — Jure quoque ac merito aliæ proscriptæ sunt de eodem argumento Francisci de Fénélon propositiones. 1200

Homini in hac vita degenti tribuenda nunquam est apathia et impeccantia, 1200. — Quantalibet perfectione donetur homo, semper tamen indiget oratione, jejunio carnisque ac passionum mortificatione, 1200. — Licet nec in tota vita, nec aliquo diuturno tempore peccatum omne leve ac veniale cavere queat, pro aliquo saltem brevi tempore ab illo abstinere possumus, 1201. — Hæc immunitas ab omni etiam levi peccato, per totam vitam privilegium specialissimum est Deiparæ Virgini a Deo concessum, 1201.—Reflexio, 1202 et seq.—Aliquid de virtutibus habemus, ait S. Aug., sed non totum habemus, 1203. —Virtus quæ est in homine constans voluntas legibus æternis parendi apud Platonicos vocatur *Imitatio Divinitatis*, II, 297.—Virtus ad beate vivendum seipsa non est contenta, sed multoties ærumnis implicat gravissimis, 443. —Virtus sæpe opprimitur; laudatur et alget, 473.—Tres sunt conditiones necessariæ ad modum virtutis: una est operari ex cognitione et scientia; alia operari voluntarie; tertia operari intentione honesta, et cum omnibus circumstantiis ad bonitatem moralem actus. XII, 638-521

Vis est motio a principio extrinseco contra mentis inclinationem nobis impressa; aliquando physica est, et manifeste omnem consensum perimit; aliquando moralis cum minis et aliis hujusmodi producitur. XVI, 553

Vis est impedimentum dirimens matrimonium, XX, 1068, 1069.—Per vim quæ matrimonium dirimit intelligitur metus gravis injuste incussus ad extorquendum matrimonium, seu consensum. Tria igitur requiruntur ut vis seu metus matrimonium dirimat; quorum si vel unum desit validum erit matrimonium.

Visibilitas est notæ veræ Ecclesiæ, V, 942; VI, 309. *Vid.* Ecclesia.

Visio Dei est summum bonum et præmium quod justis in sacris litteris promittitur, VI, 366. —Visio non minus ad mentem pertinet, quam ad oculos corporis; triplex generatim distinguitur visio: abstractiva, intuitiva, et comprehensiva, VII, 158. — Visio Dei abstractiva est imperfecta ejus notitia nobis concessa in terris, qua potius Deum existere cognoscimus, quam quid sit, 158. — Visio Dei intuitiva definiri potest: Clara essentiæ Dei ut in se est notitia, 158. — An Deus videri possit oculo corporeo, 158. — Deus videri non potest oculo corporeo, 159, VI, 368. — Deus videri non potest, ut in se est, ab homine mortalem vitam agente, 367. — S. Aug. nusquam docuit Deum posse videri oculo corporeo, VII, 162. — Deus videri non potest ab intellectu creato per solas naturæ vires, 164; VI, 370. — Deus intuitive videri potest ab creato supernaturaliter adjuto, VII, 166 et seq. — Sententia S. Chrysostomi. S. Chrysostomus docuit Deum ab homine intuitive videri, 170 et seq. — Possibilitatem visionis intuitivæ asseruit et docuit Theodoretus, 174. — Quod Deus intuitive ab intellectu creato videri queat nulla demonstratione naturali confici potest. 176

De existentia visionis Dei intuitivæ, 178. *Vid.* Sancti. — Nemini mortalium, quandiu in vivis fuit, concessa est visio Dei intuitiva, 207 et seq. — De principiis effectivis visionis Dei intuitivæ; tria vulgo distinguuntur; primum ex parte objecti, nempe species ipsius repræsentativa; secundum ex parte Dei, nempe vel lumen gloriæ vel concursus extraordinarius; tertium ex parte hominis, et est ipse intellectus, 210. — Quæ sint species impressa, et expressa 210.—Inutilis est prorsus in visione beatifica species impressa, 211. — Admittendum est in visione beatifica verbum mentis, quod vocant speciem expressam. 211

De lumine gloriæ, 212. — Lumen gloriæ necessarium est ad eliciendam visionem Dei intuitivam, 213. — Proprium munus luminis gloriæ est corroborare potentiam intellectivam, et cum ea concurrere ad visionem Dei eliciendam, 213. — Suppleri potest lumen gloriæ per concursum Dei uberiorem, 213. — Impossibilem esse creaturam cui connaturale sit lumen gloriæ suaderi potest, non demonstrari, 214. — Intellectus, ut est principium visionis beatificæ, active concurrit ad eliciendam visionem beatificam, 216. — Intellectus et lumen gloriæ sunt sub diverso respectu causæ principales et sibi invicem subordinatæ visionis Dei intuitivæ. 216, 217

De objecto visionis beatificæ. Duplex est, primarium, quod per se videtur, et in quo videntur cætera: talis est essentia divina; alterum, secundarium, quod videtur in alio: quales sunt creaturæ, 217.— Beati clare et intuitive vident essentiam divinam, et omnia attributa sive absoluta, sive relativa; seu ut vulgo dicitur, omnia quæ sunt in Deo formaliter. 217

Beati complures vident creaturas sive futuras, sive possibiles, 218. — Beati non cognoscunt omnia prorsus sive existentia, sive futura, sive possibilia, 219. — Valde probabilis est sententia S. Thomæ et aliorum plurium theologorum, quod beati nequidem cognoscere valeant omnes creaturas possibiles, 219. — Quomodo creaturæ a beatis videantur. Plures creaturæ videntur formaliter in verbo, 220. — De proprietatibus visionis beatificæ, quæ sunt major vel minor perpetuitas, major vel minor intensio vel extensio, 221. — Æqualis non est in omnibus sanctis visio beatifica, 221. — Inæqualitas visionis beatificæ a sola inæqualitate luminis gloriæ est repetenda, minime vero ab intellectuum inæqualitate, 223. — Beati pro diversitate

meritorum inæquali ratione Deum vident, 1488 et seq. — Deus non comprehenditur a beatis, nec potest comprehendi, 425. — Deus a nulla mente creata comprehendi potest, VI, 371. — Beati supernaturaliter Deum nec comprehendunt nec comprehendere possunt. VII, 1482 et seq.

Sententia Joannis XXII de dilatione visionis intuitivæ. VII, 188

Visiones vel sunt externæ, vel imaginariæ, vel intellectuales. Signa ad dinoscendas veras a falsis. XXII, 1093

Visitatio parœciæ perantiquis aliquoties diœcesibus non viget, ut statis anni temporibus pastor sacer oves proprias in eorum ædibus invisat. XXV, 201

Visitatio B. Virginis, die 2 Julii, XV, 569. — Mysterium visitationis B. Mariæ. Proponuntur quæstiones, XXVI, 567. — Injuria quorumdam in B. Mariam sententia refellitur. Vera causa illius itineris. Locus S. Ambrosii explicatur, 568. — Verisimile est Mariam comitem itineris Josephum habuisse. Colloquium Mariæ et Elisabeth, remotis arbitris. Quænam civitas fuerit, quo profecta est Maria. Juliani et Porphyrii nefaria audacia, 569. — Colloquium Mariæ et Elisabeth ex S. Luca. Prodigia quæ in illo contigere, 570. — Plures profligantur hæreticorum errores de exultatione Joannis in utero matris, 571. — Num B. Maria discesserit ab Elisabeth ante an post nativitatem Joannis, 572. — Festivitas celebrari cœpit apud fratres minores. Celebrata est etiam in Oriente. Urbanus VI, eam in universa occidentali Ecclesia instituit, 572. — Quæstiones et turbæ in Basileensi concilio de hujus festivitatis institutione; quæ a calumniis hæreticorum vindicatur, 573. — De peregrinatione B. Virginis in montana Judææ, etc. VIII, 1547 et seq.

Vita futura nos manet, VII, 1475. — De supernaturali hominis beatitudine. 1475 et seq.

Vita tunc beata erit quando æterna erit. S. Aug. Vitæ nomine significatur beatitudo in sacris litteris, quia vita damnatorum in cruciatibus æternis non est proprie vita, VI, 357. — Vitæ æternæ nomine non magis perpetuitas vitæ, quam in perpetuitate beatitudo significatur, 357. — Æterna beatitudo congruis verbis explicari non potest, sed mentis humanæ captum superat. Omnium tamen malorum liberatione, bonorumque omnium possessione definiri potest, 358. — Immunitatem ab omnibus bonis luculenter descripsit S. Aug., 359. — Non solum omnium malorum immunitatem, sed bonorum omnium possessionem beatitudo cœlestis complectitur, 360. — Nullum unquam in beatorum sempiternis actibus, visione scilicet, amore et laudibus Dei tædium erit, qui nullus in eorum objecta defectus, nullus finis erit, 362. — Summa certe tenetur Dei fruitio et amor, 363. — Ex Dei visione, amore, fruitione, summa pax consequitur, 364. — Essentialis beatitudo in visione et possessione Dei sita est, 366. — Justorum animæ, quibus nihil luendum superest, Deum vident statim atque corporibus solutæ sunt, 373 et seq. — Animæ justorum, quibus nihil luendum superest, non expectata corporum resurrectione neque extremo judicii die, simul ac corpore discedunt, beatifica visione donantur, VII, 1488 et seq. — Solv. objectiones, 1492 et seq. — Spirituales fructus ex postremo symboli articulo colligendi, 373 et seq.

Vita hominum non circumscribitur hujus conditionis mortalis limitibus, sed post mortem manent virtutem præmia, vitium vero supplicia a judice omnium Deo certissime retribuenda. Argumentum primum ex consideratione divinarum perfectionum, II, 446. — Si vita hominum hujus vitæ limitibus circumscriberetur, morale Dei imperium non semper ferret sapientiæ signa; non semper haberet moralis Dei imperii ratio notas bonitatis, sine qua nulla majestas est; divina administratio aliena esset ab æquitate et justitia, 447, 448. — Pugnat anima sicut athleta in vita, ait Plutarchus; postquam vero certamen peregerit, accipit quæ ipsi conveniunt, 450. — Arg. secundum. Ex præsenti rerum administratione, 450. — Arg. tertium. Ex hominis natura morali, 452. — Verba Tullii. 453. — Arg. quartum. Ex natura animarum immortali, 455. — Primo vita animi multum disjuncta est a vita corporis. — Secundo quantacumque sit commercio inter corpus et animam manifestum est nullam esse inter utramque substantiam connexionem, 456. — Tertio, nullomodo cogitatione comprehendere possumus mortem animi quia mors est discessus et diremptio partium, 457. — Objectiones, 458 et seq. — Præclarum hoc adepti erunt summi philosophi, quod credent se totos esse in æternum perituros; quid ista res lætabile habet aut gloriosum, fuit bellum omnium adversus omnes, ait Hobbius in quo omnia licebit vi et dolo tenere. 463

Errores de vita æterna, VI, 804. — Credimus, profitemur et speramus vitam æternam, 1062. — Vita hominis quadripartita, VIII, 960 et seq. *Vid.* Ætas

Vitium. Peccatum mortale dividitur in septem vitia capitalia quæ sunt veluti fontes et principia cæterorum. Septem vulgo recensentur, scilicet superbia, avaritia, luxuria, invidia, gula, ira, acedia, XI, 707. — Superbia omnium vitiorum mater est ac regina; inanis autem gloria vitium capitale, 709. — Necesse non est ut vitium capitale semper sit peccatum mortale. 707

Vocati ii sunt qui ad accipiendas res fideicommissas appellantur, XVI, 626. *Consule* codicis civilis articulos a 1051, usque ad 1074.

Vocationis divinæ ad sacros ordines indicia, XXIV, 377 et seq. *Vid.* Ordo.

Volitio est nuda complacentia et appetitus inefficax boni propositi, sine ordine ad media, XI, 497, 513. — Volitio simplex, si sit fortis, movet intellectum ad examinandum utrum istud bonum sit conveniens et acquisitu possibile, 497. — Nulla volitio naturalis est in dominio et potestate nostra, 406. — Omnis volitio essentialiter libera debet esse a voluntate ut voluntas est formaliter, et non ut est natura, 408. — Volitio finis potest dici prima simpliciter et respectu totius vitæ, ut cum quis in primo instanti rationis se convertit ad Deum, aut vult vivere secundum rationem; vel prima secundum quid et in aliquo negotio, ut cum quis primo vult ingredi religionem vel nubere, 503. — Voluntas dicitur agere simpliciter quando volitionem elicit, 505. — Simplex volitio finis est primus actus voluntatis, quamvis ista primo volitio sit libera; ad eam tamen homo non se movet, sed a Deo movetur, 526. — Nostra volitio terminus libertatis, VII, 153

Volitum differt a voluntario; volitum est objectum voluntatis, non est nisi denominatio extrinseca petita ab actu voluntatis; voluntarium procedit a voluntate, XI, 69. — Voluntarium significat quod est a voluntate efficaciter; volitum vero quod est simpliciter ejus objectum, XIV, 773-711. — Dupliciter aliquid potest esse volitum seu intentum: 1° directe, formaliter et explicite; 2° indirecte, virtualiter et implicite, XI, 349. — Volitum Dei formale, seu ejus ultima ratio volendi est bonum commune, 380. — In volito formali tenetur homo se conformare voluntati divinæ ut non peccet; non in volito materiali, eo quod Deus voluntate generali plura velit, ut bella, pestes, quæ nos nec laudabiliter, nec licite velle possumus, 112. — Melius tamen est conformari volito materiali, quando nobis est liberum illud velle, vel nolle, 383. *Vid.* Voluntas.

Voluntarium, quod totius est moralitatis fundamentum definitur: Quod procedit a principio intrinseco cum cognitione finis, seu clarius cum cognitione objecti et circumstantiarum, XI, 69, 310, 311. — Cognitio finis duplex est, perfecta et imperfecta, 311. — Voluntarium est quod procedit a voluntate, ex prævia cognitione intellectiva. Aliud est directum quod proxime et secundum se procedit a voluntate; aliud indirectum, quod mediante alio. Voluntarium proprie loquendo distinguitur a libero; aliquando tamen cum libero confunditur, XVIII, 1332. — Voluntarium distinguitur a violento, a volito, XI, 69. — Voluntarium significat quod est a voluntate efficaciter, volitum vero quod est simpliciter ejus objectum, XIV, 773-611.

Voluntarium dividitur: 1° in perfectum, quod procedit ex plena ratione, deliberatione, plenoque consensu; et imperfectum, quod procedit ex semiplena deliberatione, XI, 71. — Sub voluntario perfecto continetur omnis actus, et motus rationalis creaturæ, qui procedit ex perfecta rationis advertentia, et intellectus judicio; sub imperfecto omnis motus appetitivus brutorum, puerorum, et quicumque in nobis plenam rationis advertentiam prævenit, 311. — 2° Dividitur in actuale, habituale et virtuale. Actuale seu formale pendet a voluntate ut actu influente, idque vel explicite seu in actu signato, vel implicite seu in actu exercito, 71. — Habituale est quod ut actu volitum non est retractatum. Virtuale est quod pendet ab actu præterito nondum retractato permanente in aliquo suo effectu seu determinatione, 71. — 3° Dividitur in physicum quod physice, et morale quod moraliter procedit a voluntate, vel propria uti actus præteritus nondum retractatus; vel aliena, quæ scilicet ex alterius quidem supponit voluntate procedens, hic et nunc tamen reputatur propria voluntas, 73. — 4° Dividitur in expressum, tacitum et præsumptum, 74. — 5° Dividitur in elicitum quod a voluntate immediate procedit, et imperatum a voluntate immediate non procedens. — 6° Dividitur in directum et indirectum. Directum est quod se ipso a voluntate intentum fuit; indirectum quod non in se ipso, sed tantum in ejus causa volumus, 77, 312. — Ut effectus in causa sive positiva, sive negativa, censeatur voluntarius, tria communiter requirunt doctores. 1° Quod fuerit prævisus saltem in communi et confuse, 77. — 2° Quod causam vitare possis, aut positam auferre. — 3° Ut tenearis actionem istam omittere, sive causam non ponere, aut positam auferre ad effectum illum impediendum, alias effectus solum censebitur voluntarius permissive, 78. — Prima regula: Quanto pejor est effectus, tanto magis est cavenda

ipsius causa, quapropter effectus potest esse indirecte voluntarius, et si raro requirur ex causa voluntarie posita, 79.—Regula secunda : Quanto propinquius causa nata est influere in effectum malum, tanto gravior ratio requiritur ad eam ponendam, ut effectus non reddatur voluntarius ponenti causam, 80. — Regula tertia : Cum causa aliqua secundum se licita habet duos effectus, unum bonum, alterum malum, licite aliquando, non tamen generaliter, potest quis ponere causam intendendo effectum bonum, et permissive se habendo ad malum, 81.—Regula quarta : De effectibus malis actionem nostram consequentibus non per se, sed ex communi hominum infirmitate vel ignorantia, pariter philosophandum ac de illis qui sequuntur per se, ex naturali conditione actionis nostræ, 86. — Regula quinta : Requiritur causa rationabilis non prætermittendi actionem, ex qua effectus malus ex aliena malitia secuturus prævidetur, ut non censeatur ponenti causam indirecte voluntarius. 87

Quatuor voluntarium vel perimunt, vel lædunt : violentia, metus, concupiscentia, et ignorantia, 89, 90, 312.—Qualiter violentia causet involuntarium, 89 et seq.—Nihil adeo evertit voluntarium, quam violentiam, 313.—Qualiter metus causet involuntarium, 92. *Vid.* Metus.—Quomodo concupiscentia causet voluntarium, vel involuntarium, 98. *Vid.* Concupiscentia.

Quomodo ignorantia causet involuntarium, 100. *Vid.* Ignorantia.

Synopsis eorum quæ supra fusius discutiuntur, casibus conscientiæ illustrata, 310-318.— Dissertatio de voluntario libero, 439.

De eo quod voluntarium vel spontaneum, et involuntarium vel invitum dicitur. Voluntarium perfecte hominibus, brutis imperfecte convenit, VII, 1129.—Definitur voluntarium, cujus principium est in agente singula cognoscente, in quibus versatur actio, quas circumstantias vocant Nemesius et Joannes Damascenus. Voluntarium et invitum, juxta eosdem, circa ea tantummodo versantur, quæ in potestate sunt nostra, quæ in nostra potestate non sunt, nec voluntaria sunt, nec involuntaria, 1130. — Mixtum dicitur quod partim voluntarium, partim involuntarium censeri potest, 1130. — Mixta dicuntur ex voluntario et involuntario ; illo quidem per sese, hoc vero propter circumstantiam, 1131. — Omne, quod metu fit, mixtum dicitur ex voluntario et involuntario ; voluntarium scilicet simpliciter et involuntarium secundum quid. XI, 314, 93

Voluntas in se spectata, separata ab intellectu, cæca est et omni luce destituta, nulla ex parte, definita, varia, mutabilis; regula igitur et norma esse non potest. Voluntas perfecta intelligitur, cum a veritate et sapientia dirigitur et inclinatur; non tollitur sed moderatur, II, 171.—Voluntas Dei definitur : Propensio in bonum, seu amor boni, 296. — Voluntatis nomine intelligitur facultas quæ, prævia cognitione intellectus, bonum prosequitur, et aversatur malum. Ista facultas finem intendit, et propter ipsum eligit media idonea, VII, 405.—Voluntas humana duas in partes dividitur quarum altera rationalis dicitur, altera sensitiva, quam communem habemus cum cæteris animantibus, XXVI, 276. — Utraque in Christo fuit, 277. — Voluntas nunquam operatur sine directione intellectus, XI, 521. — Voluntas est appetitus rationalis sequens cognitionem et ductum intellectus, cum non sit nisi boni quod sibi per vim cognitivam proponitur, XI, 485 —Sæpe voluntas per eumdem actum tendit in diversa objecta; in unum quidem directe, in aliud indirecte et interpretative. 98

Voluntas potest considerari dupliciter : primo ut natura est, secundo formaliter ut voluntas est. — Voluntas ut natura agit ut determinata ad unum ex inclinatione ab auctore naturæ sibi indita ; voluntas ut voluntas non agit ut determinata, sed indifferens ad opposita seipsam determinatæ. XI, 467

Voluntas, ut voluntas est, magis late patet quam ut libera, 444. — Voluntatem, ut natura est, sequitur libertas spontaneitatis et lubentiæ; voluntatem, ut est voluntas formaliter, sequitur libertas indifferentiæ. 468

Voluntas, ut natura, appetit naturaliter et necessario bonum sibi conveniens, sicut quælibet natura creata. Ut talis natura non necessario, sed libere movetur, 509, 510. — Objectum voluntatis est omne et universale bonum, sicut objectum intellectus quem sequitur voluntas, est omne universale verum. 616

Voluntas non potest velle malum sub ratione mali ; seu bonum est objectum adæquatum voluntatis, 497 et seq. —

Id in quod tendit appetitus naturalis est semper bonum verum et in re existens; id autem in quod tendit appetitus rationalis, sed etiam sensitivus, non semper est bonum vere et in re existens; sæpe id quod non est verum bonum apprehenditur ut bonum. 498

Voluntas non potest dici bona, si sit intentio mala causa volendi, 553. — Bonitas voluntatis pendet a regulis morum, 578. — Regula voluntatis humanæ est duplex. Una propinqua et homogenea, scilicet ipsa humana ratio, seu dictamen rationis practicum. Alia vero est prima regula, scilicet lex æterna, quæ est quasi ratio Dei. 110

Ut voluntas hominis sit bona requiritur ut conformetur voluntati divinæ, 112. — Voluntas bona non est a nobis, sed a Deo, 566. — Prima bonæ voluntatis humanæ regula et mensura est divina voluntas, 579 — Voluntas divina a nostra differt quod nostra supponit bonitatem in rebus, et ab ea movetur ; voluntas autem Dei non supponit bonitatem in rebus, sed facit eas eligendo et diligendo, 549. — Quadrupliciter humana voluntas voluntati divinæ conformari potest, juxta quadruplex genus causarum, efficientis, formalis, materialis et finalis. In ratione causæ efficientis, quando voluntas humana vult et facit quod voluntas divina vult et facit eam velle aut facere, et hæc conformitas semper adest. — In ratione causæ formalis, quando voluntas humana agit analogice per formam per quam Deus agit, scilicet per charitatem, 579. — In objecto voluntatis duo sunt consideranda, unum, quod est quasi materiale, scilicet res ipsa volita, aliud quod est quasi formale scilicet ratio volendi, quæ est finis. Sic ex parte objecti duplex conformitas inveniri potest ; una ex parte voliti, ut quando homo vult aliquid quod Deus vult, et hæc dicitur conformitas in volito materiali; alia ex parte rationis volendi, sive ex parte finis, et cum aliquis propter hoc vult aliquid propter quod Deus vult, et hæc conformitas dicitur in volito formali, 112, 579. — Quando voluntas divina circa particulare opus non innotescit, potest esse bona voluntas absque conformitate, 579—Voluntas humana ut recta sit, tenetur conformari divinæ voluntati in volito formali, non autem in volito materiali, nisi ejus voluntas innotescat præcepto vel prohibitione, 580 et seq.— Solv. object., 581.— Melius tamen et laudabilius conformari volito materiali, quando est nobis liberum illud velle vel nolle, secus si non sit nobis liberum nec licitum istud velle, 583. —In duplici casu nobis illicita est velle volitum Dei materiale, 583.—Quibus in casibus possumus conari contra, in volitis materialibus quibus conformari non tenemur, 585.—Nemo tenetur se conformare voluntati divinæ, secundum appetitum sensitivum, sive secundum voluntatem, ut natura est ; sed potest per appetitum et naturalem voluntatem prorumpere in actum contrarium; hac ratione Christus voluntate deterrimata voluit passionem, quamvis voluntas naturalis dissentiret, 112. — Sicut Deus multa vult voluntate consequente, quæ non vult voluntate antecedente, ita nos debemus affectu quasi antecedente sæpius optare oppositum, quamvis supposita voluntate Dei consequente nos illius voluntati tanquam justæ conformemus, 112. — Nos non tenemur velle omne quod justum est nisi sit præceptum, alioqui teneremur ad omnia consilia. 584

De motivo voluntatis. Movere quoad specificationem est determinare ad actum certæ speciei, ut amorem vel odium, potentiam ad utrumlibet indifferentem. Movere quoad exercitium est applicare ad agendum potentiam indifferentem ad agere vel non agere, XI, 501. — Voluntati convenit primo per se movere, 523. — Intellectus movet voluntatem quoad specificationem ; voluntas autem movet intellectum et alias potentias sibi subditas quoad exercitium, 501. — Voluntas non potest secundum regulas prudentiæ movere intellectum ut assentiatur parti minus probabili stanti pro libertate, relicta magis probabili stante pro lege vel præcepto, 167 et seq. *Vid.* Opinio. — Probabilius intellectus movet voluntatem in genere causæ finalis et formalis extrinsecæ tantum non in genere causæ efficientis etiam ut quo, 502. — Movere potentias quantum ad exercitium nihil aliud est quam eas, si sint activæ, applicare ad earum operationes, 503. — Probabilius voluntas movet potentias inferiores in illis imprimendo aliquid reale quo physice inunduntur, 504.— Voluntas non movetur directe quoad specificationem ab appetitu sensitivo, neque a corpore cœlesti, bene tamen indirecte et mediate. 504

Aliud est voluntatem agere, aliud voluntatem se movere; voluntas dicitur agere simpliciter, quando volitionem elicit ; dicitur se movere proprie, quando ex uno actu procedit in alium, ut dum ex volitione finis se applicat ad agendum pro ejus consecutione, 505. — Voluntas seipsam movet quoad exercitium in aliquibus actibus, 505. — Voluntas in prima volitione finis simpliciter et respectu totius vitæ, non se movet quoad exercitium sed movetur a Deo, 506. — Supposito usu rationis, quando nova negotia incipiunt et novus finis intenditur, ad primam ejus volitionem voluntas quandoque se non movet, sed a Deo movetur ; quandoque se movet ex aliquo actu præcedente formaliter aut virtualiter permanente, 507. — Voluntas a nullo exteriori principio nisi a solo Deo potest moveri quoad exercitium et in genere causæ efficientis, 507.— Explicatio textus

impossibilis, 240-191. — Ad quid teneatur vovens, quando ex ejus culpa materia voti effecta est impossibilis, 241-191. — Qui post votum simplex castitatis contraxit matrimonium, potest ante ejus consummationem ingredi religionem; ad id obligari non est certum, 242-192. — Qui votum simplex religionis emisit et postea matrimonium contraxit, antequam consummaverit, tenetur ingredi religionem, 243-193. — Solum votum non nubendi non æquivalet voto castitatis. 243-193

De obligatione voventis aliquid indeterminate aut quando de ejus intentione non constat, 244-194. — Prima regula est, ut verba voventis sumantur juxta sensum quem habent secundum usum et intelligentiam communem. Secunda, ut sumantur juxta strictiorem explicationem quam habent ex usu communi, servata eorum proprietate, 244-194. — Tertia, ut quando dubitatur de intentione voventis, tunc debeat attendi quomodo servaretur materia voti, si caderet sub aliquo præcepto divino aut humano, 245-195. — Voto adstrictus satisfacit dum illud implet ejus immemor, 246-196. — Ille qui vovere permittit, et qui tamen illud implendi propositum habet, non peccat mortaliter; secus si intendat illud non adimplere, 247, 248-196, 197

Sicut præcepta negativa obligant semper pro semper, ita votum negativum quamdiu durat, 248-197. — Pactum cum Deo in baptismate initum, licet non sit votum stricte sumptum, non minus christianos obligat nec minus de eo observando decet eos esse sollicitos ac de voti veri impletione, 249-198. — Votum de nimia abstinentia aut corporis maceratione non obligat, 250-199. — Vota quæ sunt de rebus vanis et inutilibus sunt magis deridenda quam servanda, 251-200. — Qui vovit aliquo die non comedere carnes, toties peccat quoties illas comedit, 251-200. — Qui vovit jejunare in vigilia alicujus sancti, si festum illud incidat in feriam secundam, melius jejunat in sabbato præcedenti se conformando Ecclesiæ universali, 252-200. — Qui absolute vovit non comedere carnes die Veneris tenetur abstinere a carnibus, si dies natalis Domini incidat in feriam sextam? 252-201. — Ad quid tenetur qui duo diversa vota emisit, unum post aliud, in casu quo sint incompatibilia? 253, 201

De votis emissis a personis quæ alterius potestati subduntur, ac de eorum irritatione, 254-202. — Subditorum vota non sunt ipso facto invalida, nec absolute et firmiter obligatoria, 255-202, 203. — Vota puerorum ante usum rationis non valent, sed irritari possunt a patre aut tutore, 256 et seq.-204. — Vota personalia filiorum post pubertatem facta valida sunt, 259-206. — Omnia vota realia a filio post pubertatem emissa usque ad vigesimum quintum annum completum, aut donec fuerit emancipatus, seu extra patriam potestatem constitutus possunt a patre irritari, 261-207

De votis conjugatorum. 261 et seq.-208

De votis religiosorum. Nullum votum religiosi stricte sumptum est firmum, nisi sit de consensu prælati, 268 et seq.-215. — Novitii qui nondum professionem emiserunt sunt sui juris et eorum vota nequeunt irritare prælati religionum, 272-216. — Religiosus rite professus qui expellitur a religione, ad votum solemne castitatis servandum in sæculo manens omnino tenetur. 273-217

De votis servorum, 258, 259, 273 et seq.-206, 217. — Dominus ea tantum servorum vota irritare potest, quæ sunt sibi præjudicialia. 274-218

De dispensatione et commutatione votorum, XIV, 275 et seq.-219. — Potestas dispensandi convenit omnibus prælatis, qui habent jurisdictionem in foro externo, vel privilegium. Unde dispensare possunt: primo, papa respectu omnium fidelium in omnibus votis; secundo, episcopus respectu suorum subditorum, non autem parochus, quia tantum habet jurisdictionem fori interni; tertio prælati regulares exempti respectu suorum religiosorum et novitiorum; quarto ex privilegio papæ confessarii ordinum mendicantium, XXII, 977, in nota. — Irritatio differt a dispensatione et commutatione votorum, XIV, 276-219. — Est in Ecclesia Dei potestas dispensandi in votis, 277-220. — Ad validam voti dispensationem duo requiruntur: primo, auctoritas prælati, eo quod sit actus jurisdictionis, 278, 221. — Secundo, justa et rationabilis causa 279, 222. — Posita justa et sufficienti causa, tutius est uti commutatione. 280-223

Certum est papam in omnibus votis simplicibus, imo et in voto solemni continentiæ ordinibus sacris annexo, cum causa dispensare posse, 281-223. — Papa cum sit Dei vicarius potest in voto dispensare, et in aliquid aliud et magis gratum commutare, 282-161. — Super votum solemne professionis religiosæ rite commissum, nulla prorsus cadit Ecclesiæ dispensatio, 281 et seq.-224. — Sententia opposita probabilior videtur, 281 in nota.-225. — Papa potest dispensare in votis solemnibus ex gravi causa. Ita communis sententia. XVI, 1207; XXII, 977 in nota.

De votis in quibus episcopi dispensare valent, XIV, 287-228. — Dispensare possunt in voto castitatis, quando non est absolutum; in votis conditionaliter factis sub conditione, conditione nondum impleta, 288-229, 230. — Dispensare possunt in votis quando dubitatur an sint obligatoria, et an sint reservata, 289-230. — Item episcopus potest dispensare in votis reservatis, si per metum gravem emissa fuerint, 290-230. — Dispensare possunt in votis, aut potius suspendere executionem, quando periculum est in mora, 290-231. — Prælati possunt seipsos ex justa causa dispensare in votis in quibus possunt subditos. Tutius tamen est ut facultatem hanc secum dispensandi confessario committant, cum sit actus delegabilis. 291-231

Quinque vota sunt reservata, religionis nempe, castitatis perpetuæ, et trium peregrinationum ad Romam, Jerusalem et ad S. Jacobum Galliciæ; et non possunt nisi a papa dispensari, dummodo sint absoluta, non autem pœnalia et conditionata, XXII, 275. — De commutatione votorum, XIV, 292 et seq.-232. — *Vid.* Commutatio. — Causæ dispensandi in voto, XXV, 412 et seq. — Votum simplex castitatis perpetuæ est impedimentum matrimonii impediens. 602

Votum solemne est impedimentum matrimonii dirimens. 606

Votum solemne ex sola lege Ecclesiæ videtur matrimonium dirimere, 607. — De l'empêchement des vœux, tant simples que solennels. Différence de ces vœux et de la discipline de l'Eglise par rapport au mariage de ceux qui y sont engagés. XX, 1074 et seq.

De voto, XXV, 500 ad 599. — Parentes liberos Deo vovere possunt, etc. XXIV, 627 et seq.

Vulgatæ auctoritas impugnatur, I, 172 et seq.-153. — Veteris vulgatæ editionis auctoritas demonstratur. Non est nunc ad textus hebraicum et græcum recurrendum, 177 et seq.-157. — Vulgata est purissimus fons veritatis, 189 et seq.-146. — Vulgatæ versionis auctoritas probatur adversus protestantes, 1097, 1099-153, 155. — Probatio editionis vulgatæ catholicæ quoad totum et partes, ex principio catholico, 1091, 1100-865, 867. — Probatio editionis vulgatæ in locis controversis, per scripturam in principio communi, 1100-867. — Vulgatæ auctoritas ab auctoritate Ecclesiæ pendet. Auctoritas publica eam recipiens, auctoritas publica eam conservans, auctoritas publica in dies ea ut divina utens, nullum relinquit de divinitate S. Scripturæ dubium. 1094-862

Vulneratio est injuriosa humanæ carnis incisio; vel est apertura corporis ictu inflicta. Vulneratio proprie est quæ sit armis pungentibus vel scindentibus. Ut sit reservabilis, debet esse voluntaria, injusta et gravis, XVIII, 1341. — Qui se vulnerat deliberate, ex intentione et cum peccato mortali graviori contra præceptum, *Non occides*, v. g., ex impatientia, desolatione, *etc.*, incurrit peccatum reservatum; sententia communis est. 1343

Waldenses sæculi XIII hæretici. — Eorum errores, V, 761, 1248-983. — Eorum errores circa confirmationis sacramentum. XXI, 848

Wiclefistæ sæculi XIV hæretici, V, 78. — Eorum errores, 79, 80. — Damnantur, IV, 626 et seq. — De Wiclefo et ejus defensoribus, X, 251-198. — De Wiclefi erroribus, 252-199. — De hæreseos Wiclefi damnatione, 255-200. — Negant confirmationem esse sacramentum. XXI, 852

Xenium vi nominis significat munus hospitalitatis, seu munus quod hospitibus datur, nec qualecumque, sed tale quod in esculentis et poculentis intra paucos dies consumptibilibus consistit, XVI, 216. — Xenia judex a litigantibus non debet accipere. 216

Zelotæ, sicarii et latrones, sub prætextu pietatis magnas turbas commoverunt. XXVI, 142

DEDIT DEUS HUIC QUOQUE FINEM : SIT NOMEN EJUS BENEDICTUM.